Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Petri Galatini Opus de arcanis catholicae veritatis, Hoc est, In omnia difficilia loca Veteris Testamenti, ex Talmud, alijsq(ue) Hebraicis libris, quum ante natum Christum, tum po?st scriptis, contra obstinatam Iudaeorum perfidiam, absolutissimus commentarius : Ad haec Ioannis Reuchlini Phorcensis LL. Doctoris De arte cabalistica libri tres, omnigena eruditione pleni ; insuper addidimus duplicem Indicem ...

https://hdl.handle.net/1874/402040

Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell

Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- **de rug van het boek**
- **de kopsnede**
- **de frontsnede**
- **de staartsnede**
- **het achterplat**

This book is part of the Van Buchell Collection

Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- **the spine**
- **the head edge**
- **the fore edge**
- **the bottom edge**
- **the back board**

GALATINUS
de Arcan. Cath. Verit.
*
REUCHLINUS
de Arte Cabali.

E. fo.
39





Theologia

Folio n.º 39.

sic acc̃t in cadauibꝫ mortuor. Recte ꝯ dic̃ p. q
n fo. remanys. nō dc̃tur aplī. sic̃ ce eor aplī
ad pn̄s q̄ q. dc̃r aplīus ce reuolōm hūoz sac
euis vsū. et dc̃r fe. ce expuōm rei ca. sbal ple
ex eo q̄ m aplīre. sic dic̃ tñ. d acc̃de nlec
acc̃t. q̄ id q̄ m pacere aplī ca. sbile reuolū
q̄ vitond. ꝯ tñ resid. et sagit in loc̃ cū
ꝑ q̄ potuit p cūm in agr. acc̃de sanct. ī libr aplī
dic̃ yy ca narrauit relata so lib̃ mei de dict. ds

Dolet q̄ hinc acute eg̃o mr̃ vi
dic̃ fluu. sanc̃e nanꝫ vtic̃ si nō
te. paurem. est aut̃ un̄ dolor sic
frons. i scorchoīa. q̄ est affin̄ sā
guinis fluu. e nanꝫ nūq̄ abit

Nanꝫ aūe hāc dispōm acc̃t in p̄ prodo fluu
sanc̃e nanꝫ. nunq̄ ꝑ un̄ valde q̄ q̄ut q̄nq
ab eis an hinc dolore capiat. ꝯ scorchoīa. sic
sūt. q eis ad ex eis cūe. de ea mozbi declio

Remembro. ī tua de ca. aplīoꝫ acc̃ū
nunc venit in h̄ loco ū dc̃ur. q̄ declar
q̄ q. dic̃ et acc̃t eis fluu. sanc̃e nanꝫ. nua
cur. p ipm̄ valdest. de ꝯ quid illi. nec accidat
ille q̄n sūnt in epe aut in ꝓlene aplīa. sic
dic̃ ꝙ sol dic̃ ꝙ in alio loco laudam fluu. sanc̃
nā. q̄ sic ex lacte in q̄ nūbi. nsūn. et nunq̄ aut
illū. q̄ q̄. illi sic ū sit ꝓlen aplīū. et nec̃at
fluu. sanc̃. de nare dic̃. d nō. laud. q̄ dic̃ q̄
fluu. sanc̃. acc̃t eis in p̄ prodo. nceller. prodū
pn̄m qui. in prodis dieb. cū. et iste. q̄ dc̃r mo ui
nc̃tur. scpr̄. in quib. d. declacōib. declarē. et in
quib. eā. agnōr. q. q. in. dib. eā. nunc̃
in p̄ prodo. et in. dib. eā. in prodis. p̄ ꝯ. et in nec
llig. ipm̄ ꝙ ꝑm scpraū. sig. prodo. scpr̄nor
et ꝯ in. nellig. ipm̄ ꝙ ꝑm scpraū. po. q. ut sig.
prodo. scpr̄nor. qui. nc̃tum. q. quib. acc̃t
fluu. sanc̃. nanꝫ in scpr̄nū. p. vnpr̄. nel. q. ut
nellig. iste. sermo. ꝙ hāc. scpr̄nū. q. di. de pro
dis. q. nor. q. q. in plib. nsuor. hoi. acc̃t. fluu
sanc̃. nanꝫ in vq. dieb. p̄p. et ex eis. q. dib. acc̃t
fluu. sanc̃. in. ix. die aut in. xi. et. ꝙ addidit. ī sig
bz. q. sig. dc̃t. declacōi. hoi. hu. ad. stoīa. et. q. d
cā. acc̃t. fluu. sanc̃. nanꝫ. et. dolor. capitis. i. stocho
nia. et. locus. sunt. ī. illo. nā. q. placere. q. h. sermo
nē. in. scq̄nib. et. nos. q. dicendi. ī. fluxu. sanc̃. nanꝫ

sermone q̄plen. q̄ puc̃ens. ad. d. monē. d. illo.

Si huic cū quoꝫ ecc̃a. xxv. ānoꝝ.

Ge dignū. quid. q. nec ce. nunc̃ens. fluxus
ea. cui. ecc̃a. q. xxv. anno. rū.

Declamet. ꝙ. in h̄ sermone cūi qui sūcen. ce
ecc̃ab. in. pnō. de. fluxu. sanc̃. nanꝫ. q. q.
q̄dam. q. nec cames. fluu. sanc̃. ca. d. q. ecc̃a. nec. xxv
anoꝝ. qui. cōgnos. in. hac. ecc̃e. q. mlc̃. et. vbi. sūnt.

Aplīe nō molli exūte sine dolore
i sō cruciu. mutabili. q̄ēre. eg̃o. nē. cā
in. p̄dicto. cū. sepnie.

De aplīab. q̄d. q. leue. a quo dolor nō. q. t. mo. sī
dignat. q̄. ꝑnunc̃. de sī. cūe. ea. cui. dior. vnpr̄
nūqm. audace. ea. q̄. illa. aplīa. ꝑna.

Ita q̄ aplīa. q̄ nou. medica. applaut. q. nōie. zinz
e. aut. q. nolunt. ea. aplīa. leua. cū. q. fortasse
addūt. ad. d. ua. nō. q. dolor. q. eis. q. fortasse. dimūt
d. dic̃e. q̄. declarā. ex. sermōe. eox. leue. q. q. aplīa
ab. leuib. nō. q. dolor. ꝙ. aūt. nō. fuit. q̄dē. mlt. ser
mone. dic̃e. d. si. dic̃. q. ꝙ. mo. ab. dignat. q̄. ꝑnunc̃
te. sī. illud. q̄. nō. q. inuenīt. in. sermōe. suo. leue. ī
q. nolunt. p. sermōē. suū. hūc. ut. sig. aplīa. q.
sbūgnūtur. q̄. ꝑnunc̃. sup. ea. q. dignat. q. tñ. ens. d. ac
acc̃e. ōib. aplīab. q. monet. q̄. ꝑnunc̃. sī. ea. q. d
nō. acc̃t. d. q̄. q. in. aute. mollitie. q̄. q̄. aplīa. dc̃ur. sī
ꝑnēnte. ex. plete. plōg. spacū. eox. q. tuor. acc̃t
ex. eis. q. mōr. cū. nō. in. lōg. spacū. eox. q. vehe
mēcia. sūt. cause. eox. q̄. in. natura. eox. nō. applē. in
p. calc. cū. aūt. in. pauitate. tuor. acc̃t. ab. eis
q. q̄. eis. nō. q. dolor. q̄. dolent. p. in. aute. vbertat.

Quod si nus in diem xl. sic p̄mānsit
se. nō. dc̃t. in. pus. q̄ncet. t. oē. aplīa
carta. uenit. ad. hūc. mod. diuidi

Quod si p̄mānsit xl. dies. q. se. cubi
remansit. q. aplīa. nō. deuit. sāgr. d. ida. q. in. pus
cubuit. q. ex. aplīab. sic. q. in. vlt. pbab. nec̃
Si. p̄ceterab. locus. q. caue. d. q. aut. q. e.
ypo. in. aplīab. ca. q. sumes. collī
ne. eis. q̄. nō. dc̃tur. se. nec. exp̄sse. aplīa. re
tubū. post. xx. dies. ī. h. sermone. d. ponē
dū. collcōis. sumes. q. in. aplīab. scribis. die

N. 14. C

Petri Galatini Opus de Arcanis Catholicæ Veritatis.

Hoc est,

In omnia difficilia loca Veteris Testamenti, ex Talmud, aliísq; Hebraicis libris, quum ante natum CHRISTVM, tum pòst scriptis, contra obstinatam Iudæorum perfidiam, absolutíssimus Commentarius.

Adhæc,

Ioannis Reuchlini Phorcensis

LL. Doctoris de Arte Cabalistica Libri tres, omnigena eruditione pleni.

Insuper,

ADDIDIMVS duplicem Indicem: prior habet res ipsas, alter loca abstrusa Scripturæ declarata complectitur.



Ex dono Bürcheli

BASILEÆ, Anno M. D. L.





Ad Lectorem.



OSTRO SÆCVLO CVM INIquo, tum sceleribus non dicendis polluto, non mirum omnes hæreses, iam olim sopitas, & ab Ecclesia Catholica, in qua solum modo Noui & Veteris Testamenti scripta in precio habentur, damnatas, iure repullulare: quum omnibus fermè permissum sit, quicquid somniarunt noctu, uel interdiu cogitarunt, ex Satanicis suggestionibus, alijs proponere. Et hoc stupendum, hæreses semper inueniunt sectatores, approbatoresq́, tam audaces, tam friuolos, tamq́ effrontes, ut quicquid in buccam uenerit, pro oraculo Diuino simplicibus, ad seductionem aptis, obtrudere audeant. Incauti decipiuntur, & pulchrè uerborum lenocinio persuadentur: ut putent, omnia quæ isti effutiunt, ueluti ex tripode Apollinis prolata, aut à CHRISTO ipso filio Dei, dicta. Idcirco non frustra admonemur à CHRISTO ipso, ut non credamus omnibus, qui dicunt, Ecce, hîc est CHRISTVS, ecce illic. Sunt seducti, & alios seducunt, ne soli uideantur errare. Hæc est autem Ecclesiæ consolatio, quòd Deus semper aliquos ex electis suscitat, qui sese impijs istis seductoribus opponunt, falsa dogmata sparsa refellant, Veritatem ex panoplia diuinarum Scripturarum proferant, quo nullum aufugium sit falsis prophetis uel respondendi, uel sua defendendi. Impiorum hominum cohortem Theologiæ professores è latebris extrahere per sanam doctrinam sedulò debent. Nónne Arij Satanica progenies multum negocij pijs fecit, & tandem deleta per CHRISTI uerbum? Nónne Samosatenus proprio cultro seipsum perdidit? An non & Anabaptistæ, Storkius, Seruetus, & innumeri alij ludibrio expositi sunt toti mundo, ob furores excogitatos sine uerbi Dei autoritate? Idem euenit omnibus hæreticis. Quum autem PETRVS GALATINVS Iudæorum fastum, superbiam & insolentiam erga religionem Christianam animaduerteret, sui officij esse duxit, quum Hebraicis in literis non mediocriter profecisset, tandem aliquid in medium adferre: ac feliciter quidem admolitus est manum: hosq́ Duodecim Libros, eruditione & doctrina omnigena refertos, in Ecclesiæ CHRISTI uarijs opinionibus fluctuantis utilitatem conscripsit, contra perfidam turbam, quæ CHRISTI & diuinitatem & humanitatem non solum pernegat, & si Scripturis conuincatur, sed etiam omnes Scripturas, præcipuè Mosis & Prophetarum

inuertat, falsas interpretationes effingat, tam contra genuinum Scripturæ sensum, quàm contra Rabbinos, quos summo in precio habet: quique CHRISTI tempora ita dilucidè descripsêre, ut apud sanæ mentis homines, irrefragabilia sint testimonia, quæ Talmudistæ de Regno CHRISTI, de Passione & Resurrectione proferunt. GALATINVS certè uir prudens, in Hebraicis, Chaldaicis, Græcis & Latinis literis absolutè doctus, ad unicum scopum sua scripta collimat (relinquens Iudæorum uitam, auariciæ deditam, deceptricem, & sceleribus uarijs contaminatam, Deo iudici.) Neque clarius quis posset, promissiones Patribus factas de CHRISTO, nempe Adæ, Noe, Abrahæ, Isaac & Iacob, Mosi, Prophetis, Dauidi, & alijs innumeris fidelibus Dei ministris, tradere. Ad hæc, tempora describit, in quibus sceptrum à Iudæis ablatum, Iudices uel profligati, uel occisi, (quos Sanhedrin uocarunt) Sacrificiorum usum amiserunt: sunt sine Sacerdotio, sine Leuitarum multitudine, & sine Rege, postquàm templum destructum, & in desolationem omnia sunt redacta. Miracula quæ olim fiebant tam in Templo, quàm extra, euanuerunt: ac miseri, eiecti sunt in omnem terræ angulum. Quæ certa indicia sunt, CHRISTVM quem expectarunt sancti Patres, uenisse, mundumque à peccatis purgasse. Præterea Rabbini illorum, quos negare non audent, tempora illa ultima pulchris uerbis descripserunt: ut facilè, si non insani essent contra CHRISTI religionem, apprehendere Veritatem possent. Attamen obcæcata gens obstinato animo pergit, sua repugnante conscientia defendere, falsas interpretationes excogitare, Regnum externum CHRISTI, & pompam splendidissimam, qua ingressurus sit ipsorum Messias, effingere. Ea dico tibi, Lector candide, omnia ita dextrè tractat Autor noster, dialogetico more, ut hac in re nihil desiderare queas. Et qui hunc Librum legerit attento animo, sentiet sibi magnam accreuisse utilitatem, quum Biblia euoluere uoluerit: præcipuè autem in obscuris locis, & paucis cognitis Autor omnem operam intendit, ut sine scrupulo percurrere Vetus Testamentum possit. Distincta sunt omnia in Capita. Scripturæ loca passim adscripta: ne diu Lectoris animus in locis adductis quærendis, fluctuet. Insuper, quicquid de CHRISTO dictum est usquam, producit, cum interpretatione non ex triuio collecta, sed ex Rabbinis Iudaicis, qui ante CHRISTVM natum scripserunt de Messiæ regno, ac etiam ex Doctoribus Christianis. Habes hîc (ut paucis multa comprehendam) Commentarium in omnia difficilia loca totius Veteris Testamenti. Nónne magnus hîc sese offert thesaurus, quo Theologiæ studiosus carere non potest, sine maximo suo damno? Quam autem diligentiam, D. Franciscus Stancarus Hebraicæ literaturæ callentissi-

mus,

in emendandis istis libris adhibuerit, Candidus Lector facilè, si ueterem æditionem cum noua ista contulerit, deprehendet. Nemo credit quàm facilè exemplaria etiam probè descripta, deprauentur. Adiecta etiam sunt Capnionis Cabalistica, conueniens materia huic Operi, in qua multa de antiquis Patribus fit mentio, qui CHRISTVM redemptorem summo desiderio expectarunt, optimeq; norunt, in ligno salutem amissam recuperandam. Verùm uino uendibili non opus est suspensa hedera. Omnia autem eò spectant, ut Ecclesia ab Apostolis fundata, reædificetur, sepositis sectis & opinionibus, quæ nunquam non mare malorum inuexerunt, & omnes Respublicas benè institutas, aut mutarunt, aut funditus euerterunt. Iudæi sunt nobis exemplum quotidianum, ne incidamus in iram Dei per impœnitentiam, post agnitam Veritatem. Vale.

¶ Epigramma Hebraicum, in laudem Libri & Autoris.

זֶה הַסֵּפֶר — נִיחֵן שֵׁפֶר
סְתָרֵי תַלְמוּד — לַבֵּל פְּזוּר :

סוּד מַשִּׁיחַ — בֹּ֥ר יַשִּׁיחַ
אַב בֵּן רוּחַ — אָחַר שִׁיזַר :

יַחְרוֹס שְׁטוּת — חַגְרַשְׁטַרְטוֹס
גַּלְטִינוֹס — אָמֵת גָּזַר :

חִוִּא בַּחָכְמוֹת — אָל חַחֲכְמוֹת
אָל תּוֹרַת אֵל — כַּל יְקָרַב זַר :

¶ Mosis Aharon Hebræi, in laudem Autoris & Libri, Epigramma.

גַ לַטִינוֹס — שְׁמוֹ זָכְרוֹ — לְרוֹרִים — גְּשׁוּ אֲלַיו — וְסַרְאוּ מַ־ אֲמָרָיו
לַ בַּבוֹ חָ־ — עֶרֶת לְרָאוֹת — סְפָרִים — רְצוֹנוֹ שָׁם — בְּמִשְׁיחַ וּסְתָרָיו
טַ מוּנוֹת חָ־ — אֲגוֹסְטַרְטוֹס — הַמּוֹרִים — שְׁמָאַם כִּ־ — כְלִי חֶרֶס לְיוֹצְרָיו
יַ בַּאר כִּ־ — בְרֵי תַלְמוּד — וְסוֹפְרִים — מְנָאַם גַּם — בְּחָכָם כִּ־ — סְפָרָיו
נַ חָנֵם מַ־ — תַּת חִנָּם — לְנוֹצְרִים — מְעִידִים עַל — אֱמוּנָתָם — דְּבָרָיו
פַ סְקוֹת — דְּבְרֵיו חֵם — מְאִירִים — שְׁנָאַם בַּ־ — אֱמֶת עַל כָּל — עֲבָרָיו
סַ מוֹבוּ טַ־ — מְחָכְמִים — גְּמוּרִים — חֲלֹא תוּא מַ־ — שְׁעַן אֶל כָּל — חֲכָרָיו

¶ Ishac Hiſpani Hebræi medici phyſici, in laudem Autoris & Operis, carmina.

א בן אנוי ספר — מלא אמרי שפר — נכופר או עופר — מדובר נכבדות
ב בונים וחכמים — נערים וזקנים — גדולים וקטנים — ילדים גם ילדות
ג שירו מזמור חדש — ולב בר נתקדש — לחלל אל נקדש — לזמר ול הודות
ד אלני הודו — עזרני חסדו — חמבחני ידו — לחציל חתורות
ה האביד במאוס — יסוד גושטרטום — שבקש לחרוס — ולעקר חתשורות
ו עמי במן הוא — ושוטו לסטוחו — צאו נאחנוחו — במשבית חמהומדות
ז רומם לגבורות — חמסים בל נפילות — גלטינוס לדרות — שורת בשורות
ח בלל בי חכמות — יונית גם נוצרות — ודעות חגיוניות — ברוב חלשונות
ט גם דת נאמנת — לעדת אל נתונה — ובי תלמוד בנה — בקדש חלשונות
י לעים משבר — מחזק ומגבר — חיילים ומחבר — לחישיור חעתקות
כ בחות נשגבות — לרובב בערבות — לסבת חסבות — ועלת בל אודות
ל מגו בינה — מבנו צנת — ומגן לאמונה — ופנות ויתרות
מ תגדל שמד — ויתקדש עמד — במו דועת צאנך — תבקש צאן אדרות

Ad inuictiſsimum Maximilianum

Cæſarem, Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, Petri Galatini ordinis Minorum Epiſtola.



ON PARVA ANIMI SOLLICItudine iam pridem angebar MAXIMILIANE Cæſar Auguſte, quum multiplicem eximiamq; Capnionis doctrinam peſtiferis, ac uenenatis inuidentium morſibus indignè adeò lacerari uiderem: ut quàm plurima eius dicta Orthodoxæ fidei maximè congruentia, nonnulli hæreſeos nota falſò calumniari auderent. Et quanquam id malo, uel potius peſſimo, in doctos omneis exemplo fieri animaduertebam, ſi tot exhauſtis laboribus atque uigilijs, tam iniqua rependeretur gratia. Haud tamen quicquam ſcribere, ac ne hiſcere quidem audebam: quo hominem tam doctum, atq; omni uirtutum genere præſtantem, aduerſus temerariam improborum inſcitiam defendere tentarem, Ne temeritatis, & arrogantiæ uitio mihi daretur: ſi ego uix mediocri ingenio præditus, nec ſatis multa eruditione inſtructus, adeò perito, ac triplici linguarum doctrina excellenti uiro, propterea q; ad ſe unà cum ueritate ipſa defenſandum, ſupra quàm dici poſſit idoneo, ultrò ac non uocatus patrocinari uellem. Verùm enim uerò quum reuerendiſſimus dominus meus, dominus L. Puccius Sanctorum quatuor Cardinalis, Chriſtianæ fidei indagator acerrimus, ac Maieſtatis tuæ (prout debet) obſeruantiſſimus, ad defenſionem huiuſmodi alacri animo ſuſcipiendam, eo acrius me hortatus fuiſſet, quia Maieſtatis etiam tuæ honorem in eo agi putaret, ſi conſiliarium ſuum uel ſola criminis obiecti ſuſpicio attingeret, ut graue, ac humeris meis impar, prouinciæ onus neceſſariò ſubirem, coegit. Acceſſit præterea & Sanctiſſimi Leonis decimi Pontificis maximi uoluntas, quæ me ad hoc uel maximè impulit. Quandoquidem non ignorabam, Pontificem ipſum tanquam unicum ueritatis ac ſapientiæ cultorem, ſummopere cupere, & Capnionem ab huiuſmodi calumnijs liberari, & Maieſtati tuæ eo magis in hoc morem gerendum eſſe, quo uehementius uotis eius ſatisfactum iri optabat. Cui quidem rei quum unicè intentus eſſem, ac in eruendis arcanis in Talmud inuentis, tam ad Catholicæ fidei confirmationem, quàm ad Capnionis cauſam tutandam, mirum in modum facientibus, pro uiribus inſudarem, Maieſtatis ſubinde tuæ literæ, quæ me ad opus id quàm celerrimè perficiendum, humaniſſimè hortabantur, ſuperuenerunt: unà cum pluribus alijs ad Pontificem Max. Re-

gemq; Catholicum, & aliquot aristocratiæ Christianæ Patres Cardinales, in mei commendationem benignissimè scriptis. Qua ego eximia ac penè incredibili benignitate permotus, inchoatas uigilias non modò instantius, ardentiusq;, ut ad finem properarent, urgere cœpi: sed etiam qualescunque futuras tuo numini consecrare statui: ut auspicatius in lucem prodeant, ac excussis errorum tenebris, Veritatis lumen multò confidentius adaperiant. Neque enim decebat, Opus DE ARCANIS CATHOLICÆ VERITATIS ad Christianæ Reipublicæ utilitatem conficiendum, alij dicari, quàm & ipsius Catholicæ Veritatis, & totius Reipublicæ Christianæ optimo conseruatori, defensori, adauctori. Quæ quidem mea dedicatio, si Maiestatis tuæ Celsitudini haudquaquam respondebit: quia tamen ab optimo animo profectam intelligere poterit, ipsam boni consulere, ac placido (ut semper consueuit) uultu accipere dignabitur. Accipe igitur nunc eam Sacratissime Imperator: meq; assiduè in uinea Domini laborantem, inter postrxmos Maiestatis tuæ seruos (licet indignum) pro tua clementia suscipe, tuere, foue.



Petri Galatini Opus de Arcanis Catholicæ Veritatis.

Colloquutores totius operis,

GALATINVS, CAPNIO, HOGOSTRATVS.

GALATINVS,



QVANTVM EX HIS QVÆ HACTENus à uobis coram me ultrò citróque dicta sunt, percipere ualeo: de Talmud, ex quo controuersia omnis uestra ortum habet, non parua inter uos agitur disceptatio. Nam alter quidem uestrûm, Talmud tanquam omnino malum, Christianæq; religioni penitus repugnantem, damnare conatur: idq; articulis plurimis, contra alterius libellum, OCVLARE SPECVLVM nuncupatum, formatis, probare contendit. Alter uerò, Talmud ipsum, ueluti in multis bonum, atque Catholicæ ueritati ad conterendam durissimam Iudæorum ceruicem maximè proficuum, commodum, ac necessarium, summo studio tutari nititur. Quum igitur & uterque uestrûm aliud demum quàm ueritatem, nihil quærere uideatur: neque enim aliam ob rem (ut ipse opinor) me ambo conueniſtis, nisi Veritatis ipsius gratia perquirendæ: & ego quoque, non nisi ea quæ ueritatem Christianam sapiant, pro articulorum discutiendorum definitione, dicturus sim, Eapropter me operæ precium Christianæ Reipublicæ facturum arbitror, si antequàm ad articulos ipsos deueniamus, tum pro uestræ disputationis fundamento, tum pro Veritatis indagandæ intellectu, ipsius Catholicæ fidei arcana, in ipso Talmud latitantia, quibus quàm maximè Iudæorum nostr. temporis conuincitur perfidia, reserare non prætermittam. Per Talmudicas nanque Iudæorum ueterum scripturas, non solùm recentiorum, qui omni conatu Prophetarum uaticinia peruertere student, cauillationes prorsus omnes refelluntur, uerùm Orthodoxi quoq; dogmatis Veritas clarissimè eluceſcit.

CAPNIO

CAPNIO, Optimè quidem facies, mi Galatine. Sic enim & potiſſimùm Iudæorum noſtri ſeculi improbabuntur errores, & Chriſtianæ ueritati, quam illi impugnare nunquam deſinunt, ualidiſſima aduerſus eos, ex eorummet ſcripturis teſtimonia afferentur. Sed quo minus tantæ ueritati obſiſtere queant, ipſa ſiue ſanctorum uatum oracula, ſiue priſcorum Talmudiſtarum dicta, quæ in Iudæos ipſos inductu rus es, perinde ac ſcripta ſunt, Chaldaicè ſcilicet, atque Hebraicè referas, opus eſt.

GALATINVS, Faciam equidem quàm libentiſſimè, mi Capnio, quod hortaris: quum ob ea quæ dixiſti, tum præſertim, ut dum ſe Iudæi ipſi armis ſuis uictos uiderint: ueritatem quam negare nunquam deſiſtunt, agnoſcere cogantur: eamq; agnitam & fateri & cuſtodire non negligant, ſi ſibi conſulere uoluerint: ne tandem Cœleſti de regno ad exteriores electi tenebras, mala patiantur æterna. Sed quum id in omnibus ſeruari, & perdifficile & iniucundum ſit, ea dumtaxat aut Hebraicè aut Chaldaicè, ut ipſi habent, recenſere curabo, quæ præ cæteris contra eos, ueritatem & exprimunt & atteſtantur. Omnia uerò quæ me ex eorum Scripturis adducere oportebit, ita fideliter (quantum Latina patitur lingua) in noſtrum transferre conabor ſermonem, quòd neque ueritatem inficiari poterunt, neque non ſic apud ſe eſſe, dicere audebunt. Quare ipſius ſacræ paginæ traducendo dicta, ubicunq; in noſtris codicibus ab Hebraicis deuiatum eſſe inueniam, neque Septuaginta, neque alium quemuis ſequar Interpretem: ſed ea ſic omnino, ut Hebraica ueritas habet, in noſtrum uertam eloquium. Hinc enim & Iudæis falſiloquis, omnis ſubterfugiendi præcludetur uia: & plurima, ac propè infinita Sacræ Scripturæ loca, quæ partim temporum longitudine, partim Scriptorum uitio, tam apud Latinos quàm apud Græcos, uitiata & corrupta comperiuntur, uerè atque perbellè pro noſtra fide caſtigabuntur. In quibus longè planius, longeq; perfectius apud Hebræos, quàm in noſtra ſiue Latina, ſiue Græca æditione, fulget Chriſtiana ueritas. Quocirca me à multis carptum iri, haudquaquam dubito: & ab his præſertim, qui quicquid ipſi non fecerint, arguere ſolent: & omnia uituperant, quæ ignorant. Multos quippe habet Veritas inimicos, eamq; conſtanter profitentibus nunquam defuerunt æmuli. Eos enim & Athanaſius, & Chryſoſtomus apud Græcos perpeſſi ſunt: & Auguſtinus, atque Hieronymus apud Latinos: & omnes denique, qui ipſam unicè ſunt amplexati. Contra quos, ego nihil aliud, quàm Veritatem ipſam inuoco, quam ſpero (Diuina fauente ope) undique mihi clypeum fore. Quando quidem ſanctiſſimi LEONIS Decimi, Pontificis Maximi, ipſius Veritatis optimi cultoris, atque ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, quæ cunctarum Eccleſiarum & domina eſt & magiſtra, determinationi, me omnesq;

aſſer

assertiones meas, tam in his, quàm in cæteris omnibus subdo atque submitto.

HOGOSTRATVS, Quia mira atque inaudita ad retegendam Veritatem te dicturum uideo, ideo ut Veritatem ipsam quam tantopere quærimus, citius ac facilius nanciscì (te referante) possimus, uellem ipse insuper, ut nisi molestum fuerit, si quid dubij mentem meam subierit, inquisitioni meæ satisfacias.

GALATINVS, Id profectò periucundum mihi erit, nedum minimè ingratum. Eam ob rem, tam abs te qui non mediocri Diuinæ humanæq; Philosophiæ peritia polles, quàm à Capnione ipso, qui non modò omni literarum genere apprimè præditus est, sed trium etiam linguarum, quibus Diuina panduntur arcana, disertissimus Interpres, hoc in primis exoratum uelim, Vt quæcunque occurrerint dubia, nequaquam indiscussa prætereant, quin potius à nobis uicissim perscrutanda, in medium prodeant. Nam & ego quoque quicquid eisdem in dubijs pro mei ingenioli captu, mea tulerit opinio, haudquaquam subticendum ducam. Sed quia ualde difficile est, & quasi impossibile, imbecillem hominem qualem me esse non ignoro, per iter illud confidenter incedere, in quo uel fortissimos quosdam cespitare oportuit, Fateor enim, me quamplurima uiribus meis imparia, ac longè maiora, ad Veritatem huiusmodi indagandam, necessariò aggressurum. Idcirco Diuinam mihi opem primùm implorandam duxi, Vt dum ipsa ad Deum oratio pro baculo mihi fuerit, uerbumq; eius lucerna pedibus meis, ac lumen semitis meis extiterit, ipse securus ac tutus inter hostium cuneos gradiens, ipsosq; armis eorum deuincens, ueritatem quam apud se habentes nesciunt, negligunt, & impugnant, ab eis tanquam ab iniustis possessoribus auferre ualeam. Vt tandem ipsa ueritate in Talmudicis Libris inuenta, luce clarius constet, quid de ipso Talmud, de quo inter uos bellum est, rectè sentiendum sit. Quod ut rectius ac melius fieri queat, sermonem totum nostrum, circa duodecim præcipuè uersari, necesse erit. De quibus, Duodecim particulares confici debeant Libri. In quorum unoquoque mysteria nostræ fidei plurima reserari ualeant.

Index

Index Librorum.

IN PRIMO LIBRO
TRACTATVR

¶ De Talmud, deq; ad ipsum pertinentibus.

IN II.

De diuinarum personarum Trinitate, deq; diuinæ essentiæ unitate, ac de diuinis nominibus, per quæ & ipsa diuina Trinitas cum indiuidua naturæ unitate, & ipsius perfectiones optimè insinuantur.

IN III.

De filij Dei incarnatione, de Messiæ diuinitate, & eius nominibus diuinam ipsius naturam designantibus, deq; Dei & hominis consortio, participatione & coæquatione.

IN IIII.

De primo Messiæ aduentu.

IN V.

De argumentorum Iudæorum nostri temporis, Messiam nondum uenisse, probare connitentium, confutatione.

IN VI.

De humani generis redemptione & salute, propter quam Messias uenturus erat.

IN VII.

De sanctissima matre Messiæ.

IN VIII.

De Messiæ mysterijs, quæ omnia prorsus in domino nostro Iesu Christo consummata sunt.

IN IX.

De æterna Iudæorum reprobatione, & de Gentilium uocatione, ac saluatione.

IN X.

De nouæ legis diuinæ institutione, quæ per Messiam condenda erat.

IN XI.

De ueteris legis diuinæ cessatione in aduentu Nouæ.

IN XII.

De secundo Messiæ aduentu, deq; in eo futuris.

HÆC autem omnia statim Index Capitum particulatim ostendet. Tametsi unumquodque Caput, multa Catholicæ ueritatis contenturum sit arcana: prout passim proposito nostro ex Hebraicis codicibus carpenda, se obtulerint: unà cum textibus Sacræ Scripturæ Veteris instrumenti, qui nobis ad Orthodoxę fidei confirmationem, iuxta Hebraicam ueritatem, corrigendi exponendiq; occurrent.

Index Ca-

Index Capitum.

PRIMI LIBRI CAPITA.

DE antiquis & authenticis Iudęorum ſcripturis. *Cap.* I
De priſcis Iudęorum ſapientibus, uiris magnę ſynagogę nuncupatis. II
De authenticis Iudęorum ſcriptoribus, qui Chriſti anteceſſerunt aduentum: ex quorum potiſſimum ſcriptis compactus eſt Talmud. III
De Iudæorum ſcriptoribus, quos paulò pòſt Chriſtum paſſum eſſe contigit, & quid de ipſo ſenſerint. IIII
Quis fuerit ipſius Talmud autor, quando æditus ſit, in quot partes diuidatur, & quibus de rebus pręcipuè tractet. V
Quòd Talmudiſtę ad arcana legis perquirenda, allegoricum ſenſum maximè ſecuti fuerint, Cabaliſtę uerò anagogicum. & quid ſit Cabala, & quare ueteres noſtri de Cabala non meminerint. VI
An Talmud à Chriſtianis recipi debeat. VII
Quòd per Talmudicas traditiones ſacrę ſcripturę deprauationes optimè corriguntur, quę tam in noſtra ſiue Greca ſiue Latina ęditione, quàm in textu Hebraico paſſim inueniuntur. VIII
Quomodo ſit contra Iudęos per eorum ſcripturas procedendum. IX

SECVNDI LIBRI CAPITA.

QVòd deus ſit trinus & unus. I
Quòd perſonarum trinitas unitati diuinę eſſentię non derogat, per rationem ſuper Iudęorum ſcripturas fundatam. II
De diuinarum perſonarum diſtinctione, & de deo mittente, & de deo miſſo. III
De diuinarum perſonarum diſtinctione & numero, per earum proprietates. IIII
De patre & filio in diuinis. V
De ſpiritu ſancto. VI
Quòd tres perſonę ſint una eſſentia, ſitq; unaquęque earum in alia per circumінceſſionem. VII
Quòd diuinę trinitatis myſterium per dei imaginem ad quam factus eſt homo, optimè atque diſtinctè innuitur. VIII
De nomine dei אלהים elohim, & quomodo per illud diuina trinitas inſinuatur. IX
De nomine dei quatuor literarum, quod Grece τετραγράμματον dicitur,

eſtq; יהוה quod Hebræi שם המפורש Sem hammephoras, hoc eſt, nomen expoſitum uocant. X
Quomodo diuinæ trinitatis myſterium per Dei tetragrammaton diſtinctè exprimatur. XI
De nomine dei duodecim literarum, & quomodo per illud antiqui Iudæorum patrem & filium & ſpiritum ſanctum explicabant. XII
De nomine dei duarum & quadraginta literarum, per quod priſci Iudæorum diuinæ trinitatis & unitatis arcanum apertiſſimè exponebant. XIII
De nomine dei אהיה ehye, per quod diuinæ trinitas æterna ſtabilitas optimè inſinuatur. XIIII
De nomine dei אגלא agla, per quod diuinæ trinitatis infinita potentia exprimitur. XV
De nomine Dei שרי Sadai, per quod Diuinæ Trinitatis omnimoda ſufficientia, qua ſolus Deus ſibi ſufficiens eſt, optimè deſignatur. XVI
De duobus & ſeptuaginta dei nominibus, per quæ diuinæ Trinitatis atque unitatis perfectiones aptiſſimè inſinuantur. XVII

TERTII LIBRI CAPITA.

QVòd filius Dei incarnandus erat, ex fœmina corpus ſumendo. Caput I
Quid per nomen Meſſias importetur, & de duabus naturis & una perſona Meſſiæ. II
Quid ſit uerbum Dei ſecundum Hebræos, & quòd uerbum Dei ſit Deo ὁμοούσιον id eſt, conſubſtantiale. III
Quòd deus ſit uerbum, & uerbum dei ſit ipſe deus. IIII
Quòd Meſſias ſit uerbum dei, quod deus miſſurus erat, ut ſanaret uniuerſum humanum genus. V
Quòd dominus noſter Ieſus Chriſtus ſit uerbum dei, à patre æterno pro hominum ſalute miſſum. VI
Quòd Meſſias ſit filius dei. VII
Quòd Meſſias ſit nomen dei, & quòd nomen dei ſit ipſe deus. VIII
Quòd Meſſias nomine dei tetragrammato uocandus erat. IX
Quòd Meſſias ſit nomen dei tetragrammaton. X
Quòd nomen dei tetragrammaton ſecundum totum Meſſiæ eſſe, illi conueniat. XI
Quòd Meſſias eſt facies dei. XII
Quòd Meſſias ſit lumen, ſiue lux, quę deus eſt. XIII
Quod nomen dei שרי Sadai, Meſſię propriè competat. XIIII
Quòd nomen Meſſiæ ינון Yinnon, ſecundum Diuinitatem illi congruat

gruat. XV
Quòd Messias in sacra Scriptura plerunque uocatus est Germen, ad designandum, quòd potius incarnari decebat filium, quàm patrem siue spiritum sanctum. XVI
Quòd Messias dictus est Ros, ad significandum filij Dei in uterum Virginis descensum. XVII
Quòd Messias Emmanuel uocandus esset, & quòd nomen hoc soli Messiæ congruat. XVIII
De quibusdam Messiæ nominibus, ab effectu illi impositus, ex quibus eius diuinitas apertè ostenditur. XIX
Quòd proprium Messiæ nomen debebat esse Iesus, & de huius nominis excellentia. XX
Quòd Messias dictus est Petra, siue Lapis, multiplici ratione. XXI
Quòd Messias dictus est Tener, ad insinuandam immensam eius pietatem. XXII
Quòd Messias antonomasicè atque per excellentiam Iustus appelletur. XXIII
Quòd Messias Vir pugnæ nuncupatus est, sicuti & Deus eo nomine uocatus est, ob uictoriam quam contra diabolum obtenturus erat. XXIIII
Quòd Messias non ab re plerunque in sacra pagina uocatus est Dauid. XXV
Quòd Messias multoties in sacris literis Selomo dictus est, ad insinuandam filij Dei incarnationem, quæ de semine Dauid futura erat. XXVI
De diuinitatis humanitatisq; consortio, & de Dei æqualitate & participatione cum homine. XXVII
Quòd Deus dictus fuit frater Israel, & Messias est ille, ad designandum, quòd Deus per nostræ naturæ assumptionem frater noster fieri debebat. XXVIII
Quòd Deus ipse ore proprio docturus esset homines, & Messias sit ille. XXIX
Quòd Deus coæquandus esset Ecclesiæ, & quòd Messias caput Ecclesiæ futurus esset. XXX

QVARTI LIBRI CAPITA.

QVòd duplex sit Messiæ aduentus, unus cum humilitate, alter cum maiestate. Caput I
De duobus Messijs, quos Iudæi recentiores falsò uenturos expectant. II
Quòd primus Messiæ aduentus iam præterierit, & quibus potissimū

rationibus ſuper prophetarum Talmudiſtarumq; teſtimonia fundatis, id probetur. III
Prima ratio, qua tempus primi aduentus Meſſiæ iam præteriſſe probatur, ſumitur ex Iudaici ſceptri defectione: pro qua primò demonſtratur, quòd circa primum Meſſiæ aduentum, ſceptrum regni Iudaici penitus deficere debebat. IIII
Quòd iudiciaria quoque poteſtas in aduentu Meſſiæ penitus ab Iudæis auferenda erat, & de Iudæorum iudicibus. V
Quando, quomodo & quare Iudæorum regnum & eorum iudiciaria poteſtas defecerint. VI
Concluſio rationis, quòd Meſſias iam uenerit. VII
Quòd deficiente Iudæorum ſceptro, & miracula quoque templi patiter defecerint. VIII
Secunda ratio, ſumpta ex templi ſecundi deſitione: quòd primi aduentus Meſſiæ tempus iam præterierit, & quòd Meſſias ipſe ante templi ſecundi euerſionem, uenturus erat. IX
Obiectionis Iudæorum confutatio, & prophetiæ ipſius Hagæi catholica explanatio, iuxta ipſorummet gloſſas, ac rationis ſupradictæ confirmatio per Ieremiam. X
Quòd prope finem ſecundi templi natus eſt Meſſias. XI
Oppoſitionis Iudæorum improbatio, inſaniæq; ipſorum redargutio, qui Meſſiam diu iam natum fuiſſe, fatentur: ſed nondum ueniſſe, aiunt. XII
Tertia ratio, qua probatur primi aduentus Meſſiæ tempus iam præteriſſe, ſumpta ex loci aſſignati uaſtatione. XIII
Quarta ratio, efficaciter demonſtrans primi aduentus Meſſiæ tempus iam præteriſſe, ſumpta ex determinati temporis præteritione, per Danielis uaticinium, ſecundum Talmudiſtarum expoſitiones: & primò quomodo accipiendæ ſint ſeptuaginta Danielis hebdomades, tempus Meſſiæ præfixum continentes. XIIII
Quòd præfixum ſeptuaginta harum hebdomadarum tempus, ſecundum Hebræorum computationem, in Domino noſtro Ieſu Chriſto præciſe impletum ſit. XV
Quòd ſecundum noſtras quoque hiſtorias tam Græcas quàm Latinas, præfixum Meſſiæ tempus in ſeptuaginta his hebdomadibus contentum, præciſe in Chriſti morte conſummatum ſit. XVI
Contra obſtinatam Rabbi Selomonis, & Rabbi Leui, aliorumq; iuniorum Iudæorum temeritatem & inſaniam, impudentiſſimè Danielis uerba peruertere conantium. XVII
Vera atque catholica ipſius prophetiæ Danielis explanatio, per Iudæorum ſcripturas. XVIII
Quòd tempus determinatum aduentus Meſſiæ ab Eſaia inſinuatum, iam

iam præterierit,& in Domino noſtro Ieſu Chriſto completum ſit. Caput XIX
Quòd tempus quoque aduentus Meſsiæ præfixum,à priſcis Talmudiſtis traditum, iam tranſierit, ac in Domino noſtro Ieſu Chriſto conſummatum ſit. XX
De duobus falſis Meſsijs,quos Iudæi ob temporis præfixi aduentus Meſsiæ præteritionem,poſt Chriſtum paſſum receperũt:& quam ob rem primum à Veſpaſiano & Tito, deinde ab Hadriano tam acriter puniti fuerint. XXI
Quinta ratio, qua oſtenditur primi aduentus Meſſiæ tempus iam præteriſſe,accepta ex Iſraelitici populi punitione:& quòd Iudæi in aduentu Meſsiæ ob mortem quam ei illaturi erant,multiplici pœna mulctandi eſſent. XXII
De peccatis Iudæorum tempore primi & ultimi templi commiſſis,& de morte Zachariæ & Eſaiæ prophetæ:& quæ fuerit huius nouiſsimæ captiuitatis eorum cauſa:deq; odio gratis,quo Chriſtum proſequuti ſunt. XXIII
Confirmatio præmiſſorum, ex Meſſiæ uenditione, & mercatione. Caput XXIII
Sexta ratio,oſtendens primi aduentus Meſſiæ tempus iam præteriſſe,fundata ſuper Romani Imperij ſubiectionem:& primum,quòd Meſſias Romanorum Imperium ſibi ſubacturus erat. XXV
Quòd Meſſias uniuerſo orbi dominaturus erat,& de uniuerſali domini noſtri Ieſu Chriſti regno. XXVI
Quòd Chriſtus uerè ſibi Romanorum ſubegit imperium,& de Romani Pontificis atque Imperatoris uniuerſali dominio. XXVI
Iudaicæ oppoſitionis improbatio. XXVII
Septima ratio,qua primi aduentus Meſſiæ tempus præteriſſe demonſtratur,ſumitur ex idololatrici cultus ceſſatione,& quòd in aduentu Meſſiæ idololatria penitus ceſſatura erat. XXIX

QVINTI LIBRI CAPITA.

IVniorum Iudæorum obiecta, quòd Ieſus Nazarenus Meſſias non fuerit,quum Meſſias ipſe nondum uenerit. Caput I
Ad primum Iudæorum obiectum,quòd Meſſias in fine dierum uenturus erat. II
Ad ſecundum Iudæorum obiectum,quòd nondum uenerit Meſſias, quia nondum mons domus Domini ſuper montes & colles eleuatus eſt. III
Ad tertium Iudæorum obiectum, quòd Ieſus Nazarenus non fuerit Meſſias,quia ad eum omnes gentes non fluxerunt. III

Ad quartum Iudæorum obiectum, quòd Messias nondum uenerit, quia Gentes nondum dixerunt, Venite, ascendamus ad domum dei Iacob. V

Ad quintum Iudæorum obiectum, quòd Messias nondum uenerit, quia nondum arma bellica in agriculturæ instrumenta sunt conuersa. VI

Ad sextum Iudæorum obiectum, quòd Messias nõdum uenerit, quia nondum pax sine fine uenit. VII

Ad septimum Iudæorum obiectum, quòd Messias adhuc non uenerit, quia nondum feræ esum carnium deserentes, ac omni feritate deposita, cum animantibus mansuetis accubuerunt. VIII

Ad octauum Iudæorum obiectum, quòd Messias adhuc non uenerit, quia nondum ipsi in terram suam congregati sunt. IX

Ad nonum Iudæorũ obiectum, quòd Messias nondum uenerit, quia tertium templum non est adhuc ædificatum. X

Ad decimum Iudæorum obiectum, quòd Messias nondum uenerit, quia adhuc ipsi non sunt saluati. XI

Ad undecimum Iudæorum obiectum, quòd Messias adhuc non uenerit, quia nondum Gog interemptus est, neq; Magog expugnatus. XII

Ad duodecimum Iudæorum obiectum, quòd Iesus Nazarenus non fuerit uerus Messias, quia non reliquit post se semen, nec habuit filios. XIII

SEXTI LIBRI CAPITA.

QVòd nullus futurus erat saluator & redemptor nisi Deus, qui se ipsum humanæ redemptionis precium daturus erat. I

Quòd iste saluator & redemptor debebat esse Messias. II

Quòd redemptor ad hoc quòd esset perfectus redemptor, Deus & homo esse debebat. III

Quòd saluatio atque redemptio per Messiam facienda, spiritualis futura erat. IIII

De peccato originali, quo propter peccatum primorum parentum, totum humanum genus corruptum fuit, & quid est peccatum originale secundum Hebræos, & quo nomine ipsum appellant. V

Quòd omnes patres ueteris instrumenti quantumcunque sancti, propter originale peccatum usque ad Messiæ aduentum, rei atque deo culpabiles fuerint. VI

Quòd propter peccatum originale ante Messiæ aduentum omnes homines ad infernum descenderint, & quibus nominibus apud Hebræos infernus nuncupetur. VII

Quod

Quòd patriarchæ quoque ac prophetæ, cæteriq; sancti patres ueteris instrumenti, usque ad Messiæ mortem, omnes ad infernum descenderint. VIII
Quòd sancti patres in inferno à diabolo, deo permittẽte, propter Adæ peccatum detinebantur, & de limbo ad quem descendebant. IX
Quòd animæ electorum non poterant, nec debebãt nisi à Messia deo & homine ex inferno liberari. X
Quòd per Messiam & uniuersum reparandum erat, & mors ipsa destruenda. XI
Quòd angelorum quoque ruina per Messiam instaurari debebat. XII
Quòd summo desiderio sancti Patres Messiæ desiderarint aduentum. XIII
Quòd non Iudæi tantum, sed Gentiles quoque per Messiam redimendi atque saluandi erant: nec tamen omnes siue Iudæi, siue Gentiles, sed ij dumtaxat ex utrisque, qui ipsum & recepturi & confessuri essent. XIIII
Quòd ad designandam tum Iudæorum, tum Gentilium saluationem per Messiam futuram, ex utrisque Messias ipse prodire uoluit. XV
Quòd mundus per peccatorum remissionem saluandus erat, & de generali peccatorum remissione, quæ per Messiam fieri debebat. XVI
Quòd per lignum crucis, mundi siue humani generis saluatio fieri debebat. XVII

SEPTIMI LIBRI CAPITA.

QVòd mater Messiæ ab æterno fuerit à deo præuisa filium eius conceptura, atque Messiam uerum Deum & hominem paritura. Caput I
Quòd amore matris Regis Messiæ & filij eius, Deus mundum creauerit, quia præuiderat ipsos à peccato Adæ immunes futuros. II
Quòd mater Messiæ non fuit in peccato originali concepta, & quòd ipsa fuit ante peccatum Adæ secundum materiam creata, & caro ipsius semper ab omni macula peccati præseruata. III
Ad primam Hogostrati obiectionem, & quòd mater Messiæ fuit prima in genere humano creatura, estq; omnium hominum mater, atque cunctis angelis superior, secundum priscorum Talmudistarum sententiam. IIII
Ad secundam Hogostrati obiectionem, & quòd opinio de immaculata gloriosæ Virginis conceptione uetustissima est. V
Ad tertiam Hogostrati obiectionem, ubi quòd mater Messiæ absque originali peccato concipienda esset, naturalibus rationibus probatur. VI

Ad quartam Hogoſtrati obiectionem,ubi concluſio de immaculata uirginis conceptione,ſeptem theologicis ſimul ac naturalibus confirmatur rationibus. VII
Ad quintam Hogoſtrati obiectionem , & quòd intemerata mater Meſſiæ abſque libidine & concupiſcentia genita ſit. VIII
Ad ſextam Hogoſtrati obiectionem,& quòd merito paſſionis Chriſti exhibendæ,fuerit uirgo glorioſa à peccato originali modo nobiliſſimo redempta. IX
Ad ſeptimam Hogoſtrati obiectionem,& quòd uirgo glorioſa nunquam ægrotauerit,nec unquam menſtrua paſſa fuerit:& quam ob rem obierit,& quòd mortua,ſtatim reſurrexerit. X
Quòd propter matrem Meſſiæ uocatus fuerit Iſrael populus Dei peculiaris. XI
Quòd mater Meſſiæ ex ſtirpe regia Dauid, & tribu Iuda proditura erat: ubi Matthæus & Lucas Chriſti genealogiam deſcribentes, optime concordantur. XII
Quòd mater Meſſiæ Maria uocari debebat. XIII
Quòd mater Meſſiæ uirgo futura erat,& de omnimoda eius uirginitate,uidelicet ante partum,in partu,& poſt partum. XIIII
Oppoſitionis recentiorum Iudæorum matris Meſſiæ uirginitatem impugnantium,confutatio. XV
Quòd mater Meſſiæ ſpiritu ſancto cooperante,dei filium conceptura erat. XVI
Quòd mater Meſſiæ prophetiſſa eſſe debebat, prophetas omnes excellens. XVII
Quòd mater Meſſiæ ſedes Dei futura erat,ſuper quam diuina maieſtas ſedere debebat. XVIII

OCTAVI LIBRI CAPITA.

QVòd Meſſias ſecundum carnem ex Iacob & cæteris patribus per lineam rectam deſcenſurus erat. I
Quòd Meſſias nouo modo naſciturus erat,hoc eſt abſque uiri ſemine,ſiue de matre abſque patre. II
Quòd reges gentium ad Meſſiam adorandum uenturi erant,ei munera deferentes. III
Quòd Meſſias ex Ægypto reuocandus erat,quo poſt natiuitatem ſuam Herodem fugiens,profecturus fuerat. IIII
Quòd Meſſias miracula propria uirtute facturus erat,& de miraculis domini noſtri Ieſu Chriſti & diſcipulorum eius,ex Talmud. V
Quòd miracula domini noſtri Ieſu Chriſti diſcipulorumq; eius nullatenus negari poſſunt. VI

Quod

Quòd Messias propheta esse debebat. VII
Quòd Messias pœnitentiam docturus erat. VIII
Quòd Messias pauper & humilis esse debebat. IX
Quòd Messias passiones multas subiturus erat, ac Deus quoque multa passurus. X
Quòd Messias tormenta acerbissima uoluntariè propter humanum genus suscipere debebat. XI
Quòd Deus percussiones, opprobria, contumelias, ac etiam mortem passurus erat. XII
Quòd Messias in sua passione uendendus, exprobrandus, flagellis colaphisq; cædendus, probris contumeliisq; innumeris afficiendus, ac purpura induendus, spinisq; coronandus erat. XIII
Quòd passionis Messiæ mysterium expresse atque distincte ab Esaia prænunciatum fuerit. XIIII
Obiectionis recentiorum Iudæorum, Esaiæ uerba fallò exponentium confutatio, per ueterum Talmudistarum expositiones. XV
Confutationis prædictæ confirmatio, per Chaldaicam Rabbi Ionathæ paraphrasin in eadem Esaiæ uerba. XVI
Quòd Deus in cruce suspendendus erat, crucique affigendus, & ille est Messias, qui morte crucis moriturus fuerat. XVII
Ad Iudæorum obiectum responsio, qui ideo Christum Deum non fuisse asserunt, propterea quòd in cruce se à Deo derelictum clamauerit. XVIII
Quòd Messias in sua morte felle & aceto potandus erat, eoq; morente tenebræ super omnem terram fieri debebant. XIX
De merito effusionis sanguinis & mortis Messiæ. XX
Quòd Messias ad infernum descensurus esset, omnesq; electos inde educturus. XXI
Quòd Messias tertio die à mortuis resurgere debebat. XXII
Quòd Messias in cœlum ascensurus erat, ducens secum eos, quos de inferno liberare debebat. XXIII
Quòd Messias ad dexteram Dei patris sessurus esset. XXIIII
Quòd Messias spiritum sanctum super apostolos, ac alios in se credentes, missurus erat. XXV

NONI LIBRI CAPITA.

QVòd omnes Dei promissiones cum conditione Iudæis factæ fuerint: uidelicet, si Messiam reciperent, eique obtemperarent. Caput I
Quòd ualde pauci ex Iudæis saluandi erant, reliqui uero occidendi, destruendi, atque dissipandi. II

Quòd

Quòd Iudæi qui Messiam non erant recepturi, scripturarum intelligentiam perdere debebant, tanquam fatui & asini absq; sensu permansuri. III

De perpetua Iudæorum reprobatione, & quòd tanquam Dei inimici, de domo Dei expellendi erant. IIII

Quòd Iudæi nunquam amplius in terram suam regressuri sunt, neque eam possessuri. V

Quòd Iudæi absque principe, absque sacrificio, & absque Deo, eorum exigente perfidia, usque ad mundi finem esse debebant. VI

Quòd sicuti Hebræi in Israel & Iuda diuisi fuerunt, ita tempore Messiæ, fieri debebat eorum in Iudæos perfidos & ueros Christianos diuisio. VII

Quòd Iudæi ideo destruendi erant, quia Deum uerum essent prodituri, ac negaturi. VIII

Quòd ideo Iudæi perdi, in æternumq; damnari debebant, quia legem Messiæ non essent recepturi. IX

Quòd idcirco quoque reprobandi, atque in perpetuo Dei odio permansuri erant, quia Iesum uerum Messiam, & Mariam matrem eius iugiter negaturi, ac blasphematuri essent. X

Quòd si Iudæi de peccato suo pœnitentiam agere uellent, perfidiamq; deponere, ilicò redempti essent, atque à captiuitate liberati, ac Messiam saluatorem haberent. XI

Quòd gentiles Messiæ adhærere debebant. XII

Quòd gentiles Messiam recipientes, à Deo diligendi essent, ac populus Dei electus esse debebant. XIII

Quòd omnes dignitates olim Iudæis concessæ, ab eis auferendæ essent, & gentilibus Messiam recepturis, tanquam uero & electo Dei populo concedendæ. XIIII

DECIMI LIBRI CAPITA.

QVòd Messias legem diuinam nouam perfectiorem quàm ueterem, instituturus erat, quam Gentiles suscipere debebant. I

Quòd Messias sacramentum baptismi instituere debebat, per quod circumcisio euacuanda erat. II

De pœnitentiæ sacramento, quòd Messias per uocalem confessionem in remissionem peccatorum institutus erat. III

Quòd Messias nouum sacrificium instituturus erat, in quo ipse panis & cibus esse debebat. IIII

Quòd sacrificium hoc non in pane solo, sed in uino quoque instituendum erat, per quod omnia sacrificia ueteris Legis cessare debebant. V

Quòd

Quòd Messias in hoc sacrificio panem in corpus suum,& uinum in sanguinem suum transubstantiare debebat. VI
Quanta futura esset huius sacrificij efficacia,& quanta sacerdotum illud pertractantium dignitas,qualisq; uita. VII

VNDECIMI LIBRI CAPITA.

QVòd lege Messiæ adueniente,lex Mosaica in cunctis cæremonialibus cessatura erat. Caput I
Quomodo & quare Christus legem ueterem impleuerit. II
Rationum Iudæorum confutatio, & quòd lex Mosaica mutabilis erat. III
Quòd lex Iudæorum sæpenumero mutata sit. IIII
Refelluntur Iudæorum obiecta, legem ueterem etiam quo ad cæremonialia permansuram fuisse,per ipsius legis testimonia probare conantium. V
Quòd cæremonialia omnia ueteris legis præcepta erant non bona, non tamen mala. VI
Quòd circumcisio tempore Messiæ non carnalis,sed spiritualis seruanda erat. VII
Quòd sabbatum quoque in diebus Messiæ spiritualiter tantum seruari debebat. VIII
Obiectionum Iudæorum solutio,quibus ostendere conantur,sabbatum à Christianis quoq;,atque à cæteris omnibus,nedum ab ipsis Iudæis literaliter seruari debere. IX
Quòd sabbatum apud Iudæos multoties dissolutum fuerit. X
Quòd Iudæorum etiam sacrificia tempore Messiæ spiritualiter tantum seruanda erant. XI
Quòd omnia quæ secundum ueterem legem immunda erant,tempore Messiæ munda esse debebant,& carnes porcinæ licitè comedi possent. XII
Quòd ueteris legis literalis obseruatio fuit Iudæis per Romanos prohibita,& postea per diabolum eis restituta. XIII

DVODECIMI LIBRI CAPITA.

QVòd secundus Messiæ aduentus,circa mundi finem erit. I
Quòd futura sit generalis mortuorum resurrectio. II
Quòd generalis mortuorum resurrectio in fine mundi futura, per Messiam fiet. III
Quòd post generalem resurrectionem, omnes homines uno linguæ loquentur idiomate,& quod erit illud. IIII

Quòd generale iudicium per Messiam fiet, qui in forma humana gloriosa iudicaturus est. V

De æterno præmio, quod iusti post uniuersale iudicium sunt habituri. VI

Quòd ipsemet Messias post uniuersale iudicium erit æterna merces & præmium iustorum. VII

Indicis Capitum
Finis.

Liber primus de Talmud.

De antiquis & authenticis Iudæorum scripturis. Caput primum.

GALATINVS,

AD IVDÆORVM PERFIDIAM PER Talmudicas eorum scripturas cõuincendam, ante omnia scire opus est, duplex apud eos esse dogmatum genus, quibus & nũc & olim ipsorum Synagoga inniti nunquam destitit. Quorum alterum quidem תורה שבכתב tora scebichetab, hoc est, legem quæ in scripto est, uel quæ scripto tradita est, uocant. Alterum autem תורה שבעל פה tora scebeal pe, id est, legem quæ in ore est, siue quæ ore tradita est, appellant. Quam quidem nihil aliud esse aiunt, quàm ipsius legis explanationem, quam Mosi unà cum lege traditam fuisse asserunt. Nam ut prisci Talmudistæ testantur, in primo eius libri capite, qui ברכות berachoth, id est, benedictionum dicitur, eodem spiritu Moses & legem, & ipsius legis exposition em in monte Sinai accepit. Ipsa autem legis explanatio ad geminum tendit sensum: literalem scilicet, & spiritalem siue mysticum: quorum neutrum Mosem scripsisse affirmant, sed utrunq; uerbo tradidisse. Et hanc legem eam esse dicunt, de qua בפרקי אבות bepirke auoth, id est, in capitulis patrum, ita legitur, משה קבל תורה מסיני ומסרה ליהושע ויהושע לזקנים וזקנים לנביאים ונביאים מסרוה לאנשי כנסת הגדולה Quod est, Moses accepit legem de Sinai, & eam tradidit Iehosuæ: Iehosuas autem senioribus: Seniores autem prophetis: Prophetæ uerò uiris Synagogæ magnæ. Huiusmodi autem traditio (ut ex uarijs Talmudistarum colligitur uoluminibus, utq; à Rabbi Mose Ægyptio in sui Deuteronomij initio fertur) hoc ordine fieri contigit. Iehosuas enim cùm hanc legis exposition em à Mose accepisset, eam Pinhæ Eleazari filio tradidit, qui & Aharon ex filio nepos erat: & à nobis corrupto nomine, Phinees dicitur. Phinhas autem Heli sacerdoti. Heli autem Semueli prophetæ ac sacerdoti. Semuel autem Dauid Regi. Dauid autem Achiæ prophetæ. Achias autem Eliæ prophetæ. Elias autem Elisæo prophetæ. Elisæus autem Ioiadæ Pontifici. Ioiadas autem Zachariæ prophetæ. Zacharias autem Hoseæ prophetæ. Hoseas autem Hamos prophetæ. Hamos autem Esaiæ prophetæ. Esaias autem Micheæ prophetæ. Micheas autem

Ioelí prophetæ. Ioel autem Nahum prophetę. Nahum autem Habacuc prophetæ. Habacuc autem Sephoniæ prophetæ. Sephonias autem Ieremiæ prophetæ. Ieremias autem Baruch ſcribæ. Baruch autem Ezræ ſacerdoti, ac ſcribæ. Hucuſq; præter Bibliam, quam מקרשיה Macdeſciya, hoc eſt, rem ſanctam Dei uocant, ſcripturam aliam Iudæos habuiſſe non legimus: cùm ad ea uſq; tempora, nemo quicquam de legis expoſitione literis commendaſſe, compertus ſit. CAP. Vt autem neminem ex noſtris lateat, quos libros Iudæi tanquam ſacros ac diuinos recipiũt, dic obſecro, quónã pacto מקרשיה Macdeſciya, id eſt, biblia ipſa, apud eos diſtinguatur? GAL. Bibliã Iudæi (ut ipſe noſti) & ארבעה ועשרים Arbaa ueeſrim, id eſt, quatuor & uiginti, eo quòd tot contineat libros, appellant. Eam nanq; in quatuor diuidunt partes. Quarũ prima, quam ipſi תורה Tora, id eſt legem, ſiue חומש Humas, id eſt, quinarium uocant, Græci uerò Peutateuchon nuncupãt, quinq; cõtinet libros. Quos ab ipſorũ principijs denominant. Nam librum quidẽ Geneſeos בראשית bereſcith, quod idẽ eſt quod In principio, appellãt. Exodum ואלה שמות Veelle ſcemoth, id eſt, Et hæc ſunt nomina. Leuiticum ויקרא Vaicra, id eſt, Et uocauit. Numerum במרבר סיני Bemidbar Sinai, id eſt, In deſerto Sinai. Deuteronomium uerò אלה הרברים Elle hadeuarim. i. Hęc ſunt uerba. Secunda uerò pars libros comprehendit quatuor, quos נביאים ראשונים Neuijm riſſonim, id eſt, prophetas primos, nuncupant. Qui quidem ſunt יהושע Iehoſuas, qui apud nos Ioſue dicitur, שופטים Sophtim, id eſt, Iudicum, שמואל Semuel, qui apud nos primum & ſecundum librum Regum continet, מלכים Melachim, id eſt, Regum, qui apud nos tertium & quartum Regum libros complectitur. Tertia autem pars, quatuor quoq; continet libros. Quos & נביאים אחרונים Neuijm Aharonim, id eſt, Prophetas poſtremos dicunt. Hi autem ſunt, Eſaias, Ieremias, Iehezkel, qui à nobis Ezechiel dicitur: & liber xij. Prophetarum, quos nos minores dicimus. Quarta denicq; pars, quam ipſi כתובים Chetuuim, id eſt, Agiographorum uocant: undecim continet libros. Quorum primus רברי הימים Dibre haiamim, id eſt, uerba dierum prenotatur: quem nos Græco uerbo Paralipomenõn appellamus. Secundus eſt תהלות Tehilloth, ſiue תהילים tehillim, uel per ſyncopam תלים Tillim, id eſt, hymnorum: tametſi tillim aceruos quoq; ſignificet, cuius ſingulare eſt תל tel, quod idem eſt quod aceruus. Quod neque etiam à propoſito uacat, quum Pſalmi ſint quaſi quidam ſententiarum acerui. Quem quidem librum, nos Græca uoce Pſalteriũ dicimus. Tertius eſt משלי שלמה Miſle Scelomo, id eſt Prouerbiorũ, ſeu potius Parabolarum Selomonis. Quartus איוב Iiob, quem nos corrupto uocabulo Iob nuncupamus. Quintus רות Ruth. Sextus קהלת Coheleth, id eſt, concio, ſeu concionatio: quem nos Eccleſiaſtem uocamus. Septimus איכה Echa, id eſt, Quomodo: qui à nobis Lamentationũ, uel Trenorum liber

Bibliæ diuiſio ſecundum Hebræos.

Humas.

Bereſcith.

Secunda pars.

Tertia pars.

Quarta pars.

liber inscribitur. Octauus שיר השירים Scir hascirim, id est Canticum canticorum. Nonus אסתר Ester. Decimus דניאל Daniel. Vndecimus postremò עזרא Ezras, quem cum Nehumia unum computant librum. Hos igitur duntaxat quatuor & uiginti, quos enumerauimus libros, Iudæi tanquam sacros & diuinos habent. Librum enim Iehosuæ Syrach, & Iudith, & Tobiam, primumq; Machabæorum licet habeant, non tamen inter uiginti quatuor connumerant. Tertium & quartū Ezræ Hebraicos adhuc ipse non uidi: quidam tamen ex ipsis aiunt, eos nuper inuentos Constantinopoli reperiri. Secundum uerò Machabæorum, & Philonis Hebræi librum, qui sapientia Selomonis dicitur, nusquã apud Hebræos reperi, sed tantum Græcos uidi. Hymnum præterea trium puerorum, & Susannæ, ac Belis, draconisq; historias, quæ nos apud Danielem habemus, ipsi nusquã habent. Hæc ideo dixi, ut scire ualeamus, quos libros Iudæi tanquam authenticos approbent. Præter prædictos igitur quatuor & uiginti libros, nihil scripturæ apud Iudæos usq; ad Ezræ tempora extitisse, certum est. Ipsa enim legis cõmentaria tam literalia, cũ spiritalia, siue mystica ab ipso Mose legislatore, ad Babylonicã usq; trãsmigrationem, solo succidaneo quodam ordine (ut dictũ est) inter prophetas & sapientes pandebantur. Post Babylonicã uerò captiuitatem, ipso Ezra legem quæ in urbis Ierosolymæ, templiq; euersione cõbusta fuerat, rescribente: cæteri sapientes, ipsius legis expositionẽ scribere cœperunt. Ne si fortè aliud eiusdem urbis excidiũ fore contingeret, in quo sapiẽtes omnes perituri essent, unà cum eis & ipsa legis explanatio periret. Quo profectò factum est, ut omnes illi sapientes, quos à Babylonica transmigratione usq; ad primã Talmudici codicis scriptionem esse cõtigit (qui & in ipsis פרקי אבות pirke auoth, id est, capitulis patrũ uiri magnæ Synagogæ appellantur) legemq; docuisse constat, uerbo pariter & scripto eiusdem legis expositionem auditoribus suis tradiderint. Quorũ tanta est apud Iudæos autoritas, ut eorũ scripta ex quibus postmodum confectus est Talmud, primum post prophetas locum obtineãt. Neq; tamen immeritò, cùm eorũ doctrina à prophetis ipsis, quorũ ipsi et discipuli & successores fuerũt, eis immediatè tradita fuerit. Quare neq; mirum est, si ex ipsis ij qui Christi præcesserunt aduentũ, legem prophetasq; exponẽtes, infinita penè ac admodũ mira de Christo, deq; Christianæ fidei ueritatibus scripto tradiderint, quæ omnia Talmudicis libris sparsim inserunt.

De Priscis Iudæorum sapientibus, uiris magnæ Synagogæ nuncupatis. *Caput* II.

CAPNIO,

VElim & horum quoq; ordinem quo alter alteri in docenda legẽ succedebant, patefaceres. GAL. Quemadmodũ & in multis ipsius Talmud locis liquidò patet, & Rabbi Moses Ægy-

ptius in ſui Deuteronomĩ principio refert, Ezras ipſe legis doctor, ipſius legis expoſitionem Simoni Pontifici, qui & Iaddus dictus eſt, tradi-

Alexander Magnus Iudæorũ Pontificem adorauit.

dit. Hic ille Iaddus eſt, qui cum audiſſet Alexãdrum Macedonem capta Gaza, Ieroſolymã uerſus iter arripuiſſe, nõ paruo pauore ac timore corripi cœpit. Propter priorem enim contumaciã, ipſius regis indignationem pertimeſcebat. Quo circa per uiſionem nocturnã diuino monitus eſt oraculo, ut alĩ quidem ueſte alba, ipſe uerò, ac reliqui ſacerdotes legitimis induti ſtolis, indignanti Imperatori cùm non longè ab urbe ipſa eſſet, occurrerent. Quod cum feciſſent, Alexander ut uidit ipſum principem ſacerdotũ hyacinthina atq; aurea ornatũ ſtola, ac ſuper caput & cydarim, & auream laminam, in qua nomen Dei τετραγράμματον ſcriptũ erat, geſtantẽ: eum ilicò ſolus adĩt, ac nomen Dei adorauit, ipſumq; Põtificẽ primum ueneratus eſt. Quod cùm uidiſſent reges Syriæ, cæteriq; omnes qui cum eo erant, uehemẽter obſtupuêre. Nemo tamen niſi Parmenio auſus eſt eum interrogare, cur cæteris omnibus eum adorantibus, ſolum Principem ſacerdotum ipſe adoraſſet. Cui reſpõdens: Non (inquit) hunc, ſed Deum cuius principatu ſacerdotĩ fungitur, adoraui. Hunc enim per ſomnium, quum adhuc in Macedonia eſſem, mecumq; quemadmodum Aſiam uincere poſſem, cogitarem, huiuſmodi cum habitu conſpexi. Qui & me ut nequaquam negligerem, ſed confidenter tranſirem, monuit: ſeq; eo exercitum perducturum, Perſarumq; potentiam mihi traditurũ, pollicitus eſt. Ideo ipſum pronus adoraui. Exinde enim me diuino iuuamine directum, Dariumq; uiciſſe, Perſarum quoq; uirtutem ſoluiſſe, arbitror. Propterea & omnia etiam quę meo in corde uerſantur, quæq; à me ſperantur, prouentura confido. Is autem Iaddus ſiue Simon (ut eò unde digreſſus ſum, redeam) ipſam legis explanationem Antigono patria Sichæo tradidit. Antigonus autem Ioſepho Ioannis filio, & Ioſepho Iohezeris filio. Hi autem Nitæo Arbolenſi, & Iehoſuæ filio Perahiæ, Cuius auditorem Ieſum noſtrum redemptorẽ fuiſſe, Iudęi iuniores falſò affirmant. Sed eos apertè mentiri (ut alibi latiùs dicemus) ex eo palàm oſtenditur. Quod ab Hircano primo, cuius temporibus Iehoſuas iſte claruit, uſque ad Pilatum ſub quo Chriſtus paſſus eſt, cx fluxêre anni. Hi rurſus Nitæus & Iehoſuas legis expoſitionem Iudę filio Tibæi, & Simoni Satæ filio tradiderunt. Hi autem Semaiæ & Abatalioni. Hi uerò Hilleli & Samæo, de quibus multa præclara in libro

Hillel.

Antiquitatũ refert Ioſephus. Floruit autem Hillel, ut in libri שבת Sabbath initio dicitur: anno ante templi ſecundi euerſionem centeſimo. & ut in בבא בתרא Baua bathra legitur, lxxx habuit diſcipulos, omnes excellẽti ingenio, ac doctrina præditos. Qui omnes ratione diſciplinæ filĩ eius ſunt nuncupati. Adeoq; præſtantes fuerunt, quòd (ſicuti ibidem legitur) eorũ xxx quidem, ut diuinitas ſuper eos deſcenderet, digni erãt: quemadmodum Moſes ipſe fuerat, xxx uerò, ut pro eis ſol immobilis

ſtaret

ſtaret, uti Iehoſuas fuit. Cæteri autem uiginti mediocres ſunt appellati. Quorum maximus quidem Ionathas Vzielis filius extitit. Minimus uerò omnium Ioannes Zachæi filius, quem Iudæi Raban Iohanan ben Zaccai uocant. Qui tamen (ut priſci Talmudiſtæ dixerunt) neq; ſcripturam, neq; Talmud, neq; cætera omnia uſq; ad uulpium exempla, ac dæmonum narrationes, ſcire prætermiſit. Si igitur iſte, qui omnium diſcipulorũ Hillelis minimus fuiſſe memoratur, tam magnus euaſit ſapiens, quid de cæteris cenſendum eſt? Hillel autem & Samæus legis expoſitionem eidem Ioanni Zachæi filio, & Simeoni iuſto ipſius Hillelis filio, tradiderunt. Ordo iſte hactenus deductus ex patrum capitulis פרקי אבות Pirke auoth nuncupatis, elicitus eſt. Vbi poſtremus omnium Simeon iuſtus, qui Chriſtum ſuſcepit in ulnis, ponitur. Ex quo palàm profectò oſtenditur, in eo Iudaicæ Academiæ ſceptrum penitus defeciſſe. Rabbi tamen Moſes Ægyptius hunc docendi ordinem ulterius proſequutus, ait eundem Simeonem iuſtum Gamlielem cognomẽto ſenem, ad cuius pedes Paulus Apoſtolus legem didicit, auditorẽ habuiſſe. Is itaq; Gamliel fuit ille legis doctor, uniuerſæ Iudaicæ plebi obſeruandiſſimus, qui Petrum cum reliquis Apoſtolis, cum eos Princeps ſacerdotũ, & uniuerſa concio interficere uellent, & excuſare, & à nece liberare omni conatu ſtuduit, dum pro eis orationẽ in concilio habens, hæc inter cętera dixit:

Simeon iuſtus

Gamliel cognomento ſenex.

אנשי ישראל שמרו מה תעשו על אלו האנשים כי קודם אלו הימים היה טאודש
שהיה אומר דבר מה ואליו נגרדו מספר אנשים קרוב לארבע מאות ונהרג הוא
וכל המאמינים בו נאבדו והיו לבלום : אחר זה היה יהודה הגלילי בימי ההוראה
והסית את העם אחריו והוא נאבד וכל הנגררים אחריו נתפרשו ועתה לכך אני
אומר לכם הבדלו מאלו האנשים ועזבו אותם כי אם מאנשים העצה הזאת או
המעשה יבטל אבל אם מהאל הוא לא תובלו פן תראו מקבילים לאל :

Gamlielis oratio pro liberandis apoſtolis.

Hoc eſt, Viri Iſraelitæ, attẽdite uobis, quid acturi ſitis ſuper hominibus iſtis. Ante enim hos dies extitit Theodas, dicens ſe aliquid eſſe. Cui conſenſit numerus hominum circiter quadringentorum. Et interfectus eſt, & omnes qui ei credebant perditi ſunt, atq; ad nihilũ redacti. Poſt hunc fuit Iudas Galileus in diebus profeſſionis, & auertit populum poſt ſe, & ipſe perijt, & omnes quotquot conſentiebant ei, diſperſi ſunt. Et nunc propterea ego dico uobis: Diſcedite ab hominibus his, & ſinite eos. Quoniam ſi ex hominibus eſt conſilium hoc, aut opus, diſſoluetur. Si uerò ex Deo eſt, non poteritis diſſoluere illud, Ne fortè & Deo repugnare uideamini. Hæc Gamliel ille. Cuius deinde Rabã Simeon eius filius, qui poſtea ab Hadriano Cæſare occiſus eſt, auditor fuit. Qui poſtremo & filium ſuum nomine Iudam auditorem habuit. Quem Iudæi pro eius doctrinæ probitatisq; excellentia, Rabbenum Haccados, id eſt, magiſtrum noſtrum ſanctum cognominant. Fuit tamen & alius Rabbenus Haccados, qui tempore Romanorum, conſulum, & doctrina & ſpiritu prophetiæ claruit, ac multa & quidem mirãda de Chriſto ſcripſit. Quãobrem Iudæi recentiores nominis ſimilitudine decepti, illum hũc fuiſſe exiſtimant. Quo fit, ut hac uſi cautela, quæcunque ille futura de Chriſto

Rabbi Iudas, qui & Rabbenus haccados.

prædixit, negare contendant. Hi igit fere omnes, quos post Ezrã Iudaicæ Academiæ præfuisse cõmemorauimus: acalij ex eorum auditoribus penè innumeri, multa de legis explanatione scriptis reliquerũt. Ex quibus post modũ Talmud cõfectus est. CAP. Rabbi Moses Ægyptius in sui Deuternomij exordio refert. Vsq; ad R. Iudã Simeonis filium, qui fuit anno post tẽpli secundi incendiũ. cxx. neminẽ quicq; de legis enucleatione scriptis tradidisse: sed inter sapientes sibi inuicẽ succedentes, ipsam oretenus duntaxat reuelatã fuisse. GAL. Verũ quidẽ est, Rabbi Mosem Ægyptiũ id asserere. Quod duas potissimũ ob causas ipsum fecisse, putandũ est. Tum quidẽ, ut Messiæ arcana quæ in legis, prophetarumq; expositionibus ante Christi natiuitatẽ detecta fuerant, Christianos laterent. Tum etiã, ut scripta posteriorũ magis ex hoc Authentica redderent. Sed falsum eũ dixisse, ex eo manifeste uideri potest. Quod multa de expositione tam legis, q; prophetarũ ante Christi ortũ scripta cõperiunt: uti in multis ipsius Talmud locis luculẽter apparet. Quod Iehosuas quoq; Syrach qui temporibus Ptolomæi Euergetis primi floruit, clare testatur. Dum in eius libri procœmio, qui apud nos Ecclesiasticus, apud Hebræos uerò Misle. i. Prouerbia prænotat, sic inter cætera ait: Multorũ nobis & magnorum per legẽ, & prophetas, aliosq; qui eos secuti sunt, sapientia demonstrata est: in quibus laudare oportet Israëlem doctrinæ & sapientiæ causa. Quoniã nõ solum ipsos loquentes necesse est esse peritos, uerum etiã extraneos posse & discẽtes, et scribentes doctissimos fieri. Et post pauca: Sed ipsa inquit lex & prophetæ cæteraq; aliorũ librorum, nõ paruã habent differentiã, quando inter se dicuntur. Nam in octauo & xxx. anno temporibus Ptolomæi Euergetis Regis, postq; in Ægyptum perueni, & cum multum temporis ibi fuissem, inueni ibi libros relictos nõ paruæ neq; cõtemnẽdæ doctrinæ. Quibus ex uerbis apertè colligit, præter legẽ & prophetas, alios etiã libros apud Hebræos lõge ante Christi aduentũ scriptos fuisse. Cũ Ptolomæus ipse Euergetes primus, cuius temporibus eiusmodi libros se Iehosuas iste apud Ægyptum comperisse refert, per ducentos & nouem fermè annos ante Christi natalem, diem clauserit extremum.

Iehosuas Syrach.

De authenticis Iudæorum scriptoribus, qui Christi antecesserunt aduentum, ex quorum potissimum scriptis compactus est Talmud. Cap. III.

CAPNIO EX ijs igitur, qui Christi præcesserunt aduentũ, quinã præ cæteris legẽ prophetasq; enucleantes, ipsius Messiæ arcana scriptis reserarunt. GAL. Et si q; plurimi huius generis sapientes extiterint, ne tamen tædio sim, paucos quosdã in medium afferã. Et primum quidem (ut eos qui antecesserãt, omittã) duos & septuaginta interpretes illos adducã, qui nõ solũ Hebraica, Chaldæa, Græcaq; lingua, ac omni disciplinarum genere, uerũ spiritu sancto quoq; inter cæteros claruerunt. Nã cũ anno ante Christi natiuitatẽ circiter ccl. rogatu Ptolomæi

Septuaginta interpretes.

lomæi Philadelphi Alexandriã ab Eleazaro Pontifice totã Bibliam in Græcum eloquium traducturi, missi fuissent. Volens Ptolomęus ipse de ęditionis eorum puritate periculũ facere, eos (ut nõ Talmudistę modò, ac Philo Hebręorũ disertissimus, sed Augustinus quoq;, ac alij quidam ex nostris testantur) per duas & lxx. segregauit cellulas. Ipsi tamẽ adeò in scribendo concordes fuerunt, ut nec in uerbo quidẽ discreparint, sed una scribendi serie, uno uerborũ literarumq; cõtextu, eodemq; temporis momento, uniuersum diuinũ uolumen illud in Græcum sermonem cõmutarint. Quod utiq; nõ humanæ, sed diuinæ ascribendum est uirtuti. Quare neq; dubiũ est, eos alia quoq; spiritu sancto inspirante, ad legis prophetarũq; explanationẽ, literis mandasse, in quibus multa eos de Christo dicere cõtigerit. Quod etiã plerosq; alios tunc facere potuisse, ex eo clarũ est. Quod si seni duntaxat de unaquaq; tribu illi delecti fuerunt, rationi profectò cõgruum est, & alios plurimos eiusdẽ generis uiros apud Hebręos tunc fuisse, qui legis prophetarũq; expositiones scriptis tradere potuissent. Quorũ libros Iehosuas Syrach (ut dictũ est) se apud Ægyptũ inuenisse refert. De quibus Iehosuas eius auus unus extitit. Qui eo tempore florens, imò (ut nõnulli existimant) è septuaginta duobus interpretibus unus existens, multa memoratu dignissima scripsit, quemadmodũ Iehosuas ipse Syrach eius nepos attestatur, dicens: Auus meus Iehosuas postq; se amplius dedit ad diligentiã lectionis legis & prophetarũ, aliorũq; librorũ, qui nobis à parentibus nostris traditi sunt: uoluit & ipse aliquid horũ quę ad doctrinã & sapientiam pertinẽt, scribere, ut ea discere, eorumq; periti fieri cupiẽtes, magis magisq; animo attendãt, & ad legitimã uitã cõfirmentur. Quẽ & ipse Iehosuas Syrach postea imitatus, inter alia pręclarũ librũ illum ędidit, quẽ nos Ecclesiasticum appellamus: Hebręi uerò משלי Misle. i. Parabolas denominant. Qui licet nõ sit de xxiij. sacræ scripturæ libris, magna tamen apud eos ipsius est autoritas. In quo quãuis de subditorũ obedientia, de bonorũ morum institutione, deq; sanctorũ Patrum laudibus prę cipuè agat, plerumq; tamẽ de Messiæ diuinitate, ac diuini uerbi incarnatione in eo fit mẽtio. Anno post modũ ante Christi ortũ clx. Aristobolus ille peripateticę sectę Philosophus insignis, cũ natione Iudæus esset, Ptolomęi Philometoris hortatu, in Mosem commentarios scripsit, ubi multa de Messia pulchrè disseruit. Rabbi aũt Iodam, & Rabbi Ibba, nõ multo post multa scriptis de Messia tradiderunt. Post quos Rabbi Simeon filius Iohai permulta quoq; de Messia, deq; eius diuinitate egregie scripsit. Cuius dicta Talmudica uolumina uoluentibus, frequentius occurrunt. Librum quoque confecit, quem מחקר חסורות Mechkar hassodoth, id est, de inuestigatione secretorum inscripsit, in quo multa de Messia (ut in sequentibus patebit) retexit arcana. Is insuper Commentariorum libri Geneseos, qui Hierosolymorum secretiore lin-

Iehosuas Iehosuæ Syrach auus.

Iehosuas Syrach. Liber Ecclesiasticus.

Aristobolus Philosophus Hebræus.

Rabbi Simeon ben Iohai.

gua conſcripti leguntur, autor fuiſſe creditur: ubi quàm plurima Chriſtianæ fidei myſteria lucidè panduntur. In ijs præterea quæ in Cabaliſtica facultate, cuius præ cęteris principatum meruit, ſcripto ędidit: inter cætera diuinitatis arcana, diuinæ trinitatis myſterium diſtinctè atq; clariſſimè inſinuat, ſæpenumero patrem & filium & ſpiritum ſanctum expreſſe nominans. Poſt quem Rabbenus Haccados, qui Latinè Doctor noſter ſanctus interpretatur, librum ſcripſit, quem גלי רזיה Gale razeya id eſt, reuelatorem ſecretorum nuncupauit, qui certè non ab re doctor ſanctus dictus eſt, cùm ſpiritu ſancto afflatus, ita planè eo in libro cuncta domini noſtri Ieſu Chriſti myſteria aperuerit, ut non futura prædixiſſe, ſed res geſtas tanquam Euangeliſta narraſſe, uideatur. Quem paulo poſt rabbi Nehumias Haccanæ filius, ſecutus, non ea tantum quæ à prophetis de Meſſia occultè tradita fuerant, lympidiſſimè patefecit, uerumetiam ſe ab eius aduentu per quinquaginta tantum annos procul eſſe aſſeruit. Vnde Haccanæ filio ſuo, quem Meſſiam ipſum uiſurum & ſperabat & gaudebat, ut eum de Meſſiæ myſterijs certiorem faceret, Epiſtolam ſcripſit, quam אגרת הסודות Iggheret haſſodoth. i. Epiſtolam ſecretorum appellari uoluit. Per idem fermè tempus (anno. ſ. ante Chriſti natalem circiter ſecundo & quadrageſimo) Ionathas Vzielis filius, Hillelisq; auditor, atq; Simeonis iuſti, qui Chriſtum infantulum ſuſcepit in brachijs, condiſcipulus, totum uetus Inſtrumentum, in Chaldæā uertit linguam, atq; expoſuit, ita ſenſum è ſenſu traducens, & ita obſcuriſſima quęq; exponens uocabula: ut quæcunq; de Meſſia dubia & latenter ſcripta erant, certa atq; clariſſima reddiderit: adeò ut eius ędition non tam interpretatio, quàm gloſſa atq; expoſitio uideatur, quam Hebręi תרגום Targum, id eſt, tranſlationē nuncupant. Tantæq; apud eos eſt autoritatis, ut non ſolùm ei contradicere nemo audeat, ſed non minus quoq; fidei, quàm ipſi textui paſſim omnes eidē adhibeant: tum ob uiri ſanctitatem ac peritiam, tum maximè ob ipſius interpretationis expoſitionisq; ueritatem. Ideo quotieſcunq; aliquid ambiguum, aut difficile intellectu, in textu ſacrorum librorū inueniunt, ſemper ad eandem translationem, atq; enucleationē recurrunt. Vnde de eodem Ionatha, (ut in בבא בתרא baua bathra legitur) dixerunt Magiſtri, quòd in hora qua eidem æditioni & expoſitioni uacabat, ſi muſca aut quodcunq; uolatile ſuper eum, uel ſuper chartam uolaſſet, ilicò abſq; ulla eius aut charę leſione, cœlitus exurebatur. CAP. Negant plerique, Ionathan Pentateuchum in Chaldęum traduxiſſe: ipſum enim ab Ankelos proſelito traductum aiunt, quem Hebræi ſororis Titi Imp. filium fuiſſe aſſerunt: ut habetur in מסכת גטין maſebeth ghittin. i. in tractatu libellorum repudij, in פרק perec. i. in capitulo, quod incipit חנזקין hannizakin. i. dānificati. Alij Ionathā ipſum nequaquā Pſalterium traduxiſſe dicūt, ſed potius illud à R. Akilas, & à R. Ioſeph cęco, in Chaldæū uerſum affirmāt: unde chald.

Rabbenus haccados.

Rabbi Nehumia ben haccana.

Ionathan ben Vziel.

Targum quid ſit.

Ankelos.

Maſebeth.

Pſalterij

Psalterij ęditionem, quam nunc Iudęi frequentius præ manibus habẽt, quamq; Nebiensis Præsul in Psalterijs posuit, ipsi Rabbi Ioseph cæco plurimi eorum ascribunt. Ex quo inferunt, Ionathan totam Bibliã Chaldæam nõ feciſſe. GAL. Totam pro culdubio Bibliam Ionathas in Chaldæum (ut prędixi, & te non latere arbitror) transtulit. Sed translatio eius in Pentateuchum rariſſima est, idcirco ab ijs qui eam nõ uiderunt, negatur. Ego uerò ipsam semel uidi. Quæ sic incipit,

בן אולא ברא יי ית שמיא וית ארעא: Ea autem quæ Ankelos est, sic,

בקדמין ברא יי ית שמיא וית ארעא: Hic etiam Ankelos totam Bibliam in Chaldęum uertit atq; exposuit. Cuius ęditio atq; expositio, quamuis nunc (prętercquàm in Pentateuchũ) uix alicubi reperiatur, nõ minoris tamen apud Iudęos est precij, cq; illa de qua nunc meminimus Ionathæ. Quam etiam Targum appellant, quod Chaldaica quoq; sit, sicut & illa: & si utraq; Hebraicis scripta sit elementis. Æditio quoq; ipsius Ionathæ in Psalterium penes pauciſſimos est. Quam qui habent, pro uiribus occulunt, propter mysteria Christianæ fidei quæ cõtinet. Simeon postremò Hillelis filius, quem ob eius pręcipuã sanctitatem, Talmudistæ צדיק czadic. i. iustũ cognominant, in quo (ut in פרקי אבות pirke auoth. i. capitulis patrum dicitur) academię magnę Synagogæ sceptrum defecit, multa de Messia dixit. Et tandem cum in ultima senectute à spiritu sancto respõsum accepisset, non uisurum se mortem, nisi oculis Messiã Dei filium uideret, Christũ ipsum in ulnis suscipiens, quæ de eo à spiritu sancto edoctus, docuerat, ipso pręsente cõfirmauit. Cuius egregia dicta talmudicis in libris sparsim reperiuntur. Ex horũ igitur omniũ dictis, atq; aliorũ cq; plurimorũ, qui eisdẽ tęporibus super legẽ & prophetas scribẽtes palã ostenderũt, Dominũ nostrũ Iesum Christũ, & unicũ omnipotentis Dei filiũ, & uerũ fore Messiã, totus fere Talmud compactus est. *Symeon iustus.*

De Iudæorum scriptoribus, quos paulò post Christum passum esse contigit, & quid de ipso senserint. Cap. IIII.

HOGOSTRATVS,

CVm hi omnes quos enumerasti, Christi antecesserint aduentũ, ac plerique eorũ spiritu sancto afflati fuerint, nemo prorsus negandum duceret, quòd legem prophetasq; exponendo, rectè de Messia scripserint. Sed de ijs quos post Christũ passum scribere cõtigit, quiq; obstinatis animis in Iudaismo permanserunt, neminẽ unquã siue legẽ, siue prophetas de Messia loquentes, rectè exposuisse, sed potius ad falsum sensum pro sua pfidia extorsisse, clarũ pfectò est. GAL. Quanquã id de Iudęis nostri temporis, qui sunt omniũ gentis suæ immundiſſima fex, rectè dicatur: de priscis tamen uniuersaliter loquendum nõ habet. Ex quibus nonnulli quidem iuxta uerum sensum prophetias de

Christo

Christo loquentes, rectè enucleare uidentur: nonnulli uerò de ipso domino Iesu, deq; Christianis bene senserũt, ut in utrorũq; scripturis liquidò patet. Et ut cæteros nunc taceã, duos duntaxat, quorum apud Iudæos plurimum ualet autoritas, Philonem. s. sacerdotali ex genere progenitum, & Iosephum Matathiæ filium, exempli gratia adducã. Qui suis in codicibus Dominum nostrũ Iesum Christum nõ modò confitentur, uerùm miris quoq; ac diuinis exornãt laudibus, eiusq; sectatores maxima prosequuntur laude. Nã Philo quidem eo in libro, quem de uita nostrorum, hoc est de uiris Apostolicis scripsit, primã sub Marco Euangelista apud Alexandriã Ecclesiam describens, Christi sequaces mirum in modum honestauit, eos nõ ibi tãtum, sed in multis quoq; prouincijs esse memorãs, eorumq; habitacula monasteria dicẽs. Edidit insuper egregium, ac certè diuinum uolumẽ illud, quod sapientiæ Salomonis librũ uocauit. HOG. Quam ob rem librum hunc huiusmodi titulo inscribi uoluit? GAL. Nõ ab re profectò. Quod enim Selomo in Prouerbiorum libro ænigmaticè, ac parabolicè, & quasi in uniuersali, de Dei filio qui patris sapiẽtia est, quandoq; futurum prædixit: Philo hoc in libro per easdem obscuritatis & cælationis artes, id idem de eodem iam impletũ docet. Et si plerumq; nõ in uniuersalitate (ut Selomo facit) maneat, sed ad ipsam quam intendit particularitatẽ accedat, se (ut opinor) temperare nõ ualens, quo minus ueritatẽ quã prosequitur, pandat. Hoc autẽ exẽpli causa ex eo inter cætera manifestissime ostenditur, quod Selomo cauendum præcipit, cùm ait, Fili mi si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Deinde sequitur: Si dixerint, Veni nobiscum, insidiemur sanguini. Cum reliquis quæ sequuntur. Quod totum quid aliud est, quàm id quod Philo tempore suo factum refert, dicens, Dixerunt impij apud se nõ rectè cogitantes? Cum cæteris quæ sequunt̃. Et magis adhuc ad particularitatem descendẽs: Mittamus, inquit, lignum in panem eius. Vbi per lignum, crucem designauit: per panem uerò, ipsum Iesum Dominũ nostrum: panis parabolam sumens ex parabola tunc (ut arbitror) ex ore ipsius Domini uulgata, dicentis, Panis quẽ ego dedero, caro mea est pro mundi uita. Ex quo per uerba eiusdẽ Domini docet, in eo fuisse cõpletum, quod Selomo de eodem Domino dixerat quandoq; futurum. Cum ergo tam res utriq; subiecta, q̃ ars obscuritatis & cælationis sit eadem, & alia q̃ futuri & præteriti tẽporis differẽtia nulla accidat. Eas ob res liber iste Philonis, sapientia Selomonis rectè appellatur. Cũ & in eo ipsius Christi, qui & patris sapientia est, & Rex pacificus dicitur, diuinitatem, innocentiam, ac passionem optimè insinuet. Vnde ad increpandam Iudæorũ ingratitudinẽ, atq; impietatẽ, hæc in persona eorũ, quos uel impios nuncupat, Græcè ait, ἐνδρεύσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι, καὶ ἀνάντιοῦται τοῖς ἔργοις ἡμῶν, καὶ ἐπιδείζει ἡμῖν ἁμαρτήματα νόμου, καὶ ἐπιφημίζεται ἡμῖν ἁμαρτήματα παιδείας ἡμῶν, ἐπαγγέλλεται γνῶσιν ἔχειν θεοῦ, καὶ παῖδα κυρίου ἑαυτὸν ὀνομάζει.

Philo Iudæorum diserti ssimus.

Liber qui sapientia Selomonis inscribitur.

Hoc

Hoc est, Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & aduersatur operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, ac diffamat nobis delicta disciplinæ nostræ. Polliceť se scientiã habere Dei, & filiũ Domini seipsum nominat. Et post pauca infert, Εἰ γὰρ ἐστιν ὁ δίκαιος υἱὸς θεοῦ ἀντιλήμψεται αὐτοῦ, καὶ ῥύσεται αὐτὸν ἐκ χειρὸς ἀνθεστηκότων. Id est, Si eñ est iustus filius Dei, suscipiet ipsum, & liberabit eum de manu contrariantiũ. Et demum concludens ait, θανάτῳ ἀσχήμονι καταδικάσωμεν αὐτόν. Hoc est, morte turpi condemnemus eum. Ista quidem & alia quæ Iudęi in Christũ gesserant, in secundo huiusce libri capite refert. In sequentibus uerò eiusdẽ libri capitibus, multa de martyrũ uictoria, de animorũ immortalitate, de cœlesti gloria, de Ecclesiæ Christi statu, deq; uniuersali iudicio prędicit. Quapropter sancta Nicena Synodus librũ hunc tanquam sancti spiritus dictamine scriptũ, meritò recepit, ac inter sacros diuinosq; codices retulit. Iosephus autem (ut ea quæ de Iohanne Baptista, & de Iacobo Apostolo cognomento Iusto, magna cũ eorũ laude narrat, omittã) in xviij. Antiquitatũ libro, Tiberij Cæsaris, sub quo Christus passus est tempora describẽs, hæc de Christo ipso gręce refert, Τοῦτον τὸν χρόνον ἰησοῦς σοφὸς ἀνὴρ, εἴτε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρὴ, ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων, καὶ πολλοὺς μὲν ἰουδαίους, πολλοὺς δὲ καὶ τοῦ ἑλληνικοῦ ἐπηγάγετο, χριστὸς οὗτος ἦν, καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν, σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος τοῦ πιλάτου, οὐκ ἐπαύσαντο τὸ πρῶτον ἀγαπήσαντες, ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτα καὶ ἄλλα μύρια θαυμάσια περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων. Iosephus. Id est, Hoc tempore Iesus sapiens uir (si uirũ eũ dicere fas est: erat enim mirabilium operũ patrator, & doctor eorum hominũ, qui cũ uoluptate quę uera sunt, recipiunt) multos quidẽ Iudęos, multos uerò ex gentili cultu aggregauit. Christus hic erat. Hunc accusatione primorum ex nostris uirorum, cùm Pilatus cruci affigendum decreuisset, nõ cessauerunt, qui primò eum dilexerant. Apparuit enim eis tertiũ diem habens, iterũ uiuens, diuinis prophetis hęc & alia innumera miracula de eo prędicentibus. Hęc Iosephus ille, quẽ Iudęi uel maximum putant. Hi igitur uiri tam excellentes, Philo, & Iosephus, qui & si Grękè scripserint: Iudęi tamen ambo fuerunt, paternarumq; traditionum acerrimi ęmulatores, nisi ea quę per prophetas de Messia prænunciata fuerant, rectè intellexissent, neq; de Christo tam benè opinati fuissent, neq; quę de ipso dixerunt, tam ueridicè retulissent. Quare neq; dubium est, quòd si hęc de eo grękè scripserint, alia quoq; lõgè plura, legẽ & pphetas exponentes, Hebraicè scripserint. Cũ ambo & utrãq; linguã optimè calluerint, & sacris literis ab ipsis cunabulis initiati fuerint. Vnde et credi quoq; par est, alios pręter eos, eisdẽ tęporibus permultos extitisse, qui & de Domino Iesu Christo rectè sẽserint, & prophetarũ uaticinia explanãtes, uera de eo scripserint. HOG. Si ergo isti ueritatẽ agnouerũt, quare ipsam amplecti neglexerũt? Cõstat eñ (ut alios ptermittã) & Philonẽ, & Iosephũ, quos

exempli

exempli gratia attuliſti, haudquaquã Chriſto adhæſiſſe, ſed uſq; ad obi tum in Iudaiſmo permanſiſſe. GAL. Id quidem uerum eſt, & de Ioſe pho præſertim: ne de Philone dicam, qui cum gentis ſuæ legatus ad Ca ium Caligulã Romam ueniſſet, admodum familiarem cum Petro Apo ſtolorum principe conſuetudinem duxit. Te tamen non ignorare ue lim, poſt Domini reſurrectionem in triplex Iudæos diuiſos fuiſſe ge nus. Quidã enim uidentes prophetarũ dicta in eo conſummata, & fide & opere illi adhæſerunt, ut Gamliel ille ſenex fecit, cuius dicta apud Tal mudiſtas maximè ſunt autoritatis. Quod & alij penè infiniti fecerunt, non de plebeis, aut ignaris tantùm, ſed de nobilioribus atq; ſapientio ribus. Nam ut in actibus Apoſtolicis ſcribitur, Maxima pars ſacerdo tum obtemperabat fidei. Et horum nonnulli multa de Chriſto miran da ſcripſerunt. Quorum opuſcula aliqua adhuc extant apud Iudæos: quamuis ea ne ad manus noſtras perueniant, pro uiribus occulere ni tantur. Et inter cætera ſunt ea, quæ literis mandauit Rabbi ille Hac canas Nehumiæ filius, qui cùm omnia redemptoris noſtri geſta, ac mi racula, prout oculis uiderat, ſcripſiſſet, ſic denicp dixit, אני חסנח אחר מן חסרושים חמאמינים בו וטבלתי במים ובררכיו הישרים אני הולך Hoc eſt, Ego Haccanas ſum unus ex illis, qui credunt in eum, & ablui me aquis ſanctis, in eiusq; uijs rectis incedo. Quidã uerò eorum credebãt quidem ip ſum Dominum Ieſum fuiſſe Meſſiã illum, de quo Prophetæ locuti fue rant, Moſaicas tamen obſeruantias deſerere nolebant. Hi fide tantùm & non opere Chriſto adhæſerunt. Quia Chriſtum quidem confiteban tur, in Iudaiſmo tamen perſeuerabant. Qualis (ut arbitror) Ioſephus fuit, ac alij ferè innumeri. De quibus actuum Apoſtolorum liber memi nit xv. & xxi. cap. Vbi ſic dicitur, Vides frater quot milia ſunt in Iudæis qui crediderunt, & omnes æmulatores ſunt legis? In hoc tamen maxi mè errabant. Omnes namq; ueteris legis cæremonias, cùm Chriſti ge ſtorumq; eius figuræ extiterint, in ipſo omnino finem habuiſſe, clarum eſt. Horum etiam quàm plurimi & uera nõnulla de Chriſto ſcripſerũt, & prophetias in multis rectè expoſuerunt. Alij denicp Iudæorum, nec fide, nec opere Chriſto adhærere uolentes, in perfidia ſibi pertinaciter permanendum, tanquam cæci elegerunt. Qui necp tamen ueritatem (uide quanta ueritatis ſit uis) omnino negare ualuerunt. Nam legem prophetasq; explanantes, ſola ueritate compulſi, ipſam in multis peni tus tacere nequiuerunt. Quod abſq; diuina diſpoſitione factum fuiſſe, putandum non eſt. Vt contra ueritatis inimicos, eamq; negãtes, ab eiſ dem ipſius ueritatis teſtimonia haberemus. Nec tamen id ueritati præ iudicat, quia ipſi non crediderunt: ſed plus teſtimonio addit, quia nec increduli, & inuiti ipſam negauerint. Ex horum quoq; dictis atq; ſcrip turis, cæterorumq; omniũ, qui poſt Babylonicã captiuitatem ſcriptis aliquid tradiderũt, Talmudicus codex congeſtus eſt, atq; compactus.

Triplex Iudæorum genus.

Gamliel ſenex.

Rabbi Haccanas.

Tertium Iudæorum genus.

Quis

Quis fuerit ipsius Talmud autor, quando editus sit, in quot partes diuidatur, & quibus de rebus præcipuè tractet.

Caput V.

CAPNIO,

QVoniam uarias de ipsius Talmud autore, deq; tempore quo editus fuerit, inueni opiniones. Quidam enim scribunt, anno post Christi ortum circiter ccc. ipsum fuisse confectum. Iohannes autem Picus in Apologia, illum non nisi anno uirginei partus cl. compactum esse ait. Ego uerò in Hebraicis reperi literis, Talmud ipsum à pluribus Doctoribus fuisse collectum, & per Rabbi Asse in unũ, instar Decreti, reductum. Idcirco tuam quoq; in hoc sententiam audire uelim. GAL. Anno à templi secundi incendio cxx. Rabbi Iudas Simonis filius, quem ob doctrinæ probitatisq; excellentiam sanctum uocãt, totius Iudaicæ sapientum Synodi decreto, legis prophetarumq; explanationes, ac scripta omnia quæ cæteri Doctores tam antè, quàm post Christi aduentũ, eatenus scripserant, in unum complexus est uolumen, quod משנה Misna, id est, iteratam lectionem nuncupauit. Anno uerò ab eiusdem templi uastatione circiter ccc. Rabbi Iohanan assumptis sibi collegis Rab & Semuele, ipsum Misna & quæcunq; alia scripta habere potuit, in unum colligens, Talmud Hierosolymitanum confecit. Anno deniq; ccccxxxvi. R. Asse una cum Rabina omnes superiorũ scripturas in unum redigens, ipsum quo nunc tota Iudæorum regitur Synagoga, Babylonium contexuit Talmud. Quem tamen morte præuentus, perficere nequiuit. Mor autem eius filius unà cum Maremar operi complementum dedit. Est autem Talmud id quod doctrina, siue disciplinatio, commentaria priora omnia, ac statuta, & quasdam temporum historias complectens, opus profectò tam diuina ac naturali, quàm politica ac legali sapientia undiq; plenum. CAPNIO, Ad clariorem igitur ipsius Talmud intelligentiam, quibus præcipuè de rebus in eo agatur, scire quoq; exopto. Nam quidam in quatuor ipsum diuisum partes aiunt. In quarum prima de rebus sanctis, de festis, ac cerimonijs. In secunda uerò de plantis & seminibus. In tertia autem de matrimonio & uxoribus. In quarta demum de iudicijs, ac iuribus abunde tractatur. Petrus uerò niger in sex illum diuidit partes. GAL. Talmud proculdubio (ut ipse nosti) in sex primarias distinguitur partes, quas סדרים sedarim, id est, ordines, uel ordinationes, seu directiones uocant, quod in totidem atq; easdem Misna prius diuisa fuisset: cum Talmud aliud ferè non sit, quàm commentum quoddam ipsius Misna. Quarum quidem partium prima סדר זרעים seder zeraim, id est ordo seminum dicitur. Secunda סדר מועד seder moed, id est ordo festorum. Tertia סדר נשים seder nascim, id est ordo mulierum. Quarta סדר נזיקין seder nezikin, id est ordo

Misna.

Talmud Hierosolymitanũ.

Talmud Babylonicus.

Talmud quid sit.

Diuisio totius Talmud.

damnorum,siue nocumentorum. Quinta סדר קדשים seder cadaſcim,id eſt,ordo ſanctificationum. Sexta סדר טהרות ſeder Teharoth, id eſt,ordo purificationum. Harum autem unaquæq; partium in plures diuiditur מסכתות maſſachtoth,hoc eſt tractatus ſeu libros, & quælibet מסכת maſſechoth,id eſt,quilibet liber in plures פרקים perakim,hoc eſt diſtinctiones ſiue capita. Nam prima pars in undecim diſtinguitur libros.

Prima pars Talmud ordo ſeminum appellata.

Quorum primus qui מסכת ברכות maſſechoth berachoth, id eſt, tractatus benedictionum appellatur, nouem habet capita, in quibus præcipuè agitur de benedictionibus, de gratijs Deo agendis, de orationibus,& diuinis laudibus. Secundus qui מסכת פאה maſſecheth pea, id eſt tractatus anguli,uel partis angularis nuncupatur, decem continet capita,in quibus tractatur de parte angulari ſegetum ſiue frugum,quæ pauperibus relinqui debebat. Tertius qui מסכת דמאי maſſecheth demai,id eſt tractatus dubitationis denominatur, in decem diſtinguitur capita,in quibus agitur de dandis decimis rerum dubiarum. Quartus qui מסכת תרומות maſſecheth terumoth,id eſt tractatus duorum ex centum dicitur,in undecim diuiditur capita,in quibus tractatur de duorū ſeparatione ex unoquoq; fructuum centenario, quæ ſacerdotibus dari debebant. Quintus qui מסכת שביעית maſſecheth ſceuijth, id eſt tractatus ſeptimi appellatur,in decem partitur capita,in quibus agitur de ſeptimo anno,in quo nihil prorſus ſeminandum erat, neq; terra colenda. Quo tempore & fructus arborum, & quæcunq; ſponte terra ferebat, omnibus communia erant. Sextus qui מסכת כלאים maſſecheth chelaim, id eſt tractatus commixtionum nuncupatur,nouē habet capita, in quibus tractatur de cunctis rerum generibus, quæ commiſceri prohibebantur. Septimus qui מסכת מעשר ראשון maſſecheth maaſcer riſſon, id eſt tractatus decimationis primæ uocatur,nouem cōtinet capita, in quibus agitur de primis decimis, quæ debebantur Leuitis, ex quibus & Leuitæ ipſi tenebantur decimas Sacerdotibus impertiri. Octauus qui מסכת מעשר שני maſſecheth maaſcer ſceni,id eſt tractatus decimationis ſecundæ denominatur,in quinq; diſtinguitur capita, in quibus tractatur de decimis ſecundis,quæ poſt decimas leuitis exhibendas, extrahi debebant,atq; in Hieruſalem comedi & cōſumi. Nonus qui מסכת חלה maſſecheth halla,id eſt tractatus placentæ dicitur,in quatuor diſtinguitur capita,in quibus agitur de placēta panis,uél torta uel collyrida,quę ſemper ex maſſa accipi debebat, & Sacerdotibus dari. Decimus qui מסכת ערלה maſſecheth orla,id eſt tractatus clauſuræ appellatur, in tria diuiditur capita,in quibus tractatur de arborum clauſura, quæ fiebat dum plantarentur,in ſignum, quod per triennium nemini ex earū fructibus comedere licebat. Vndecimus qui מסכת בכורים maſſecheth bicurim,id eſt tractatus primitiarum appellatur,quatuor habet capita,in quibus agitur de primitijs in templo offerendis, quas de ſeptem duntaxat

taxat rebus offerre tenebãtur, uidelicet de frumento, de ordeo, de uuis, de ficis, de malis punicis, de oliuis, & dactylis. Secunda pars duodecim complectitur libros. Quorum primus qui מסכת שבת massecheth Sabbath, id est tractatus Sabbati nuncupatur, quatuor & uiginti continet capita, in quibus tractatur de Sabbato, & de ijs quæ licebant, & prohibebantur in die sabbati. Secundus qui מסכת ערבין massecheth eruuin, id est tractatus conuersationum uocatur, in decem distinctus est capita, in quibus agitur de conuersationibus, quæ inuicẽ ludæis in sabbato licebant. Tertius qui מסכת פסחים massecheth pesahim, id est tractatus pascharum uocatur, in duas diuisus est partes, in quarum prima de azymis, deq; ijs quæ pro paschæ solennitate præparanda erant, specialiter agitur, in secunda uerò de agno paschali. Totus autem liber in decem distinguitur capita. Quartus qui מסכת שקלים massecheth secalim, id est tractatus siclorum denominatur, in octo partitus est capita, in quibus tractatur de siclorum exactione, quæ pro emptione duorum agnorum fieri debebat, qui quotidie in sacrificio offerebãtur, unus mane, alter uesperi. Siclus autem quamuis propriè sit quędam ponderis mensura, iuxta illud Leuitici xxvij. שקל scekel, id est siclus uiginti obolos habet, cum à uerbo Hebraico שקל sacal, quod ponderare significat, deducatur. Hoc loco tamen est genus monetę, pendentis obolos uiginti. Tenebatur enim unusquisq; postquàm uigesimum ætatis egisset annum, singulis annis dimidium sicli iuxta ponderis mẽsuram templi soluere, pro emendis duobus agnis prędictis, in iugi sacrificio in redemptionem animarum offerendis. Quintus qui מסכת יומא massecheth Ioma, id est tractatus dierum dicitur, octo continet capita, in quibus de die propiciationum agitur, ac de ijs quæ in huiusmodi die fieri debebant. Sextus qui מסכת סוכה massecheth succa, id est tractatus casulæ siue tabernaculi appellatur, quinq; habet capita, in quibus agitur de festo casularum siue tabernaculorum. Septimus qui מסכת יום טוב massecheth iom tob, id est tractatus diei boni nuncupatur, in quinq; distinguitur capita, in quibus tractatur de omnibus quæ licebant, qúęue prohibebantur in quolibet die festo, prętèrquàm in Sabbato, & in die propiciationis. Octauus qui מסכת ראש השנה massecheth ros hassana, id est, tractatus capitis anni uocatur, in quinq; diuiditur capita, in quibus agitur de omnibus ad solennitatem capitis anni spectantibus. Nonus qui מסכת תעניות massecheth taanith, id est tractatus ieiunij denominatur, in quatuor partitur capita, in quibus de ieiunio quod quater in anno fieri debebat, deq; alijs tractatur ieiunijs. Decimus qui מסכת מגלה massecheth meghilla, id est tractatus historiæ dicitur, quatuor continet capita, in quibus agitur de historia Ester, quæ in illa solennitate legenda erat, deq; pertinentibus ad eã solennitatẽ. Vndecimus, qui מסכת מועד קטן massecheth moed catan, id est tractatus festi parui appellatur, tria ha-

Secunda pars Talmud, ordo festorum nuncupata.

Siclus quid sit.

bet capita, in quibus tractatur de diebus festis minoribus, qui inter primum & ultimum diem paschæ & tabernaculorū mediabāt. Earū enim solennitatū primus & postremus dies erāt cæteris intermedijs solēniores. Duodecimus qui מסכת חגיגה messecheth haghiga, id est tractatus solennitatis nuncupatur, in tria distinguitur capita, in quibus agitur de præcepto, quo omnes masculi in Hierusalem ter in anno ire tenebātur, in festo scilicet paschæ, pentecostes, & tabernaculorum. Tertia pars septem continet libros. Quorum primus qui מסכת יבמות massecheth ieuamoth, id est tractatus fratriarum dicitur, in sexdecim distinguitur capita, in quibus agitur de præcepto de accipienda fratris sine liberis defuncti uxore, ad suscitandum eius semen. Secundus qui מסכת כתיבות massecheth chethuboth, id est tractatus contractuum appellatur, in tredecim diuiditur capita, in quibus agitur de contractibus dotium & obligationum quas & uir erga uxorem, & uxor in uirum seruare debebāt. Tertius qui מסכת נדרים massecheth nedarim, id est tractatus uotorum nuncupat, in undecim partitur capita, in quibus tractatur de uotis mulierum. Quartus qui מסכת נזיר massecheth nazir, id est tractatus nazarei uocatur, nouem continet capita, in quibus tractatur de uoto nazareorum, hoc est à uanitatibus mundi separatorum. Quibus durante uoto, non licebat inter alia uinum bibere, neq; aliquid quod ex uite producitur, gustare, neq; capillum tondere, neq; cadauer aliquod tangere. Quintus qui מסכת סוטה massecheth sota, id est tractatus diuersionis denominatur, nouem habet capita, in quibus agitur de diuersione quam facit uxor à uiro, adhærendo alteri. Sextus qui מסכת גטין massecheth ghittin, id est tractatus libellorum repudij dicitur, in nouem distinguitur capita, in quibus tractatur de libellis repudij, ac matrimonij diuortio. Septimus qui מסכת קדושין massecheth kidusin, id est tractatus sponsaliciorum appellatur, in quatuor diuiditur capita, in quibus agitur de sponsalicijs & sponsalibus, deq; ad ea pertinentibus. Quarta pars in septem quoq; diuisa est libros. Quorum primus qui מסכת נזקין massecheth nezikin, id est tractatus damnorum uel nocumentorum (sicut & ipsa pars) nuncupatur, in tres distinctus est בבות bauoth, id est, positiones. Quarum prima quæ בבא קמא baua kama, id est positio prima dicitur, in decem distinguitur capita, in quibus tractatur de cunctis damnis, ac nocumentis, quæ tam ab hominibus, quàm à brutis fieri solent. Secunda quæ בבא מציעא baua mazya, id est positio media appellatur, in decem quoq; diuiditur capita, in quibus agitur de litibus, de iuribus, de usuris, & de locationibus. Tertia autem quæ בבא בתרא baua bathra, id est positio postrema nuncupatur, in decem similiter capita, diuisa est, in quibus tractatur de uenditionibus & emptionibus, de societatibus, & de hæredibus atque hæreditatibus. Secundus liber qui מסכת סנהדרין massecheth sanhedrin, id est, tractatus iudicum ordinariorum

Tertia pars Talmud, ordo mulierum dicta.

Quarta pars Talmud, ordo damnorum uocata.

riorum dicitur, quatuordecim habet capita, in quibus de iudicibus ordinarijs, de iudicijs, deq; omnibus ad iudicium pertinentibus, abunde agitur. Item & de ijs qui partem in futuro sæculo habent, ac de Messia, & præsertim in פרק חלק perec helec, id est in capite, quod incipit Helec, id est pars. Tertius qui מסכת שבועות massecheth sceuuoth, id est tractatus iuramentorum appellatur, octo continet capita, in quibus de iuramentis, déque rerum custodibus præcipuè tractatur. Quartus qui מסכת עדיות massecheth eduioth, id est tractatus testificationum nuncupatur, in octo distinguitur capita: in quibus agitur de determinationibus, quæ fiebant ex prædecessorum testificationibus, qui extiterant magnæ autoritatis uiri. Quintus qui מסכת עבודה זרה massecheth auoda zara, id est tractatus seruitutis alienæ nuncupatur, in quinq; diuiditur capita, in quibus tractatur de idololatria, déque ijs in quibus Iudæi tam quo ad conuersionem, quàm quo ad cibum & potum cum cæteris gentibus communicare non debebant. Sextus qui מסכת אבות massecheth auoth, id est tractatus patrum uocatur, in quinque partitur capita, quæ פרקי אבות pirke auoth, id est capitula patrum ab omnibus ferè dicuntur, in quibus agitur de patribus priscis, qui à Mose usq; ad Simeonem iustum tum doctrina, tum sanctitate præ cæteris claruerunt. Septimus qui מסכת הוריות massecheth horaioth, id est tractatus sententiarum denominatur, tria habet capita, in quibus de sententijs per sanhedrin, id est per iudices ordinarios determinatis, & de pœnis contrafacientium specialiter tractatur. Alium præter hos huic parti librum aliqui addũt, quem מסכת מכות massecheth maccoth, id est tractatum per cussionum uocant, ac tertio loco collocant. In quo agitur de percussionibus, quibus rei pro iudicum sententia animaduertendi erant. Qui autem septem duntaxat huic parti tribuunt libros, hunc à secundo non distinguunt, sed ex ambobus libris, unum efficiunt. Quinta pars undecim continet libros. Quorum primus qui מסכת זבחים massecheth zeuahim, id est tractatus immolationum dicitur, quatuordecim habet capita, in quibus de immolationibus sacrificiorum, & de modo ac loco sacrificãdi copiosè agitur. Secundus qui מסכת חולין massecheth holin, id est tractatus occisionum appellatur, in duodecim diuiditur capita, in quibus tractatur de animalium mundorum immolationibus & occisionibus, non pro sacrificijs, sed pro communi hominum usu. Tertius qui מסכת מנחות massecheth menahoth, id est tractatus farinarum nuncupatur, in tredecim distinguitur capita, in quibus agitur de farinis frumenti, quæ Sacerdotibus in templo offerri debebant. Quartus qui מסכת בכורות massecheth bechoroth, id est tractatus primogenitorum uocatur, in nouem partitur capita, in quibus tractatur de animalium primogenitis, tam de ijs quæ offerri debebãt, quàm de ijs quæ redimi. Quintus qui מסכת ערכין massecheth erachin, id est tractatus preciorum de-

Quinta pars Talmud, ordò sanctificationum uocata.

nominatur,nouem habet capita,in quibus agitur de precijs earū rerū, quæ se quis Deo daturum promisisset. Sextus qui מסכת תמורה massecheth temura,id est tractatus permutationis dicitur, in septem distinguitur capita,in quibus tractatur de permutatione in sacrificijs nullatenus facienda. Septimus qui מסכת מעילה massecheth meila,id est, tractatus transgressionis appellatur, in sex diuiditur capita, in quibus de eorum transgressione agitur, qui rebus sacrificatis sibi minimè licitis, usi fuissent. Octauus qui מסכת כרתות massecheth carethoth, id est tractatus perditionum nuncupatur,in sex partitur capita,in quibus tractatur de animarum perditione in futuro sæculo, siue post hanc uitam propter earum peccata, & de peccatis ob quæ animæ perduntur. Nonus qui מסכת תמיד massecheth tamid, id est tractatus continui, supple sacrificij uocatur,sex habet capita , in quibus agitur de cōtinuo duorum agnorum sacrificio, quod quotidie in templo fiebat . Decimus qui מסכת מדות massecheth middoth,id est tractatus dimensionum dicitur, quinque continet capita,in quibus tractatur de dimensionibus & mensuris templi. Vndecimus qui מסכת קנין massecheth kinnin,id est tractatus nidorum appellatur,in quinq; distinguitur capita,in quibus agitur de oblationibus pullorum columbarum & turturum,quæ pauperes in templo offerre tenebantur . Sexta pars duodecim complectitur libros, quorum primus qui מסכת כלים massecheth chelim,id est tractatus uasorum nuncupatur,in triginta diuiditur capita, in quibus tractatur de purificatione uasorum cuiuscunq; generis, ac materiæ, pannorumq; atq; indumentorum, quæ contaminatione aliqua pollui potuissent.Secundus qui מסכת אהלות massecheth ahaloth,id est tractatus habitationum denominatur, in duodeuiginti partitur capita, in quibus agitur de domorum,aliarumq; rerum purificatione,ab immundicia ratione corporis hominis mortui contracta. Tertius qui מסכת נגעים massecheth negaim , id est tractatus plagarum siue percussionum dicitur, quatuordecim habet capita, in quibus tractatur de purificatione tam humanorum corporum ab immundicia ratione lepræ, aliarumq; plagarum contracta,quàm cæterarum rerum humano usui deputatarum,ex percussionibus adueniente . Quartus qui מסכת פרה massecheth para, tractatus uitulæ,siue uaccæ appellatur, duodecim continet capita, in quibus agitur de cineribus uaccæ seu uitulæ rubræ, ut eorum aspersione purificari potuissent tam homines, quàm alia, quæ ratione cadaueris humani polluta fuissent. Quintus qui מסכת טהרות massecheth taharoth,id est tractatus purificationum nuncupatur, in decem distinguitur capita,in quibus tractatur de purificatione ab immundicia, quæ aliunde quàm ab humano corpore mortuo contrahebatur. Sextus qui מסכת מקואות massecheth mikueoth, id est tractatus congregationum, uel collectionum aquarum denominatur, in decem diuiditur capita,

Sexta pars Talmud, ordo purificationū denominata.

in qui-

in quibus agitur de fonte atque aquis, in quibus baptizabantur homines utriuſq; ſexus, ut ab immundicijs ſpiritalibus purificarentur. Septimus qui מסכת נדה maſſecheth nidda, id eſt tractatus menſtruatæ uocatur, in decem partitur capita: in quibus tractatur de mulierum purificatione, ab immundicia tam ratione menſtruorum, quàm ratione partus cõtracta. Octauus qui מסכת זבין maſſecheth zauin, id eſt tractatus ſpermatum dicitur, decem habet capita, in quibus agitur de uirorum purificatione, ab immundicia ex putrefactione ſpermatis per membrum uirile defluentis, proueniente. Nonus qui מסכת משקין maſſecheth maſkin, id eſt tractatus irrigatorum appellatur, in ſex diſtinguitur capita, in quibus tractatur de irrigatorum purificatione, ab immundicia per contaminationem contracta. Decimus qui מסכת טבול יום maſſecheth tebul iom, id eſt tractatus baptizati diei nuncupatur, in quatuor diuiditur capita: in quibus agitur de baptizato eiuſdem diei, qui licet per lotionem illius aquæ eſſet ab immundicia ſpirituali purificatus, non tamen perfectè, donec die ſequenti oblationem in templo faceret, pro immundicia, à qua per aquam purificatus fuerat. Vndecimus qui מסכת ידים maſſecheth iadaim, id eſt tractatus manuum denominatur, in quatuor partitur capita: in quibus tractatur de lauandis manibus uolentium ſacra contingere, aut de conſecratis comedere, & de uaſe & aquis quibus lauandæ erant eorum manus. Duodecimus qui מסכת עוקצין maſſecheth okacin, id eſt tractatus pedunculorum fructuum dicitur, tria habet capita: in quibus declaratur, quando pedunculi quibus poma & reliqui fructus adhærent, contaminari dicebantur ex fructuum immundorum contactu. Totius igitur Talmud (ut ex præmiſſis conſtat) partes quidem primordiales ſunt ſex, libri uerò ſexaginta, capita autem quingenta triginta duo. In quibus multæ, ac penè infinitæ ſparſim inueniuntur גמרות ghemaroth, id eſt traditiones concluſæ, ſeu concluſiones determinatæ, innumerabilia ferè de Meſſia, ac noſtræ fidei admodum conſentanea, arcana continentes, per multa annorum curricula, longè antequàm Talmud confectus eſſet, à priſcis Iudæorum traditæ atq; conſcriptæ. Nam uix ferè in ipſo Talmud contingit, aliquam reperiri גמרא ghemara, id eſt traditionem ſeu concluſionem, ab antiquis illis patribus traditam, concluſam, ac determinatam, quæ aliquid catholicæ ueritatis arcanum, aut explicitè & apertè, aut implicitè & per figuras non exprimat.

Vt in ſequentibus latiſſimè patebit.

Quod Talmudiſtæ ad arcana Legis perquirenda, allegoricum ſenſum maximè ſecuti fuerint. Cabaliſtæ uerò anagogicum, & quid ſit Cabala, & quare ueteres noſtri de Cabala non meminerint.

Caput VI.

HOGOSTRATVS,

SI Iudæi literaliter tantum omnia intelligunt, non enim (ut dici ſolet) niſi corticem ſcripturæ conſiderant. Quomodo uerum eſt, Talmudiſtas ſpiritalem ac myſticum ſenſum ſecutos fuiſſe? GAL. Id quidem de Iudæis noſtri temporis rectè dici poteſt, qui ut ueritatem effugiant, non niſi circa literalem legis corticem uerſantur, omnes prorſus allegorias figuras q; reſpuentes. Nam uniuerſus recentiorum magiſtrorum & iuniorum Talmudiſtarum cœtus, tanquam animo obcæcati, mentis q; lumen penitus negligentes, diuinorum eloquiorum non niſi hiſtoricum, literalem q; amplectuntur ſenſum. Veteres autem legis arcana, non niſi per ſpiritalem ac myſticum ſenſum, exquirere ſoliti fuerunt. Quantum uerò ſpiritalis ſenſus ad legis arcana indaganda, literalem excedat: Talmudiſtæ ſæpiſſimè oſtendunt. Qui literalem quidem ſenſum רבר קטן Dauar catan, id eſt rem paruam, ſpiritalem uerò, ſiue myſticum רבר גדול Dauar gadol, id eſt rem magnam eſſe, aiunt. Appellant q; literalem ſenſum משל Maſſal, id eſt exemplum ut refert Rabbi Moſes in primo tractatu libri More. Ipſum præterea literalem ſenſum candelæ comparant, quæ minimo quadrante emitur. Allegoricum uerò ſiue figuratiuum quem בוריה שלתורה Buria ſcelto-ra, id eſt certitudinem legis uocant, margaritæ obſcuris in ædibus latenti, aſſimilant, quæ tandem per huiuſmodi candelam, hoc eſt per literalem ſenſum, ſiue exemplum, à quærentibus inuenitur. Quod idem Rabbi Moſes circa initium eiuſdem libri optimè atque pulcherrimè quoq; declarat, dicens: Scito, quod clauis intelligentiæ uniuerſorum quæ Prophetæ dixerunt, eſt intelligere parabolas, & metaphoras, ac ſimilitudines, atque ænigmata. Scis & enim apud Hoſeam. xij. cap. dictum eſſe, ובי׳ חנביאים ארמה Hoc eſt, in manu prophetarum aſſimilabo. Et iterum apud Ezechielem. xvij. cap. בן ארם חור חירה המשול משל אל בית ישראל Id eſt, Fili Adam ænigmatiza ænigma & paraboliza parabolam, ad domum Iſrael. Aquila magna alis. Et poſt pauca, ויהי דברי רוח אלי לאמר : אמר נא לבית חמרי חלא ירעתם מה אלה אמור חנח בא מלה בבל ירושלם ויקח את מלכה :

Senſus ſpiritalis & literalis.

Hoc eſt, Et factũ eſt uerbũ Domini ad me, dicens; Dic quæſo ad domũ rebellem,

rebellem, Nónne noſtis quid iſta? Dic, ecce uenit Rex Babylonis Hieroſolymam, & capiet Regem eius. Et reliqua. Scis rurſus quòd dixit ſapiens Prouerbiorum xxv. cap. תפוחי זהב במשכיות בסת רבר רבר על אפניו Id eſt, Poma aurea in cancellaturis argenteis, uerbum dictum ſecundum ambas facies ſuas. Audi quæſo huiuſce ſententiæ expoſitionem. Cancellaturæ argenteæ ſunt retiacula argentea, in quibus oculi ſunt minutiſſimi, penetrabiles tamen uiſu. Eſt ergo ſenſus: Quod uerbum dictum ſecundum ambas facies ſuas, id eſt ſecundum interiorem & exteriorem ſenſum, eſt ſicut pomum in retiaculo argenteo. Ac ſi dicat neceſſarium eſſe, ut ſit ſenſus exterior precioſus & bonus, uelut argentum. Interior uerò multò melior, ſicut aurum, donec ſe habeat exterior ad interiorem, ſicuti ſe habet argentum comparatum ad aurum. Neceſſe quoq; eſt, ut ſit aliquid in exteriori ſenſu, quod ducat ac trahat conſiderantem ad interiorem. Quemadmodum pomum aureum ueſtitum retiaculo argenteo, cum procul reſpicitur, uel abſq; multo intuitu, totum uidetur argenteum. Cum uerò ob ualorem argenti, atq; decorem, habens uiſum acutum, prouocatus acceſſerit, uidebit profecto aureum pomum intus latere. Sic igitur ſunt uerba prophetarum. Frequenter enim ea quæ exterius ſunt, ſapientia ſunt utilis ad multa: ut ad compoſitionem morum, ac ſtatus congregationis hominum. Sicut patet in ſuperficie Prouerbiorum Selomonis. Quæ autem interius ſunt, ſapientia eſt perutilis in credendis ſecundum ueritatem. Hæc Rabbi Moſes ille Ægyptius. Ex his igitur patet, non niſi per ſpiritalem, ac myſticum ſenſum legis arcana Talmudiſtas conſideraſſe. Sed longè magis in ſequentibus hoc patebit. Omitto autem cabaliſtas, & in ipſa cabala uerſatos, qui non niſi per anagogicum intellectū arcana legis conſiderant. HOG. Nomen hoc cabala, neq; apud ſanctos patres, neq; apud Eccleſiæ Doctores, neq; apud magiſtros noſtros, uſquam inuenitur. Ex quo huiuſmodi nomen plurimum ſuſpectum redditur. GAL. Facultatem hanc quā Cabalam appellant, priſcis quidem temporibus nefas erat cuiquā niſi eruditiſſimo, ſenioq; confecto tradi. Quāobrem neq; ullā eius particulam ſcripturæ mandari licebat. Vnde præter ea quæ à Rabbi Sime one filio Iohai tradita aſſeruntur, alia à ueteribus ſcripta uel pauca uel nulla comperiuntur. Quoniā ut in libro חגיגה Haghiga, id eſt ſolennitatis in cap. אין דורשין En dorſin, id eſt Non prædicantur, dicitur, nemini quicquā de Cabala ſcribere licebat, ſed eam ore tantum tradebāt. Inde non inepte ipſam קבלה Cabalā, quod receptio Latinè interpretatur, uocitarunt. Recentiorū autē Iudęorū Doctores, ne paternū illud dogma euaneſceret, de huiuſmodi facultate aliquid ſcripto in lucē ediderūt ſparſim tamē, ac nōnullis uelaminibus obumbratū. Quo pfecto fit, ut pauciſſimi rectā eius intelligentiā capere ualeāt. Si qui tamē aliquid inde ſe conſecutos opinātur, mox illud in corde, tanquā arcanū nemini reuelandum

Cabala quid ſit, & quare ueteres noſtri de ipſa non meminerint.

uelandum, reponunt, ne propter ſanctam diuinarum perſonarũ trinitatem, aliaq; catholicæ ueritatis myſteria ibi refulgentia, aliquos ludæorũ ſcandalo inde affici contingat. Quocirca neq; mirum eſt, ſi nomen hoc Cabala, ſiue facultas eo nomine deſignata, rarò hucuſq; in ore ſanctorum, cęterorumq; ſapientum habita ſit, & ſi de ipſa ueteres noſtri nõ meminerint. Ex iunioribus tamen quidam Hebraicam linguam callentes, ſolertiq; ingenio, ac diuina Philoſophia præ cæteris pręſtantes, huiuſce ſcientiæ utilitatem, excellentiã, ac ſublimitatem attendentes, de ipſa nõ ſolum meminerunt, uerum etiam multa ſcripſerunt. Nam Iohannes quidem Picus primus de ea quaſi è longinquo aliqua ſuſpicari cœpit. Deinde Paulus Iſraelita initia quædam tradidit. Poſtmodum Auguſtinus Iuſtinianus Nebienſis Epiſcopus in Pſalterij ſcholijs nonnulla latius retexit. Capnio quoq; noſter in tribus libris quos de arte Cabaliſtica ad Leonem hodiernum Pontificem Maximũ elegantiſſimè inſcripſit, plurima admodum præclara produxit in lucem. Ægidius etiam ille Viterbienſis, uir utiq; eloquentiſſimus, ac diſertiſſimus, omniq; literarum genere apprimè eruditus, quem Leo hodiernus Pontifex Maximus, ob eius multiplices uirtutes, ac merita, ad Cardinalatus dignitatem nuper ſublimauit, ab initio rem orſus, in libello de literis ſanctis, elegãtiſſimo quodam ſtylo, mirifica huiuſce diuinæ ſapientiæ fundamenta iecit, ut palàm oſtenderet, à ſe longè plura, longeq; altiora, quàm cæteri omnes hactenus hac de re ſcripſerint, citò eſſe proditura, quæ rei tam obſcuræ clariſſimam afferant lucem. Poſtremus omnium ego, quaſi poſt uindemias racemos colligens, ea duntaxat de hac ſapientia cabaliſtica his quę dicturus ſum, ſparſim ubi opus fuerit, interſerenda duxi, quæ ad referẽda Catholicæ ueritatis arcana, neceſſaria uidebuntur.

Qui ex noſtris iunioribus de Cabala ſcripſerunt.

An Talmud à Chriſtianis recipi debeat. Caput VII.

CAPNIO,

VNum eſt inter cætera, quod maximè abs te ſcire cupio. An Talmud ſit à Chriſtianis recipiendus? GAL. Eſt utiq;. HOG. Miror te religioſum uirum, Theologicis diſciplinis apprimè imbutum, hoc aſſerere. GAL. Quamobrem. HOG. Primum quidem quia in Talmud innumeræ penè falſitates, innumeræq; abſurditates, quæ uel Deo imperfectionem maximã imponunt, palàm continentur. Multa quoq; mendacia quæ Domino noſtro Ieſu Chriſto, & contumeliam & blaſphemiã inferunt, in eodẽ leguntur. Puta quòd de adultera, ac polluta natus fuerit, & magus, ac idololatra, legisq; ſubuerſor extiterit, & tandem ſua ob ſcelera, ſit meritò ſuſpenſus. Et tamen quæ in ipſo Talmud ſcripta ſunt, Moſi in mõte Sinai primũ à deo reuelata fuiſſe, & deinde

Hogoſtrati obiecta contra Talmud.

deinde ab ipso Mose maioribus eorum succidaneo ordine tradita, Iudei referũt. Quapropter turpe est Christianis, Talmud ipsum uel nominare. GAL. Tria Hogostrate paucis tetigisti. Sed nimiũ profectò (quod pace tua dixerim) falleris. Cum ergo fidei nostræ admodum utile sit, ueritatem hoc loco prout sentio, retegere. Id circo ipsius ueritatis manifestandæ gratia, ad ea quæ dixisti respondebo. Et ad primum quidem, fateor absurda multa ibi poni, non tamen omnia quæ absurda uidentur, uere absurda sunt. Veteres enim illi Talmudistæ infinita propè arcana figuris & ænigmatibus tradiderunt, quæ ijs qui ea non intelligunt, fatuitates atq; absurditates uidentur. Cum tamen reuera innumerabilia arcana ad Messiam, & ad ueritatem Catholicam spectantia, in ipsis lateant. Hinc iuniorum Iudęorum inoleuit error. Qui dum antiquorum Theologizandi, ac Philosophandi morem ignorant, multa Talmudisti ci negotij arcana, in ludibria & blasphemias conuertunt. Hinc & plerique ex nostris, dum huiusmodi mysteria intelligere nequeunt, ea uituperare, ac damnare præsumunt. Vnde ut cæteros taceam, uir quidam non parua diuinarum humanarumq; literarum peritia præditus, cõtra Iudæos scribens, multa eiusdem generis cõmemorat, quæ ipse minus bene intelligens, stultitias atq; inconuenientias uocat. Et inter cętera, quę contra diuinã perfectionem in Talmud scripta reperiri dicit, id præcipuè refert: Quod cũ Deus firmamentũ cõstitueret, ipsum perficere non ualens, foramen quoddã in eo ex septentrionali parte reliquit. Quod eã ob rem (ut ipse Doctor ait) eum effecisse, Iudęi asserũt, ut si quis aliquando exurgeret, se Deo æqualẽ facere uolens, Deus foraminis illius cõsumationem opponens, illi diceret: Si Deus es, sicuti ego sum, locũ illum quem apertũ reliqui, si potes, claude. Hoc autẽ q̃p patens sit mendaciũ, neminem profectò latet. Septentrionalis namq; poli axem altissimũ sem per super nos, nec unq̃ occultari cõspicimus, ipsumq; totũ integrũ perfectumq; uidemus. Ex quo huius erroris fatuitas manifeste patet. Hæc omnia in sententia Doctor ille. Qui & si hæc atq; alia omnia bono animo, & Christianę fidei zelo dixerit, nõ parum tamẽ (ut uerum fatear) deceptus est. Nec deus qui summa ueritas est, pro suę fidei exaltatione, mendacio nostro indiget. Et pręsertim cũ pleraq; eorũ, quæ ipse tanq̃ omnino erronea reprobat, si rectè (ut decet) intelligantur, magis nobis ad ueritatẽ catholicæ fidei contra Iudæos prosint, q̃p si (ut ipse ait) tanq̃ à ueritate, ac ratione penitus aliena, dicta æstimentˉ. Nã ut cætera missa faciã, exemplũ hoc de firmamenti foramine in septentrionis parte relicto, quod ipse pro maximo incõuenienti inducit, si rectè intelligatˉ, non solũ incõueniens nullũ esse uidebitˉ, sed nostræ quoq; fidei maximè consentaneum. Quare ut ipsius Catholicæ fidei ueritas ad confundendã Iudæorum perfidiã, magis appareat, primum eiusdem exempli uerba ita prorsus, ut in Talmud scripta sunt, Hebraicè referã. Deinde mysteriũ

Galatini responsio.

Ad primum.

Veteres Talmudistæ legis arcana sub figuris & ænigmatibus tradiderunt.

quod

quod contra Iudæos noſtri ſæculi pro noſtræ fidei ueritate in eodem exemplo latet, reſerabo. Rabbi itaq; Eleazar ueterum Talmudiſtarum non infimus, ſuis in capitulis ita exemplum ipſum ponit in libro Zoar, רוח פנת צפון ברא הקדוש ברוך הוא ולא גמרה לפי שאמר הקדוש ברוך הוא בל מי שיאמר שהוא אלוה יבא ויגמור את הפנה הנשאת שחנחתי וירעו חבל שהוא אלוהו: Id eſt, Latus partis aquilonis creauit Deus, & eam non compleuit, quoniam dixit Deus, quiſquis dicet ſe eſſe Deũ, ueniat & perficiat hanc partem, quam reliqui, & ſcient omnes ipſum eſſe Deum. Magna certè in his uerbis abſcondita ſunt myſteria. Primò enim oſtenditur, poſſibile eſſe, aliquem hominem Deum eſſe. Deinde diuinitatis eius ſignum eſſe, ipſum ſeptentrionalem partem poſſe perficere. Ad quorum rectam intelligentiam, ſciendum eſt, quòd hominum maliciam dæmonumq; prauitatem ſiniſtrum, ſiue ſeptentrionem antiqui allegoricè ſoliti ſunt uocare, iuxta illud Ieremiæ primo capite, Ab aquilone pandetur omne malum ſuper omnes habitatores terræ, & Eccleſiaſtis. x. Cor ſtulti in ſiniſtra illius. Nulla autem hominum malicia, nullaue dæmonum tentatio maior ea eſt, quæ ad idolorum cultum ducit. Ideo idolorum cultura aquiloni potiſſimum tribuitur, ut in Ezech. viij. ca. facile patet. Quid igitur aliud per foramen hoc, quàm dęmonum tentatio, ſiue poteſtas, quæ potiſſimum idololatriæ cultum reſpicit, deſignatur? Cur quoque foramen illud à Deo derelictum dicitur, niſi quia ipſo permittente, ipſe idololatriæ cultus à libero arbitrio, quod Deus ipſe homini dederat, mala electione proceſſit? Iuxta igitur Talmudiſtarum ueterum in hoc exemplo doctrinam, ſignum diuinitatis eſt, poſſe dæmonum poteſtatem omnino ſuperare, idololatriamq; explodere. Quod per illud quoque quod in libro זוהר Zohar ſcribitur, planè comprobatur. Vbi Rabbi Racanad ſuper Geneſeos. iiij. cap. ſic ait. שבינת חנסראת אתה תמשול במלאך המות. Hoc eſt, Præſentia Dei uocata אתה Atta, dominabitur angelo mortis, id eſt diabolo. Et ibidem מולת אתה רומז חבמת אלהים Id eſt, Dictio אתה Atta innuit ſapientiam Dei. Ex quo manifeſte habetur, quod per Dei ſapientiam quæ in diuinis filio attribuitur, humanæ naturæ unitam, diabolica poteſtas deuincenda erat. In hoc ergo exemplo priſci Talmudiſtæ Meſſiæ diuinitatem myſticè tradiderunt, quæ in hoc potiſſimum ſigno cognoſcenda erat. Quod Meſſias ipſam aquilonis partem completurus eſſet. Hoc eſt, diabolum uicturus, humanum genus ab eius poteſtate liberando, ipſiusq; cultum, id eſt, idololatriam à mundo explodendo. Quod Chriſtum feciſſe, nemo rectè ire poſſet inficias, ob id maximè quod per Apoſtolos eius penitus idololatria exploſa fuerit. Vnde clarum eſt, quod per hoc Talmudiſticum exemplũ, quod Doctor ille noſter pro maximo inconuenienti contra Dei perfectionem inducit, non ſolum Iudæorum prauitas confunditur, qui Meſſiam non Deum, ſed purum hominẽ fore credunt. Verum ipſum quoq;

Domi-

Dominum nostrum Iesum uerum fuisse Messiam, optimè probatur.

Ad secundum uerò dico, concedendũ utiq; esse, multa mala atq; turpia in Talmud de Iesu Nazareno dici. Non tamen ea de Iesu nostro Saluatore, sed de alio quodam referri. Nam ut Talmudisticæ narrant historiæ in cap. חלק Helec. Stante tẽplo secundo, regnante Hircano Machabæo, Simonis Machabæi filio, quidam Rabbi Iehosuas filius Perahiæ, eo itinere quo ex Alexandria Hierusalem repetebat, hospitiũ unà cum discipulis ingressus, domumq; intuens, Quàm pulchra est, inquit. Quidam autem ex eius discipulis Iesus nomine, qui & Nazarenus erat, credens uerbum illud de hospitis uxore præceptorem suum protulisse, respondens ait: Verè pulchrà est, ni oculos profundos haberet. Rabbi ergo rapida in eum ira accensus, Impiè, inquit, de huiusmodi ne tam nefario facinore cogitas? Quo dicto, ilicò eum à suo suorumq; consortio anathemate deiecit. Quare Iesus ipse se huiusce modi contemptu, atque opprobrio affectum conspiciens, lapidem erexit, ipsumq; pronus adorauit, ac plurimos Iudæorum ad ipsius idoli cultum adduxit. Qui & magus erat, & tandem sua ob scelera suspensus fuit. Vnde sic de eo in cap. Sata legitur, ולא כרבי יהושע בן פרחיה שהיה רוחה ישו הנצרי בשתי ידים Hoc est, Non sicut Rabbi Iehosuas, qui repulit Iesum Nazarenum duabus manibus. Quia igitur in uarijs ipsius Talmud locis, Iesus iste Nazarenus de adultera, ac polluta natus, idololatra, magus, legisq; subuersor, & tandem suspensus magno cum uilipendio memoratur: quàm plurimi, ac penè innumerabiles propter historiæ ignorantiã, & fortè Rabbinorum recentiorum prauitate decepti, turpia omnia illa de Iesu glorioßimo Saluatore nostro dici putant. Sed huius erroris falsitas ex eo maximè conuinci potest, Quod ut in Talmudicis quoq; patet historijs, Hircanus ille Machabæus sub quo fuit Iesus iste Nazarenus, de quo turpia omnia illa referuntur, ante Pontium Pilatum sub quo Iesus Christus passus est, anno circiter. cx. regnauit.

Ad secundum.

De quodã Iesu nugone loquitur, nõ de Christo, ut in Seder Holam legitur.

Ad illud postremò, quòd Iudæi Talmudicas traditiones à Deo Mosi simul cũ lege in monte Synai traditas fuisse, deinde à Mose priscis patribus succidaneo ordine reuelatas, & demum per antiquos eorum Doctores conscriptas in Talmud, asserunt. Dico, quod id de omnibus quæ sunt in Talmud credere, nihil aliud est, quàm præcipitatæ mentis insania. De ijs uerò quæ ueritatem Catholicam sapiunt, ac redolent, & prophetarum sanctorumq; patrum dicta prætendunt, atq; Christianam fidem (ut in sequentibus Deo duce latißimè dicemus) miro quodam atq; incredibili modo exprimunt, recentiorúmque Iudæorum perfidiam & confundunt & destruũt, hoc idem prorsus negandum non arbitror. Cum huiusmodi traditiones ijs quæ Iudæi nostri temporis de Messia, deq; alijs quàm plurimis errantes sentiunt, omnino contrariæ sint. Quo profectò fit, ut talia minimè respuenda sint, & si apud tam perfidos comperiãtur. Quem-

Ad tertium.

admodum nemo nisi mẽte omnino captus, legẽ ac prophetas, eo quod apud eos inuenerit, contemneret. Nemo etiã nisi ratione carẽs, lapillũ precioſum, eo quod in draconis, aut bufonis capite inuentus fuerit, deſpiceret. Nemo quoq; nisi ſtultus & amens, mel, eo quod apum ſputum ſit, aut quid aliud minus fortaſſe dignum, eo quod apud ea animalia ſit, quæ uenenoſum habent aculeum, reſpuendum duceret, qui illud in ſuos ſuorúmue utiles uſus conuertere ſciret, aculeiq; nocumentum deuitare non ignoraret. Nequaquã igitur huiuſmodi traditiones reſpuendæ ſunt. Tum quia à Moſe & prophetis cæteriſq; patribus ad eos uſq; qui ea ſcripſerunt, ſuccidaneo ordine peruenire potuerunt. Imò ipſas haudquaq; aliunde, quã à prophetis & ſanctis illis patribus deueniſſe, cogitare poſſumus. Tum maximè quia nihil ad confutandã ludęorum impudentiã tam ualidũ, nihil ad conuincendã eorũ nequitiam tam efficax, inueniri poteſt. Quid deniq; Chriſtiano iucundius, q; de manibus hoſtiũ gladiũ arripere, & caput infideliũ aut exemplo Dauid, proprio mucrone abſcindere, aut inſtar Iudith, ipſorũ pugione amputare? Qua propter nõ niſi diuina prouidentia factum eſt, ut Clemẽs quintus Pontifex Maximus ſacroſancto approbante cõcilio, inſtitueret: Talmudicos ludęorũ libros per fideles Hebraicã linguam callentes, in Latinum ſermonẽ traducendos, atq; Chriſtianis publicæ legendos eſſe. Vt habetur in Clemen. De magiſtris. Vbi ſic inter cætera dicitur: Hoc ſacro approbãte cõcilio, ſcholas ſubſcriptarũ linguarũ generibus ubicunq; Romanam curiam reſidere cõtinget, necnõ in Pariſienſi, & Oxomenſi, Bononienſi, & Salamantino, ſtudijs prouidimus erigendas: ſtatuentes, ut in quolibet locorũ ipſorum teneantur uiri Catholici, ſufficientẽ habentes Hebraicæ, Gręcæ, Arabicæ, & Chaldęæ, linguarũ noticiã, duo uidelicet uniuſcuiuſq; linguæ periti, qui ſcholas regant inibi, & libros de linguis ipſis in Latinũ fideliter transferentes, alios linguas ipſas ſolicitè doceant, earumq; peritiã ſtudioſa in illos inſtructione transfundant, ut inſtructi & edocti ſufficiẽter in linguis huiuſmodi, fructũ ſperatũ poſſint Deo autore, producere, fidem propagaturi ſalubriter in ipſos populos infideles. Hæc ibi. Vbi quod de traducendis ac publicè legendis ludęorum libris dicitur, nõ de Biblia intelligendum eſt, cum ipſa toties tradu ćta fuerit: nec ludęorũ ſit, ſed potius noſtra, uel ſaltem cõmunis, ſed de alijs ludęorũ libris intelligi debere oportet, & præcipue de Talmudicis, in quibus tot Catholicæ ueritates cõtinentur, ut in ſequẽtibus latiſſimè patebit. Ex his igitur omnibus quæ dicta ſunt, luce meridiana clarius cõſtat. Talmud ipſum à Chriſtianis recipiendũ eſſe, nõ tamen in omnibus, niſi in ijs tantũmodo quæ bona ſunt. Quod ipſimet ueteres Talmudiſtę fatentur, ut in libro חגיגה Haghiga apertè patet. Vbi ſic inter cætera legitur: Quid eſt quod ſcriptum eſt Malach. ij. Quia labia ſacerdotis ſeruant ſcientiã, & legem requirunt ex orę eius, quoniã angelus Domini

Conſtitutio Clementis V.

mini exercituum est? Si magister fuit similis angelo Domini exercituū, requirant legē ex ore eius. Dixit Rabbi Meir: Scriptum est Prouerb. xxij. Inclina aurem tuā, & audi uerba sapientium, & cor tuum pone ad cognitionem meam. Nō est dictum ad cognitionem ipsorum, sed ad cognitionem meam. Dixit Rabbi Hannina: Hinc est quod scriptum est Psal. xlv. Audi filia (Glo. Rabbi Selomonis: Audi Ecclesia Israel) & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populū tuum, & domū patris tui. Dixerunt in occidente, Comede dactylos, & proijce duriciem eorū foras. Dixit Rabbi Meir: Malogranatum inueni, quod intus est comedi, corticē uerò eius proieci. Ac si apertè dicat: Fac tu similiter de dictis magistrorum. Hæc omnia Talmudistica traditio ubi suprà. Quæ quidem optima est contra eos Iudæos, qui sæpe asserunt, quòd si aliquid de Talmud recipimus, totum debemus recipere. Cum nihil nos de Talmud recipiamus, quia ibi est, sed quia uerum est, & præsertim ubi sacræ scripturæ deprauationes uerè castigantur.

Quod per Talmudicas traditiones sacræ scripturæ deprauationes optimè corriguntur, quæ tam in nostra siue Græca siue Latina editione, quam in textu Hebraico passim inueniuntur.
Caput VIII.

CAPNIO.

HArum igitur deprauationum quas per Talmudicas traditiones corrigi asseris, quis fuit autor? & quando eas fieri contigit? antè scilicet Christi passionem, an post? GAL. Tanta est quorundam Iudæorum iuniorum impudentia, ut eas sancto Ezræ imponere non erubescant. Sed eos impiè mentiri, ex eo facilè cōuincimus. Quia si Ezras (ut ipsi falso aiunt) id egisset, certè huiusmodi deprauationes & corruptiones non תקון סופרים Ticcun sophrim, id est Aptationes siue correctiones scribarum uel sapientum, sed תקו עזרא Ticcun Ezra, id est Aptationes uel correctiones Ezræ, apud eos dictæ fuissent. Ex quo manifestè patet, autorem earum non Ezrā, sed ipsos scribas, qui post Ezram fuerunt, extitisse. Ipsas tamen longè ante Christū natum fieri contigisse, inde colligi potest, Quod Rabbi Ionathas Vzielis filius, ipsius diuinæ scripturæ interpres Chaldaicus, atque Rabbi Hillelis, qui Christū per centū ferè annos antecessit, auditor, has Ticcun Sophrim, hoc est aptationes siue correctiones scribarum, in multis in sua translatione secutus fuerit. CAPNIO. Si igitur ij, qui huiusmodi deprauationes in sacris literis fecerunt, Christi præcesserunt aduentum, dicendum procul dubio uidetur, eos nullo odio motos id egisse. Quamobrem ergo tantum nefas ausi sunt, ut quæ Deus dictauerat, ipsi mutarent? GAL. Innumera profecto in sacra pagina erant mysteria admodū inclyta, atq;

Christianæ fidei plurimum consentanea, quæ ueteres Iudęorum gentilibus omni studio occulere nitebantur. Hinc septuaginta interpretes (ut de eis primùm dicam) multa teste Talmud, Ptholomæo Regi trãsferre omiserunt, & plurima mutauerunt. Ne diuina arcana gentilibus tunc indignis, nota fieri contingeret. Hinc etiam & ipsi סופרים sophrim id est, scribæ siue sapientes, multa tanquam absurda, & tanquam ea quæ apud gentium nationes, nefas erat uel somniare, de diuinis scripturis abraserunt, tanquam ij, qui adhuc diuini consilij celsitudinem super humani generis salutem, plenè non perpendebant. Aut quia timebant diuinas scripturas propter talia à suis & ab alijs infidelibus irrisum iri: aut quia suspicati sunt, Iudæis ignaris atq; simplicibus ex huiusmodi, impiæ credulitatis scandalum generari. Ea propter non ueritatis occultandæ gratia, aut alio quouis malo animo, eas mutationes quibus scripturam sacram deprauari contigit, eos fecisse constat. Cum & in his, & alijs in locis penè infinitis, sibi inuicem ueritatẽ referare, nõ prætermiserint, ut in Talmudicis libris liquidò patet. Sed pessimè eos id egisse, ex eo palàm liquet, quòd contra præceptum Dei facere ausi sunt. Qui ita per Mosem dixit Deuter. 4. לא תוסיפו על הדבר אשר אנכי מצוה אתכם ולא תגרעו Hoc est, Non addetis super uerbo, quod ego præcipio uobis, nec minuetis ex eo. Et rursus per Selomonem Prouerbiorũ xxx. cap. dicitur, אל תוסף על דבריו פן יוכיח בך ונכזבת Id est, Non addas super uerbis illius, ne arguat te, & dementiaris. Eam ob rem Ieremias more prophetico, de futuro tanquam de præterito loquens, horum scribarum qui talia perpetraturi erant, tam audax facinus his uerbis increpat. viij. capite, איכה תאמרו חכמים אנחנו ותורת יהוה אתנו אכן הנה לשקר עשה עט שקר סופרים Hoc est, Quomodo dicitis, sapientes nos sumus, & lex Dei nobiscum est. Sed ecce ad mẽdacium egit stylus falsus Sophrim, id est scribarum. Quale autem mendaciũ, qualémue falsitatem acturus esset mendax scribarũ stylus, siue calamus: idem propheta. 23. ca. exprimit: dicens, ותהפכתם את דברי אלהים חיים יהוה צבאות אלהינו Hoc est, Et peruertistis uerba Deorum uiuentium, Domini exercitium Dei nostri. Et iterum ix. cap. dicit, ואמת לא ידברו למדו לשונם דבר שקר העוה נלאו Id est, Et ueritatem non loquentur, docuerunt linguam suam loqui mendacium, inique agendo, lassati sunt. CAPNIO, Vt Christianis igitur ueritas pateſiat, ipsorumq; scribarum impudentissima opera in publicam deueniãt notionem, rem non inutilem facies, si nefandissima eorum sacrilegia de diuinis literis tam temerè facta, in lucem prodideris. GAL. Quæ olim in sacris literis sancti patres, & prophetæ spiritu sancto dictante, scripserant, ipsi סופרים sophrim, id est scribæ multifariàm, ac perperã deprauare non sunt ueriti. Et primum quidem literas mutantes. Cuius quidẽ generis unum illud est, quod apud Malachiam prophetam in primo capite ita scribitur, ותפחתם אתו אמר יהוה צבאות Hoc est: Et dixistis, Ecce

Primus deprauandæ scripturæ modus.

qualis

qualis uilitas, & expirare feciſtis, uel afflixiſtis eum, ait Deus exercituũ, Ibi enim והפחתם אתי uehippachtem othi, id eſt, Et afflixiſtis me, ſcriptũ erat. Ipſi uerò והפחתם אותו uehippachtem otho, id eſt. Et afflixiſtis eum, ſcripſerunt. Nam אתי othi quod ibi erat, me ſignificat, אתו otho autem quod ipſi poſuerunt, iod in uau mutantes, eum deſignat. Quod apertè R. Selomo in gloſſa affirmat, ita dicens, Et feciſtis expirare eum, uel afflixiſtis eum. Hæc eſt una de quindecim dictionibus, שלתקון סופרים ſcelticcum ſophrim, id eſt correctionis ſcribarum. Quia והפחתם אתי uehippachtem othi, id eſt, Et expirare feciſtis me, uel afflixiſtis me, uel uexaſtis me, ſcriptum erat. Scriptura uerò ſcribarum pro אתי othi, id eſt, me, poſuit אתו otho, id eſt eum, והפחתם uehippachtem autem afflictionem animæ ſignificat. Sicut illud Iob 11. cap. ותקותם מפח נפש, id eſt, Et ſpes eorum afflictio animæ. Hæc R. Selomo. Quod autem hæc dictio והפחתם uehippachtem expirationem, uel afflictionem, ſeu uexationem ſignificet, R. Kimhi optimè oſtendit, cum ita dicit. Illud quod in Iob. 31. cap. legitur, Et animam Dominorum eius הפחתי hippachti, id eſt afflixi. Illud quoq; apud Malach. 1. cap. והפחתם uehippachtem, ſignificat laborem, & uexationem, ſiue afflictionem, & uexationem animæ. Qui enim habet afflictionem uel uexationem animæ, perinde eſt, ac ſi anima eius expiretur, & ab ipſo egrediatur. Hæc ille. Ex quibus clarum eſt, quod illud apud Malach. 1. cap. quod noſtra editio habet, Ecce de labore. Et exſufflatis illud, ait Dominus exercituum, omnino corruptum eſt. Quare iuxta Hebraicam ueritatem ita corrigi debet. Ecce qualis uilitas, & afflixiſtis me, uel expirare feciſtis me, ait Deus exercituum. Multa alia id genus Rabbi Rahmon ponit, cum ait: Illud quod ſcriptum eſt. 3. cap. planctus Ieremiæ, Memoria memor eris, & tabeſcet ſuper me anima mea: Super te anima tua ſcriptum fuit. Illud enim quod modo ſcriptum eſt, Super me anima mea, eſt de multis Ticcun ſophrim, id eſt correctionibus ſcribarum, quas in Bereſcith rabba inuenies. Hæc ille. Ex quibus patet, illud quod noſtra editio in. 3. Trenorum ſic habet: Memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea, tam apud Hebræos, quàm apud nos uitiatum eſſe. Sic enim iuxta talmudicam hanc traditionem caſtigari debet, Memoria memor eris, & tabeſcet ſuper te anima tua. Rabbi uerò Moſes hadarſan ſuper illud Gen. 15. cap. Et Abraham adhuc ſtabat coram Deo. Et multis alijs in locis ſic dicit: Et hęc eſt תקון סופרים ticcun ſophrim, id eſt correctio ſcribarum. Ibi enim erat ſcriptum: Et Deus ſtabat adhuc coram Abraham. Et hoc eſt quod magiſtri dixerũt in מדרש תלים midras tillim, id eſt in expoſitione Pſalterij ſuper illud Pſal. 18. Et dabis mihi ſcutum ſaluationẽ tuam: ibi enim ſic dicitur, ד׳א׳ ותתן לי מגן ישעך מדבר מאברת אבינו ע׳ה׳ שהיה אברהם יושב והשבינה עומדת לו ר׳ברביה בשם ר׳לוי אמר בקש אברהם לעמור אמר לו הקדוש ברוך הוא שב ואתה סימן לבניך שיהיו יושבין ואני עומד שנאמר אלהים נצב בעדת אל:

Id eſt, Sermo alius: Et dabis mihi clypeum ſalutem tuam. De Abraham patre noſtro loquitur, de quo ſcriptum eſt, Et erat Abraham ſedens, & diuinitas aſtabat ei. R. Berachias in nomine R. Leui dixit: Quæſiuit Abraham pater noſter, ut ſtaret. Dixit autē ei Deus ſanctus & benedictus, Sede, optimum quippe ſignum eſt hoc filijs tuis, qui ſedentes erunt, ego uerò ſtans coram eis. Sicut dictum eſt, Deus ſtetit in congregatione uel cœtu Dei. Hæc ibi. Hoc tunc impletum fuiſſe conſtat, cum Apoſtoli qui filij Abraham erant ſecundum carnem, & cœtus atq; congregatio Dei ſedebant, & Chriſtus uerus Deus coram eis ſtabat, pedes eorum lauans, & abſtergens lintheo, quo præcinctus erat. Deinde (ut ad Talmudiſticam traditionem redeam) ita prædicta midras tehilim ibidem proſequitur, dicens, ר׳ שמואל בר הייא ור׳ יודן בשם ר׳ חנינא אמר ר׳ סימון תקון סופרים הוא זה שהשכינה עומדת וממתנת לו היינו ועניתך תרבני: Hoc eſt, Rabbi Semuel filius Hiya & Rabbi Iodan in nomine R. Hannina dixerunt, quod dixit R. Simon, Aptatio uel correctio ſcribarum eſt hoc (quod ſcilicet legitur: Abraham ſtabat coram Deo) Nam diuinitas ſtabat, & confortabat eum. Iuxta illud Pſal. 18. Et humilitas tua, uel manſuetudo tua confortabit me. Deinde idem R. Moſes hadarſan proſequitur ibidem, ſic dicens: Huic ſimile eſt illud, quod Num. 11. ſcribitur, Si inueni gratiam coram oculis tuis, non uideam malum meum. Ticcun ſophrim, id eſt correctio ſcribarum eſt. Nam malum tuum, ibi ſcriptum erat. Et ſic illud Iob. 7. cap. Quid faciam tibi ô cuſtos hominis? quare poſuiſti me obuiū tibi, & ero ſuper me ad onus? Hoc enim quod ibi ſcriptum eſt, ſuper me: eſt una de Ticcun ſophrim, id eſt de correctionibus ſapientum. Prius enim, ſuper te ſcriptum erat. Sic etiam & illud aliud Iob. 32. Et condemnabunt Deum, uel impiè agent cum Deo, loco dei poſuerunt Iob. Et illud quoq; Ezech. 8. Num leue eſt domui Iuda, feciſſe abominationes, quas fecerunt hic. Impleuerunt enim terram iniquitate, & iterabunt ad prouocandum me, & ipſi mittentes erunt fœtorem ad naſum ſuum. Ticcun ſophrim, id eſt correctio ſcribarum eſt. Quod enim ibi eſt אל אפם el apam, id eſt ad naſum ſuum, אל אפי el api, hoc eſt, ad naſum meum ſcriptum erat. Illud præterea Hoſeæ. 4. Sicut eſt multitudo eorum, ſic peccauerunt mihi, gloriam eorū in ignominiā commutabo. Ticcun ſophrim, id eſt correctio ſcribarū quoq; eſt. Vbi enim כבודם cheuodam, id eſt gloriam eorum ſcriptum eſt, כבודי cheuodi, id eſt gloriam meam ſcriptum erat. Illud deniq; Ierem. 2. Et populus meus mutauit gloriā ſuam, pro eo quod nō proderit. Ticcun ſophrim, id eſt correctio ſcribarū etiam eſt. Ibi enim כבודי cheuodi, id eſt gloriā meam, & non כבודו cheuodo, id eſt gloriam ſuam, prius ſcriptum fuit. Hæc & alia permulta huius generis in Bereſcit Rabba, id eſt in expoſitione magna Gen. cōperiuntur. Quod nō ſolum ipſi Sophrim, id eſt ſcribæ faciebant, ſed ſuos quoq; diſcipulos facere docebant. Vt enim habetur

betur in libro יבמות ieuamoth, id est fratriarū in calce capituli חצרל ha-erel, sic dixit R. Iohanan ex nomine R. Simeonis: Bonū est, ut auferas li-teram unā de lege, & sanctificet nomē cœli in publico. In his itaq;, quæ in prædicta traditione poponunt, optimè subscripti textus corrigunt, qui tam apud nos, q; apud Hebræos uitiati atq; corrupti legūtur. Et pri-mum quidem illud Gene. 18. quod apud nos sic habetur: Abrahā uerò adhuc stabat coram Domino. Ita corrigi debet, Deus autem adhuc sta-bat coram Abrahā. Illud deinde quod in Psal. 17. nostra editio sic habet, Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ, & dextera tua suscepit me, & disciplina tua correxit me in finem, & disciplina tua ipsa me docebit. Ita quoq; corrigi debet, Et dabis mihi clypeum saluationem tuam, & dex-tera tua confortabit me, & humilitas tua, uel paupertas tua, uel manſue-tudo tua multiplicabit me, uel nutriet me. Illud etiam quod Numer. 11. sic apud nos legitur, Et inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis affi-ciar malis. Ita castigari debet, Si inueni gratiam coram oculis tuis, & nō uideam malum tuum. Illud quoq; quod Iob 7. sic nos habemus, Quid faciam tibi ô custos hominum? quare me posuisti contrarium tibi, & sa ctus sum mihimet ipsi grauis? Ita corrigi debet, Quid faciam tibi ô cu-stos hominis? quare posuisti me obuium tibi, & ero super te ad onus? Item illud quod Iob. 32. Apud nos sic legitur: Sed tantummodo con-demnassent Iob. Ita correctè legendum est, Et condemnabunt Deum, uel impiè agent cum Deo. Illud adhuc quod Ezech. 8. sic apud nos ha-betur, Nunquid leue est hoc domui Iuda, ut facerent abominationes istas, quas fecerunt hic? quia replentes terram iniquitate, conuersi sunt ad irritandum me. Et ecce applicant ramum ad nares meas. Ita castigan-dum est, Num leue est domui Iuda, fecisse abominationes, quas fecerūt hic? Impleuerunt enim terram iniquitate, & iterabunt ad prouocandū me, & ipsi mittentes erunt fœtorem ad nasum meum. Illud præterea quod Hoseæ 4. sic apud nos est, Secundum multitudinem eorum, sic peccauerunt mihi, gloriam eorum in ignominiam commutabo. Ita cor-rigendum est, Sicut est multitudo eorum, sic peccauerunt mihi, gloriā meam in ignominiam commutabo. Illud demum quod Ieremiæ secun-do ita nostra editio habet, Populus uero meus mutauit gloriam suam in idolum. Sic prorsus castigari debet, Populus uerò meus mutauit glo riam meam, pro eo quod non proderit. Alter deinde Ticcun Soph-rim, id est correctionis scribarum modus (ut in quibusdam sacræ scrip-turæ locis reperitur) est, ubi id quod Prophetæ scripserant, dimitten-tes, non literas quidem mutauerunt, sed aliter quàm scriptura natu-raliter exigebat, punctare præsumpserunt. Hebræi enim uocales non habent, sed quibusdam punctis loco uocalium utuntur. Quare ex illa punctorum uariatione, longè aliter quàm scriptū erat, legitur, sensusq; alius longè diuersus redditur. CAPNIO. Quis Bibliam punctauit?

Secundus de-prauationis sa-cræ scripturæ modus.

GAL. Moſes (ut ipſe optimè noſti) legem non punctauit. Vnde eam quam Iudæi in Synagogis cum uenerationè tenent, ſine punctis ſcriptã habent. Nec aliquis etiam ex prophetis librum ſuum punctauit. Sed poſteriores & legem, & Prophetas, & Agiographa punctauerunt. Quidã igitur aiunt, Ezram codices ſacros primum punctaſſe. Alij uerò nõ Ezram, ſed alios quoſdam duos, qui poſt Ezram fuerũt, & alter ben Nephtali, alter ben Aſſer appellatus eſt, primos literis ſacris puncta appoſuiſſe affirmant. Quorum quidem opinio communior eſt. CAP. Nunc aliqua eorum quæ Sophrim, id eſt ſcribæ mutatione huiuſmodi punctorum in ſacris literis deprauarunt, exempli gratia, referas. GAL. Ex his unum illud eſt, quod in ſecundo libro Reg. 16. cap. legitur. Ibi enim apud eos ſic ſcriptum erat: Forſitan reſpiciet Dominus in humilitatẽ, uel afflictionem, uel paupertatem, uel manſuetudinem ſuam, & reddet mihi Dominus bonum pro maledictione ſua. Sophrim autem, id eſt, ſcribæ id corrigere uolentes, dictionem בעיני beeno, quæ ſic naturaliter punctari debebat, & ſic punctata humilitatem ſuam, uel afflictionem ſuam, uel paupertatem ſuam, uel manſuetudinem ſuam ſignificat, בעיני beeni quod in oculum meum ſignificat, punctauerunt. Vnde gloſſa Rabbi Selomonis dictionem hanc בעיני beeni, id eſt, in oculum meum, in lachrymas oculi mei exponit. Huic etiã illud Micheę primo perſimile eſt: Omnia idola eius ponam in deſolationem, uel deſtructionem. Et poſt pauca, Super hoc ululabo & plangam. Vadam expoliatus & nudus. Et paulo poſt, Quia dolorosa & deſperabilis plaga eius. Venit enim uſq; ad Iudam, applicuit uſq; ad portas populi mei, uſq; in Hieruſalem in Geth, non annuncietis, ploratu non ploretis. In domo ad puluerem pulueris התפלשתי hithpallaſti, id eſt inuolutus, uel circumdatus ſum, ſiue inuolui uel circumdedi me. Sic eſt & fuit ſcriptum: Scribæ autem uolentes corrigere illud, ſic punctauerunt, התפלשי hithpallaſſi, id eſt inuolue te fœminei generis ad loquendum. Ex his Micheæ uerbis apertè habetur. Quod Deus humo uel puluere inuoluendus erat. Non obſtante quod Propheta התפלשתי hithpallaſti, id eſt inuolui me in præterito poſuerit, more utiq; prophetarum, qui ad maiorem futuri euentus certitudinem inſinuandam, præterito pro futuro quàm ſæpiſſimè uti ſolent. Vnde ſuper illud Eſaiæ 42. Iſta uerba feci eis: Rabbi Selomo in gloſſa ita dicit: Feci eis, id eſt faciam eis. Omnis enim lingua Prophetica loquitur de futuro, ac ſi iam factum ſit. Hæc Rabbi Selomo. Non eſt autem hic ignorandum, quod hoc uerbo עפר haphar, quod eſt humus, uel puluis humectatus, uſus eſt etiam Abraham, quando cum Domino loquens, humaniq; corporis conditionem, uilitatemq; exprimere uolens, dixit Gen. 18. Ecce, obſecro, affectaui loqui ad Dominum, ego עפר aphar, id eſt humus, uel puluis humectatus, ועפר ueepher, id eſt & cinis. Dixit, humus & cinis, ut in humo,

uel in

uel in puluere humectato exprimeret hominis materiale principium,& in cinere finalem ipsius resolutionem. Quid igitur sibi uult hoc Domini apud Micheam dictum,dum ait: In domo ad humum, uel de humo pulueris humectati inuolui me? Nisi quòd in corpore terreno uel carneo unius uirginis inuolui,pro inuoluam me,hoc est,uestiam me. Ex his quæ in hoc secundo modo Ticcun Sophrim,id est correctionis scribarum dicta sunt,duo textus præcipuè corriguntur,qui tam apud nos, quàm apud Hebræos corrupti habentur.Et primus quidem est,qui.2. Reg.16.cap.sic in nostra editione habetur. Si fortè respiciat Dominus afflictionem meam,& reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna. Hic autem textus ita omnino corrigendus est: Forsitan respiciet Dominus in afflictionem suam,uel in humilitatẽ suam, uel in paupertatem suam,uel in manſuetudinem suam,& reddet mihi Dominus bonum pro maledictione sua:Secundus uerò textus est,quum Michææ primo sic apud nos legitur:In domo pulueris, puluere uos cõspergite.Hic etiam textus ita prorsus castigari debet, In domo ad humum,uel de humo pulueris inuolui me,uel circumdedi me. Tertius postremò Ticcun Sophrim, id est,correctionis scribarum modus,quo scripturam sacram uitiari contigit, est, cum quòd Moses & Prophetæ scripserunt,ipsi in textu dimittentes,aliud in margine foris posuerunt, quod קרי care,id est legendum uocant. Et quod intus in textu est כתיב catheb,id est scribendum appellant. Hoc autem ex uerbis Rabbi Selomonis aperte colligitur,super illud Deuteron. 28. Vxorem desponsabis,& uir alius constuprabit eam. Ibi enim glossa Rabbi Selomonis sic ait,ישגלנה isgalenna,uerbum est coitus concubinæ. Et Targum causa curialitatis loco eius posuit ישכבנה Iscauenna, id est iacebit cum ea. Et hæc est ticcun sophrim,id est correctio scribarum. Hęc Rabbi Selomo. Item ipse idem Rabbi super illud Esa. 36. Et dixit Raspaces: Num ad dominum tuum, & ad te misit me Dominus meus ad loquendum uerba hæc? Nónne magis ad homines sedentes super murum,ad comedendũ stercus suum,& ad bibendum urinam suam. Glossa autem Rabbi Selomonis sic ibi dicit, חוריהם Horehem, id est stercus suum, qui est fimus egrediens de foramine,quod inferius habetur:lingua uerò pulchra & curiali correxerunt hoc sophrim, id est scribæ, uoluerúntque ut צואתם ezoatham,id est egestionẽ suam legeretur. Ita enim decreuerunt magistri, quod scripturæ ad uituperium incurialiter scriptæ, curialiter & urbanè legerentur.Quemadmodum illud Deuteronomij cap.xxviij. Quod scriptum est בעפולים baapolim,id est cum tenasmis, posuerunt extra in margine legendũ, בטחורים battehorim,id est cũ hæmorroidis, uel diſenterijs. Item ibidem ubi Moses scripsit ישגלנה isgalenna, id est uel constuprabit eam,exterius posuerunt ישכבנה Iscauenna, id est iacebit,uel dormiet cũ ea. In Esaiæ insuper xxxvi. cap. ubi scriptũ est, חוריהם Horehem

Tertius depra-uationis scripturæ modus.

Horehem, id est stercora sua, posuerunt extra צואתם czoatham, id est egestionem suam. Ibidē quoq; ubi Propheta posuit שתנתם sethnehem, id est urinā suam, scribæ posuerunt מימי רגליהם meme raglehē, id est aquas pedum suorū. Et reliqua multa his similia. Hæc omnia Rabbi Selomo. Apud Hoseam quoq; prophetam. ix. cap. sic est, & erat scriptum כי גם אוי להם בשרי מהם hoc est, quia etiam ueh eis incarnatio mea ex eis. Scribę autem dictionē בְּשָׂרִי besari, id est incarnatio mea, uel caro mea, cōtra naturā ipsius dictionis punctauerūt בְּשׂוּרִי besuri, quod in recessu meo significat. Cōtra naturam ipsius dictionis ideo dixi, quia בשרי besuri quod intus in textu est, cū litera ש scin, quemadmodū Hoseas propheta scripserat, scriptū est. Idcirco בשרי besari, id est incarnatio mea, uel caro mea, punctari debuit cum a, dicens בשר basar, id est caro ueniat. בסרי bessuri autē quod exterius posuerunt, & in recessu meo significat, cū litera ס samech scriptū est. Vnde locū hunc Rabbi Selomo exponens, ita ait: Quia etiam ueh eis. s. patribus בשרי besuri quasi בסרי bessuri, id est in recessu meo ab eis. Et est unū ex illis in quibus scribitur ש scin, & legitur ס samech. Rabbi etiam Chinhi in libro Serasim dicit Quod etiam ueh eis בשרי besuri, scribitur cū litera ש scin, & legitur cum ס Samech. Hæc omnia Rabbi Selomo. Ex his quoq; quæ hic de tertio modo ticcun Sophrim, id est correctionis scribarū diximus, tres inter cæteros castigantur textus. Quorum primus est, qui Deuteronomij xxviij. cap. ita apud nos habetur: Vxorē accipias, & alius dormiat cū ea. Hic autem textus ita iuxta Hebraicam ueritatē corrigendus est: Vxorem desponsabis, & uir alius constuprabit eam. Secundus uerò textus est, qui apud Esaiam. xxxvi. cap. sic apud nos legitur. Et dixit Rapsaces: Nunquid ad dominū tuū, & ad te misit me dominus meus, ut loquerer omnia uerba ista? & nō potius ad uiros qui sedent in muro, ut comedāt stercora sua, & bibant urinam pedū suorum uobiscū? Hic etiā textus sic castigari debet: Et dixit Rapsaces, Num ad dominū tuum, & ad te misit me Dominus meus ad loquendū uerba hæc? Nónne magis ad homines sedentes super murum, ad comedendum stercus suum, & ad bibendam urinā suam? Tertius demū textus est Hoseæ. ix. quem nostræ editionis autor ticcun Sophrim, id est correctionis scribarū errorē secutus ita transtulit: Sed & ueh eis cū recessero ab eis. Hic autē textus ita prorsus castigādus est: Quia etiā ueh eis incarnatio mea, uel caro mea ex eis. CAPNIO, Dic obsecro & reliqua, si qua sunt, horum generum alia apud eos. GAL. Tam multa profecto sunt, ut omnia dici, sit ferè impossibile. Dicam igitur & ex multis alia quædā. Velim tamen, ut si aliqua ex his quæ dicta sunt, replicari contigerit, ad nugationem id mihi non ascribatur. Fieri quippe minimè potest, eorum quos eadem dixisse cōtingit, seorsum, ac præcise uerba referre (prout nos cōtra Iudæos agentes, facere oportet, ne quod dicimus, ipsi negent) & idem pluries non repetere

petere. In libro itaq; Siphre qui ualde apud eos authenticus est, sic inter cętera habetur, super illud Numeri. x. cap. Surge Domine, & dissipent inimici tui, & fugiant odientes te. Nunquid habet odientes se, qui dixit & factus est mundus? Annunciat autē & docet scriptura, quod omnis qui odit Israel, perinde est, ac si oderit eum, qui uerbo cōdidit mundū. Et sic ipse dicit apud Zachariam. ij. cap. Qui enim tangit uos, tangit pupillam oculi sui. Vbi Rabbi Iudas ait: Pupillam oculi sui nō fuit dictum, sed pupillā oculi mei. Ex quo autem in lege dictum ita est, dici potest: Cōtra sursum, id est cōtra Deū loquens erat scriptura, sed scriptura recens pronominauit, hoc est pro eo quod scriptū erat, aliud dixit. Quasi hoc idem est illud Iob. vij. cap. Quare posuisti me obuiū tibi? & ero super te ad onus? Ex quo in lege scriptū est, dici potest, Contra sursum, id est cōtra Deū loquebatur scriptura, sed pronominauit scriptura recens, id est pro eo quod scriptū erat, aliud nominauit: Simile est etiā huic illud apud Ezech. viij. cap. Et ipsi mittentes erunt fœtorem ad nasum meum. Ex quo in lege scriptū est, dici potest, Simile quoq; huic habetur in Habac. i. ca. Nunquid tu ab antiquo Domine deus meus, sancte meus, non morieris? Ex quo in lege scriptū est, dici potest: Contra Deum loquitur scriptura, sed pro eo dixit scriptura recēs, moriemur. Simile huic est illud Psal. cvi. Et mutauerunt gloriā meam. Pro eo autē dixit scriptura recens, gloriā suam. Simile adhuc est illud Num. xi. cap. Et si sic tu facis mihi, interfice me quęso interfectione. Si inueni gratiā in oculis tuis, & nō uidebo malum tuū. Ex quo in lege scriptū est, dici potest: Contra sursum scriptura locuta est, sed pro eo aliud scriptura recens dixit. Similе insuper huic est illud Numeri. xij. ca. Qui est in exitu suo de matrice matris nostrę, & comeditur mediū carnis nostrę. Ex quo in lege scriptum est, dici potest, Cōtra sursum loquebat scriptura, sed pronominauit scriptura recens, quàm correxerūt scribę, matris suę & carnis suę, ponendo. Hæc omnia ex libro Siphre. In plerisq; quoq; alijs libris multa id genus comperiuntur, & præsertim in cōmentarijs Rab. Mosis hadarsan in Genesin, super illud Genes. xviij. cap. Et Abraham adhuc stabat coram Deo. Et in Midras tillim, id est in expositione Psalmorum super illud Psalmi. xviij. Et dedisti mihi scutum saluationem tuam. Atque in calce libri Ben asser, qui Dicduc nuncupatur. Et in alijs quàm plurimis locis. In quibus & ea quæ retulimus, & alia non pauca huius generis ponuntur, diuersimode tamen, prout ipsis Iudęorum Doctoribus exponenda occurrunt. Sed alijs omissis, pauca quædam ex his quæ in prædictis commentarijs eiusdem Rabbi Mosis hadarsan loco præmemorato ponuntur, adducam, pręter ea quę inde adducta sunt. Ibi enim inter cętera ponitur illud Psalmi. xxi. Circumdederunt me canes, synagoga uel concilium malignantiū obsederūt me, כארו caru, id est foderunt manus meas & pedes meos. Remouerunt inde כארו caru, quod foderunt significat, &

ficat,& אראי eaari ſcripſerunt,quod idem eſt quod ſicut leo. Item in eo quod ſcribitur in libro.iij.Regum. xij. cap. Non eſt nobis pars in Dauid,nec hæreditas in filio Iſai.Reuertere לאהליך leelohecha,id eſt ad deos tuos Iſrael.Remouerunt inde לאהליך leelohecha,id eſt ad Deos tuos,& poſuerunt לאהליך leelohecha, quod ad tabernacula tua ſignificat.Et quibuſdam alijs huiuſmodi interiectis,ita idem Rabbi proſequitur.Ex hoc autem cur uocati ſunt uiri Synagogæ magnæ, Sophrim, id eſt numerantes,quia ipſi numerauerãt literas omnes, quæ in lege ſunt, & eas inquiſierunt,atq; expoſuerunt. Hæc omnia in expoſitione in Geneſin Rabbi Moſis hadarſan. Vbi & quàm plurima quoq; alia huius generis ponuntur,quæ ne prolixior æquo fierem,omittenda duxi. Per ea autem quæ in duabus ſupradictis traditionibus nunc adduximus, tres adhuc præter cæteros,corriguntur textus, qui tã apud nos, quàm apud Hebrẽos uitiati atq; corrupti leguntur.Et primus quidem textus eſt,qui Numeri.xij.cap.ſic apud nos habetur:Quod proijcitur de uulua matris ſuæ,ecce iam medium carnis eius deuoratum eſt. Hic autem textus ita caſtigandus eſt. Quod eſt in exitu ſuo de matrice matris noſtræ,& comeditur medium carnis noſtræ. Secundus uerò textus eſt qui.ij.libro Regum.xij.cap.ſic apud nos legitur:Non eſt nobis pars in Dauid, neq; hæreditas in filio Iſai, reuertere in tabernacula tua Iſrael. Hic etiam textus ſic corrigi debet: Non eſt nobis pars in Dauid, nec hæreditas in filio Iſai, reuertere ad Deos tuos Iſrael. Tertius demum textus eſt,quem Habacuc primo cap.ſic editio noſtra habet: Nunquid non tu à principio Domine Deus meus, ſancte meus? & non moriemur?Hunc & ſic quoq; caſtigari oportet: Nunquid tu ab antiquo Domine Deus meus,ſancte meus,non morieris?Ex his igitur omnibus(ut palàm uiſum eſt,) non tantum ſacrilega ſcribarum audacia deprehenditur,uerum ipſius quoque ſacræ ſcripturæ textus optimè caſtigantur. Non apud eos modo, ſed etiam apud nos, qui in noſtris editionibus tam Græcis quàm Latinis ipſorum ſcribarum depraũationes hactenus ſecuti ſumus. CAPNIO, Miror diuum Hieronymum (ut cæteros diuinæ paginæ taceã interpretes) qui præ cæteris noſtris tam Grẽcis quàm Latinis, Hebraicarum literarum ſtudioſus extitit, has deprauationes non deprehendiſſe. GAL. Id tibi nequaquam mirum uideri debet,cum hæ quidem deprauationes non niſi per Talmudiſtarum traditiones, in Talmud,antedictisq; codicibus contentas, deprehendi queant, quæ ad Hieronymi noticiam nunquam deuenerunt, ut facilè ex uerbis eius elici poteſt.Ipſe enim ad Oceanum ſcribens:Labore,inquit,precij Baraniam Iudæum nocturnum habui præceptorem. Timebat enim Iudẽos, & exhibebat ſe mihi alterum Nicodemum. Quemadmodum igitur Iudaicorum magiſtrorum penuriam habuit,ita fortè & librorum, & præſertim ipſius Talmud,quem Iudẽi propter Meſſiæ arcana, fidei noſtræ conſen-

consentanea,in eo contenta,pro uiribus occultare nitebantur. Quare mirandum minimè est,si ista non inuenerit. Nam si inuenisset, silentio præteriri tam grandia fidei nostræ mysteria, nefas profectò censuisset, ac ueritatem quam Moses cæteriq; Prophetæ in antedictis locis posuerant, rectè transtulisset.

Quomodo sit contra Iudæos per eorum scripturas procedendum. Caput IX.

CAPNIO,

POstquàm te adire meruimus, qui diuino numine inspiratus, arcana hæc tam mirifica ac diuina,in Talmudicis Iudeorum libris latitantia,retegere potis es,abs te omni contentione petimus,ne quid eorum nobis occulendum ducas. Quin potius ad ipsius omnipotentis Dei honorem, ad sacrosanctæ Christianæ Ecclesiæ decus, ad Orthodoxæ fidei confirmationem,ad animarumq; salutem,atque ad Catholicæ ueritatis manifestationẽ, unumquodq; eorum prout interrogauerimus,nobis referare non prætermittas. GAL. Ego quidẽ quoad potero,satis uestris uotis facere conabor, uos autem si quid boni dixero, id non mihi, sed Deo attribuite,à quo (ut Policrates ait) πάντα τὰ ἀγαθὰ προέρχονται. Et rectè quidem . Nam Platone attestante, ἀπὸ τοῦ ἑνὸς ἀγαθοῦ πάντα τὰ ἀγαθά. Mala uerò quæcunque, inscitiæ meæ ascribite. In primis itaq; scire oportet,quòd sacra uetus scriptura omnes fidei Catholicæ articulos,figuris uarijs & ænigmatibus obuolutos, & quasi uelaminibus circumtectos , ac sigillis quibusdam obsignatos, continebat. Vt Christo adueniente,per ipsum uelaminibus & sigillis amotis,clarè reuelarentur,atq; palàm fierent. Quatenus ueritate præsente,figuræ cessarent,& luce apparente,tenebræ depellerẽtur, & sole iam orto,quæcunque obscura erant,clara ac lucida redderentur. Cum ipse Christus sit ueritas,lux, & sol iusticiæ, qui (Iohanne Euangelista autore) illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Quamobrem & ipsemet dixit Ioan. 8. ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου,ὁ ἀκολουθῶν ἐμοὶ οὐ μὴ περιπατήσῃ ἐν τῇ σκοτίᾳ, ἀλλ' ἕξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς.Iuniores autem Iudæorũ cum sint perfidiæ impietate prorsus obcæcati, rectum diuinæ scripturæ sensum contra nos extorquent,nobisq; bellum ingerunt. Sed nos per priscorum Talmudistarum traditiones, qui legis prophetarumq; dicta explanantes,clarius de ipsis articulis loquuntur,eos facile conuincimus. Quare ut magis eorum falsitas deprehendatur, magisq; ipsa Catholica ueritas eluceſcat,in unoquoq; ipsorum arcanorum duo faciam. Primum enim ipsa legis,ac Prophetarum dicta,quæ ipsi falsis expositionibus peruertere,atq; contra nos retorquere nituntur,adducam , ac rectè ad propositum nostrum per ipsorummet scripturas exponã. Ipsas

eorum falsas expositiones, per Talmudisticas autoritates refellendo. Deinde uerò aduersus eos ipsum Catholicæ ueritatis arcanum, Talmudistarum testimonijs comprobabo. Sic enim Talmudistæ per Talmudistas facilè conuincentur. HOG. Si Talmudistæ per Talmudistas circa perfidiæ errorem conuinci possent, profecto circa huiusmodi errorem inter se diuisi essent, sibiq; inuicem aduersarentur. Sed cum omnes semper in eodem perfidiæ errore obstinati, & fuerint & persistant. Sequitur sanè, eos circa huiusce generis errorem, neq; inter se diuisos esse, neq; sibi inuicem aduersari. Talmudistas igitur per Talmudistas minimè cõuinci posse, clarum est. GAL. Et si Babylonicus Talmud (ut de eo qui postremò editus est, dicam) anno post Christum natum 477. compactus sit: Talmudistarum tamen tria sunt genera. Quidam enim Christi præcesserunt aduentum, quidam uerò subsecuti sunt usq; ad tempus illud, quo idem Talmud confectus est. Quorum utriq; ideo Talmudistæ uocantur, quia ex eorum scripturis (ut alibi diximus) Talmud ipse congestus est. Vnde & ueteres Talmudistæ non ab re utriq; dicuntur. Recẽtiores autem seu iuniores Talmudistę ij appellati sunt, qui longè pòst succedentes, ut legis ac Prophetarum de Messia testimonia aduersus Christianum dogma retorquerent, ipsa contra priscorum Talmudistarum sententias peruertere conati sunt. Quod isti ergo Talmudistæ per antiquos illos qui Christi natalem antecesserunt, conuinci ualeant, nemini dubium est, ut latissimè in sequentibus patebit. Quod autem per eos conuinci quoq; possint, quos post Christum usq; ad ipsius Talmud editionem fuisse contigit: nemo etiam dubitandum duceret, qui utrorumq; scripta rectè perpenderet. Cum illorum præterea maxima pars Christi fidem susceperit, & si legalium æmulatores extiterint, ut suprà ostendimus. Isti autem cum nunquam Christi receperint fidem, quin imò eam omni conatu impugnare non desistant. Constat planè, illos & istos circa eundem fidei errorem non uersari. Illi enim & si in eo errarint quod legalia seruarent, Christo tamen adhærebant, ipsumq; confitebantur. Hi uerò & legalia seruant, & Christum pertinaciter negant, atq; persequuntur. Isti insuper cum illorum Philosophandi ac Theologizandi morem, artemq; penitus ignorent, multa mysteria atq; arcana quæ illi ænigmaticè ac parabolicè tradiderunt, in ludibria & blasphemias conuertunt. Quas ob res cum per illorum dicta, istorum improbabimus errores, istos per illos optimè superabimus. Et sic (ut dixi) Talmudistę per Talmudistas conuincentur. Quare nunc ad ipsa Catholicæ ueritatis arcana accedamus.

Talmudistarũ triplex genus.

Liber ſecundus.

De diuina trinitate & de diuinis nomi, nibus per quæ & ipſa Dei trinitas cum indiuidua eſſentiæ unitate & ipſius per fectiones optime inſinuantur.

Quòd Deus ſit trinus & unus. Caput 1.

CAPNIO,

AD inter cætera recentiores Iudæorũ maximè nobis obiiciunt, Quòd cùm patrem, filium, & ſpiritum ſanctũ nos confiteri, audiunt tres Deos colere, pluralitatemq; Deorum nos po. nere, aiunt. Quod profectò longè magis quã ipſi, abhorremus. Eam ob rem Deum eſſe tri. num & unum, ex Prophetarum dictis, priſco. rumq; Talmudiſtarum teſtimoniis, primùm te probare oportet. GAL. Vnum quidem eſſe Deum ſubſtantiæ, ac naturæ ſimplicitate, Chriſtiana credit religio. Tres uerò perſonas, quæ ſunt pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, quarũ proprietates ſunt paternitas, generatio, atq; proceſſio: non eſſentia, ne. que natura tres, ſed merè unum eſſe, confitetur. Deus igitur in perſonis quidem trinus eſt, in eſſentia uerò unus. Deum autem unum eſſe, non opus eſt multis probare uerbis, neq; ad id probandum diutius immo. rari. Cum ipſa Dei unitas ſit ita firmiſſima, ac tam fixa mentis conceptio, ut naturaliter eſſe non poſſit, niſi unus Deus. Et Iudæi quoque, & qui. cunq; legem credunt, hoc omnes fatentur, & clamitant. CAPNIO, Sa. tis eſt igitur hic: ſi circa diuinæ trinitatis ſacramentum, per uetuſtorum Iudæorum ſententias, iuniorum refellatur error. GAL. In re tam ardua & perdifficili, prius quidem eorum prorſus delendum eſt fundamen. tum, deinde uerò expoſitionum, quibus ſacras peruertunt literas, falſi. tas improbanda. Nos autem prolixitatem uitare uolentes, tam hac in re, quàm in aliis multis, ſimul utrunq; faciemus. Ratio igitur ſuper quã huiuſce erroris iaciunt fundamentum, ea potiſſima eſt, quod male in. telligant, ac falſo exponant illud Deuter. 6. cap. ſcriptum, שמע ישראל יהוה אלהינו יהוה אחד Hoc eſt, Audi Iſrael, Deus, Deus noſter, Deus, unus eſt. Quæ licet uerba ex ſe clara ſint, ob dictionem tamẽ unus, quæ

ibi ponitur, Iudæi nostri seculi mentis cæcitate perculsi, inde potissimũ erroris causam sumunt, ut diuinæ trinitatis mysterium negent, unde maximè ipsius notionem nanciscí deberent. Ex hoc enim ita Deũ unum esse putant, ut ab eo personarum pluralitatem omnino excludant. HOGOSTRATVS, Hæc quidem uerba secus quàm tu trãstuleris, textus noster habet. Sic enim dicit: Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est. GAL. Fateor equidem ita esse. Sic enim & Græcus, quem noster in omnibus penè sequitur, textus habet. Ait enim sic, ἄκουε ἰσραὴλ, κύριος ὁ θεός σου κύριος εἷς ἐστίν. Sed clarum profecto est, Hebraicum textum longè melius, quàm noster, siue Græcus siue Latinus exprimat, contra Hebræos ipsos ueritatem exprimere. Ratio autem quare ubi nostra tam Græca quàm Latina editio, hoc in loco Dominus habet: Deus, ego traduxi: ea quidẽ est, quod ibidem Hebraicus textus habet יהוה, quod est nomen Dei illud tetragrammaton, quod Deum non per effectum, sed per essentiam designat. Sed quoniam diuina essentia secundum proprium eius esse, mente nullatenus excogitari potest, idcirco apud Iudæos nefas esse censetur, nomen ipsum ore pronunciari, uti literæ ipsæ sonant, ex quibus componitur. Quare ubicunq; hoc nomen comperiunt, illud haudquaquam proferre audent, sed loco eius hoc nomen אדני Adonai proferunt, quod idem est, quod Dominus: literæ uerò ipsius nominis non Dominum, sed deum per essentiam significant. Autor igitur tam Græcæ quàm Latinæ editionis, nomen ipsum iuxta prolationis significatum transtulit, scripturæ uerò significatum quod potius est omisit. Ego autem cui uel maximè cordi est, ueritatem quam Iudæi negant, per eorum scripturas patefacere, illud secundum proprium eius significatum, traduxi, ut deum trinum & unum in supradictis uerbis designari, clarius ostenderem. Neq; enim aliam ob causam, Moses ille magnus ter dei nomen ibi posuit, nisi ut diuinarũ personarum trinitatem distincte insinuaret. In dictione autem unus, quam immediate subiecit, innuit tres personas diuinas, non tres Deos, sed unũ esse deum. Hoc est (ut Damascenus ait) μία οὐσία, μία φύσις, μία θεότης. Id est una essentia, una natura, una deitas. Quare personarum trinitas diuinæ naturæ unitati nequaquam derogat. Quod autem in eisdem uerbis per triplicatũ dei nomen, tres diuinæ designentur personæ, pater uidelicet, filius, & spiritus sanctus, hoc Iudæi minimè negare possunt, cum R. Simeon Iohai filius, in libro qui זוהר zohar dicitur, super textum hunc ita dicat: Audi Israel, Ait R. Ibba. Hic est ô Israel antiquus יהוה, id est deus, qui est principium omnium rerum, antiquus antiquorum, hortus radicum, & omnium rerum perfectio, & dicitur pater, אלהינו Elohenu, id est Deus noster, profunditas fluminum, & fons scientiarum, quæ procedunt ab illo patre, & filius uocatur, יהוה, id est, deus, hic est spiritus sanctus, qui à duobus procedit, & uocatur mensura uocis. Vnus est, ut unum cum alio

R. Simeon ben Iohai. Expositio R. Ibba.

alio concludat,& colliget. Neq; enim alius ab alio diuidi poteſt. Et propterea ait, שמע Scema, id eſt congrega Iſrael hunc patrem & filium & ſpiritum ſanctũ, eumq; facunam eſſentiã, unamq; ſubſtantiam, quia quic quid eſt in uno, eſt in alio. Totus fuit,& totus eſt, totusq; erit. Hæc ille. Ait etiam ibi idem R. Symeon. Hoc arcanum filij non reuelabitur unicuiq;, quouſq; uenerit Meſſias. Quia tunc (ut dicit Eſaias) repleta erit terra ſcientia Dei, ſicut aquæ mare operientes. Hæc ille. Multi etiam alij per nomen Dei ter in eodem textu poſitum, ipſam diuinarũ perſonarũ trinitatem ſignificari uoluerunt, ſed quia tantũ myſterium à ſolo Meſſia reuelandum erat, illud explicare ſibi non licere dixerunt. Vt per R. Menahem Rakenad in libro Zochar ſuper eodem Deuteronomij textu, liquido patet. Quamobrem Talmudiſtæ non ita expreſſe de myſterio trinitatis locuti ſunt: ſicut Cabaliſtæ. Qui non ſolum ſuper eundem textum, ſed etiam multis alijs in locis, patrem, filium, & ſpiritum ſanctum explicite proferunt. CAP. Cur Deus in uetere inſtrumento non ita explicite trinitatis myſterium tradi uoluit: ſicut illud in futurum per Meſſiam reuelandum reſeruauit? GAL. Iudæorum populus (ut te ſcire non dubito) maximè ad idololatriam pronus erat, ad quam euitandam, uniuerſa lex uetus illa condita fuit. Ne igitur in eorum qui plures Deos colebant, errorem inciderent, caute à diuina prouidentia factum eſt, ut ipſum diuinæ trinitatis arcanum non explicite, ſed implicite eis tradere tur. Sed quoniam idololatria per Meſſiam penitus explodenda erat: uniuerſusq; orbis ad unius Dei cultum reducendus: idcirco ſacramentũ illud trinitatis explicite atq; aperte reuelandum, ad dies Meſſiæ reſeruatum fuit. Quod omnis quoq; Cabaliſtarum ſchola planè teſtatur, aſſerens, ipſius diuinæ trinitatis arcana tantummodo uſq; ad Meſſiæ tempus recondita latere debuiſſe. Tunc autem cum omnis idololatrici erroris ſuſpicio auferenda eſſet, & arcana etiam ipſa trinitatis diuinæ palàm retegenda fuiſſe. HOG. Cum in prẽmemoratis uerbis: Audi Iſrael, Deus Deus noſter, Deus unus eſt: ter nomen Dei ponatur, quid eſt, quod ſecundo tantum nomini additur Noſter, & nõ primo, aut tertio? GAL. Id non ab re profecto factum eſt. Ex hoc enim manifeſte innuitur, quod neq; quidem pater, qui prima eſt in trinitate perſona, neq; ſpiritus ſanctus, qui tertia in eadem trinitate perſona eſt, ſed ſolus filius, qui ſecunda eſt eiuſdem trinitatis perſona: per noſtræ humanitatis participationem, noſter futurus erat. Cuĩ illud quoq; quod in Pſal. 67. ſcribitur, ſimile eſt: Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ. Vbi in eo quod ter ponitur Deus, trium perſonarum diuinarum deſignatur diſtinctio. In eo autem quod ſecundo tantum loco adiungitur Noſter, ſolum filium per noſtræ naturæ aſſumptionẽ, noſtrum fore inſinuabatur. In eo uero quod poſtremo Metuant eum, & non eos dicitur, ipſarum perſonarum unitas quo ad natu

Quare myſterium trinitatis non fuit ſub ueteri lege explicite traditum.

Trinitatis myſterium explicite per Meßiam reuelandũ erat.

Cur ſecundo nomini Deus, additur noſter & non primo, aut tertio.

ram,atq; identitas oſtenditur. Vt palàm demonſtretur, tres perſonas diuinas, non tres Deos eſſe,ſed unũ ſolum Deum. Quod Eſaias quoq; apertè monſtrauit,cum 6. cap. dixit, קדוש קדוש קדוש יהוה צבאות מלא כל הארץ כבודו Hoc eſt,Sanctus,ſanctus,ſanctus,Deus exercituum,plena eſt omnis terra gloria eius. In eo enim quod ter dicit Sãctus, tres perſonas diuinas expreſſe deſignat. Quod per R. Simeonem Iohai filium, & per R. Ionathan Vzielis filium,ſuper textum hunc apertè probatur. Nam R. quidem Simeon,ſic Hebraicè ait, קדוש זה אב קדוש זה בן קדוש זה רוח הקדש Id eſt,Sanctus,hic eſt pater:Sanctus,hic eſt filius:Sanctus, hic eſt ſpiritus ſanctus. R. uerò Ionathas ita Chaldaicè inquit, קדישא בא קדיש ברא קדיש רוחא קדישא Id eſt,Sanctus pater,Sanctus filius,ſanctus ſpiritus ſanctus. CAP. Iudæorum iuniores hic dicerent, hoc minimè in Ionatha haberi. GAL. Verum quidem eſt, in his Ionathæ libris quos nunc ipſi frequentius præ manibus habent,hoc (ut ipſe noſti) nõ haberi,cum illud inde maiores eorum deleuerint, eoq; in loco ita ſcripſerint,uti libri quos poſtmodum ſcribi contigit,continent. In uetuſtiſſimis tamen libris,qui rariſſimi ſunt,ita prorſus habetur, ut ego retuli. Quorum ipſe unum uidi,cum eſſem Licij, qua tempeſtate Iudæi ex toto Regno Neapolitano,iuſſu Regis Catholici expellerentur. Et ille quidem hoc loco ſic omnino habebat,uti ipſe retuli. In eo autem (ut ad uerba Eſaiæ redeam) quod poſt tria illa nomina ſanctus, ſanctus, ſanctus, immediate ſemel duntaxat ponitur nomen Dei τετραγράμματον, quod eſt, יהוה, id eſt Deus:per quod diuina eſſentia importatur, clare innuitur,tres illas perſonas non tres Deos,ſed unum Deum eſſe. Eas ob res ueteres illi Talmudiſtæ, qui huius arcani non omnino ignari erant,ſtatuerunt,quod tam iſta Eſaiæ uerba,quàm illa Deuteronomij: Audi Iſrael,Deus,deus noſter,deus unus eſt,ab unoquoq; Iudæorum bis ſaltem in die,mane ſcilicet & ueſpere,dicerentur. Quod apud eos hucuſq; ſeruatur. Vt dum Iudæi ipſi hæc eadem uerba ore pronunciant, & diuinarum perſonarum trinitatem,& diuinæ eſſentiæ unitatem,ſicut uerba illa deſignant,ita ſe corde quoq; credere proteſtentur.

Quod perſonarum trinitas unitati diuinæ eſſentiæ non derogat,per rationem ſuper Iudæorum ſcripturas fundatam.

Caput II.

CAPNIO,

ET ſi cum Iudæis noſtri temporis ratione pugnandum nõ ſit, quia cum mentis oculos errore perfidiæ perturbatos habeãt, rationis lumine quo ueritatem perſpicere queant,penitus carent. Verumtamen quia rationem quæ ſuper eorum fundatur, ſcripturas haudquaquã negare poſſunt,Idcirco ad maiorem erroris eorũ confuta-

futationem,& ad clariorem Catholicæ ueritatis expreſſionem,benè qui dem mi Galatine ageres,ſi ratione quoq; Hebraicis teſtimonijs robo rata,perſonarum trinitatem cum diuinę eſſentię unitate,abſq; ulla eiuſ dem unitatis derogatione,eſſe poſſe probares. GAL. Faciam equidem, & profecto quàm breuiſſimè. Nónne igitur ipſi concedendum duce rent: Deum in diuerſis eſſe locis? CAP. Ita prorſus. Hoc enim & Tal mudiſtæ paſſim affirmant, & ſcriptura ſacra aſſerit. Quæ præſertim Pſalmo apud eos 139. ita ait, אם אסק שמים שם אתה ואציעה שאול הנך אשא בנפי שחר אשכונה באחרית ים : גם ידך תרבני והאחזני ימינך Hoc eſt, Si ſcandero cœlos,illic tu es,& ſi iacuero in inferno,ades. Si portauero alas auroræ,ſi habitauero in extremo maris, etiam illuc manus tua de ducet me,& tenebit me dextera tua. Quibus ex uerbis aperte liquet: Deum ubiq; eſſe. GAL. Id autem ſecundum diuerſas partes uerificari nequit. Quia cum Deus ſpiritus ſit,ac ſumme ſimplex,ut ipſi etiã aiunt: omni prorſus partiũ diuerſitate,atq; compoſitione caret. In libro enim Formationis, quẽ ipſi ספר יצירה Sepher iczira uocant, eo in loco ubi ponuntur decem ſephiroth,id eſt decem incorporei,abſtractiq; nume ri,ſeu potius decem incorporeæ ſecretæq; unitates,quarum prima tan quam omniũ abſtractiſſima, ponitur Deus ipſe, ſic habetur, רוח אלהים ברוך ומבורך שמו של חי העולמים קול ורוח ודבר זה רוח הקדש Id eſt, Spi ritus Dei,ſiue ſpiritus Deus, benedicens & benedictum nomen eius, quieſt uita ſæculorum,uox,ſpiritus,& uerbum: hic eſt ſpiritus ſanctus, cuius (ut habent alij libri) principium perſcrutari nequit,& cuius finis nullus eſt terminus. Hæc ibi. Neq; etiam eum ſucceſſiuè diuerſis in lo cis eſſe dicerent. Quia tunc ſecundum locum mutabilis eſſet, quod ipſi omnino negant,cum Deo nequaquam conuenire poſſit. Quoniã cum æternus ſit, & immenſus, atq; ſumme ſimplex, neq; ſecundum tem pus, neq; ſecundum locum, neque ſecundum formam mutari poteſt. Quare ipſi quoq; quemadmodum & nos, eum omnino immutabi lem aſſeuerant. Cum Deus ipſemet apud Malachiam 3. cap. dicat, אני יהוה לא שניתי Hoc eſt,Ego Deus non mutor. Ea propter fateri eos oportet: Deum (& ſi unus ſit) totum cum ſuæ unitatis ueritate, ſi mul & ſemel in diuerſis locis eſſe. Quo circa ita quoq; eos concede re,neceſſe eſt,ipſam diuinitatem (& ſi una tantum numero exiſtat) to tam ſimul in pluribus eſſe poſſe perſonis. Quod ſi illud primum con cedunt,cur hoc ſecundum negant, cum non magis unum quàm alte rum concedendum ſit? Sed hoc minimè certè negare poſſunt,cum paſ ſim illud non modò priſci Talmudiſtæ, atq; Cabaliſtæ (ut iam oſten ſum eſt) fateantur,uerumetiã diuina quoq; atteſtentur eloquia. Nam ubicunque in ſacris ueteris inſtrumenti literis, unius Dei eſſentia inſi nuatur, ſemper ferè ibidem & trium perſonarum pluralitas innui tur. Et econtra,quocunque in loco perſonarum trinitas exprimitur,

ſemper penè eodem quoq; in loco, & diuinæ ſubſtantiæ unitas explicatur. Ne aut propter ſingularis Dei unitatem, perſonarum trinitas à diuina natura excludatur, aut propter perſonarum trinitatem, plures Dij eſſe credantur. Sed ſic in altero tres ipſæ diuinæ hypoſtaſes abſq; confuſione ab inuicem diſtinctæ credantur, ut in altero ipſius Dei unitas omnino ſaluetur. Quod in cantico quoque Moſis liquido patet. In quo eo in loco ubi nos habemus: Videte, quod ego ſim ſolus, & non ſit Deus
Deut. 32. præter me, Hebraicus textus ſic habet, ראו עתה כי אני אני הוא ואין אלהים עמדי Id eſt, Videte nunc, quia ego, ego, ipſe: & nõ ſunt Dij mecum, Vbi apud Hebræos hæc tria ponuntur nomina, quæ apud eos diuina ſunt, אני אני הוא Ani, Ani, Hu. Quæ ego, ego, ipſe, apud nos interpretantur. Quid igitur ibi per tria hæc diuina nomina, niſi trium diuinarũ perſonarũ pluralitas, ac diſtinctio deſignatur? Et quid per illud, quod ibidem immediate ſubijcitur, Et non ſunt Dij mecum, inſinuatur: Niſi quod tres illæ diuinæ hypoſtaſes, per tria illa diuina nomina deſignatæ, non ſunt tres Dij, ſed unus Deus? Nam & ſi tota diuina eſſentia ſit in patre, tota in filio, tota in ſpiritu ſancto: quum pater ſit uerus & perfectus Deus, à quo omnia, & filius uerus & perfectus Deus, per quem omnia, & ſpiritus ſanctus uerus & perfectus Deus, in quo omnia, quia tamen ipſa diuina natura una omnino eſt in tribus, ideo pater, & filius, & ſpiritus ſanctus non ſunt tres Dij, ſed unus Deus, qui fecit omnia, & à quo, per quem, & in quo omnia proueniunt, ſubſiſtunt, & uiuificantur, & ad quem tandem omnia reducuntur. Nam ut Gregorius ille Nazianzenus Græcorum Theologorum facile princeps ait, εἷς ἐστὶν ὁ θεὸς, ὁ πατὴρ ἐξ οὗ τὰ πάντα καὶ ὁ υἱὸς δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν ᾧ τὰ πάντα. αὗται γὰρ αἱ προθέσεις, τὸ ἐξ οὗ, καὶ δι' οὗ, καὶ ἐν ᾧ, οὐ μὲν τὴν φύσιν τέμνουσιν, ἀλλὰ τὰς τῆς μιᾶς καὶ ἀσυγχύτου φύσεως ἰδιότητας χαρὰ τηρίζουσιν. Hoc eſt, Vnus Deus eſt pater à quo omnia, & filius per quem omnia, & ſpiritus ſanctus in quo omnia. Hæ enim præpoſitiones à quo, per quem, & in quo, non naturã quidem diuidunt, ſed unius atq; inconfuſæ naturæ proprietates characterizant. Quæ quomodo fiant, Ioannes Damaſcenus oſtendit, qui hoc myſterium non minus eleganter, quàm ſubtiliter eo in libro, quem de Diuina traditione inſcripſit, explanare conatus eſt, ita cap. 49. inter cætera dicens, ἐπὶ τῆς θεότητος μίαν φύσιν ὁμολογοῦμεν, τρεῖς δὲ ὑποστάσεις κατὰ ἀλήθειαν φαμὲν, καὶ πάντα μὲν τὰ φυσικὰ καὶ οὐσιώδη, ἁπλὰ φαμὲν, τὴν δὲ διαφορὰν τῶν ὑποστάσεων ἐν μόναις τρισὶν ἰδιότησι τῇ ἀναιτίῳ, καὶ πατρικῇ, καὶ τῇ αἰτιατῇ καὶ υἱικῇ, καὶ αἰτιατῇ καὶ ἐκπορευτῇ. ἀνεκφοιτήτοις δὲ αὐτὰς καὶ ἀδιαστάτοις ἀλλήλων, ἡνωμένας καὶ ἀλλήλαις ἀσυγχύτως, τρεῖς γὰρ ἐστὶν, ἢ καὶ ἥνωνται, διαρουμένας δὲ ἀδιαστάτως. ἢ γὰρ καὶ ἑκάστη καθ' ἑαυτὴν ὑφέστηκεν, ἤγουν τελείᾳ ἐστὶν ὑπόστασις, καὶ τὴν οἰκείαν ἰδιότητα ἤτοι τὸν τῆς ὑποστάσεως τρόπον διάφορον κέκτηται, ἀλλ' ἥνωνται τῇ τε οὐσίᾳ, καὶ τοῖς φυσικοῖς ἰδιώμασι, καὶ μηδιίστασθαι, μηδὲ ἐκφοιτᾶν τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως, καὶ εἷς θεὸς ἐστί τε καὶ λέγονται. Id eſt, In diuinitate unã confitemur naturã, tres aũt hypoſtaſes, ſecundũ ueritatẽ eſſe dicimus, Et omnia quidẽ naturalia atq; eſſentialia, ſimplicia

animus

animus. Hypostasum uerò differentiam in tribus solis proprietatibus, in improducta scilicet ac paterna, & producta ac filiali, & producta atq; procedente, nouimus. Inseparabiles autem ipsas, indistabilesq; ab inuicem, & unitas atq; in inuicem inconfuse circumincedentes, scimus. Et unitas quidem inconfuse, tres enim sunt, & si uniantur: Distinctas autē indistanter. Licet enim unaquęq; per seipsam subsistat, hoc est, perfecta sit hypostasis, suamq; proprietatem, id est differentem subsistentiæ modum possideat. Attamen uniuntur essentia, naturalibusq; proprietatibus, & eo quod est minimè distare à paterna hypostasi. Ac unus Deus & sunt, & dicuntur.

De diuinarum personarum distinctione. Et de Deo mittente, & Deo misso. Caput III.

CAPNIO.

QVoniam cum Iudæis nostri seculi, qui scripturas nostras non recipiunt, nobis bellum est. Idcirco uellem, per eorum duntaxat scripturas, mysteria fidei nostræ ostenderes. Quare omissis nostrorum tam Græcorum, quàm Latinorum doctorū dictis, scripturis Hebraicis personarum diuinarum proba distinctionem. GAL. Libenti animo id faciam, & quidem in cæteris omnibus, ne dum hac in re. Cum ualidius sit testimonium, quod ab aduersarijs sumitur. Primum itaq; Zachariam prophetam audi, de diuinarum personarum distinctione, déque deo mittente, & deo misso, ita secundo cap. dicentem, רני ושמחי בת ציון כי הנני בא ושכנתי בתוכך נאם יהוה ׃ ונלוו גוים רבים אל יהוה ביום ההוא והיו לי לעם ושכנתי בתוכך וידעת כי יהוה צבאות שלחני אליך׃ Hoc est, Canta & lætare filia. Quia ecce ego ueniam, & habitabo in medio tui, ait deus (tetragrammaton) Et applicabuntur gentes multæ ad deum (tetragrammaton) in die illa. Et erunt mihi in populum. Et habitabo in medio tui. Et scies, quod deus (tetragrammaton) miserit me ad te. Vbi Rabbi Ionathas in Targum sic Chaldaicè ait, שבחי והדאי בנישתא דציון אריהא אנא מהגלי ומשרי שבינתי בגויך אמר יהוה ויתוספון עממים סגיאין קדם עמא דיי בעדנא ההיא ׃ והון קדמי לעם ואשרי שבינתי בגויך ותדעי ארי יי צבאות שלחני לאתנבאה ליך׃ Id est, Gaude & lætare Ecclesia Sion. Quia ego reuelabor, & ponam diuinitatem meam in medio tui, Ait deus (tetragrammaton) Et applicabunt se populi multi ad populum Dei (tetragrammaton) in tempore illo. Et erunt coram me in populum. Et ponam diuinitatem meam in medio, tui. Et scies, quia Deus (tetragrammaton) exercituum miserit me ad Prophetandum tibi. Hucusque Targum, Illud autem quod postremò dicit.

Zacharias.

Ionathas.

dicit:Et ſcies quia Deus (tetragrammaton) exercituum miſerit me ad prophetandum tibi,non eſt referendum, niſi ad Deum miſſum, id eſt ad Meſſiam, qui à Deo patre mittendus erat. Satis ergo clare patet, & per Prophetiam hanc,& per ipſius prophetiæ Chaldaicam translationem,eſſe & Deum mittentem,& Deum miſſum. Hunc enim quem mittendum ad prophetandū dicit, ex eo Deū eſſe,euidēter oſtendit,quod immediate in perſona eius, inquit, Et ponam diuinitatem meam in medio tui.Et ſcies,quia Deus(tetragrammaton)miſerit me ad prophetandum tibi.Id ipſum etiam ex eo apertè manifeſtatur, quod in Prophetia prædicta,Deus ille miſſus quem oportet eſſe Meſſiam, ſanctiſſimo illo nomine Dei (tetragrammato) יהוה quod Deo ſoli conuenit, uocatur. Ad probandum quoq; Meſſiam Deum eſſe miſſum, מדרש שיר השירים midras ſcir Haſcirim,id eſt expoſitionem Cantici canticorum ueterum magiſtrorum adducimus. Vbi ita ad uerbum legitur: Exultabimus, & lætabimur in te.Rabbi Aben expoſuit id quod dictum eſt in Pſalmo, Hic eſt dies quem fecit Deus,exultemus & lætemur in eo.Dixit Rabbi Aben,Non erant ſcientes in quo eſſet lætandum, utrum de die an de Deo,donec uenit Selomo,& expoſuit dicens, Exultabimus & lætabimur in te.In te,ideſt in Deo ſancto & benedicto.In te,ideſt in ſaluatione tua.Simile autem eſt hoc cuidam matronæ, cuius Rex maritus eius, & filij eius,& generi eius,profecti ſunt ad ciuitatem maris. Venerunt ergo nuncij,& dixerunt ei, Venerunt filij tui. Quæ ait, Quid ad me? uel quæ inde utilitas mihi? lætentur nurus meæ.Rurſus dixerunt ei, Venerunt generi tui. Quæ ait,Quid ad me? lætentur filiæ meæ. Quando autem dixerunt ei, Venit uir tuus Rex. Ait,Ecce certè hæc eſt mihi ſufficiens,& perfecta lætitia.Sic futurum fuit, ut eſſent Prophetæ uenientes, & dicentes ad Hieruſalem,Filij tui de longè uenient. Eſa.60.cap. Et ipſa dixit eis,Quid ad me? Exultent filiæ Iudæ. Pſal.97. Et filiæ tuæ ſuper latus nutrientur,uel fouebuntur.Eſa.60. At ipſa dixit, Quid ad me? lætetur mons Sion. Pſal.97.Cum autem dixerunt ei: Ecce Rex tuus uenit tibi iuſtus & ſaluatus ipſe.Zach.9. Sicut ſcriptum eſt Zach. 2. Canta & lætare filia Sion, quia ecce ego ueniam, & habitabo in medio tui: ait Deus (tetragrammaton) Et congregabuntur gentes multæ ad Deum (tetragrammaton) in die illa,& erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui,& ſcies quia Deus (tetragrammaton) exercituum miſerit me ad te.In illa hora ipſa dixit: Gaudens gaudebo in Deo (tetragrammaton) & exultabit anima mea in Deo meo.Eſa.61.Et hoc eſt, Exultabimus & lætabimur in te:Cantici canticorum primo. Hactenus traditio, in qua elegantiſſimè atq; euidentiſſimè Iudæis perfidis noſtri temporis Meſſiã deū eſſe,fidelis eorū tradidit antiquitas. Cū enim poſt parabolã in applicatione ad propoſitū,dei aduentum probant per illud Zach.9. Ecce Rex tuus ueniet tibi iuſtus & ſaluatus ipſe , cum cæteris quæ

ſubijciun-

subijciuntur, prudentibus, ac scripturam sacram scientibus, Messiam Deum esse, euidenter prisci Talmudistæ tradiderunt. Hęc enim Zachariæ uerba (ut glossa R. Selomonis ibidem ait) Non possunt nisi de Rege Messia exponi. Quod mirabili quoq; modo confirmarunt, cum post prædicta uerba, aliud eiusdem Prophetæ testimonium protinus subdiderunt. In quo & Deus mittens, & Deus missus optimè exprimuntur. Qui quidem duo non sunt duo Dij, sed unus tantum Deus. Quoniam & si in מדות middoth, id est in proprietatibus siue personis, duo sint, deus mittens & Deus missus: in חיריה haiuya tamen, id est in essentia, unū tantummodo sunt. Quare pater & filius, seu Deus & uerbum eius, non duo dij sunt, sed unus Deus. Quod autem pater sit deus mittens, & uerbum ipsius siue filius Dei, sit Deus missus, ex uerbis R. Simeonis filij Iohai aperte colligitur, cum in principio libri תענית tahanith, id est de ieiunio Hierosolymitani, sic ait: Migrauit Israel in Babyloniam, & migrauit שכינה sechina, id est Dei præsentia cum eo. Vnde probatio? Ex eo quod Esaias dicit. 43. cap. Propter uos missus sum in Babyloniam. Ita quoq; in Psal. 107. dicitur, Mittet uerbum suum, & medebitur eis, uel sanabit eos, & eripiet eos à miserijs, uel corruptelis, uel dissipationibus eorum. Et apud Hose. 1. ita etiã legitur: Et domui Iuda miserebor. Et saluabo eos in deo (tetragrãmaton) quod sic Ionathas Chaldaicè trãstulit, ורעל רבית יחירת ארחם ואפרקינון במימרא דיי Hoc est, Et domui Iuda miserebor, & saluabo eos in uerbo Domini Dei eorum. Illud quoq; Danielis nequaquam alienum est à proposito, cum. 9. cap. ait, ועתה שמע אלהינו אל התפלת עבדך ואל תחנוניו והאר פניך על מקדשך השמם למען יהוה: Id est, Et nunc audi Deus noster orationem serui tui, & ostende faciem tuam super sanctuarium tuum desolatum, uel in sanctuario tuo desolato propter Dominum. Vbi habetur argumentum: Messiam esse ארני Adonai, id est Dominum. Illud postremo maximè notandum est, quod apud Esa. 48. cap. sic legitur, קרבו אלי שמעו זאת לא מראש בסתר דברתי מעת היותה שם אני ועתה ארני יהוה שלחני ורוחו: hoc est, Appropinquamini mihi, audite hoc. Non à capite, id est à principio, in occulto locutus sum. Ex tempore, uel ex hora sui esse, ibi ego eram. Et nũc Dominus Deus misit me, & spiritus eius. In quibus quidem uerbis, nõ solum Deus mittens, & Deus missus ostenditur, sed tota quoq; trinitas aperte atq; distincte insinuatur. CAP. Rabbi Selomo ut trinitatis mysterium extingueret, ait, Esaiam hæc uerba de seipso protulisse, qui tempore dationis legis unà cum alijs Prophetis fuit in monte Sinai. Vnde in glossa super hunc locum ita dicit: Rabbi תנחומא Tanhuma (inquit) Quod ex hoc loco habetur, omnes Prophetas in monte Sinai astitisse. Et hinc est quod Propheta de se ipso loquitur, quum ait: A tempore sui esse, illius scilicet sermonis, qui manifeste, & non in abscondito dictus est, qui legis dator est, ibi ego eram, Quod idem R. Se-

Rabbi Selomonis hæretica expositio.

R. Selomo quoq; affirmat, ſuper illud Malach. 1. cap. Onus uerbi Domini in manu Malachiæ: ita dicens, Iam multis antè diebus fuerat hoc in manibus eius traditum. Hinc declarauerunt magiſtri noſtri in extrauaganti מכילתא Mechilta, omnes prophetas in monte Sinai aſtitiſſe, cum lex Moſi data fuit, ibiq; eis prophetias traditas fuiſſe. Eam ob rem dicit Eſaias: à tempore ſui eſſe, ibi ego eram. Et nunc Dominus Deus miſit me, & ſpiritus eius. Quare ut huius R. cæterorumq; iuniorum ipſum ſequentium, confundatur nequitia, puerile hoc figmentum per ueterum Talmudiſtarum dicta, refellas opus eſt. GAL. Illud inter cætera R. Selomo, eiusq; ſectatores audiant, quod in libro מכילתא Mechilta ſcribitur, cui apud eos contradicere nefas eſt. Cum ſuper illud Exod. 19. cap. Et uenerunt in deſertum Sinai, & quieuerunt, atq; caſtrametati ſunt in deſerto, hoc modo dicitur: Data eſt lex publicè, in loco expoſito. Nam ſi in terra Iſrael lex data fuiſſet, dixiſſent gentibus ſeculi Iudæi, non eſt uobis pars in ea. Sed data eſt in deſerto reptabili, publicè, atq; in loco patenti, ut quicunq; eam recipere uoluerit, ueniat, & recipiat. Potéſt ne dici eam in nocte datam fuiſſe? Docet quòd non, illud quod in Exod. 19. dicitur, Et fuit in die tertio facto mane. Poteſt etiam dici, quod in ſilentio data fuerit? Docet quod non, quod ibidem dictum eſt. Et fuerunt uoces & fulgura, Cum cæteris. Poteſt adhuc dici, quod uocem non audierint? Quid ad hoc dicendum ſit, illud Pſalmi inſinuat: Vox Domini in fortitudine, uox Domini in magnificentia, uox Domini confringentis cedros libani, Cum reliquis. R. Ioſes dixit: Et ecce ipſe Deus ſanctus & benedictus dicit Eſaiæ. 48. Non à principio in abſcondito locutus ſum, à tempore ſui eſſe, ibi ego eram. Item eodem in libro ſuper illud Exo. 20. Ego Dominus Deus tuus, dixit R. Nathan. Si dixeris in ſecreto fuit ſermo Dei. Nónne ipſe apud Eſaiam ait? Non à principio in occulto locutus ſum. A tempore ſui eſſe, ibi ego eram. Ecce quàm manifeſte aſſerunt hi duo ex priſcis Iudæorum Doctoribus, uerba illa antedicta: A tempore ſui eſſe, ibi ego eram: Deum dixiſſe. Non ergo illa Eſaias de ſe ipſo protulit. Vt R. Selomo falſo aſſeruit. Ex quibus etiam traditionibus palàm liquet, abſurdum atq; omnino falſum eſſe figmentum illud. Quod Prophetæ omnes in monte Sinai affuerint, cum lex Moſi data fuit. Cuius etiam figmenti abſurditas atq; falſitas ex eo potiſſimũ patet, Quod nec Moſes, nec aliquis prophetarum inueniatur, qui de hoc aliquando apertè meminerit. Neq; etiam ſi dixerint, prophetarum animas abſq; corporibus dationi legis interfuiſſe: (Quod eorum errorem ſapere uidetur, qui omnes animas ſimul fuiſſe productas aiunt) hoc eorum inſaniam palliare poterit. Cum & ſacræ ſcripturæ, & Doctorum ſuorum ueterum iudicio apertè repugnet. Si quidem in Bereſcith rabba eo in loco ubi Gen. 5. dicitur, Hic liber generationis Adam: ſic legitur: Scriptum eſt Eſa. 57. Quia non in ſempiternum litigabo cum Adã primo,

Prædictæ hæreticæ expoſitionis confutatio.

primo, neq; in finem iraſcar cum generationibus eius. Quoniã ſpiritus à facie mea amiciet, uel induet. R. Tanhũ dixit, Non ueniet Rex Meſſias (in ſecundo ſcilicet aduentu) quouſque creentur omnes animæ, quæ aſcenderunt in cogitationem dei, ut crearentur. Vnde probatio? Ex eo quod dictum eſt Eſa. 57. Et animas ego feci, id eſt propter animas ego feci, ſupple mundum. Quibus ex uerbis palàm oſtenditur, animas uſq; ad mundi finem quotidie creari. Quod longè expreſſius habetur ex eo, quod R. Chimhi in libro Seraſcim dicit, cum exponens illud Zach. 12. cap. Et formans ſpiritum hominis in medio eius. Ita (inquit) expoſuit hoc רבנו סעדיה Hoc eſt, Magiſter noſter Seadias. Quod ex eo, quod ait, In medio eius: uult dicere, quod creator creat animam cum perfectione humani corporis. Et hoc eſt quod dicit, In medio eius. Hæc R. ille Chimhi. Ex his igitur apertè liquet, à ueritate longè alienos eſſe, qui Prophetarum animas quas multò pòſt creari contigit, in monte Sinai cum lex Moſi traderetur, affuiſſe dicunt. CAP. R. Selomo adhuc erubeſcens ſupradictæ expoſitionis inſaniam, antedicta Eſaiæ uerba longè ſecus exponit, dicens dictum ipſius Prophetæ mixturas continere uerborum. Quare uocem Dei eſſe ait, cum dicitur, Non à principio in abſcondito locutus ſum. Quod uerò ſequitur, Et nunc Dominus deus miſit me, & ſpiritus eius: ipſius Prophetæ uocem eſſe, inquit. GAL. Iſte R. quaſi iunior, non ualens negare Meſſiam ſecundum eius diuinitatẽ ſemper in deo fuiſſe, & ante mundi creationem extitiſſe, loco ueritatis ſemper mendacium ponit, quærens omni conatu fidem noſtram ſubuertere, ne diuinæ trinitatis myſterium, ac Meſſiæ diuinitas in dictis Prophetarum, atq; in ueterum Doctorum traditionibus reuelata, appareat. Idcirco tanquam callidiſſima uulpecula, quæ non rectis itineribus, ſed tortuoſis ſemper anfractibus graditur, hanc Eſaiæ ſcripturam ubi & diuinarum perſonarum diſtinctio, & deus mittens, ac deus miſſus manifeſtè exprimuntur, contra uetuſtorum Talmudiſtarum expoſitiones peruertere nititur. Volens uerba illa, Et nunc dominus deus miſit me, & ſpiritus eius, ad Eſaiam referri. Sed eum falſiloquum omnino eſſe, non ſolum demonſtrant duæ illæ traditiones paulò antè adductæ, & ex authenticis eorum libris excerptæ, præſertim ubi dicitur, Ecce ipſe deus ſanctus & benedictus dicit in Eſaia, Non à principio in occulto locutus ſum, à tempore ſui eſſe, ibi ego eram, Cum cæteris. Sed uerba etiam quæ immediate in eadẽ prophetia ſubſequuntur, dum mox idem propheta ſubdit, כה אמר יהוה גואלך קדוש ישראל Hoc eſt, Sic dixit Deus Redemptor tuus ſanctus Iſrael. Ex quo palàm profectò oſtenditur, quod antecedens illud, Et nunc dominus deus miſit me, & ſpiritus eius, non ſit uox ipſius Prophetæ, ſed filij dei, à patre & ſpiritu ſancto ad redimendum genus humanum miſſi. Sic ergo uerba illa exponenda ſunt, dum Eſaias ore Meſſiæ ſecundũ eius diuinitatẽ loquitur, dicens,

Alia R. Selomonis falſa expoſitio.

Eiuſdem falſæ expoſitionis confutatio.

Catholica eorundem uerborum Esaiæ expositio.

Appropinquamini, siue accedite ad me, audite hoc. Non à principio in abscondito locutus sum. A tempore sui esse, ibi ego eram. Sensus est: Appropinquamini mihi per fidem, & audite quod dico. Cum primum enim locutus sum Adæ, eiq; dixi, De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. Non in abscondito, neq; obscure locutus sum. Nonnulli autem non ex Hebræis tantum, sed etiam ex nostris, interpretantur hoc à principio, id est cum Deus legem Mosi dedit. Quod falsum esse, non solum ex his quæ dicta sunt, sed ex eo quoq; maximè patet, Quòd non tunc primum Deus humano generi locutus est, sed cum præcepit Adæ ne peccaret, Sequitur, A tẽpore sui esse, ibi ego eram: id est cum ex tempore fieret Adam, ibi ego eram. Ibi, id est in ipso Adam, secundum carnis humanæ substantiam. HOG. Nostra editio hoc in loco ita habet, Ex tempore antequàm fierent, ibi eram. GAL. Autor nostræ editionis totum sermonem pro diuinitate Christi accepit. Eam ob rem totum ad ipsius diuinitatem retulit. Nos autem Hebraicã ueritatem sequentes, partim pro diuinitate, partim pro humanitate ex quibus Christus constat, accipimus. Quod magis ueritati congruit, tum quia Hebraica litera non dicit antequàm, sed מעת היותה id est ab hora qua fuit ipsa, demonstratione fœminina, ut patet Hebraicas literas scienti, Quare sic textus exponendus est, Ab hora sui esse, id est, Ab hora creationis carnis matris meæ in formatione corporis Adæ. Ibi ergo non de diuinitate, sed de humanitate Messiæ textus loquitur. Nam si de diuinitate loqueretur, antequàm fieret, dixisset. Tum etiam, quia cum secundum Cabalistas nomen Dei tetragrammaton יהוה loco cuius ארני Adonai protulerunt, quod nos Dominus interpretamur, patrem propriè significet, eo quod cum nomen illud proprie diuinam essentiam importet, & pater sit totius diuinitatis principium & origo, אלהים Elohim autem quod Deus interpretatur, filium proprie designet. Textus uero dicat, Et nunc יהוה אלהים, id est Dominus Deus misit me, & spiritus eius, qui est spiritus sanctus. Euidentissimè profecto ostenditur, non de diuinitate Messiæ, sed de eius humanitate hic sermonem fieri. Nam si iuxta Theologorum doctrinam, & præsertim Doctoris subtilis dicit. 15. primi, ac Bonaventuræ eadem dist. q. iij. mitti in diuinis non sit nisi manifestari procedere, atq; ab alio esse cognosci, & quandam subautoritatem importet. Consequens est, filium secundum diuinitatem, neq; à se ipso, neq; à spiritu sancto mitti posse, sed solum à patre. Cum neq; à se ipso, neque à spiritu sancto esse habeat, sed tantum à patre. Quare necesse est, tam secundum Hebræorum Cabalistas, quã secundum Theologos nostros, dicere dictum illud, A tempore sui esse, id est cum ex tempore fieret, nõ de Messiæ diuinitate, sed de eius humanitate intelligendum esse. Cum igitur dicit, Et nunc dominus deus, uel Deus Deus misit me, & spiritus eius. Sic secundum Cabalistas exponẽda sunt uerba, dominus uel deus

Cabalistæ de nomine Dei tetragrammaton et Elohim.

Mitti quid sit in diuinis.

Eorundem uerborum Esaiæ expositio secũdum Cabalistas.

(tetragram-

(tetragrammaton) id est pater, Deus, id est filius, & spiritus eius, id est spiritus sanctus misit me. Vt essem Redemptor Israel. Vbi tria sunt notanda. Primum quidem, quod uolunt Cabalistæ, nomen Dei יהוה tetragrammaton, Dei misericordiam esse, אלהים Elohim autem, quod idem est quod Deus, Dei esse iusticiam. Idcirco hic cum dicit, Dominus deus siue deus (tetragrammaton) deus, non cadit copula, ad designandum, in missione humanitatis Messiæ, Dei misericordiam atq; iusticiam ad redemptionem humani generis uniendas fuisse. Iuxta illud Psal. 85. Misericordia & ueritas inuicem obuiauerũt, iusticia & pax osculatæ sunt. Secundum uerò est, quod non dicit spiritus eorum, scilicet patris & filij, sed spiritus eius. Ad denotandum, patrem & filium, à quibus spiritus sanctus procedit, non duos esse spiratores, sed ambos unum tantũ esse ipsius spiritus sancti spiratorem, unicuiq; principium. Tertium postremo est, quod non dicit, Miserunt me, sed misit me. Vt unitatem diuinæ essentiæ insinuaret, quia pater, filius, & spiritus sanctus sunt unus Deus.

De diuinarum personarum distinctione & numero per earum proprietates. *Caput* IIII.

CAPNIO,

NOn parum profuturum puto, tum ad clariorem ueritatis manifestationem, tum ad maiorem ludæorum recentiorum confusionem, si diuinarum personarum distinctionem & numerum per earum quoq; proprietates, apud eos haberi ostenderis. GAL. Id quoq; libenter faciam. Quod igitur diuinarum personarum tam numerum, quàm distinctionem ad huc ipsi per earum proprietates aperte demonstrent, primum ex ijs facile patet, quæ in מדרש תילים Midras tillim, id est in expositione Psalmorum habentur, eo in loco, ubi Psal. 50 sic dicitur, אל אלהים יהוה דבר ויקרא ארץ Hoc est, Deus, Deus, Deus, locutus est, & uocauit terram. Ibi enim ita legitur, למה חוביר שמו של קדוש ברוך הוא של שה בעמים ללמוד שבשלשה שמות הללו ברא הקדוש ברוך הוא העולם בגגר שלש מדות שבהם נברא העולם ואלו הן החכמה הדעת והתבונה חכמה מניין שנ' ה' בחכמה יסד ארץ : הדעת מניין : שנ' בדעתו תהומות נבקעו : התבונה מניין שנ' בינן שמים בתבונה : ובן הוא אומר כי אנכי ה' אלהיך אל קנא : הרי שלש מדות שבהם נברא העולם ובן בני גר ובני ראובן אומרים אל אלהי ה' אל אלהי ה' תוא יודע : ומה ראו לומר שני פעמים : אל אלהי ה' שבהם נברא העולם : אל אלהי ה' שבהם נתנה התורה : יבול אחר לעצמו לאו אלא שניתם ביחד נבראו : ובן הוא אומר את ידי יסדה ארץ וימיני טפחה שמים : חוי מומדח שמש ועד מבואו : Hoc est, Quamobrem memoratur nomen Dei sancti & benedicti tribus uicibus? Vt docereris, quod his tribus nominibus Deus sanctus & benedictus mundum crea

uit, iuxta tres מדות Midoth, id est proprietates, quibus mundus creatus est. Quæ sunt, Sapientia, scientia uel noticia, & prudentia. Sapientia unde, supple probatur? Sicut dictum est Prouerb. 3. Dominus in sapientia fundauit terram. Scientia uel noticia unde? Sicut dictum est ibidem, In noticia uel scientia abyssi eruperunt. Prudentia unde? Sicut dictum est, ubi suprà, Aptauit uel ornauit cœlos prudentia. Et propter hoc ipse, inquit Exod. 20. כי אנכי יהוה אלהיך אל קנא Hoc est, Quoniã ego Deus, Deus tuus, Deus zelator. Ecce tres proprietates loco trium, quibus creatus est mundus. Sic etiam filij Gad & filij Ruben dixerunt, Iehosue 22. Deus, deus, deus: deus, deus, deus: ipse scit. Quidnam uiderunt, ut hoc idem repeterent duabus uicibus? dixerunt primo, Deus, deus, deus: quia his creatus est mundus. Et deinde dixerunt, Deus, deus, deus: quia in his quoq; tribus data est lex. Sed nunquid potuisset unus eorum se solo separatimq;, supple creare mundum? Nequaquam, sed duo alij uniti cum eo, necessario creauerunt. Hæc in Talmud. Quæ eisdem ferè uerbis ponuntur in commentarijs Rabbi Mosis hadarsan super illud Gen. 1. In principio creauit אלהים Elohim, cœlum & terram. Quæ quidem omnia satis fidei Christianæ congruunt, hoc duntaxat excepto. Quod has tres diuinas מדות Middoth, id est proprietates, quibus mundum creatum asserunt, dicunt esse sapientiam, noticiam, atque prudentiam. Hæ namq; & si plures proprietates nomine uideantur, re tamen non sunt nisi una. Verumtamen alibi tres apud eos proprietates comperiuntur, quæ secundum fidem orthodoxam sunt unus Deus. In expositione siquidem R. Mosis hadarsan in librum Geneseos, super illud 42. ca. Ioseph ipse potens super terram: ita legitur R. Elazar dixisse, Non est creatus mundus, nisi uerbo dei sancti & benedicti. Sicut dictũ est in Psal. 33. בדבר יהוה שמים נעשו Id est, Verbo Dei cœli facti sunt. Vbi & R. Simeon dicit, Spirauit Deus spiritum oris sui, & creatus est mundus. Sicut dictum est Psal. 33. וכל צבאם ברוח פיו Hoc est, Et spiritu oris eius omnis exercitus eorum, hæc traditio. In quibus tria hæc: Deus, uerbum eius, & spiritus, distinctè & apertè in mundi productione concurrisse ponuntur. Hæc autem tria, quid aliud sunt, quàm pater, filius & spiritus sanctus? Verbum enim realiter distinguitur à proferente, & spiritus à spirante. Ergo inter Deum mundi creatorem, & uerbum eius per quod mundus creatus est, & Deum spirantem, & spiritum eius, in quo mundum produxit, realem oportet esse distinctionem. Cum igitur in Deo nullum sit accidens, ut ipsi etiam concedunt. Cum omne accidens imperfectionẽ dicat, & in deo nulla possit esse imperfectio. Sequitur sanè, quod neq; uerbum Dei, neq; spiritus eius, sit accidens. Ergo sunt hypostases, siue suppositа, uel personæ realiter distinctæ. Et per consequens iuxta ueterum Talmudistarum dogma, necessario fatendum est, tres in Deo esse personas, quibus tres מדות Middoth, id est

proprie-

proprietates attribuuntur, patrem ſcilicet, filium, & ſpiritum ſanctum. Qui non tres Dij ſunt, neque tres creatores, ſed unus Deus, unusq; creator. Quod ex eo quoque oſtenditur, quod mox ibidem ſubſequitur, בונם בנר מיחים נתן באצרות התהומות Hoc eſt, congregans uelut in utre aquas maris: dans in cellarijs abyſſos. In eo enim quod ſingulariter dicit congregans & dans, manifeſte inſinuat, tres perſonas diuinas, quas per tria nomina prædicta dedit intelligi, unum eſſe tantummodo Deum, mundi uniuerſi creatorem. Quod illi Ioan. 1. cap. 5. ualde cõſonat: Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, pater, uerbum, & ſpiritus ſanctus. Et hi tres unum ſunt. Ad id quoq; pertinere uidetur, quod in Midras Coheleth, id eſt in expoſitione Eccleſiaſtis ſuper illud, quod in quarto capite ſic Hebraicè habetur, והחוט המשולש לא במהרה ינתק Id eſt, Et filum trinum nõ citò rumpitur. Ibi enim dicitur. R. Iohanan dixiſſe: Meliores ſunt duo (uir ſcilicet, & mulier) quàm unus, hic ſcilicet per ſe, & illa per ſe, & filum trinum iſtud eſt Deus ſanctus & benedictus, qui uiſitat utrunq; in filijs, hoc eſt dando eis filios. Quod autem ſubiunctũ eſt: Non cito rumpitur: ſenſus eius eſſe uidetur, quod myſterium trini & unius Dei, non facile, nec cito diſcutitur.

De patre & filio in diuinis. Cap. V.

CAPNIO,

BEnè adhuc faceres, ſi per eorum quoq; ſcripturas, has tres perſonas diuinas apertius atq; diſtinctius pateſaceres, ac Deum habere filium, ipſumq; dei filium Deum eſſe, euidẽtius oſtenderes. GAL. Id potiſſimum inde in primis habetur, quod in commentarijs R. Moſis hadarſan in Geneſin legitur, ſuper dictum illud quod Iudas fratri ſuo Ioſeph retulit, dicens 44. cap. ונאמר אל ארני יש לנו אב וקן וילד זקנים Hoc eſt: Et diximus Domino meo, Eſt nobis pater ſenex, & infans ſenectutum. Ibi enim ſic dicitur: Scriptum eſt Prouer. 30. מי עלה שמים וירד מי אסף רוח בחפניו מי צרר מים בשמלה מי הקים כל אפסי ארץ מה שמו ומה שם בנו Id eſt, Quis aſcendit in cœlos, & deſcendit? Quis colligit ſpiritum in palmis ſuis? Quis ligauit aquas in panno? Quis conſtituit omnes terminos terræ? Quod nomen eius? & quod nomen filij eius, ſi noſti? Quis aſcendit in cœlos, & deſcendit? Deus ſanctus & benedictus aſcendit in cœlum, atq; deſcendit. Sicut dictum eſt Pſal. 56. Ligans aquas in nubibus ſuis. Et iterum Iob 28. Et aquas ordinat, & aptat in menſura. Et ipſe ſtatuit omnes terminos terræ. Sicut dictum eſt Pſal. 103. Fundauit terram ſuper columnas, non commouebitur in ſeculum & ultra. Quod nomen eius? & quod nomen filij ſui ſi nõ

sti: Docet dicere scriptura: Pater senex est nomen eius, & infans senectutum est nomen filij sui. Hactenus traditio. In qua idcirco Deus pater senex uocatur, quia nec principium habuit, nec finem habebit unquã. Filius uerò Dei ideo infans senectutum dicitur, quia ab æterno ex ipso genitus est, & in æternum generabitur. In hac igitur traditione habẽt Iudæi, quod eorum iuniores negant. Deum scilicet patrem, & Deum filium, qui ex deo ab æterno natus est, & in æternum nunquam nasci desinet. Ad id quoq; plurimũ facit illud Selomonis Prouer. 4. cap. dictũ, כי לקח טוב נתתי לכם תורתי אל תעזבו בי בן חייתי לאבי רך ויחיד לבני אמי: Hoc est, quoniam documentum bonum dedi uobis. Legem meam nõ derelinquatis. Quia filius fui patri meo, tener, & solus uel unicus filius uel filiorũ matris meæ. Quæ quidẽ uerba expresse de Dei filio loquuntur, qui in monte Sinai legem dedit: quod autem ita sit, ex eo facile patet, quod in libro ברכות berachoth, id est benedictionum, in cap. quod incipit מאימתי קורין meemathai corin. i. Ex quo tempore legent, hoc modo habetur, Non est bonum nisi lex. Sicut dictum est Prouerb. 4. Audite filij disciplinam patris. Quia documentum bonum dedi uobis. Legem meam non derelinquatis. Dixit R. filius חנא Hana, Veni & uide. quod non est mos Dei sancti & benedicti, sicut mos carnis & sanguinis. Mos quippe carnis & sanguinis est, quod cum aliquod desiderabile uel precio sum uendit. Vendens quidem tristetur, recipiens uerò lætetur. Sed Deus sanctus & benedictus Israeli legẽ dedit, & lætatus est. Sicut dictum est Prouerb. 4. Documentum bonum dedi uobis. Legẽ meam non derelinquatis. Hæc omnia Talmud. Quæ id utilitatis uidentur Iudæis afferre, quod is qui per Mosem eis legem dedit, non est nisi Deus sanctus & benedictus, qui per Selomonem hic ait, Documentũ bonum dedi uobis, Legem meam non derelinquatis. Nam dictio לקח lecah, quæ proprie documentum, uel doctrinam, seu præceptum significat, pro lege accipi solet. Sic enim accipitur apud Esaiam 29. Et musicatores discent doctrinam. Pro quo autor nostræ editionis, Legẽ transtulit. Sic & Deut. 32. Corruat uel præcipitetur ut hymber, uel ut nimbus, doctrina mea, id est lex mea, secundum omnium expositorum Hebræorum glossas. Sic deniq; & alijs ferè omnibus in locis. Quare & hic etiam dictio hæc non nisi pro lege accipi debet. Textus igitur qui mox immediate subijcitur, uidelicet, Quia filius fui patri meo: cũ à præcedenti nullatenus separetur, quod prima eius dictio scilicet כי chi, id. est, quia: quæ apud eos & causam reddit, & sequentia præcedentibus annectere solet, aperte insinuat, Deum sanctum & benedictum qui Hebræis per Mosem legem dedit, fuisse Dei filium. Rursus quod hæc eadem uerba de filio Dei, & non de Selomone intelligenda sint, per id quoq; probatur quod in מדרש תלים midras tillim, id est in glossa Psal.

terij

terñ legitur ſuper illud Pſal.21. למנצח מזמור לדוד יהוה בעזך ישמח מלך ובישועתך מה יגל מאד Id eſt, Victori, uel Ad uictoriam, Pſalmus Dauid. Deus in fortitudine tua lætabitur rex, & in ſaluatione tua quã exultabit uehementer. Ibi enim ſic ad uerbum dicitur. Hoc eſt, ac ſi ſcriptura dicat Eſa.11. Et erit in die illa radix Iſſai, qui erit ſtans in ſignum populorum. Et ſubditur, & dabit uirtutem uel fortitudinem Regi ſuo, & exaltabit cornu Meſſiæ ſui. Sequitur in eodem Pſal. תאות לבו נתתה לו וארשת שפתיו בל מנעת סלה Id eſt, Deſideriũ cordis eius tribuiſti ei, & prolationem, ſeu ſententiam labiorum eius non prohibuiſti in perpetuum. Quid eſt hæc ſentẽtia labiorum eius, niſi facultas ſiue ſcientia, quæ erit in labrjs eius? Quia cum ipſe decreuerit, uerba ſua permanentia erunt. Sequitur כי תקדמנו ברכות טוב Hoc eſt, Quoniam præficient uel præuenient eum benedictiones boni, uel bonitatis. Rabbi Iudas dixit, כי תקדמנו ברכות טוב רבי אומר ברכת משה שנקרא טוב שנ׳ ותרא אותו כי טוב הוא רבנן אמרי ברכותיה של תורה שנאמר כי לקח טוב נתתי לכם תורתי אל תעזבו כי בן הייתי לאבי רך ויחיד לבני אמי Id eſt, Quoniam præuenient eum benedictiones boni. R. dixit, benedictiones Moſis, qui appellatus eſt bonus. Sicut dictum eſt Exod.2. Et uidit eum, quoniam bonus eſt ipſe. Magiſtri dixerunt, quoniam benedictiones legis ſcilicet præuenient Regem Meſſiam. Vt dictum eſt Prouerb.4. Quoniam documentum bonum dedi uobis. Legem meam ne derelinquatis, quoniam filius fui patri meo, tener, & unicus filiorum matris meæ. Hæc omnia traditio. Ex quibus liquido patet, hæc omnia Selomonis uerba non de ipſo Selomone, ſed de filio Dei ſancti & benedicti debere intelligi. CAP. Iudęi noſtri tẽporis licet huic traditioni cõtradicere nõ ualeant, quæ uerba iſta de filio Dei ſancti & benedicti, & non de Selomone manifeſte exponit. Hæc tamen uerba, quæ eidẽ clauſulæ cõnectũtur, Solus uel unicus filiorum matris meæ, Deo nullatenus cõgruere poſſe aiunt. Quare Selomoni illa tribuentes, totum textũ de ipſo Selomone cõſequenter exponũt. GAL. Verba hæc de Selomone rectè nullo modo uerificari poſſunt. Qui nec patri fuit ſolus, cũ ipſe Dauid alios multos habuerit filios. Vt habetur.1.libri Paral.4.cap. Nec unicus filiorũ matris ſuæ. Cũ Bethſeba mater eius, alium præter ipſum filium nõ haberet. Nam & ſi aliũ ante eum habuerit, ille tamẽ antequã Selomo ipſe genitus eſſet, infantulus obierat. Vt patet.2.libri Reg.12.ca. Hæc igitur uerba, Solus uel unicus filiorũ matris meæ, cũ non poſſint de Selomone intelligi, de ſolo Dei filio iuxta præmiſſam traditionẽ, intelligi oportet. Qui nõ ſolum ſecundum diuinitatẽ erat Dei filius, ab æterno genitus, uerũ ſecundũ humanitatẽ quoq; ſolus uel unicus filiorũ matris ſuæ, hoc eſt ex omnibus filijs Synagogæ (quæ ob diuinã incarnationẽ, mater Dei dici debebat) ipſi Deo patri filius per diuinæ naturæ unionem futurus erat. Cum

Iudæorum iuniorum obiectio.

enim iuxta Iohannis Damasceni sententiam, ipse Dei filius in atomo, id est in indiuiduo humanam naturam assumpturus esset, solus ipse ut homo ex omnibus humani generis indiuiduis, propter diuinitatis hypostaticam unionem, filius Dei prædestinatus fuit. Iuxta illud Pauli ad Romanos 1. cap. dictum, Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est filius Dei. Quamobrem aptissimè hic per Selomonem ipse ait, Filius fui patri meo, quo ad diuinitatem: solus uel unicus filiorũ matris meæ, id est Synagogę quo ad humanitatẽ. Quod autem Synagoga ratione diuinæ incarnationis ex ipsa futurę, mater dei dicenda esset, probatur per ueterum Talmudistarum dicta, in Midras scir hascirim, id est in expositione Cantici canticorum, super illud 3. cap. eiusdem libri dictum, Egredimini & uidete filiæ Sion Regem Selomonem cum corona, qua coronauit eum mater sua. Vt in 25. cap. tertij libri abunde uidebimus. CAPNIO, Quamuis quę dixeris, tam uera sint tamq́ clara, ut ea Iudæi nostri seculi nulla calumnia negare queant. Ipsi tamen tanquam in errore perfidiæ obstinatissimi, ut ueritatem effugere ualeant, ad aliam falsitatem refugiũt, dicentes. Cum post uerba hæc: Legem meam non derelinquatis. Quia filius fui patri meo, tener, & unicus filiorum matris meæ, statim hæc alia subdantur. וירני ויאמר לי יתמד דברי לבד שמר מצותי וחיה Id est, Et docebat me, & dicebat mihi. Suscipiat uerba mea cor tuum, custodi præcepta mea, & uiue. Cum cæteris quæ ibi sequuntur, quæ Deo minimè conuenire possunt. Quare neq́ illa præcedentia ad Deum referri debent, sed ad Selomonem, sicuti & sequentia ista referuntur. GAL. Facile est his respondere. Quando quidem filius Dei duplicem in Messia habiturus erat naturam, diuinã scilicet qua ab æterno fuit Deo patri suo filius ante secula absque matre genitus, & humanam, secundum quam filius hominis dictus est, in seculo ex matre sine patre natus. Sicut igitur in Messia duplex natura esse debebat, sic & gemina in eo sapientia futura erat, à Deo patre utraque originem habens. Quamuis enim sapientia filij in diuinis una sit, atque omnino eadem cum sapientia patris, quia tamen filius à patre genitus est, ideo sicut esse à patre ęternaliter habuit, ita quoq́ & sapientiã ipsam & omnia quę secundũ diuinitatẽ habet, ab ęterno à patre suscepit. Sapientia etiã, quã secundũ humanitatẽ habiturus erat, ab ipso Deo ortũ habere debebat, qui animã ipsius ab instanti creationis eius, summa gratia atq́ omnibus habitibus prę cęteris imbuere debebat. Cũ itaq́ Selomo hoc in libro de filio dei, qui homo sicut unusquisq́ nostrũ futurus erat, parabolice atq́ ænigmaticè loquat̃. Idcirco ut per parabolas atq́ ænigmata insinuaret, nõ modo sapientiã quã ipse filius secundũ humanã naturam suscepturus erat, à deo patre emanaturam fuisse, uerũ etiã sapientiã quã secundũ diuinitatẽ æternaliter habuit, à patre ęterno prodijsse, per

Synagoga mater Dei dicta fuit.

Alia Iudæorũ obiectio.

Responsio.

eruditio-

eruditiones, monitiones, atq; correctiones, quibus inter homines pater filium sapientem atq; prudentem reddere nititur, ipsum Dei filium patri comparat, quoad fieri potest huiusmodi eruditiones, monitiones, & correctiones sapientiæ eius accõmodando. Quæ igitur in uerbis paulo ante dictis dicuntur, quædam ad diuinam filij Dei naturam, quædam ad humanam quam assumpturus erat, referuntur. Horũ autem utrumque uerba ipsa manifeste indicant. Quod enim dicit, Audite filij disciplinam patris, & attendite ad cognoscendam prudentiam. Quia doctrinam uel documentum bonum, id est legem bonam tribui uobis. De Selomone nequaquam intelligi potest. Nam si Selomo de sua Sapientia hic locutus fuisset, tribuam dixisset, non tribui, præsertim cum dixerit, Audite filij disciplinam patris. Necesse est ergo, ut nomine illius sit hęc locutio facta, qui legem quandoq; Hebręis antea dederit. Hic autem solus Deus est. Non igitur ad Selomonem, sed ad Deum referenda est locutio ista. Ac etiam illud, quod statim sequitur, uidelicet, Legẽ meam non derelinquatis, quia filius fui patri meo, tener, solus, uel unicus filiorum matris meæ. Cum enim hæc dictio, quia, causalis sit, oportet quod præcedentis clausulæ causam reddat. Ac si aperte diceret, Hęc est ratio, quare legem meam derelinquere non debetis, quia filius fui patri meo. Sed si de Selomone sermo fieret, nulla legis eius non derelinquendæ redderetur causa. Non enim propterea legem eius non debuissent homines derelinquere, quia ipse filius Dauidis fuerat. Quod si enim dixisset, legem meam non derelinquatis, quia à patre meo Dauide illam accepi. Tunc utique legis suæ non derelinquendæ causam reddidisset, sed per se notum esse oportuisset, omnia ab ipso Dauide tradita, recta atq; seruanda fuisse. Quod tamen manifestum non erat. Constat ergo Selomonem hic non de se, sed in persona filij Dei locutum fuisse. Cuius lex ideo seruari debebat, quia filius Dei erat. Qui tenerum se etiã propterea dicit, ut non solum immensæ pietatis suæ teneritudinem insinuaret, sed ut suę quoque infinitę sapientię capacitatem innueret. Cum enim iuxta Aristotelicum dictum in libro. 2. de Anima, textu co. 49. Duri carne secundum intellectum sint inepti, molles uerò, id est teneri benè apti. Idcirco ad ostendendam dispositionem hanc suam optimam, ad recipienda patris documenta, tenerum se esse dixit, id est benè disciplinabilem, & rectè atq; infinitæ sapientię capacissimum. Sed cui tener? Patri meo, inquit. De tali ergo patre loquatur, necesse est, qui non nisi recta docere potest. Hic autẽ solus Deus est. Sic igitur exponenda sunt uerba, Legem meam ne derelinquatis, quia filius fui Patri meo, tener. Hoc est quia illa à patre meo accepi, qui errare non potest in docendo, nec etiã ego errare potui in discendo, quia fui tener, id est optimæ & infinitæ capacitatis ad eam recipiendã. Et solus uel unicus filiorum matris meæ, id est Synagogę, ut suprà exposuimus. HOG. Vbi filijs uel filiorũ

Quare filius Dei dicatur tener.

matris

matris meæ, tu interpretatus es. Coram matre mea, litera nostra habet. Quod alij quidam, ante matrẽ meam, transtulerunt. GAL. Dictio לבני libne, quæ hic ponitur, & per ב beth literam scribitur, neq; coràm, neq; antè significat, sed proprie idem est, quod filijs, uel filiorum. Nam ante & coram per dictionem לפני liphne, per פ pe scriptam, significantur. Ex quo manifeste patet, eos qui hoc loco, coram matre mea, uel ante matrem meam, traduxerunt, dictionum similitudine deceptos fuisse, atq; לפני liphne, pro לבני libne legisse. Quæ autem sequuntur, Et ipse docebat me, cum cæteris: Christus de se ipso memorauit, dum Ioan. 8. cap. ait, Sicut docuit me pater, hæc loquor. Et iterum, Ego inquit, quæ placita sunt ei, facio semper. Et alia quædam ibidem dicit, quæ in eandem ferè sententiam conueniunt. In quibus se ipsum & à patre edoctum fuisse, & mandata eorũ, quæ in mundo facturus erat, ab eo accepisse, palàm ostendit. Quod etiam hic dicitur, Custodi præcepta mea. Ipse se adimpleſſe retulit, Ioan. 15. dicens, Ego patris mei præcepta seruaui, & maneo in eius dilectione. Illud quoq; quod postremo subijcitur, Et uiue, ipse idem de se exposuit, dum ait, Sicut pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio uitam habere in semetipso. Viue igitur inquit, id est habe in potestate tua uitam. Hinc ipsemet ait, Potestatem habeo ponẽdi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.

De Spiritu sancto. *Caput* VI.

CAPNIO,

QVoniam satis in præcedentibus de patre & filio dixisti, euidenter probans, Deum in scriptura sacra patrem dici, eiúsque genitam sapientiam filium uocari. Reliquum nunc est, ut aliquid de spiritu sancto quoq; particulatim disseras. GAL. Sæpenumero spiritum sanctum bonitatem, seu bonam uoluntatem, charitatemq;, seu dilectionem siue amorem à priscis Iudæorum nuncupatum inuenio. Ipsumq; à patre & filio, tanquam ab uno principio procedentem, atq; una cum patre & filio mundum produxisse, & per Prophetas locutum, ac super Messiam uenturum, perfectéq; permansurum fuisse. De dei namque bonitate seu bona eius uoluntate habetur in Psal. 143. Vbi Dauid preces ad Dominum fundens, ait, למדני לעשות רצונך כי אתה אלהי רוחך טובה תנהגני בארץ מישור Hoc est, Doce me, ut faciam uoluntatem tuam, quia tu es Deus meus, Spiritus tuus bonus, uel bonitas deducet me per uiam rectam. Hunc autem spiritum bonum uel bonitatem, spiritum sanctum uocari, ostendit idem Propheta Psal. 50. dicens, השיבה לי ששון ישעך ורוח נדיבה תסמכני Id est, Redde mihi lætitiam saluationis tuæ, & spiritu liberali, uel liberalitatis fulci, uel sustine, uel confirma me. Hunc etiam Spiritum sanctum cum Patre pariter, ac filio

Spiritus sanctus quomodo nuncupatur ab Hebræis.

filio mundi fuisse autorem, hominumq; opificem, inde instruimur, ubi apud Iob. 33. cap. ab Elihu dictum est, רוח אל עשיתני ונשמת שדי תחייני Hoc est, Spiritus Dei fecit me, & spiramen omnipotētis uiuificauit me, & apud Psalmographum Psal. 103. תשלח רוחך יבראון ותחדש פני אדמה Id est, Emittes spiritum tuum, & creabūtur, & renouabis faciem terræ. Et rursus Psal. 33. בדבר יהוה שמים נעשו וברוח פיו כל צבאם Hoc est, Verbo Dei cœli facti sunt, & spiritu oris eius, omnis exercitus eorum. Exercitus autem cœlorū apud Hebræos sunt Sol, Luna, Stellæ, & quot quot sunt ibi uirtutes, ac uniuersi angeli. Ideo non ab re à sancto Iob dictum est. 26. cap, ברוחו שמים שפרה Hoc est, In spiritu eius cœlos ornauit. Hunc insuper spiritum sanctum super Messiam fuisse uenturum, quietemq; perfectam habiturum: Esaias optime ostendit, dum. 11. cap. inquit, ויצא חטר מגזע ישי ונצר משרשיו יפרה ונחה עליו רוח יהוה Id est, Egredietur uirgula de stipite Iissai, & uirgultum de radicibus eius fructificabit, & requiescet super eum spiritus Dei, uel spiritus Deus, id est spiritus qui est Deus. Quæ quidem uerba ab Hebræis etiam ad literam non nisi de Messia exponuntur: ut in locis innumeris ipsius Talmud manifeste patet, & præsertim in בראשית רבא ובעירא bereschit rabba uzhira, id est in expositione Geneſis maiori & minori. Vbi super illud Gen. 1. cap. Terra autem erat inanis & uacua. Sic ad literam legitur, R. Simeon scripturam hanc de quatuor regnis exposuit, dicens: Terra autem erat inanis. Hoc est Regnum Babyloniæ, de quo apud Iere. 4. cap. dictū est, Vidi terram, & ecce inanis erat & uacua. Istud est Regnum Medorum, sicut dictum est Ester. 6. cap. Festinauerunt adducere Aman, & tenebræ erant, Hoc est Regnum Græcorum, quod suis statutis oculos Iudæorum contenebrauit. Super faciem abyssi, Hoc est Regnum nequā, id est Romanum. Quemadmodum enim abyssus hæc inscrutabilis est, ac fundo caret, Ita regnum nequam istud inuestigabile est, & fundum non habet. Et spiritus אלהים Elohim, id est Deorum uolitans erat super aquas. Hic est spiritus Messiæ, de quo dictum est Esa. 11. cap. Et requiescet super eum spiritus Dei. Et propter cuius meritum seruiet spiritus, & ueniet uolitans super faciē aquarū: Ob meritū pœnitentiæ, quę aquę assimilatur. Sicut dictum est Trenorū. 2. cap. Effunde sicut aquā cor tuū coram facie Domini. Hęc omnia traditio. Quibus addendum uidetur quod R. Selomo dixit, exponens illud Exo. 15. cap. וברוח אפיך נערמו מים Hoc est, Et per spiritum nasi tui coaceruatæ sunt aquæ. Vbi, inquit, per spiritum nasi tui, id est per spiritum egredientem de naribus nasi tui. Et locuta est scriptura de שכינה Sechina, id est de diuinitate. Sic etiā dicit Iob 4. Et à spiritu nasi eius cōsumentur. Hæc R. Selomo. Præmissis etiam non inepte conuenire uidetur, quod in Midras tillim, id est in glossa Psalmorum dicitur super illud Psal. 18. ויראו אפיקי מים ויגלו מוסדות תבל מגערתך יהוה מנשמת רוח אפך Id est, Et apparuerūt impetus, uel

uel uehementiæ,uel abundantiæ aquarum,& reuelata ſunt fundamenta orbis,ab increpatione tua deus,à ſpiratione ſpiritus naſi tui. Ibi enim ſic legitur R. Hannina dixiſſe, Ab increpatione non eſt accipiendum ad literam,ſed à ſpiratione ſpiritus naſi tui. Sicut dictum eſt Exo. 15. cap. Spiraſti ſpiritum tuum,& operuit eos mare. Ad horum igitur intellectum notandum eſt, quòd ex eo quod paulo antè inductum eſt, Et ſpiritus אלהים Elohim,id eſt deorum (quem de deo loquendi modū cautela Catholica non admittit) ſatis apertè innuitur, ſpiritum ſanctum ex patre & filio æqualiter procedere: maximè autem propter hoc, quod in eadem traditione dicitur,ſpiritum illum אלהים Elohim,id eſt deorū, ſeu Dei,ſi plurale pro ſingulari accipimus,eſſe Meſſiæ ſpiritum. Ad cuius quidem rei ueritatem neceſſario ſequitur: Meſſiam ſecundum diuinitatem tunc iam fuiſſe. Quod autem duæ nares diuinę,id eſt duæ מדות middoth,ſiue duæ perſonæ,pater ſcilicet & filius,ſint unus naſus, id eſt unum tantum principium ſpirans ſpiritum ſanctum, ex eo euidenter patet quod antedictæ traditioni conſequenter adiungitur. Quod etiam hæc ſpiritus ſancti ex naribus diuinis proceſſio, ſit ad literam de ſpiritu dei,& nō de aliquo alio intelligenda,per id manifeſtè oſtenditur, quod poſtremo de Pſalmo & eius gloſſa inductum eſt. Hunc præterea ſpiritum ſanctum ſimul cum patre & filio,uerum ac perfectum eſſe deum, ex eo potiſſimum demonſtratur, quod eum Pſalmographus ubiq;, non localiter quidem,ſed repletiuè quod ſoli deo conuenit, adeſſe affirmat, dum Pſal. 139. ait, אנא אלך מרוחך ואנה מפניך אברח אם אסק שמים שם אתה ואציעה שאול הנך אשא בנפי שחר אשכנה באחרית ים גם שם ידך תנחני ותאחזני ימינך: Hoc eſt, Quò ibo à ſpiritu tuo? & quò à faciè tua fugiā? Si ſcandero cœlos,illic tu es: & ſi ſubſtrauero me in inferno, ecce ades. Si portauero alas auroræ,& habitauero in nouiſſimo maris, etiam illuc manus tua deducet me,& apprehendet me dextera tua. Quod autem dicit, Si portauero alas auroræ. Senſus eius eſt, Si portarem modum auroræ,quæ ab oriente in momento apparet. Quod autem in Deo ſit aliqua מדת midda,id eſt proprietas,quæ dilectio ſeu charitas dicatur, ex eo maximè innuitur,quod in מדרש שיר השירים midras ſcir haſcirim, id eſt,in expoſitione Cantici canticorum legitur ſuper ea uerba. 3. cap. אפריון עשה לו המלך שלמה מעצי הלבנון עמודיו עשה בסף רפידתו זהב מרכבו ארגמן תוכו רצוף אהבה: Id eſt, Papilionem portatilem fecit ſibi Rex Selomo de lignis libani,columnas eius fecit argenteas, ſtramentū uel fulcimentum eius aureum,ſellam eius coccineam,medium eius ſtratum uel accenſum dilectione ſeu charitate. Hæc ita ibi exponuntur, Papilionem portatilem: hic eſt thronus gloriæ. Fecit ſibi Rex Selomo: Rex qui eſt ſua pax,Deus ſcilicet. De lignis Libani: hæc eſt domus ſancti ſanctorum. Columnas eius fecit argenteas: ecce de quibus dictum eſt Iob 26. cap. Columnæ cœli cōfringentur,uel commouebuntur. Stramentum

Spiritus ſanctus à patre et filio procedit.

Spiritus ſanctus eſt Deus.

mentum uel ſulcimentum eius aureum: iſtud ſunt uerba legis, de quibus dictum eſt Pſal. 18. Deſiderabilia ſuper aurum, uel pluſquam aurũ. Sellam eius coccineam: ecce quod dixit Pſal. 77. Equitanti in cœlis cœlorum קדם Kedem, id eſt antiquitatis uel orientis. Medium eius ſtratũ uel accenſum dilectione uel charitate. R. Azarias dixit hanc dilectionẽ, ſeu charitatem eſſe שכינה ſechina, id eſt ipſam diuinitatem, uel gloriam Dei. Hæc in Midras ſupradicta. Ex quibus aperte oſtenditur, neminẽ melius per Selomonem, quàm Meſſiã hoc in loco debere intelligi. Hic ergo Selomo, id eſt Meſſias, fecit ſibi אפריון appirion, id eſt thalamum, uel papilionem portatilem, corpus uidelicet ſuum. Quod eſt thronus gloriæ, ut in principio huius Midras dictum eſt. Quod quidem fecit de lignis libani, quæ ſunt domus ſancti ſanctorum, ſecundum expoſitionẽ eorum. Quod optimè congruit partibus illis matris ſuæ, de quibus corpus ſuum uirtute ſuæ diuinitatis ipſemet ſibi formauit. Cuius columnæ argenteæ propter mundiciam, quatuor uidelicet humores, ex quibus & ſuum & omne corpus humanum cõſtat, concuſſæ ſunt, atq; confractæ: dum ipſo in cruce pendente, totus eius ſanguis in quo ſimul omnes humores exiſtunt, effuſus eſt. Fulcimentum aureum fuit ipſius anima precioſa. Sella uel cathedra coccinea, caro eius tota illo precioſo ſanguine rubrefacta. Medium uerò eius cor ſcilicet fuit רצוף raczuph, id eſt ſtratum: uel iuxta aliud ſignificatum, accenſum, quaſi prunis dilectione uel charitate. Quæ quoniam שכינה eſt ſechina, id eſt diuinitas, ut per traditionem Iudaicam oſtenſum eſt. Conſequens eſt Meſſiam ſecundũ humanitatem, ſpiritu ſancto replendum fuiſſe. Quod optimè Eſaias inſinuat, dum 61. cap. in perſona eius inquit, רוח אדני יהוה עלי יען משח יהוה אתי Id eſt, Spiritus Domini Dei ſuper me: quia unxit Deus me. Vbi Propheta (ut ait R. Dauid Chimhi in libro Seraſcim) in perſona Meſſiæ locutus eſt. Perinde uidelicet, ac ſi Meſſias ita dixerit, Quia Deus unxit me, ad annunciandum pauperibus uel humilibus miſit me. Ex quibus patet, ſpiritum ſanctum amorem, ſeu charitatem dici, non ſolum quia à patre & filio per modum uoluntatis procedit, uerum etiam quia eſt amor, quo pater & filius ſe mutuo amant. Quo circa ut ex his quæ dicta ſunt, colligitur, patres illi antiqui atq; ueteres Iudæorum per ſpiritum ſanctum nihil aliud intelligebant, quàm tertiam in diuinis perſonam, à patre & filio unica ſpiratione per modum uoluntatis ab æterno productã, realiter quidem ab ipſis diſtinctam, eſſentialiter autem eandem ipſis. Quoniam ut dictum eſt, & ſi tres perſonæ diuinæ realiter ab inuicem diſtinguantur, eſſentialiter tamen idem omnino ſunt.

Spiritus ſanctus quid eſt ſecundum priſcos Hebræorũ

Quod tres personæ diuinæ sint una essentia, sitq; unaquæq; earum in alia per circumincessionem. Caput VII.

CAPNIO,

VElim ad clariorem huiusce Catholicæ ueritatis expressionem, ad maioremq; iuniorum Iudæorum confusionem, per aliquē eorum doctorem probares, tres personas diuinas unam esse essentiam, unamq; naturam, ac unam esse in aliā per circumincessionē. GAL. Quanquam ad id probandum plures ex eis possem producere testes. Ne tamen tædio sim, unum cui Iudæi recentiores minimè contradicere possint, satis sit ex omnibus adducere: Rabbi scilicet Ishac ben Schola, magnæ apud eos autoritatis uirum, qui in commentarijs super Psalterium, id ipsum sæpe asserit, & præsertim super illud Psalmi 111. ראשית חכמה יראת יהוה שכל טוב לכל עושיהם תהלתו עומדת לעד Hoc est, Principium, sapientia, timor Dei, intellectus bonus omnibus facientibus ea. Laus eius permanet in æternum. Cum sic dicit, החכמה אשר רמז אליה בפסוק הזה כי היה החכמה אשר מאין המצא והיא הנרמזת במלת בראשית רוצה לומר באות הבית ואמרו אל תקרא בית אלא בית שנאמר בחכמה יבנה בית והמדה הזאת מכוסה ונעלמה בחותם התעל ומות נחתמת בענין שנאמר ונעלמה מעיני כל חי ומעות השמים נסתרה ואומר אלהים הבין דרכה והוא ידע את מקומה רוצה לומר שאין אחר זולתו יודע נתיבות החקוקות נה ובכל מקום שמנו חכמים המדות מנו החכמה כאלו היה ראשונה מפני שהיא נמשכת ממקור היים והיא התחלת המנין ומנו המדה הפנימית שהיא המרצא והניקור בה נרמז בענין כי יש לבסת מרצא ואומר כי בצל החכמה בצל הכסת ובעלי החכמה מכנים המדה הפנימית הזאת בשמות חרבה מחן מי שמכנה אותה כחר מפנינית שכל המדות מובחרות בה והיא בהם ומי שמכנה אותה בלשון אין יד דמחשבה תופשת בה ונסמכו בזה חלשין בכתוב שאמר מאין יבוא עזרי ואם תזכה כמאמר זה עוד תדע סוד החרים הרמים ותשתמר ותשהית תמים אמנם שאר השמות המכוונים אל המדה הזאת כולם מכוונים לזה הדרך ישכין אור ונפסוק הזה רמז אל המדה הזאת במלת ראשית ונכללה החכמה בה ואמרו רבותינו זל כל הנביאים כולם נתנבאו באספקלריא שאינה מאירה ומשה רבינו עליו השלום הסתכל באספקלריא אחת המאירה שנאמר וירא ראשית לו ועוד הוסיה בזה הפסוק יראת ה׳ הוהוא באור אל הראשית כמו והאלהים עשה שייראו מלפניו ובחיות שלש המדות שזכרנו נקראות פנים כללן זו כזו ואמר ראשית חכמה יראת ה׳ ואמר החכם הן יראת ה׳ היא חכמה ואמר קנה חכמה קנה בינה הא למדת כי אלו השלש עטרות לכתר ייחוד שלם נבחרות והם שלש אמות לעולם מהאימות ונרות העולות אחריהם רואות על ידיהם והם אמרות ע׳ אמרות טהורות והשובות שבע שכולים בקנה אחד מלאות וטובות ובחיותם קשר אמיץ והזק כל לם כולם ביחד באומרו שכל טוב לכל עושיהם רוצהלומר המכוונים בהם והוא מי שאמר כי אם אלהים עשה היום. ואמר תהלתו עומדת לעד על המדה הפנימית שזנרכו וכן הוא אומר יראת ה׳ טהורה עומדת לעד ואמר הוא תהלתך והוא אלהיך והכן Id est, Sapientia de qua intelligitur in hoc textu, est sapientia

Sapientia in diuinis.

pientia quæ egreditur מאין meain.i.intellectu ſupremo,& abſtractiſſimo Dei,& reperitur in dictione בראשית bereſcit.i.in principio, hoc eſt in litera beth.Et propterea dixerunt, Ne uoces illam beth , ſed baith.i. domũ.Sicut dictũ eſt,Sapientia ædificabitur domus.Et proprietas hęc eſt cooperta,& occulta,atq; ſigillata ſigillo ſcilicet ſecretorũ.Sicut dictũ eſt,Cooperta eſt,& occulta ab oculis omniũ uiuentiũ, & ab auibus cœlorum abſcondita.Et dicit,Deus intelligit uias eius, & ipſe ſcit locum eius.Ac ſi dicat,nullus præter eum ſcit ſemitas, quæ ſculptæ ſunt in ea. Et ubicunq; enumerauerunt ſapientes proprietates Dei, poſuerunt ſapientiam tanquã principẽ,quoniã extrahitur de fonte uitæ, & eſt principium omnis numeri.Et dixerunt illam proprietatẽ intrinſecã,quæ eſt exuberantiſſima æris uena,quã uulgus mineram uocat,& fons ſiue emanatio in ea deprehenſa eſt,ſiquidẽ & argenti profluentes uenæ ſunt. Et dicitur,quod qualis umbra ſapientiæ,talis & umbra argenti. Autores autem ſapientiæ denominauerunt hanc intrinſecam proprietatẽ multis nominibus.Alij enim nominauerunt eam coronã, quod ſingulæ proprietates coronentur ab illa,& illa à ſingulis. Alij uerò nominauerunt ipſam אין ain,eo quod nullus ſit, qui imaginatione eam deprehendere poſſit.(Eſt enim ſolo intellectu attingibilis) Et huic alludit quod dictũ eſt,Meain,id eſt unde ueniet auxilium meum (Meain ſiquidem ſignificare uidetur quid incorporeũ,abſtractũ ſecretum & intellectuale.) Et ſi fueris fortunatus in dictis meis , ſcies ſecreta montium altiſſimorum, quoniam hæc proprietas eſt ueluti lux qua coronantur cæteræ omnes proprietates in uia lucis.Itaq; in hoc textu aduerte proprietatem hanc in dictione Principium,in qua cõtinetur ſapientia.Dixerunt igitur doctores,Quod omnes prophetæ prophetarunt in uiſione nõ lucida:Moſes autem prophetauit in uiſione lucida & clara. Sicut dictum eſt,Et uiſum eſt principium ei.Sequitur autẽ,Timor Dei.Et hoc inſuper declaratiuum eſt principij.Sicut dictum eſt,Deus fecit,quod timerem à facie eius . Et ſunt iſtæ tres proprietates uocatæ facies, continenturq; inuicem una in alia.Et ideo dictum eſt, Principiũ, ſapientia,timor Dei. Et dicit ſapiens,Profecto timor dei eſt ſapientia.Dictum quoq; eſt, Poſſide ſapientiã,poſſide prudentiam. Ecce didiciſti, quod tres iſtæ coronæ ſunt una corona,unitæ unitate admodum perfecta.Et ſunt quid electiſſimum,tresq; firmitates mundi æquales (.i.quibus firmatur mundus.) Suntq; luminaria aſcendentia,& ſuperementia quod reliquũ eſt,in tantum quod luce eorũ cuncta illuminantur.Et ſunt uerba dei, uerba munda & precioſa,ſignificatio ſeptẽ ſpicarum in canna una, quæ plenæ ſunt & optimæ.Et quoniã ſunt ligamen unum forte atq; inſeparabile, omnes cõprehenduntur in unum. Sicut dictũ eſt,Intellectus bonus omnibus facientibus ea.i.illis qui intendunt in ea.Sicut etiã alibi dicitur, Certe deus fecit hodie.Dixit autẽ,Laus eius permanet in ęternum,propter

proprietatẽ intrinſecã, quã memorauimus. Et etiã dicit, Timor dei mundus permanet iugiter. Et dixit, Ipſe laus tua, & ipſe Deus tuus. Et intelli ge. Hæc omnia R. prædictus. Ex quibus multa præclara, & fidei noſtræ admodum cõſentanea cõtra Iudæos noſtri temporis habent̃, & præcipuè ſeptem. Et primũ eſt, quòd tres proprietates quibus tres perſonæ diuinæ diſtinguunt̃, dicit ex uerbis Pſalmiſtæ, eſſe principiũ, ſapientiã & timorẽ Dei. Et recte quidẽ. Nam per principiũ patrem intelligit, tum quia pater eſt prima in trinitate perſona, tum etiã, quia eſt principiũ & orígo totius diuinitatis. Per ſapientiã uerò filium inſinuat, qui eſt ſapientia patris. Per timorem autẽ dei, ſpiritum ſanctũ innuit, qui haud incongrue timor Dei ab effectu dicitur. Cum cordibus fideliũ quibus illabitur, timorẽ Dei ingerat, ne. ſ. per peccatũ ab eo ſeparent̃, cui per gratiam cõiunguntur, & ne per peccatum Deum ipſum perdant, quẽ per gratiã in ſe habitantẽ habent. Quod per dictum illud etiã probat, Deus fecit ut timerẽ à facie eius. Secundum eſt, quod hanc ſapientiã proficiſci ait מאין meain. i. ab intellectu ſupremo & abſtractiſſimo, qui Deus eſt, hęc enim omnia præ ſe fert dictio iſta Hebraica מאין meain. Per hoc oſtendere uolens, filium in diuinis ab intellectu diuino produci. Nã memoria fœcunda, quæ nõ eſt niſi intellectus habens obiectum præſens, diuinam. ſ. eſſentiã, producit uerbum. i. filium, qui eſt noticia genita & ſapientia patris. Tertium eſt, quod ſapientiã hanc dicit eſſe abundantiſſimã æris uenã, in qua fons ſiue emanatio depræhenſa eſt. Per hoc uolens aperte innuere, filium Dei eſſe artẽ patris, & uerbum per quod facta ſunt omnia. Quartum eſt, quod ait hanc ſapientiã eſſe tanquã lucẽ, qua coronantur omnes aliæ proprietates in uia lucis. Per quod palã inſinuat, filium eſſe lumẽ de lumine, ſiue lucẽ mundi, ut ipſe filius ait Ioan. 8. Quæ illuminat omnẽ hominem uenientẽ in hunc mundum, Ioan. 1. Quintum eſt, quod tres iſtas proprietates dicit uocari facies. i. perſonas, more utique Græcorum, qui perſonas πρόσωπα. i. facies uocãt. Sextum eſt, quod has tres perſonas dicit unã in aliã inuicem cõtineri. Demonſtrans patrẽ eſſe in filio & ſpiritu ſancto, & filium in patre & ſpiritu ſancto, & ſpiritũ ſanctum in patre & filio per circũinceſſionẽ, quã Græci perichoriſin uocant. Septimum eſt, quod dicit tres iſtas coronas unã eſſe coronã, unitas unitate admodum perfecta. Per quod manifeſte oſtendit, tres perſonas diuinas unã omnino eſſe eſſentiã, unamq́ naturã. Quod in expoſitione quoq́ ſequẽtis Pſalmi expreſſe affirmat, dum ſuper illud Pſal. 112. רשע יראה וכעס שניו יחרק ונמס תאות רשעים תאבד Id eſt, Impius uidebit, & iraſcetur, dentibus ſuis frendebit, & tabeſcet, deſiderium impiorum peribit. Hæc inter cætera ait, חפסוק הזה רומז למורת חרון של מוטחבי הרשע בויעט ביסורין וחורק שניו בלפי שבינה ומפני זה תאות רשעים תאבד ועל ביוצא בזה נאמר כי ת' אלהיך אש אוכלה הוא ואומר אש לפניו תאכל וכסביביו נסערת מאד חדי חהם ברמיון מיה שפתח במזמור הראשון לחוריע כי חבל אחר וחמרות תאלה

האלה הנוברו הם שמו של הקדוש ברוך הוא ושמו הוא יתברך ומפני זה הוא
פועל בהיות במדה הצריכה להם כפי בחם נכלל במדות ונמנה ועמהם אבל מצד
עצמו הכל הולך אל מקום אחד והכל הוא ייחוד שלם והמדות האלה אינן
מוגבלות לא נפרדות והמגביל או מפריד מזה אחת מהם או המוסיף עליהם או
הגורע מהם נקרא קוצץ בנטיעות ועונשו גדול באל ישע אחר אמנם מן המדות
האלה ולמטה עולם הנפרדים את על פי שאין ראיה לדבר זכר לדבר ונהר יוצא
מערן להשקות את הגן ומשם יפרד ואם התבנון במה שרמזתי לך תזכה לסוד
הפסוק הזה: Hoc est, Textus iste significatiuus est proprietatis inferna-
lis sententiæ. Quoniam impius pedibus calcitrabit, & mouebit d entes
suos cõtra diuinitatem. Et propter hoc desiderium impiorum peribit.
Vnde dictum est, Quoniam Deus deus tuus ignis ardens est. Et insu-
per, Ignis coram eo exardescet, & ea quæ in circuitu eius sunt, comburet
penitus. Ecce expressit significatum eius quod habetur in præcedenti
Psalmo, ut doceret, quod omnes unũ sunt, Et proprietates istę quas cõ-
memorauimus, sunt nomen dei, & nomen eius est exaltatũ. Et quoniã
operantur circa creaturas suas, secundum proprietatem eis congruentẽ
iuxta uirtutem earum. Ideo ipse cõtinetur in illis proprietatibus, & nu-
meratur cum eis. Verũ si cõsideres ipsum, qua substantia est, omnia ten-
dunt ad locum unum, & omnia sunt unitas una undiquaq; perfecta. Et
proprietates istæ nõ sunt definitæ, nec separatæ. Quod siquis aut defini
ret, aut separaret, aut adderet, aut diminueret etiam unam dictarũ pro-
prietatum, iure appellaretur plantæ abscissor, & punitio eius magna es-
set, sicut Elisæi postremi. Ab istis autem proprietatibus infra, consistit
mundus rerum quæ definitæ & separatæ sunt. Quamuis huius rei auto
ritatem non habeamus, nisi illam tantummodo, qua dicitur, Et fluuius
egreditur de paradiso, ut irriget hortum, & inde diuiditur. Et si aduer-
teris ea de quibus te admonui, fortunatus eris ad intelligendum sacra-
mentum textus huius. Hactenus ille idem Rabbi Ishac ben Schola. Ex
cuius duabus prædictis expositionibus, palàm ostenditur, tres perso-
nas diuinas unam esse essentiam, unamq; naturam, & unamquamq; ea-
rum in reliquis duabus esse per circumincessionem. Quod erat pro-
bandum.

*Quod diuinæ trinitatis mysterium per Dei imaginem, ad quam fa-
ctus est homo, optimè atq; distinctè innuitur.*
Caput VIII.

CAPNIO,

QVia Iudæi nostri temporis tanta contradicendi nobis cupidi-
tate feruntur, ut hominem quem scriptura sacra ad imaginem
Dei effectum manifeste asserit, non ad imaginem Dei condi-

tum fuiſſe,affirment,ſcripturam ipſam ad aliter ſignificandum trahere conantes, ut ipſum diuinæ trinitatis myſterium in hominis creatione patefactum,effugere ualeant.Idcirco & hominem ad imaginem Dei factum,& per ipſam Dei imaginem in eo relucentem,ipſum diuinæ trinitatis arcanum inſinuari,te per ueterum ſuorum ſcripturas nunc probare oportet.GAL.Sanctam Dei trinitatem, indiuiduamq; eius unitatẽ, hominem ad ſuam imaginem & ſimilitudinem feciſſe, inficiari minimè certè poſſunt.Cum textus ipſe clarus ſit, qui primo Geneſis ait, ויאמר אלהים נעשה אדם בצלמנו כדמותנו Hoc eſt,Et dixit אלהים Elohim, id eſt, Dñ, faciamus hominem ad imaginem noſtram, tanquam ſimilitudinem noſtram.Et poſt pauca, ויברא אלהים את האדם בצלם אלהים ברא אתו Id eſt,Et creauit אלהים Elohim, id eſt Dñ hominem ad imaginem ſuam,ad imaginem אלהים Elohim,id eſt Deorum creauit ipſum,maſculum & fœminam creauit eos. CAP. Quare prius uerbum quod facere ſignificat poſuit,dicens,faciamus hominem . Deinde uerbo creationem ſignificante uſus eſt,dicens,Et creauit אלהים Elohim, id eſt Dñ hominem?Cum cæteris quæ ſequuntur. GAL. Quia corpora Adæ & Heuæ ex materia compacta fuerunt,animæ uerò ex nihilo creatæ.Ideo primo uerbum quod facere ſignificat,poſuit.Deinde uerbo creationis uſus eſt.Hominem igitur ad imaginem Dei factum perfidia Iudæorum noſtri ſæculi haudquaquam negare poteſt, cum priſci eorum id paſſim fateantur.Nam ut primum ipſius Abrahæ teſtimonium afferam,ita legitur in Midras tillim ſuper illud Pſal.37. אל תתחר במרעים אל תקנא בעשי עולה Hoc eſt, Non ſocieris cum malignantibus, uel non iraſcaris,uel non indigneris propter malignantes. Neque zelaueris uel imiteris facientes iniquitatem.Dixit Abraham pater noſter ad Melchiſedec,qui fuit Sem filius Noæ,qui eo quod obtulit ſacrificium uocatus eſt ſacerdos dei altiſſimi.Per quem modum,uel quamobrem egreſſi eſtis de arca?Reſpondit ille:Propter צדקה czedaca, id eſt eleemoſynam, quam ibi faciebamus.Ait ei,Et cuiuſmodi eleemoſynam poteratis ibi facere,cum ibi non eſſet,niſi Noas & filij eius?Cui ergo faciebatis eleemoſynam?Reſpondit ei,Feris & beſtijs atq; uolucribus.Non enim tota nocte dormiebamus,ſed modo huic,modo illi tribuebamus. Dixit ergo Abrahã,Si iſti qui feris & beſtijs atq; uolatilibus eleemoſynam fecerũt, mercedem receperunt,quanto magis ſi fecero eleemoſynam filijs Adæ qui ſunt ad imaginem dei ſancti & benedicti, mercedem recipiam, atq; ab obuiantibus liberabor?Et ſtatim in illa hora fecit (ſupple) eleemoſynam.Sicut ſcriptum eſt Gen.18.cap.Et plantauit אשל eſſel,id eſt pomerium uel hoſpitium, ad recipiendum hoſpites. Deinde, id quod in בראשית סטנת Bereſcith ketanna,id eſt in expoſitione Gen.minori ſcriptum eſt,adducam. Ibi enim ſic ad uerbum legitur: In die quo creauit אלהים

אלהים Elohim, id est dñi Adam, ad similitudinem אלהים Elohim, id est deorum fecit eum. Dixit Rabbi Akibas, Scriptum est Leuitici 19. cap. Et diliges proximum tuum sicut teipsum. Pars magna huius rei est, quod non dicas, Postquam ego uituperor, uituperetur proximus meus. Dixit Rabbi תנחומא Tanhuma. Si autem ita feceris, scito quod uituperabis. Siquidem uilipendes eum, de quo scriptum est, Ad similitudinem אלהים Elohim, id est deorum fecit eum. Hactenus traditio. Illud etiam Iudæi recentiores audiant, quod in libro מכילתא Mechilta legitur super illud Exod. 20. ולא תעלה במעלות על מזבחי אשר לא תגלה ערותך עליו: Id est, Ne ascendas per gradum super altare meum, ne reuelet se confusio, uel pudenda tua super ipsum. Sic enim ibi dicitur: Ecce hic argumentum קל וחומר kal uahomer, id est minoris uel maioris. Nam si de lapidibus in quibus non est cognitio mali & boni, dixit ipse מקום Makom, id est locus, hoc est Deus (Nam Iudæi Deum locum uocare solent, quod ubiq; & in omni loco sit præsens) ut nõ ambules in eis despectiue, uel ignominiose. Quanto magis exigit ratio, ut cum proximo qui est ad similitudinem illius, qui dixit & factus est mundus, non ambules contemptibiliter & contumeliose. Hæc traditio. Neque hic prætermittendum est, quod in Bereshith Rabba super illud Geneseos primo cap. Et creauit אלהים Elohim, id est, Dñi hominem ad similitudinem suam, hoc modo legitur. Interrogauerunt hæretici R. שמלאי Semlai: Quid est quod scriptum est, Et dixit אלהים Elohim, id est Dñi, faciamus hominem ad imaginem nostram tanquam similitudinem nostrã? Dixit eis, legite quod sequitur, Et creauerunt אלהים Elohim, id est Dñi hominem. Non sic scriptum est, sed creauit אלהים, id est dñi. Dixit Rab. הושעיה hoshaiah, In hora qua Deus sanctus & benedictus creauit hominem primum ad imaginem suam, errauerunt in eo angeli ministerij, uolueruntq; dicere corã eo, Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus deus exercituum. Sed quid fecit deus sanctus & benedictus? Fecit cadere super eum soporẽ. Et mox cognouerũt, quod ipse erat homo. Et hoc est quod scriptum est, Cauete uos ab homine, qui habet spiraculum in naso suo, qui reputatus est ipse, id est Deus, propter Dei scilicet similitudinẽ, quã gerit. Hucusq; traditio. Quæ siue uerum id fuerit, siue nõ, optimè tamẽ probat, antiquos Iudæorum doctores tenuisse, hominem ad imaginem Dei, eiq; simillimum fuisse conditum. CAP. Qualiter prisci Iudæorum tenebant hominem ad Dei imaginem, Deoq; simillimum fuisse effectum? GAL. Secundum animam utique, in qua imago ipsa diuinæ trinitatis optime atque expresse relucet. Quare notanda sunt quæ hac de re Rabbi Moses Ægyptius in libro, qui Director nutantium nuncupatur, hoc modo asserit: Ex hoc inquiens, quod Deus dixerit, Faciamus hominem ad imaginem nostram, inducuntur homines ad credendum, Deum esse corporeum, unà cum lineamentis omnibus, ac

membris,simul & spiritum. Quo tandem reprobato,ait (& recte quidem) quod non quantum ad corpus,sed quantum ad intellectum homo ad imaginem sui conditoris conditus fuerit. Et de hac imagine dictum esse affirmat,illud Psal.73. ארני בעיר צלמם תבוז Hoc est, Domine in ciuitate imaginem ipsorum uilificabis,uel despicies. Despicitur quidem peccatorum imago,sed ad nihilum nequaquam redigitur. Sicut dictum est Psal.39. אך בצלם יתהלך איש Id est, Verumtamen cum imagine deambulabit uir,id est,quilibet in hoc mundo existens. Ex quo aperte liquet,nostræ editionis autorem non rectè antedicta uerba traduxisse,dum ait,Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Cum ergo dicitur Genesis 1. Dixit אלהים Elohim, id est Dij, faciamus hominem ad imaginem nostram, tanquàm similitudinem nostram. Sicut per אלהים Elohim,iuxta antiquorum Iudæorum expositionem,intelliguntur tres מרות Middoth,per quas dixerunt mundū fuisse creatum,id est tres personæ diuinæ,pater uidelicet, & filius, & spiritus sanctus. Ita per imaginem אלהים Elohim,id est Deorum,tres animę potentias,memoriam,scilicet intelligentiam,& uoluntatem, in quibus diuinæ trinitatis imago consistit,intelligi oportet. Ex memoria namq; formatur intelligentia. Neq; enim est ex quo formetur intelligentia ipsa,nisi ex memoria, secundum quod memoria est noticiam rei apud se habere. Nisi igitur apud animam sit noticia,non est quo formetur intelligentia. Intelligentia autem extendente se & noticia, & accipiente id quod uerum est in ratione boni & conuenientis,statim ex memoria & intelligentia formatur appetitus,qui est uoluntas. Sicut igitur ex memoria formatur intelligentia,sic ex patre in diuinis generatur filius. Et quemadmodum ex memoria & intelligentia extensis,& quasi spirantibus bonum,formatur uoluntas,sic ex patre & filio tanquam ex uno spirandi principio,spiratur bonum quod est spiritus sanctus: Et sicut tres potentiæ istæ,memoria, intelligentia, & uoluntas sunt una anima. Ita pater,& filius,& spiritus sanctus sunt unus Deus, Et hæc est Dei imago ad quam homo creatus est,iuxta ueterum Hebræorum sententiam. Quamuis neq; alias Dei similitudines esse in anima tacuerint. Nam & in מדרש תלים Midras tehilim,super illud Psal. cap.3. ברכי נפשי את יהוה וכל קרבי את שם קדשו Id est,Benedic anima mea Deum,& omnia uiscera mea nomen sanctum eius. Et in Vaikra Rabba super illud Leuitici 4 capite. Anima cum peccauerit, ipsa morietur. Ita ad literam legitur,

Quid est Dei imago in homine.

Dei similitudines in anima.

רבנן אמרי מה הנפש ממלאה את הגוף כך הקדוש ברוך הוא ממלא את
עולמו מה הנפש סובלת את הגוף כך הקדוש ברוך הוא סובל את העולם
מה הנפש יחידה בגוף כך הקדוש ברוך הוא יחיד בעולמו ומה הנפש אינה
אוכלת ואינה שותה כך הקדוש ברוך הוא אינו אוכל ואינו שותה ומה הנפש
טהורה בגוף כך הקדוש ברוך הוא שהוא למעלה מעולמו מה הנפש רואה
ואינה נראית כך הקדוש ברוך הוא רואה ואינו נראה אמר רוך תבא הנפש

שרש

שיש בה בל המרות חללו וחחלל להקדוש ברוך הוא שיש בו בל חמירות חללה:

Hoc eſt: Magiſtri dixerunt, Vt anima replet corpus, ſic deus ſanctus & benedictus replet mundum ſuum. Vt anima regit corpus, ſic deus ſanctus & benedictus regit mundum. Vt anima eſt una in corpore, ſic Deus ſanctus & benedictus eſt unus in mundo ſuo. Vt anima nõ manducat, neq; bibit, ſic Deus ſanctus & benedictus nec manducat, nec bibit. Vt anima habitat in corpore, ſic deus ſanctus & benedictus habitat in ſuperiori mundo. Vt anima uidet & non uidetur, ſic deus ſanctus & benedictus uidet & nõ uidetur. Dixit ergo Dauid, Accedat anima cui inſunt omnes iſtæ proprietates, & laudet deum ſanctum & benedictum, cui etiam inſunt omnes iſtæ proprietates. Hæc omnia traditiones præmiſſæ. In his autem licet anima quodammodo deo perſimilis cẽſeatur, hæc tamen ſimilitudo quia accidentalis eſt, cum nõ niſi circa ipſius animæ accidentia conſiſtat, nõ poteſt eſſe ipſa Dei imago, ad quam anima ipſa creata eſt. Hanc enim imaginem in ijs naturalibus proprietatibus, atq; potentijs animæ conſiſtere oportet, quibus anima ipſa, ipſius Dei per cognitionem & amorem capax efficitur. Hæ autem potentiæ non ſunt, niſi memoria, intelligentia, & uoluntas. In his igitur ipſam Dei imaginem, ad quam homo factus eſt, conſiſtere, neceſſe eſt. Quemadmodũ enim in Deo tres ſunt perſonæ, pater, filius, & ſpiritus ſanctus. Ita in anima tres ſunt potentiæ, memoria, intelligentia, & uoluntas. Nam in memoria quidem imago patris relucet, quia memoria fœcunda cum actu dicendi producit uerbum. In intelligentia uerò imago exprimitur filij, quia filius per modum intellectus & naturæ gignitur. Vnde filius in diuinis eſt noticia genita, qua ſe pater cognoſcit. In uoluntate autem imago ſpiritus ſancti inſinuatur, quia ſpiritus ſanctus per modum uoluntatis à patre & filio, tanquã ab uno principio, & uno ſpiratore procedit. Quare ſpiritus ſanctus non eſt niſi amor, quo pater & filius ſe mutuo amant. Et ſicut filius gignitur à patre, & ſpiritus ſanctus ab utroq; procedit. Sic intelligentia oritur à memoria, intelligentiam pro potentia & actu accipiendo, & uoluntas ab utroq;, hoc eſt à memoria & intelligentia originem habet, uoluntatẽ tam pro ipſa potẽtia, quàm pro eius actu ſumendo. Ipſa quippe diuinæ trinitatis imago (ut Theologis noſtris placet) & præſertim Scoto in. 1. lib. diſt. 3. q. ult. nõ in ſolis primis animę actibus conſiſtit, ſed in primis & ſecundis ſimul ſumptis. Ibi enim non tantum diuinarum perſonarum diſtinctio, origo, atq; productio (ut dictum eſt) optimè refulgent. Verum ipſarum quoq; identitas, ac diuinæ eſſentiæ unitas expreſſe repræſentantur. Sicuti enim pater, filius, & ſpiritus ſanctus non ſunt tres dij, ſed unus Deus: ita memoria, intelligentia, & uoluntas non ſunt tres animæ, ſed una ſolùm anima, cum non ſit niſi una eius ſubſtantia.

Imago Dei in anima ubi conſiſtit.

Filius in diuinis quid eſt.

Spiritus ſanctus quid eſt.

De nõ-

De nomine Dei אלהים *Elohim, & quomodo per illud diuina trinitas insinuatur. Caput* IX.

CAPNIO  Vm ad comprobandū diuinę trinitatis mysteriū, nihil sit contra Iudæos iuniores aptius, nihil ualidius, q̄ diuinorum nominum explanatio. Idcirco te idem mysteriū, ipsa Dei nomina exponendo, nunc probare opus est. Et primū per אלהים Elohim, quod communius est cæteris, id te facere oportet. GAL. אלהים Elohim, (ut ipse nosti) plurale est nomen, & id quod Dij apud nos, significat. Cuius singulare est אל el, id est, Deus, uel potius אלוה Eloha, quod etiã idem est, quod Deus. Hoc igitur nomẽ אלהים Elohim, & si pluralitatem designet, cū uerbo tamen singularis numeri iungi solet, quoties in scriptura sacra pro Deo uero accipitur. Vt est illud in libri Geneseos principio, בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ Hoc est, In principio creauit Dij cœlum & terram. Vbi igitur nostra tam Græca q̄ Latina editio Deus habet, Hębraica ueritas Dij dicit. Quod quidẽ absq̄ grandi mysterio factum nõ est. Quia em̄ iuxta D. Augustini sententiã, opera trinitatis indiuisa sunt ad extra. Idcirco Moses ille magnus ad insinuandū omnes tres personas diuinas, patrẽ & filiū & spiritū sanctū simul ad mundi creationem cõcurrisse, אלהים Elohim. i. Dij in plurali dixit, & nõ אלוה Eloha, siue אל el. i. Deus in singulari. Ad ostendendū autẽ tres illas personas essentialiter nõ distingui, sed idem omnino esse: hoc est unū Deū esse, & nõ tres Deos, ברא bara. i. creauit in singulari dixit, & nõ בראו bareu, id est creauerũt, in plurali. Cõstat igitur per nomẽ אלהים Elohim cū uerbo singularis numeri iunctū, & personarū trinitatẽ, & essentię diuinę unitatem optimè designari. Iudęi autẽ recentiores cū textū hunc minimè negare possint, ipsum falsa quadam expositione peruertere conantur. Dicunt em̄, quod & si nomẽ hoc אלהים elohim plurale sit, indifferenter tamẽ & singulariter & pluraliter accipi solet, & quãdo pro uero deo accipitur, semper singulariter & nõ pluraliter tenet. Et sic illud hic teneri aiunt, cū dicit, In principio creauit אלהים Elohim. Vnde cõcludũt, quod cum אלהים Elohim hoc loco non pluraliter, sed singulariter teneatur, haudquaquam nos inde inferre possumus, per ipsum personarū trinitatem insinuari. Sed hæc fortasse Hebraicarū literarū ignaris dicere possent, nõ autẽ ijs qui earū penitus nõ carent cognitione. Nos igitur qui illarum non sumus omnino expertes, & per Hebraicos sacræ scripturæ textus, & per eorum Doctores, falso textū hunc eos exponere probabimus. Nã in Berescith סטנה ketãna, id est in expositione Geneseos minori super hũc textū, legit R. חונא huna ita dixisse: Nisi hic sermo scriptus fuisset, nõ licuisset dicere, Et creauit אלהים Elohim. i. Dij cœlũ & terrã. Super illud quoq̄ Gen. 1. ויברא אלהים את האדם בצלמו בצלם אלהים ברא אותו. i. Et creauit Dij Adam ad imaginem suam, ad imaginem Deorum creauit eum. Ita scriptum legitur: Interrogauerunt hęretici R. Semlai,

Iudæorum iuniorum falsa expositio.

Confutatio.

Quot

Quot Dñ creauerunt mundum? Ait illis: Ego & uos quæramus à die-
bus antiquis. In commentarijs autem R. Mosis hadarsan in librum Ge-
neseos habetur, quod sic eis responderit: Ego & uos quęramus à lege.
Nam creauerunt Dñ Adam, non est scriptum, sed creauit Dñ Adam.
Rursus interrogauerunt eum. Quid est quod scriptum est: In principio
creauit Dñ cœlum & terram. Nam in principio creauerunt Dñ non est
scriptum, sed in principio creauit Dñ. Dixit R. Semlai, In omni loco in
quo inuenis pro hęreticis obiectionem, inuenis quoq; medicamentum
illius in latere eius. Huic simile est illud quod habetur in libro סנהדרין
sanhedrin, in cap. quod incipit אחד דיני ממונות Ehad dine mamonoth
id est, unum iudiciorū diuitiarum, circa finem, cum dicitur R. Iohanan
sic dixisse: Omnis locus unde Epicurei facti sunt hęretici, responsionem
habet in latere. Vbi enim dicitur, Faciamus hominem ad imaginem no
strum. Ibi quoq; subditur, Et creauit אלהים Elohim, id est Dñ hominē
ad imaginem suam. Et cum dicitur Gen. 11. Descendamus, & confunda
mus labia eorum. Tunc etiam dicitur ibidem, Et descendit Dominus
ad uidendum ciuitatem & turrim. Et ubi scriptum est, Gen. 35. Quia ibi
apparuerunt ei Dñ. Ibidem quoq; legitur: Et fac ibi altare Deo, qui ap-
paruit tibi. Item eodem in loco: Et surgamus & ascendamus ad domum
dei, & faciam ibi altare Deo exaudienti me in die tribulationis meæ. Ha
ctenus traditio. Alia quoq; multa præter ista, in sacris literis comperiun
tur loca, in quibus & nomen אלהים Elohim, & alia quædam nomina
de deo dicta, pluraliter ponuntur. Quem quidem de deo loquendi mo
dum, nemo interpretū transtulit, cum ualde incongruus uideretur. Id-
circo tamen (ut arbitror) illa priscorū scriptura admisit, ut recentiorū lu
dęorum pluralitatē diuinarū personarū negantiū, fortius cōuinceretur
impietas. De quibus nōnulla in expositione Gen. quæ R. Mosi Hadar-
san ascribitur, inserunt. Vbi super illud, In principio creauit אלהים Elo-
him, id est dñ cœlū & terram: Sic ad uerbum dicitur, Quęsierunt hęreti
ci à R. שמלאי semlai, dicentes, Quot Dñ creauerūt mundum? Respon-
dit: Ego & uos quęramus hoc à lege: Dixerunt ei, Ecce scriptū est Deu.
4. cap. Quæ est gens magna, quę habeat Deos propinquantes sibi, Ec-
ce duo רשויות ressuioth, id est principia. Dixit eis, Legite finem uersus.
Sicut Dominus deus noster in omni inuocatione nostra ad eum. Nō e-
nim scriptū est ad eos, sed ad eū. Aiunt illi, Ecce adhuc scriptū est Iehos.
ulti. cap. לא תובלו לעבר את יחוה כי אלהים קרשים הוא Hoc est, Nō pote-
ritis seruire deo, quia Dñ sancti ipse. Dixit eis, Legite finē textus. Nō e-
nim dicit, Quia Dñ sancti ipsi, sed quia dñ sancti ipse. Dixerunt iterū ei:
Ecce scriptum est. 2. Reg. 7. cap. ומי כעמך ישראל גוי אחר בארץ אשר הלכו
אלהים לפרות id est, Et quis ut populus tuus, sicut Israel gēs una in terra,
propter quā iuerunt dñ ad redimendū. Ait eis, Legite quod cōsequēter
scriptū est: Nō eī לחם lahē. i. sibi, pluraliter scriptū est. Sed ad redimen

dum,

dum,לו lo,id eſt ſibi ſingulariter.Rurſum quoq; dixerunt ei,Ecce ſcriptum eſt apud Ierem.23.cap. ותפכתם את דברי אלהים חיים Id eſt,Et peruertiſtis uerba Deorum uiuentium.ait illis,Legite finem literæ.Non enim ſcriptum eſt,Dominorum exercituum.Sed יהוה צבאות אלהינו Domini exercituum dei noſtri.Hæc traditio,Vbi hoc nomen אלהים Elohim,pro deo uero accipitur,& tamen cum adiectiuo pluralis numeri coniungitur. Quod fieri minimè contingeret, ſi illud (ut ipſi aiunt) pro Deo uero acceptum,ſemper ſingulariter teneretur. Huic præterea loquendi de deo modo,ſimile eſt quod apud Hoſeam 11. cap. ita ſcriptum legimus, סבבני בכחש אפרים ובמרמה בית ישר אל ויהודה עוד רד עם אל ונאמן קדשים Hoc eſt,Circumdederunt me cum negatione,uel mendacio Ephraim,& cũ dolo domus Iſrael.Iuda uerò adhuc erit dominans cum Deo,& cum ſanctis fideli. Vbi gloſſa R.Selomonis ait, Cum ſanctis fideli,id eſt cum deo ſancto & benedicto.Neq; hic prætereundũ puto quod in Midras coheleth,id eſt in expoſitione Eccleſiaſt.legitur, ſuper illud 5.cap. אם עשקת רש וגזל משפט וצדק תראה במדינה אל תתמה על חפץ כי גבה מעל גבה שמר וגבהים עליהם Id eſt, Si oppreſſionẽ egeni, & ablationem iudicij & iuſticiæ uideris in ciuitate, non mireris ſuper huiuſcemodi uoluntate. Nam excelſus ſuper excelſum cuſtodiẽs eſt,& excelſi ſuper eos. Ibi enim ſic dicitur, Si uideris oppreſſores pauperum & egenorum,& iuſticiam,id eſt iuſtum uiuentem, in æternum multiplicantem ſibi bonitatem & pacem, timeas iudicium gehennæ. Quia excelſum ſuper excelſum cuſtodiens eſt,hi ſunt angeli. Et excelſi ſunt ſuper eos. Hic eſt Deus ſanctus & benedictus. Plurimis præterea in locis,nomen hoc אלהים Elohim,cum pro uero Deo ſumitur, cum uerbo pluralis numeri copulari comperimus. Quod nequaquam fieret ſi pro uero Deo acceptum,ſemper ſingulariter teneretur. Et ut cętera id genus penè infinita prætermittam,illud unum quod maximè ad propoſitum facit,exempli gratia adducam. Sic enim in 1. cap. Gen. ſcribitur, ויאמר אלהים נעשה אדם בצלמנו כדמותינו Id eſt,Et dixit אלהים Elohim id eſt,Dij faciamus hominem ad imaginem noſtram,tanquam ſimilitudinem noſtram. Si igitur hoc in loco אלהים Elohim ſingulariter teneretur,non faciamus,ſed faciam,dixiſſet. Neq; ad imaginem noſtram, tanquam ſimilitudinem noſtram, ſed ad imaginem meam tanquam ſimilitudinem meam,protuliſſet. Dixit autẽ,ad imaginem noſtram, tanquam ſimilitudinem noſtram,& non ad imagines noſtras, tanquam ſimilitudines noſtras. Vt perſonarum identitatem,ac diuinæ eſſentię unitatem indicaret. Nam & ſi tres diuinæ hypoſtaſes perſonaliter ab inuicem diſtinguantur,cum alia ſit perſona patris, alia filij,alia ſpiritus ſancti,eſſentialiter tamen non diſtinguuntur,ſed idem omnino ſunt. Cum igitur nomen hoc אלהים Elohim,pro Deo uero hic accipiatur, atq; cũ uerbo faciamus quod pluraliter profertur,coniungatur,clarum profecto eſt,

cto est, illud hic pro Deo uero sumptum, non singulariter, sed pluraliter, ad pluralitatem diuinarum personarum insinuandam teneri. Iuniores tamen Iudæorum textus huius ueritatem quibusdam irrationabilibus, nedum falsis extorsionibus peruertere conantur. Quidam enim dicunt, ideo Deum cum hominem conditurus esset, pluraliter locutum fuisse, quia cœlestem familiam consuluit. Quorum certè dictum inane atque nullum esse, ex eo maximè patet, quod cœlestia omnia Deo seruiãt, & eorum consilio ipse non egeat. Quidam uerò ut R. Dauid, & R. Moses Gerundensis, hoc in loco aiunt, propterea Deum hoc loquendi modo usum fuisse, quia cum terra tunc locutus est, eo quod homo quem facturus erat, ex diuina & terrena re constare debebat. Sed hoc profecto dictum tam stultum ac ridiculosum est, ut confutatione non egeat. Fatuitas quippe ridiculosa est, dicere, Deum ad hominis creationem terram sibi adiutricem aduocasse. Quidam deniq; dicunt, quod Grammaticè loquendo, hoc loco nomen hoc אלהים Elohim non coniungitur cum uerbo pluralis numeri Faciamus, sed cũ uerbo Dixit, quod singulare est. Ita enim dicit textus, Et dixit אלהים Elohim. Et postea sequitur, Faciamus hominem. Hoc etiam nihil est. Nam & si Elohim immediate non connectatur cũ uerbo faciamus, connectitur tamen mediate, quod idem prorsus est. Neque enim aliud quàm אלהים Elohim, dixit, Faciamus hominem. Quamuis autem hic nomen hoc אלהים Elohim pro deo uero captum, non immediate, sed mediate cum uerbo pluralis numeri copuletur, alijs tamen quàm plurimis in locis immediate copulatur, sicuti Bibliam Hebraicis characteribus scriptam, legentibus facile patet. Hi tamen, cæteriq; omnes qui huius textus sententiam deprauare nitun tur, per illud facile conuincuntur, quod in Midras coheleth, id est in expositione Ecclesiastis, super illud quod in. 2. ca. sic habetur, בר מיז תאתרם שיבוא אחרי המלך את אשר כבר עשוהר Id est, Quis est homo, qui ueniat, uel intret post Regem, qui iam fecerunt eum? Sic enim ibi dicitur, Post Regem, uidelicet aliorum Regum Regem, Deum sanctum & benedictum, tu ne ualebis stare? Docet autem per hoc, dicendum, quod non est scriptum qui fecit eum, sed qui fecerunt eum. Quod ex quo in lege scriptum est, dici potest, Deus enim sanctus & benedictus, & domus iudicij eius fecerunt eum. Si autem ex hoc dixeris, Duo ergo sunt principia. Non sequitur. Nónne enim iam dictum erat, Deuter. 32. cap. Ipse fecit te, & aptauit, uel parauit, uel ornauit te? Hucusq; traditio. In qua tria notatu admodum digna, atq; ad rem propositam aptissima ponuntur. Primum quidem est, quod uerbum pluralis numeri fecerunt, propterea cum nomine singularis numeri Rex, in conditione hominis iungitur, quia deus cum hominem conderet, pluraliter locutus est, dicens, Faciamus hominem ad imaginem nostram. Hinc Psalmographus dixit Psal. 149. ישמח ישראל בעשיו בני ציון יגילו במלכם Hoc est, Lætetur

Iuniorum Iudæorum falsæ expositiones.

Cõfutationes.

Israel in factoribus suis, filij Sion exultent in rege suo. Hinc quoque & Esaias ait 54. cap. כי בעליר עשיר יהוה צבאות שמו Id est, Quia damnatores tui, factores tui: Deus (tetragrammaton) exercituum nomen eius. Secundum uerò est, cum in hac traditione dicitur, Quod Deus sanctus & benedictus, & Domus iudicij eius fecerunt hominem. Vbi per Deum sanctum & benedictum, naturæ diuinæ unitas ostẽditur: per domum uerò iudicij eius, personarum trinitas innuitur. Nam domus iudicij apud Iudæos dicebatur, cum tres ad minus simul sententiam aliquã ferebant, quæ & si plurium esse poterat, non tamen pauciorum, dummodo impares numero semper essent. Domus igitur iudicij Dei nõ est, nisi pater, & filius, & spiritus sanctus. Ea propter in Beresith Rabba. i. in expositione libri Gen. super illud 19. cap. dictum ויהוה המטיר על סדם ועל עמרה גפריח ואש Hoc est, Et Deus pluit super Sedom & super Amora sulfur & ignem: Dixit R. Elazar, In omni loco, ubi in scriptura ponitur Deus tetragrammaton, semper intelligitur ipse, & domus iudicij eius Hoc etiã idem R. affirmat in Midras שיר השירים Sir hassirim, id est in expositione Cantici canticorum, super illud 1. cap. לסוסתי ברכבי פרעה דמיתיך רעיתי Id est, Equæ meæ in curribus, uel in equitaturis Pharaonis assimilaui te amica mea. Tertium autẽ est, cum in eadẽ traditione subinfertur, quòd Deus & domus iudicij eius, non sunt duo rerum omnium creatarum principia, sed unum duntaxat principium. Ex quo patet, quod prisci Iudæorum Doctores, non negabant diuinæ trinitatis mysterium, sed tantum plura principia, siue plures deos. Quod non minus christiana religio detestatur. Quæ cum ita sint, luce clarius constat, per nomen אלהים Elohim, tres diuinas personas intelligi debere, quæ tanquam unicum principium, ad rerum omnium productionem simul concurrerunt.

De nomine Dei quatuor literarum, quod est τετραγράμματον, *est* יהוה, *quod Hebræi* שם המפורש *Sem hammephoras, hoc est nomen expositum uocant. Caput X.*

CAPNIO,

QVoniam inter cætera diuina nomina, per nomen Dei τετραγράμματον, diuinæ trinitatis mysteriũ maximè insinuatur, eam ob rem ad Iudæorum ceruicem magis conterendam, uellem abs te scire, quid de hoc nomine Talmudistæ atq; Cabalistæ senserint.

GAL. Admodum profecto miranda utriq; senserunt. Quare ne ipse plura dicam, ea duntaxat referam quæ & R. Haccados, & R. Moses filius Maimonis dicunt. Nam R. quidem Haccados, qui Latinè Doctor noster sanctus interpretatur, in libro quem גלי רזיא Gale razeya, id est reuelatorem secretorũ nuncupauit; interrogatus ab Antonino Consule Vrbis

Vrbis Romæ, de huiusce nominis significatu, multa ualde mira detexit. Cuius uerba refert Rabbi Nehumias Haccanæ filius, in epistola secretorum ad filium suum Haccanã scripta, quam Hebræi אגרת הסודות ighereth hassodoth uocant: sic dicens, בקש פעם אחת אנטונינוס נגיד על עיר רומה מרבינו הקדוש שילמדהו אמתות הדמות שם ד׳ אותיות ושם יב׳ אותיות ושם מב׳ אותיות׳ תשובה בעבור שתשאל היות נלמד מהאמת רוצה לומר מהוראת שם בן ד׳ אותיות ושם יב׳ אותיות ושם ארבעים ושתים אותיות אני מודיע לך אותם היות הסודות אלהים אשר ראוי היותם נסתרות מכל איש אבל בעבור שאני מביר היותר מהתלמידים המאושרים והוא דבר קרוב אל הסברה לגלות להם אלו הדברים לפי שאנשי אותה המדינה אין ראוי להסתיר דברים כאלו לפיכ׳ אודיעך שאין לאל שם אשר אנו נובל להשיג הברה לפי שעצמותו הוא שמו ושמו עצמותו וכמו שמעצמותו לא נובל להשיג שום הברה לפי שעם אותה הידיעה היינו דומים לו בדמשמו לא נובל להשיג ידיעה עם כל זה כל שמותיו יש להם הוראה לפי ששם ארבע אותיות הוא יותר עצמיי לפעולותיו ומראה ידיעה יותר שלמה ויותר עצמיית בפי מה שאנו יכולין לקבל ומזה מצטרפים כל שמותיו ולפי זה השם נקרא שם המפורש לא שהוא יהיה שמו העצמיי אבל אנו אומרים אותו לפי שזה הוא כל מה שבהינו יוכל להשיג ויותר גבות לא נובל לעלות ותרע משם יב אותיות ושם מב׳ שאינם שמות אשר תיבה אחת תהיה נעשה משני עשר אותיות או מארבעים ושתים אותיות אבל באי זה שם שתהיה יש רוב מלות שונות שהוראתם אחת׳

Hoc est, Quæsiuit aliquando Antoninus Consul Vrbis Romę à Rabbeno haccados, ut eũ de ueritate instrueret, eius uidelicet quòd signat nomen quatuor literarum, & nomen duodecim literarum, ac nomen quadraginta duarum literarum. Responsio. Quod petis te de ueritate informari, eius scilicet quòd demõstrat nomen quatuor, nomen duodecim, & nomen quadraginta duarum literarũ: notum tibi facio, hæc esse arcana diuina, quæ omnes homines clam esse debent. Verumtamen quia te ex scholasticis benemeritũ esse cognosco: cõsentaneumq́ rationi est, detegere illis huiusmodi res. quoniam huiusce generis hominibus haudquaquã occultanda sunt talia. Idcirco notum tibi facio, Deum non habere nomen, cuius nos cognitionem habere possimus, Quandoquidẽ eius substantia est nomen ipsius, & econtra. Et quemadmodum eius substantię notitiam nullam habere possumus, quoniã ea cognita, ei similes efficeremur. Ita sui nominis cognitionem habere nequimus. Nihilominus omnia eius nomina sunt attributiua. Et quia nomen quatuor literarũ operationibus eius peculiarius est: ostẽditq́ eius notitiam perfectiorem, & illi accommodatiorem: prout nobis est possibile captu, & ex hoc nomine procedũt omnia eius nomina. Ideo hoc nomen dictum est שם המפורש sem hammephoras, nõ quòd ipsum sit eius nomen substantiale: sed nos id dicimus, quoniam hoc est, quantum nostra facultas comprehẽdere potest, & altius ascendere nõ possumus. Notare autem debes, nomen duodecim, nomenq́ quadraginta duarum literarum non esse nomina: quorum unumquodq́ uer-

Deus proprie non habet nomen.

bum duodecim literis constet, aut quadraginta duarū, sed quodlibet eorum sunt uerba diuersa, quæ unum ostendunt. Hæc ille. Rabbi aūt Moses Ægyptius in libro More, in sexagesimo primæ partis capite, sic ad uerbum ait: Omnia nomina creatoris in libris omnibus inuēta, ab effectibus deriuata sunt, præter unum nomen, quod est יהוה Et est nomen appropriatum creatori altissimo. Et propter hoc uocatur שם המפורש sem hammephoras, id est nomen expositum. Vult autem dicere, quòd ipsum est significans & ostendens creatoris substantiam, ac eius quidditatem, ostēsione & significatione perfecta, ac manifesta: in qua nō est æquiuocatio, neq; mixtura, id est nihil est quod commune sit Deo & creaturæ in hoc nomine. Reliqua autem ipsius glorioſa nomina significant æquiuoce, & cum mixtura: eo quòd sunt ab operibus similibus ijs quæ sunt in nobis, deriuata. Ita quòd etiam nomen illud quod loco יהוה id est, quatuor literarū dicitur, quod est אדני Adonai, ab hoc uerbo אדון Adon, quod est Dominus, deriuatum est. Et inde est, quòd angelus quoq; dictus est אדני Adonai. Sicut dictum est, Gen. 18. cap. אדני Adonai si quæso inueni gratiam in oculis tuis. Manifestaui autem tibi hoc in uerbo אדני Adonai, quo nomē creatoris pronominatur. Quia magis appropriatū est Deo altissimo, quàm alia omnia nomina creatorem notificātia. Cætera uerò, ut דיין Dayyan, id est iudex, & צדיק czadik, id est iustus, & חנון Hannun, id est gratiosus, uel pius, & misericors: manifestum est, quòd communia sunt, atq; deriuata. Nominis autem quod scribitur quatuor literis יהוה, nescitur deriuatio nota: nec ipsum cum alio participat. Et non est dubium, quòd hoc nomen glorioſum, quod non profertur, neq; pronunciatur, neq; dicebatur, nisi in sanctuario à sacerdotibus Domini sanctificatis, & solum in benedictione sacerdotum, & tunc etiam à sacerdote magno, & in die ieiunij glorioſæ sanctificationis: est nomen illud, in quo non est participatio inter creatorem, & aliquid aliud. Breuiter autem dico, excelsitudo & excellentia huius nominis idcirco tanta reputatur, & cauetur ne loquatur aliquis per ipsum cautela magna & terribili, quia significat creatoris substātiam, atq; essentiam: ita quòd nulla creatura communicat cum eo in significatione illa. Quemadmodum asseuerant magistri nostri, in persona Dei dicentes, Nomen meum est unicū, uel appropriatū mihi. Cætera uerò omnia Dei nomina, qualitates & reliqua significant. Cumq; multiplicata fuissent huiusmodi creatoris nomina, ab eius operibus deriuata, transire fecerunt super cor nonnullorum filiorum Adam, quòd multas ipse habeat qualitates, secundum multitudinem operū à quibus nomina illa deriuantur. Et eam ob rem promissit dare hominibus intellectum, qui ab eis huiusmodi errorem amoueret. Dixit enim Zachar. 16. cap. In die illa erit Dominus unus & nomē eius unum. Vult dicere, quod sicuti ipse Dominus unus est, ita tunc

uno

uno duntaxat uocabitur nomine, quod eius substãtiam, uel essentiam absq; deriuatione ab aliqua actione, significat. Dictũ est autem in פרקי pirke, id est capitulis Rabbi Eliezer. Quod cum adhuc mundus non esset creatus, erat Deus sanctus, & benedictus, & nomen eius tantum. Animaduerte quàm euidenter ostendat, quòd omnia hæc Dei nomina deriuata, sint nouiter post mundi creationem inuenta. Et hoc quidem certum est, quia omnia ab aliquibus operibus in mundo inuẽtis, denominantur. Sed cum consideras Dei essentiam ab omni operatione denudatam, nequaquam erit ei nomen deriuatũ, sed unum tãtummodo, ad eius essentiã designandam. Nullum autem est apud nos nomen, quod non sit deriuatum, præter יהוה τετραγράμματον. Quod est שם המפורש sem hammephoras, id est nomen expositũ absolute. Nec aliud esse credas, quàm istud. Neq; pertranseant cor tuum scribẽtium breuia uanitates, & ea quæ forte ab eis audisti, uel in eorum libris uanissimis inueneris, delirantium nomina quædam, ab eis composita, & nihil penitus significantia. Quę diuina nomina uocant, dicuntq;, quòd magna sanctitas, atq; mundicia sit ad effectum consequendum, necessaria, & quòd possibile sit homini cum huiusmodi nominibus miracula facere. Non enim decet prudentem hominem has uanitates atq; insanias audire, nedũ credere. Nec est aliquod aliud nomẽ quod שם המפורש hammephoras, id est expositum uocetur, nisi hoc glorioſum quatuor literarum nomen, quod cum literis suis minime legitur. Manifestè autem cum expositione dixerunt in libro, qui dicitur ספרי siphre, super illud Num. 6. cap. Sic benedicetis filijs Israel. Sic hoc est in lingua ista. Sic, id est cum שם המפורש sem hammephoras. Dicebatur autẽ in sanctuario, sicut scriptum est: in ciuitate uerò secundum quòd pronũciatur, hoc est pro eo dicebatur ארני Adonai. Dictum est quoq; in Talmud super illud Num. 6. cap. Sic benedicetis filijs Israel. Sic, id est cum שם המפורש sem hammephoras, uel cum eius pronunciatione. Docet autem quid sit dicendum quod ait: Et ponite, uel nominate nomen meum unicum, scilicet mihi. Ecce expositum est ibi, quòd שם המפורש sem hammephoras sit nomẽ quatuor literarum, & quòd ipsum solum creatoris substãtiam absq; mixtura & significatione alia significet, atq; ostendat. Eapropter dixerũt magistri in persona Dei: Nomen meum est unicum mihi. Hæc omnia prædicta Rabbi Moses ben Maimon.

Amuletæ blasphemæ.

CAP. Dic obsecro, hoc nomen quatuor literarum, ut scriptum est, siue ut literæ ipsæ sonant, quomodo proferatur. GAL. Quidam ex nostris aiunt, hoc nomẽ in nostris literis sonare Ioua. A quo dicunt forte apud antiquos nomẽ Iouis irrepsisse. Sed maxime profectò errant, huiusmodi gentilitatis blasphemiam tam sancto nomini inferentes. Non enim hæ quatuor literæ יהוה si ut punctatæ sunt, legãtur, Ioua reddunt: sed (ut ipse optimè nosti) Iehoua efficiunt: quamuis Iudæi illud pronun-

ciare ut ſcriptum eſt,non audeant:ſed loco eius, ארני Adonai,quod idem eſt quod Dominus,proferãt. Qui autem illud in noſtris literis, Ioua ſonare contendunt,id ex eo potiſſimum probare conãtur,quòd Hebręorum Grammatici dicunt,cum ſceua aliqua literarum gutturis ſequitur,plerunq; & ſceua ipſum & gutturis literam ſimul per ſyncopam auferri. Nam exẽpli gratia, יהורה Iehuda,nonnunq; יורה Iuda & ſcribitur & pronunciat, & יהושע Iehoſua ירשע Ioſua, & יהויכין Iehoiachin יויכין Ioiachin,& תהלים tehilim תלים tillim. Et reliqua multa id genus. Quod ſimiliter quoq; in hoc nomine Dei magno fieri uolũt. Qua ex re illud Ioua apud nos ſonare inferunt,cũ in eo ſceua literahe literã gutturis præcedat. Quod ſi uerũ eſſet,ipſum nomen nõ יְהֹוָה ſed יָהּ ſine ſceua & he litera ſcriberetur. Et ſic nõ tetragrãmaton,ſiue quatuor literarum eſſet,ſed trium duntaxat. Quod nec cogitari quidẽ licet. Nefas enim eſt,eo in nomine quicquam uel addi,uel minui. Sed ſic omnino debet & ſcribi & pronunciari(ſi tamen pronunciandũ eſt) ſicut Deus ipſe Moſi illud ſcribi debere mandauit. Quocirca Grãmaticorum Hebræorum regula quam inducunt,in eo locum nullum habet,quamuis & in reliquis nuſquam,uel rariſſime in ſacris uiginti quatuor libris ſeruata reperiatur,ſed in aliįs fortaſſe tantum codicibus,& præcipue apud Talmudiſtas. Ipſum igitur nomen Dei tetragrãmaton cum ſceua & he litera quæ lenem habet aſpirationem,& ſcribi & pronunciari,neceſſe eſt. Quare caueant,qui illud apud nos Ioua ſonare affirmant. Non enim Ioua,nec Ieoua,ſed Iehoua cum leni aſpiratione,ſicut ſcribitur,pronunciandũ eſt. CAP. Quomodo Hebræi nomẽ hoc interpretantur? GAL. Illud alįj quidem ex ipſis generans interpretantur:alįj uerò qui eſſentiat,ſiue qui dat omnibus eſſe:alįj autem unus & omnia,ſiue omnia uniter ut cauſa,ſiue unus omnia eminenter continens. CAP. Cur nomen hoc Iudæi pronunciare non audent. GAL. Propter ea quæ habentur in libro קרושין chidduſſin,id eſt ſanctificationum,in cap. עשרה יוחסין Haſſara iohaſin,id eſt decem nobiles,ſuper illud Exo.3.cap. Hoc eſt nomen meum in æternum. Ibi enim legitur,quòd dixit quidam ſenior,non eſſe ſcriptum, לעולם leolam,id eſt in æternum,ſed לעלם lealam,id eſt ut cæletur. Rabbi autem Abina obiecit,dicens:Scriptum eſt,Hoc eſt nomen meum. Et iterum ſcriptũ eſt ibidem,Hoc eſt memoriale meum, dixit Deus ſanctus & benedictus. Non legor ſicut ſcribor. Scribor enim cum iod he uau he,uidelicet יהוה Quod eſt nomẽ tetragrammaton. Et legor cum aleph daleth nun iod. Quæ literæ ארני Adonai efficiunt,quod idem eſt quod Dominus. Quare præceperunt magiſtri,loco eius Adonai debere legi. Hæc ibi. Quocirca ut legitur in libro Sanhedrin in cap. Helec. Dixit Abba Saul. Qui pronunciat ipſum nomen quatuor literarum,ut ſcilicet literæ eius ſonant,non habebit partem in ſeculo uenturo. Eapro-

pter

pter ubicunq; nomen illud reperiebant, ipsum minime proferre audebant, sed loco eius Adonai pronunciabant. Sacerdotes tamen illud ut scriptum est, proferebant: dum populo in sanctuario benedicebant. Non enim extra sanctuarium (ut ipse scribis in pulcherrima illa epistola, quam secundò abs te accepi) ineffabile effari licebat. Quod Rabbi Moses filius Maimonis in primo & sexagesimo cap. primę partis libri More affirmat. Mandatū (inquiens) est nobis Num. 6. cap. à sacerdotibus benedici. Et ibi est nomen Domini secundum propriam eius scripturam: & ipsum est, שם המפורש sem hammephoras, id est nomen Dei expositū. Hæc ille. Hæc autem benedictio cum nomine Dei quatuor literarum, quæ cum tribus digitis ambarum palmarum erectis, & duobus depressis fiebat, ad designandam diuinarum personarū trinitatem per ipsum nomen significatam, in Symeone Iusto, qui Christum infantulum susceptum in ulnis, penitus defecit. Vt idem Rabbi Moses eodem in loco attestatur his uerbis: Ex quo mortuus fuit Symeon Iustus, cessauerunt fratres eius sacerdotes, scilicet cum nomine Dei quatuor literarum populo benedicere. Erant autem post ipsum cum nomine duodecim literarum benedicentes. Hæc ille. Qui ibidem quoq; sic ait: Cum hoc nomen in sanctuario, & populi benedictione proferretur, non erat omni homini notum: quónam pacto pronunciaretur, aut cum qua uocali unaquæq; eius litera sonū redderet, & utrum oporteret aliquas earum duplicari, an simpliciter, siue leniter proferri. Erāt autem uiri sapientes, significationem ipsius nominis, modumq; prolationis ab inuicem recipientes. Quæ neminem docebant, nisi discipulū ipsis dignū, & semel dūtaxat in hebdomada. Ego autem opinor, quòd cum nomen quatuor literarum sapientes filios suos docerent, & non nisi semel in hebdomada, hoc nō erat solūmodo docere, qualiter proferretur, sed eius quoq; significationem: propter quam huiusmodi nomen inuentū fuit, atq; impositum. In eo quippe diuinū est mysterium. Hactenus Rabbi ille. CAP. Si hoc nomen apud eos (ut optime probasti) aliquando proferebatur, quamobrem igitur ineffabile dicebatur? GAL. Hoc magno absq; mysterio esse non potest. Non enim hoc nomen quo ad uocem ipsam nominis ineffabile dicitur, cum & ipsi illud (ut dictum est) quandoq; pronunciarint, & æque ut scriptum est, facile proferri possit, si literę ipsæ cum apicibus & punctis legantur. Ex ipsis enim (ut dictum est) hæc uox Iehoua redditur. Sed quo ad mysterij significatum omnino ineffabile est. Ita enim distincte diuinam essentiam significat. Vt cum simplicissima ipsius unitate, & diuinarum personarum trinitatem, & æternam earum distinctionem, originem, productionemq; aperte insinuet. Quia igitur Deus trinus & unus, qui omnino ineffabilis est, atq; incōprehensibilis, per hoc nomē significatur: idcirco nomen ipsum ineffabile dicitur. Eam obrem antiqui ludęorū à

Moſe illo magno edocti, ad deſignãdam hanc diuinæ trinitatis & unitatis ineffabilitatem, ſtatuerunt hoc nomen minimè proferri: ſed ubicunq; inueniretur, loco eius, nomẽ hoc ארני Adonai quod Dominus interpretatur, pronunciari debere. Quam ob rem ubicunq; hoc nomẽ nobis interpretandum occurrit, ipſum quandoq; quidem Deus ſecundum eius ſignificatum, quandoq; uerò Dominus iuxta ipſius pronunciationem, nos in Latinum uertere ſolemus, prout magis congruum eſſe uidetur. Ob hanc etiam Dei ineffabilitatem, dixit Rabbenus Haccados (ut paulò ſuperius memorauimus) Deum ipſum non habere nomen, cuius nos cognitionẽ habere poſſimus. Quod Mercurius quoq; ille Trimegiſtus ſentire uidetur, dum ait, ὃν γὰρ ὁ ὢν ἀνόνυμον. id eſt, Eſt enim qui eſt abſq; nomine. Et rurſus de huiuſce nominis ineffabilitate inquit, ὃ τὸ ὄνομα ὁ δύνατται ἀνθρωπίνῳ στόματι λαληθῆναι. hoc eſt, Cuius nomen non poteſt humano ore effari. Quod neq; cacodæmon tacere potuit. Nam Apollo Delphicus quærenti cuidam quid Deus eſſet: ita inter cætera reſpondit, ὃ τὸ ὄνομα μηδὲ λόγῳ χρῄσθαι. Id eſt, Cuius nomen nec uerbo capiendum.

Quomodo diuinæ trinitatis myſterium per nomen Dei tetragrammaton, diſtincte exprimatur. Caput X.

CAPNIO,

VElis nunc obſecro, quónam pacto hoc nomen Dei tetragrammaton diuinæ trinitatis unitatisq; arcanũ diſtincte inſinuet, reſerare. GAL. Si nomen hoc quatuor literarum diligentius inſpicias (quod tamen non eſt niſi trium, cum tribus enim tantum literis ſcribitur, quia tamẽ una earum geminatur, ideo quatuor literarum ſeu tetragrammaton dicitur) uidebis idem nomẽ & unum eſſe, & tria. Sed quod unum eſt, ad eſſentiæ unitatẽ: quod uerò tria, ad trinitatem reſpicit perſonarum. CAP. Clarius quæſo hæc ediſſeras. GAL. Rabbenum Haccados audi, in prima petitione eius libri qui גלי רזייא Gale razeya, id eſt reuelator arcanorũ inſcribitur, optime & clare hac de re loquentem: cuius uerba hæc ſunt, ואחר שפתחתי לך זה חבט ששים
כן ארבע אותיות בפי תואר בתבר אשר הוא בלשוננו העברית הוא זה יהוה הוא
אלוה מוליך ולפי שלא יובל לחיות מוליך בלא מיולך ראוי הוא להשתעת
מאהבת מן המוליך למיולך ולחפר מן המיולך למוליך לפי שאם לא חיית
זה לא חיית מוליך ואם לא חיה משתעת אהבת ממיולך למוליך חיה המוליך
עמיד מוהמיולך והיו שני עצמיים אבל אנחנו נרצה המוליך והמיולך חיות
עצם אחר ולפיכך הוא נצרך מהאחד לאחר חשתעת האהבה ולפיכך מזה השם
המפורש הוא נגזר שם שנים עשר אותיות בי הוא אב בן ורוח הקדש אשר
בלשוניגו העברית שם שנים עשר אותיות נבחב כך בלעיל ולפי שאינו
נמצא שום דבר באל אשר לא יחיה אל משם שנים עשר אותיות משתעת שם
ארבעים ושתים אותיות אשר הוא אב אלהים בן אלהים רוח הקדש אלהים
שלשה

שלשה באחד אחד בשלשה אשר בעברית הם ארבעים ושתים אותיות מראות
השם הנזכר ודע אלו השמות היות מחסורות האלהיים אשר ראוי להסתירם
מכל אחד עד שיבא משיח צדקנו ואני גליתים לך ואתה חזקם בסוד ׃ id est
Postquàm autem hoc tibi aperui, animaduerte nomen quatuor literarum, prout scriptio eius est: Sic enim scribitur in lingua nostra Hebraica יהוה, ipsum Deum generantem significare. Et quia nõ potest esse generans absq; generato, necessario amor à generante in generatum, & econuerso procedere debet: quoniam si hoc non esset, non generaret. Et si non procederet amor à generato in generantem, distingueretur q; generatus à generante, duæ substantiæ essent. Propterea nos uolumus, generantem & generatum unam esse substantiam. Idcirco necesse est, ex altero in alterũ procedere amorem. Ea propter ex hoc sem hammephoras deriuatum est nomen duodecim literarum. Est q; Pater, filius, & spiritus sanctus. Quę in lingua nostra Hebraica duodecim literis scribuntur. Quoniã autem non inuenitur aliquid in Deo, quod non sit Deus, ex nomine duodecim literarum emanàt nomen quadraginta duarum literarum, quod est Pater Deus, filius Deus, spiritus sanctus Deus, Trinitas in unitate, & unitas in trinitate. Quæ in Hebraico sunt quadraginta duæ literæ. Notare autem debebis, hæc nomina esse ex diuinis arcanis, quæ à quocunq; occultari debent, quousque ueniat Messias iustus noster. Illa tibi patefeci, tu autem ea fortiter occule. Hęc Rabbenus ille Haccados. CAP. Quanquam Rabbi iste, quem merito ipsi רבינו הקדוש Rabbenu Haccados, id est magistrũ nostrum sanctum uocant, per nomen Dei tetragrammaton & diuinarum personarum trinitatẽ, & diuinæ essentiæ unitatem, ac filium à patre generari, & spiritum sanctum quem ipse recte Amorem appellat, ab utroq; procedere, ac unumquenq; uerum Deum esse, tresq; unam esse essentiam, unumq; Deum, optime probauit. Quia tamen liber eius Gale razæya rarissimus est, & qui eum habent, propter mysteria Christianæ fidei in eo contenta, ipsum penitus occultant, unde quidam eorum illum à nobis confictum esse, dicere audent. Ideo ut & ueritas ipsa clarius innotescat, & iuniorum Iudæorum cæcitas magis appareat: optime quidem facies, si iuxta aliorum quoque ueterum tam Talmudistarum, quàm Cabalistarum sententias, per hoc sanctissimum nomen, diuinæ trinitatis arcana, prout te interrogauero, detexeris. Primum itaque quid sibi uelint huius nominis literæ, resera. GAL. Literæ huiusce nominis & si (ut dixi) quo ad numerum quidem quatuor sint, unde & Græcè haud inepte τετραγρώμματον dicitur. In ueritate tamen non sunt nisi tres, scilicet י iod, ה he, ו uau. Ex eo autem quòd secunda bis ponitur, secundo scilicet loco & quarto, quatuor esse censentur. Tres igitur huius nominis literæ, tres diuinas designant hypostases. Nam prima quidem scilicet iod quæ principiũ interpretatur, eo quòd omniũ aliarum

Nomen duodecim literarum.

Nomẽ quadraginta duarum literarum.

Literæ huius nominis quid significent.

rum principium sit, cum ab ea unaquæq; originem scripturæ habeat, ipsaq; à nulla originem sumat, rectissime patrẽ in diuinis insinuat, qui cum à nullo sit, aliæq; personæ ab eo emanent, principium sine principio dicitur. Secunda uerò scilicet ה he, quæ esse uel uiuere significat, filium in diuinis aptissime innuit, per quem omnia quæ facta sunt, esse cœperũt, & quicquid factum est, in ipso uita erat. Tertia autem scilicet ו uau, quæ copulatiuam dictionem Et, denotat, spiritum sanctũ optime exprimit, qui cum sit amor patris & filij, quo se uicissim amãt, recte copula, id est nexus utriusq; nuncupatur. CAP. Cur harum literarũ sola secunda geminatur? GAL. Ad insinuandum solum filium, qui secunda est in trinitate persona, duplicem habere respectũ. Nam pater quidem qui prima persona est, cum sit solum producens, & nõ productus, unum tantum quo ad hoc habet respectũ. Spiritus sanctus quoq; qui tertia persona est, cum solũ productus sit, & nõ producens, unum etiam duntaxat respectum habet. Ipse autem filius qui secũda persona est, cum productus sit, & producens, duos habet respectus: nam & à patre productus est, & unà cum patre spiritum sanctũ producit. CAP. Quamobrem in antiquis Hebręorũ codicibus, hoc nomen tetragrammaton per tres iod literas scriptum reperitur, quæ & circulo claduntur, & eis camez punctus supponitur, hoc modo (יְהוִה). GAL. Duo in hoc insinuãtur arcana. Quorũ unum quidem est, quia (ut diximus) iod idem est quod principium. Et si igitur principium in operibus trinitatis intrinsecis soli patri conueniat, in operationibus tamen extrinsecis, tribus personis commune est. Tres ergo iod, tres sunt diuinæ hypostases. Vnica uerò camez tribus iod suppositа, diuina natura est, quæ unicuiq; hypostasi tota impartibiliter communicatur. Circulus autem quo tres iod includuntur, est ipsa diuinę essentiæ identitas, qua simul ipsæ diuinę hypostases tanquam unicum principium, & una prima causa, ad omnium rerum actiones concurrunt. Alterum uerò arcanum est, quòd tres iod æquales, trium personarum æqualitatem significant. Camez autem unam diuinam essentiam designat in tribus ipsis diuinis esse personis. Circulus uerò ipsius essentiæ denotat identitatem, qua unaquæque persona per circumincessionem dicitur esse in alijs. CAP. Quid tres huius nominis syllabæ significant? GAL. Tres utique personas diuinas. Quemadmodum enim unaquæque huius nominis syllaba (ut aiunt Cabalistæ) id totum significat, quod totum nomen ipsum importat. Ita quælibet diuina persona, cum perfectus Deus sit, totam in se continet diuinitatem: nec diuinitas ipsa magis est in tribus personis simul, quàm sit in unaquaque, sed tota est in unaquaque, & tota in tribus. Tres igitur huius nominis syllabæ, tres diuinas designant personas, quarũ unaquæq; est uerus & perfectus Deus. Nam pater est uerus & perfectus Deus, & filius est uerus

& per-

Cur secunda litera huius nominis geminatur.

Cur Chaldæi יְהוִה *scribunt.*

Quid syllabæ huius nominis significant.

& perfectus Deus, & ſpiritus ſanctus uerus & perfectus Deus. Et ſicut tres huiuſce nominis ſyllabæ ſimul ſumptæ, unum nomen efficiunt, ita tres perſonæ diuinæ ſunt, unus Deus. CAP. Quæ ſunt illa tria diuina nomina, quæ ueteres Hebræorũ ex quatuor literis huius nominis componi aſſeruerunt? GAL. Hæc ſcilicet, יה iah הו hu והו uehu. Primum enim ex prima & ſecunda componitur litera, ſcilicet ex iod & he, hoc modo יה iah, quod idem eſt quod Deus, & patrem deſignat, qui totius diuinitatis fons eſt. Secundum uerò nomen ex ſecunda & tertia conſtat litera ſic הו hu, quod ipſe interpretatur, & filium ſignificat. Quia ipſe profecto eſt, quem prophetæ ad ſaluandum genus humanum uenturum prædixerunt, & digito quandoq; monſtrandum, iuxta illud Eſa. 35 cap. אלהים הוא יבא וישיעכם hoc eſt, deus ipſe ueniet, & ſaluabit uos. Tertium deniq; nomen ex tertia & quarta conſtituitur litera, ſcilicet ex uau ex he, ſic והו Vehu, & id totum ſonat quod, & ipſe & ſpiritum ſanctum denotat. Quia & ipſe quoq; poſt filium uiſibiliter mitti debebat, licet non eodem modo. Filius enim in humana natura ſibi hypoſtatice unita mittendus erat. Spiritus ſanctus uerò in columbæ ſpecie, & in linguis igneis non ſibi hypoſtatice unitis, ſed tanquam ſub ſigno. In hoc autem quod ſecundum nomen deſcendit à primo, & tertium à ſecundo. Nam litera ה he communis eſt primo & ſecundo nomini, ו uau uerò communis eſt ſecundo & tertio, oſtenditur planè, filium conſubſtantialem eſſe patri, à quo genitus eſt, & ſpiritum ſanctum conſubſtantialẽ eſſe filio, qui conſubſtantialis eſt patri. Vt palàm liqueat, & filium eſſe in patre, & patrem in filio, ac ſpiritum ſanctum in utroq;. CAP. Id quoque neq; grandi abſq; myſterio factum eſſe arbitror, quod omnes huius nominis literæ illæ eædem ſint, ex quibus tria tempora, præteritum ſcilicet præſens & futurum uerbi ſubſtantiui indicatiui modi apud Hebræos conſtant. GAL. Ita profecto eſt, ut ais. In hoc enim duo reuelantur arcana. Primum quidem eſt. Quia cum ſolum uerbum ſubſtantiuum ſubſtantiam ſignificet, unde & ſubſtantiuum dicitur, cætera uero accidens, quare & adiectiua nuncupantur. Ideo ſolum uerbum ſubſtantiuum indicatiui modi ſtabilitatem deſignat, cętera autem fluxibilitatem. In hoc igitur, quod omnes huius nominis literæ ex uerbo ſubſtantiuo indicatiui modi accipiuntur, ipſa diuinarum perſonarum omnimoda, ac ſempiterna ſtabilitas denotatur. Alterum uero arcanũ eſt, quod nomen hoc ex eiſdem literis conſtat, ex quibus tria tempora eiuſdem uerbi cõponuntur, quæ ſunt prȩteritũ, præſens & futurũ. Et ſic apud eos ſonant היה haiah, id eſt fuit, הוה houe, quod eſt ſignificat, יהיה ihie. i. erit. Vt ex hoc earundẽ perſonarum æternitas apertiſſimè pateat: Patrem ſcilicet & filiũ & ſpiritũ ſanctũ ſemper fuiſſe, eſſe, & fore. CAP. Quare hoc nomen apud Hebræos dicitur שם המפורש Sem hãmephoras, quod idem eſt apud nos quod expoſitum, ſiue declaratum? GAL.

Tria diuina nomina ex literis huius nominis compoſita.

Nomen

Cur hoc nomen dicitur Sem hammephoras.

Nomen Dei tetragrammaton quamuis distinctè (ut patuit) diuinæ trinitatis mysterium cum unitate essentiæ insinuaret. Quia tamen huius mysterij declaratio Messiæ seruata fuerat, non fuit in ueteri testamento explicite expositum. Ne populus ille rudis & carnalis in errorem pluralitatem Deorum colentium incideret. Vnde Moses uelata facie eos alloquebatur. Vt inde innueretur, huiusmodi arcana non nisi figuris & ænigmatibus tradi eis debuisse. Qui autem spiritus sancti gratia afflati, huiusce nominis significatum intelligebant, illud nõ nisi pauciſſimis & dignis tradebant. Nomenq; ipsum prius per nomen duodecim literarum, demum per nomen duarum & quadraginta literarum exposuerunt. Attamen ut ait R. Moses ben Maimon in libro More in 40. primæ partis cap. Neq; nomen duodecim literarum, neq; nomen quadraginta duarum affirmabant esse שם המפורש Sem hammephoras, id est nomen expositum. Cum Sem hammephoras non sit nisi unicum Deo sancto & benedicto, quod est nomen quatuor literarum, sicut paulò superius ostendimus. Hæc autem alia duo nomina necessario Dei cognitionem atq; noticiam homini tribuebant, quia per ea ipsum nomen quatuor literarum exponebant. Nomen igitur hoc tetragrammaton idcirco שם המפורש Sem hammephoras, id est expositum uocauerũt, quia illud ueteres Hebræorum per nomina duodecim, & quadraginta duarum literarum exposuerunt, & melius adhuc atq; distinctius & lucidius à Messia exponendum fuerat.

De nomine Dei duodecim literarum, Et quomodo per illud antiqui Iudæorum patrem & filium & spiritum sanctum explicabant. Caput XI.

CAPNIO,

VT clarior adhuc atq; perfectior de nomine quatuor literarũ habeatur noticia, de nominibus nunc dicendum est, per quæ à priscis Iudæorum sapientibus ipsum expositum fuisse, asseruisti. His enim cognitis, facilè eius expositio atq; significatio cognosci poterit. Quare primum de nomine duodecim literarum edisserere, quidnam fuerit, quomodóue per illud ab illis patribus nomen tetragammaton exponi contigit. GAL. Ad maiorem eorum intellectum, quæ tam de hoc nomine duodecim literarum, quàm de altero duarum & quadraginta dicturus sum: Rabbeni Haccados notanda sunt uerba. Is enim in prima petitione eius libri quem גלי רזייא Gale razeya, id est reuelatorem arcanorum appellauit, sic ait (ut suprà iam uidimus) Nomen duodecim literarum nomenq; quadraginta duarum, nõ sunt uere nomina, quorum alterum ex duodecim, alterum ex quadraginta duabus literis constet, sed unumquodque eorum uerba diuersa continet, quæ unum ostendunt,

ostendunt. Vt igitur de nomine duodecim literarū nihil ipse dicam, ea tantūmodo quę de ipso Rabbi Moses Ægyptius in sexagesimoprimo cap. primæ partis libri More dicit, adducam. Ibi enim ita ad uerbū ait: Erat adhuc apud eos nomē, quod duodecim literarū filium dicebant. Quod utiq; in sanctitate quoq;, ac reuerentia erat, citra tamen nomen quatuor literarum. Est autem in promptu quātum ad me est, id quod ipse uehementer opinor, ipsum non unum fuisse nomen: sed duo, uel tria nomina aggregata, quorum literæ duodecim erant. Et priores illi sancti patres quotiescunq; in sacra scriptura nomen quatuor literarum occurrebat, uidelicet יהוה, ipsum cum duodecim illis literis pronunciabant, atq; exponebant. Quemadmodum illud hodie cum his quatuor aleph daleth nun iod, hoc est cùm אדני Adonai pronunciamus. Illud tamen nomen duodecim literarum maioris proculdubio unitatis significationem importabat, quàm id quod hoc nomen אדני Adonai significat. Neque illud quempiam scire prohibebant, quin potius quemcunq; uolentem illud discere, docebant. Non sic autem faciebāt de nomine quatuor literarum. Neminē enim illud docebant, qui sciebāt, nisi filios suos, atq; discipulos: qui tales essent, qui illud scire mererētur, & hoc semel duntaxat in hebdomada. Cum autem multiplicati essent in mundo homines schismatici, atq; insolentes, nomenq; duodecim literarum didicissent, cum eo credulitatem corruperunt. Sicut accidit ei, qui imperfectus est, cum percipit rem non sic se habere, ut sibi à principio uisum fuit. Quamobrem patres illi occulerunt nomē istud duodecim literarum, neminemq; ulterius illud docuerunt, nisi honestos & pudicos, qui erant in sacerdotio, ut cum eo populū in sanctuario benedicerent, postquàm prohibuerunt de sanctuario memoriam nominis expositi, propter maliciam filiorum Adam. Quod (ut istemet Rabbi asserit) immediate post Symeonis Iusti obitum accidit, qui ultimus omnium cum nomine quatuor literarum populo benedixit. Hęc omnia Rabbi ille Moses Ægyptius filius Maimon. Cū igitur Rabi iste dicat, quòd nomen duodecim literarum nō erat unum nomen, sed duo uel tria nomina ex duodecim literis cōstantia, per quæ ueteres illi patres nomen tetragrammaton quod diuinæ trinitatis mysterium distincte insinuat, pronunciabant, atq; exponebant. Cōstat absq; dubio, nomen hoc duodecim literarum aliud non fuisse, q̄ tria hæc nomina, אב בן רוח הקדש Id est. Pater, filius, & spiritus sanctus. Huius autē mirabilis expositionis fidem Iudæis faciūt eorum literæ. Nam si nomina hæc Hebraicis scribātur literis, sic אב ab, id est pater, בן ben, id est filius, רוח הקדש ueruah haccados, id est & spiritus sanctus. Siue etiam spiritum sanctum uocauerimus, sicut ipsi frequentius uocāt, רוח הקדש Ruah haccodes, id est spiritum sanctitatis, seu sanctuarij. Et tunc sic dixerimus, אב בן רוח הקדש Hoc est. Pater, filius, & spiritus sanctitatis,

Nomen duodecim literarum.

uel ſanctuarij. Vtroq; modo hæc nomina ex duodecim cõſtant literis. Primum enim ſcilicet אב ab, quod eſt pater, ex duabus componitur literis. Secundum uerò ſcilicet בן ben, quod idem eſt quod filius, duabus quoque ſcribitur literis. Tertium autem copula ſcilicet ורוח הקדוש ueruah haccados, quod eſt & ſpiritus ſanctus: uel ut ipſi dicũt, ורוח חקדש ueruah haccodes, id eſt & ſpiritus ſanctitatis uel ſanctuarij, utroq; modo apud eos non niſi octo ſcribitur literis, quæ cum prædictis quatuor duodenarium complent numerum. Patet igitur quòd nomen Dei duodecim literarum, per quod nomen Dei tetragrammaton exponebatur: aliud non erat, niſi hæc tria nomina, אב בן ורוח הקדש Hoc eſt, Pater, filius, & ſpiritus ſanctus. Quæ apud Hebræos duodecim literis ſcribuntur. Quod Rabbenus Haccados in ſupradicto libro ac loco (ut uiſum eſt ſuprà) affirmat, dicens: Ex hoc nomine expoſito deriuatum eſt nomen duodecim literarũ: quod eſt, Pater, filius, & ſpiritus ſanctitatis. Hæc autem tria nomina dicebantur unum nomen, ad innuendum, quòd tres perſonæ diuinæ per tria illa nomina expreſſæ, ſunt unum ſecundum naturam, id eſt unus Deus.

De nomine Dei duarum & quadraginta literarum, per quod Priſci Iudæorum diuinæ trinitatis & unitatis arcanum apertiſsime exponebant. Caput XII.

CAPNIO,

NVnc reliquum eſt, ut dicas quid ſit nomen Dei quadraginta duarum literarum, & quomodo per illud, nomen Dei tetragrammaton ab antiquis Iudæorum exponeretur. GAL. Per nomen Dei duarum & quadraginta literarum antiqui Hebræorũ nomen Dei, duodecim literarum explanabant. Quare ſicut nomen duodecim literarum à nomine quatuor literarum deriuari aſſerebant, ita & à nomine duodecim literarum nomen quadraginta duarum emanare aiebant. Vt igitur de hoc nomine ſicut in cæteris feci, nihil à me dicam: ſed ea duntaxat quæ ipſimet aſſeuerant, referam: primum audi quæ ipſe Rabbi Moſes filius Maimon in libro More, ſexageſimo ſecundo capite, primæ partis dicit. Sic enim ait:

אמר רבי טרפון פעם אחת עליתי אחר אבי אימא לרובן והסיתי אוני אצל בחן
ושמעתי שבעי בעיי מוה אחיו חבחנים והיה אצלם גם בן שם בן ארבעים
ושתים אותיות וירוע אצל כל ארם בעל ציור שאי אפשר בשום פנים שיהיו
ארבעים ושתים אותיות מזה אחת אמנם חיו אלו רבות בללי אותיותיהם
ארבעים ושתים ואין ספק שחבל חם מורים על עניגם בחברת העניגים חהם
יקרבו לאמתת ציור עצמו יתברך בפנים אשר אמרנו ואמנם נקראו אלו חמלות
חרבות האותיות שם לחיותם מורים על ענין אחר לבר בשאר חשמות המיוחדים
ואמנם רבו חמלות חהם לחבנת חענין כי ענין חאחר אי אפשר שיובן אלא במלות
רבות

רבות הבן זה ורע שזה הרבר אשר ולומר היה מן העניני שמורי עליהם השמות
הם לא הרבר לבר באותיות הרשומות מבל ציור ולא נקרא בלל שם בן שתים
עשרה אותיות ולא שם בן ארבעים ושתים אותיות זה שם המפורש אבל שם
המפורש הוא השם המיוחר לו במו שבארנו אמנם אלו השנים האחרים הם
מלמדים קצת הבמה האלהית והראיה על היותו מלמר הבמה אמרם
עליו שם בן ארבעים ושתים אותיות קרוש ומסורש ואין מוסרין אותו אלא למי
שצנוע ועומר בחצי ימיו ואינו בועס ואינו משהבר ואינו מעמי על מדותיו ורבורו
בנחת עם הבריות ובל היורעו וזהיר בו ומשמורו בטהרה אהוב מלמעלה ונחמר
מלמטה ואימתו מוטלת על הבריות ותלמודו מתקיים בירו ונוחל שני עולמים
העולם הזה והעולם הבא זה בהוב בתלמוד ומה מאר רחוק מה שיובן מזה
המאמר מבונת אמרו וזה בי חרוב יחשבו שהם אותיות שירובר בהם רבר אחר
ולא יפורש להם ענין שיגיעו בהם אל אלו העניניים העצומים וצרי להם מי שירצה
ללמרן להבנת חמלות האלו אשר זבר ומבואר הוא שזה בולו
אינו רק הורעת ענינים אל חיים מובלל העניניים שהם כתרי תורת במו שבארנו
ובבר התבאר בספרים המיחוביים בחבמה האלהית שזאת החבמה אי אפשר
לשבחה רוצה לומר השגת חשבל הפועל וזה ענין אומרו ותלמודו מהסיים בירו

Hoc eſt: Dixit Rabbi Tarphon, Aſcendi aliquando poſt patrem matris meæ in templum, & adhibui aurem meam ſacerdoti: & percepi, quòd quærerent qnæſtiones ab eo fratres eius ſacerdotes. Erat autem apud illos nomen quadragintaduarum literarum. Nouit autem quicunque intellectu uiget, nõ poſſe aliquo modo fieri, ut uerbum unum cõſtet quadragintaduabus literis: uerum erant multa uerba cõpoſita ex literis quadragintaduabus. Nec dubium, quin illa omnia ſignificarent aliquas rationes, perducentes hominem ad ueritatem ſubſtantiæ creatoris, eo modo quem diximus. Dicebantur uerò iſta uerba multarum literarum, unum nomen, propter unam rem quam ſignificabant: ſicut alia nomina ab operibus ſumpta. Sed erat illorum uerborum multitudo: ut intelligeretur ratio, quæ fortaſſis non poterat intelligi, niſi per multa uerba. Itaque notato hæc. Et aduertas, quòd res quam demonſtrat ſcientia rationum, quas illa nomina ſignificant, non erat ſimplicis ſermonis literarum: nunquam enim dictum eſt nomen duodecim, & nomen quadragintaduarũ literarum eſſe ſem hammephoras, id eſt nomen expoſitum. Nam nomen expoſitum eſt illi appropriatum, ſicut iam declarauimus. Hæc autem duo nomina magno adiumento erant homini, ad cognoſcendum creatorem. Cuius rei argumentum eſt, quòd ut dicunt ſapientes, nomẽ quadragintaduarum literarum eſt ſanctum, & ſanctificatum, & non panditur niſi humili, & qui proceſſit ultra dimidium ætatis ſuæ, minime iracundo, aut ebrioſo, uel peruerſis moribus, ſed affabili. Quicunque uerò eius nominis ſcientiam habet, & cauet ſibi in illo, cuſtoditq; illud cum mundicia: diligitur à ſuperis, & deſideratur ab inferis, & timetur à creatura, & diſciplina eius eſt perpetua in manu ipſius, & obtinebit duos mundos,

præsentem & futurum. Et hoc est quod scriptum est in Talmud: O quantum distat quod intelligunt homines ex his, ab eo quod fuit in mente dicentis. Nam multi arbitrantur, quòd sint solum literæ de quibus loquantur: nec etiam quòd sit in eis ratio, qua acquirãtur dicti gradus sublimes, quodq; sint necessariæ ad componendos modos illos, de quibus sapiens quem suprà nominauimus mẽtionem fecit. Clarum autem est, quòd hoc totum non est nisi scientia diuinarum rationum, numero rationum quæ sunt arcana legis, sicut exposuimus. Iam uerò monstratum est in libris compositionis sapientiæ spiritalis, quòd illius scientiæ non potest obliuisci, qui peritus in ea fuerit: quoniam est apprehensio intelligentiæ agentis. Et propter hoc dictum est, Scientia huius perpetua in manu ipsius. Hęc ille. Qui ibidem quoq; sic ait: Cum autem homines quidam huiusce modi uerba inuenissent, facilitatem sumpserunt mentiendi, atq; dicendi: quòd cum aliquæ literæ (ut ipsi uolunt) coniunguntur, talem uel talem habeant effectum: puta si tali uel tali modo scribantur. Post hæc scripta sunt mendacia illa, quæ homines illi impij de corde suo adinuenerunt, peruenerunt q; scripta illa ad insipientium manus, qui ratione qua possent uerum à falso discernere, prorsus carebant. Et fidem scripturis illis adhibuerunt, cõfisi quòd ueræ essent. Nam sicut scriptum est Prouerb. 14. cap. פתי Pethi, id est stolidus credit omni uerbo. Hæc Rabbi ille Moses Maimonis filius. Quia igitur nomen duarum & quadraginta literarum (sicut de nomine quoq; duodecim dictum est) non est unum nomen, cum impossibile quodammodo sit, nomen unum tot literis scribi, atq; proferri. Sed (ut ait Rabbenus Haccados) diuersa continet uerba, quæ unũ nomen quatuor scilicet literarum ostendunt, & manifestant, uel quæ nomen unum tetragrammaton perfecte exponũt: ut idem Rabbi Moses affirmat. Hæc autem uerba ex duabus & quadraginta literis cõstantia, per quæ distincta atq; perfecta nominis quatuor literarum habebatur expositio: apud uetustissimos Hebræorum hæc erant, אב אל בן אל

Nomen quadraginta duarum literarum, primo י omisso.

רוח הקדש אל אבל לא שלשה אלהים כי אם אלוה אחד Hoc est, Pater Deus, filius Deus, & spiritus sanctus Deus: uerumtamen non sunt tres dij, sed unus Deus. Horum autem uerborum literæ in Hebraico duæ & quadraginta sunt. Siue רוח הקדש id est spiritus sanctus, ut nos dicimus, ponatur: siue רוח הקדש id est spiritus sanctitatis, ut ipsi dicunt: Cum utrobiq; eædem sint literæ, & si diuersa punctatio. CAP. Si Iudæi recentiores nobis obijcerent, cur tam in hoc nomine quadraginta duarum, quàm in nomine duodecim literarum cum רוח הקדש id est spiritu sancto, ponimus uau literam, quæ Et, dictionem copulatiuam efficit: & non sic eam ponimus, cum בן ben, id est filio: quid eis respondebimus? GAL. Primum quidem, quòd huiusmodi scribendi modus in scripturis Hebraicis sæpissime (ut ipse nosti) usitatus inuenitur,

uenitur. Vt cum plura in eadem clauſula uerba, ſiue nomina concurrunt: ſemper cum ultimo ו uau litera, quæ copulatiuã dictionem reddit, poſita reperiatur. Et ut cætera huius generis omittam, exempli gratia illud Exo. 3. cap. adducam. יהוה אלהי אבותיכם אלהי אברהם אלהי יצחק ואלהי יעקב שלחני אליכם Id eſt, Dominus Deus patrum ueſtrorum, Deus Abraham, Deus Ishac, & Deus Iacob miſit me ad uos. Vides ו uau literam quę copulam efficit, non niſi cum poſtremo poni: Et ita in conſimilibus quoq; inuenies. Deinde uerò dicimus. Quod quidam ex ueteribus eorum, quem ipſi רבינו חקדוש Rabbenu Haccados, id eſt magiſtrum noſtrum ſanctum uocant, cui contradicere apud eos nefas eſt, in prima petitione libri, גלי רזייא Gale razeya, id eſt reuelatoris arcanorum, alio modo nomen Dei quatuor literarum per quadragin ta duas literas exponens, hanc ו uau literam nullibi ponit. Sic enim ait (ut ſuprà diximus.) Quia uerò non inuenitur aliquid in Deo, quod non ſit Deus, ex nomine duodecim literarum emanat nomen quadraginta duarum, quod eſt, אב אלהים בן אלהים רוח הקדש אלהים שלשה באחד אחד בשלשה Hoc eſt, Pater Deus, filius Deus, ſpiritus ſanctus Deus: Tres in uno, & unus in tribus: uel Trinitas in unitate, & unitas in trinitate. Vbi duæ & quadraginta ſunt literæ. In quibus licet expoſitio ipſa uarietur, ſenſus tamen expoſitionis haud quaquã uariatur: ſed idem prorſus eſt utrobiq;. Priſci enim illi patres qui prophetarum diſcipuli, & ſucceſſores fuerunt, cum nomẽ Dei tetragrammaton aut per nomen duodecim literarum, aut per nomen quadraginta duarum exponerent, & diuerſimodè exponebant, omnes tamen ad unum eundemq; ſenſum conueniebant. Tres perſonas diuinas ſcilicet patrẽ, filium, & ſpiritũ ſanctum, eiſdẽ nominibus quibus nos exprimimus, omnino exprimentes. Quarum unamquanq; Deum eſſe aſſerebant, easq; non tres deos: ſed unum Deum eſſe aiebant. Et ſic diuinarũ perſonarum trinitatẽ, cum diuinæ eſſentiæ unitate, expreſſe per duas & quadraginta literas exponebãt. Et hæc erat uera atq; perfecta nominis Dei quatuor literarum expoſitio, quam antiqui Hebræorum per nomen quadraginta duarũ literarum faciebãt. Recentiores autem ipſam prorſus ignorant, ideoq; orationes eorum minime exaudiũtur: ut dicitur in Midras tehilim, id eſt in expoſitione Pſalmorum, ſuper illud Pſal. 91. dictum, אשגבהו כי ידע שמי יקראני ואענהו Id eſt, Exaltabo eum, quoniam cognouit nomen meum: inuocabit me, & reſpõdebo ei. Ibi enim ſic legitur, אמר רבי יהושע בן לוי בשם רבי פנחס בן יאיר מפני מה מתפללין ישראל בעולם חוה ואינן נענין על ידי שאינן יודעים בשם המפורש אבל לעתיד לבא הקדוש ברו הוא מודיען שנ' כי ידע שמי באותה שעה הן מתפללין ומיד נענין שנ' יקראני ואענהו ׃ Id eſt, Dixit Rabbi Iehoſuas filius Leui in nomine Rabbi Pinhas filij Iair. Quam obrem orationem fundũt Iſraelitæ in mundo iſto, & nequaquam exaudiuntur: Propterea nimi-

rum, quòd neſciunt nomen hammephoras, ſiue nomen tetragrammaton. Futurum eſt autem, ut Deus ſanctus & benedictus, doceat eos illud, ſicut dictum eſt Eſa. 52. Sciet populus meus nomen meum. Tunc uere orabunt, & exaudientur. Sicut dictū eſt, Inuocabit me: & reſpondebo ei. Hæc traditio. Quoniam igitur iuxta hanc traditionem hoc benedictum nomen Deus ipſe docturus eſſet homines, per ueram ipſius expoſitionem diuinæ trinitatis myſterium manifeſte reſerando, quod tempore Meſſiæ futurum erat, ut in præcedentibus Rabbenus Haccados teſtatus eſt. Idcirco nomen hoc Dominus Ieſus uerus Meſſias, uerusq; Dei filius, diſcipulos ſuos qui Iſraelitæ erāt, perfectiſſime docuit, diuinæ trinitatis myſteriū apertiſſime reuelando. Dum Matth. 28. cap. Data eſt (inquit) mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, docētes eos ſeruare omnia quæcunq; mandaui uobis. In hac igitur forma, in qua baptizare iuſſit inſtructos, cum poſuit patrem & filium & ſpiritum ſanctum: manifeſte inſinuauit, ſe iam diſcipulos ſuos arcanum trinitatis & unitatis diuinæ perdocuiſſe. Tria quippe nomina hæc pater, filius, & ſpiritus ſanctus, diuinarū perſonarum exprimūt trinitatem. In eo autem, quòd in nomine, & non in nominibus dixit: euidenter oſtendit, patris & filij & ſpiritus ſancti unam eſſentiam eſſe, atq; naturam. Et hæc proculdubio eſt ueriſſima atq; diſtincta nominis Dei quatuor literarum expoſitio, quæ & in nomine duodecim literarum, & in nomine quadragintaduarum, explicite continebatur. Cum his igitur nominibus duodecim ſcilicet & quadragintaduarum literarum, Dominus noſter Ieſus Chriſtus nomen Dei tetragrammaton diſcipulis ſuis perfectiſſime expoſuit. Quare & patrē alloquens (ut Ioan. 17. cap. habetur) Pater inquit manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi. Et iterum ait: Hi cognouerunt quia tu me miſiſti, & notum feci eis nomen tuum. Diſcipulorum uero Chriſti doctrinam Athanaſius ſecutus, ipſum nomen Dei tetragrammaton primum per nomen duodecim literarū, quod eſt (ut paulò ſuperius patuit) Pater, filius, & ſpiritus ſanctus. Deinde per nomen quadragintaduarū, optime atq; perfecte expoſuit, dicēs: Deus pater, Deus filius, Deus ſpiritus ſanctus, & tamen non tres dij, ſed unus eſt Deus. Ex quibus manifeſte patet, unam atq; eandem fuiſſe ueterum Hebræorū fidem atq; noſtrā.

De nomine Dei אדני *Adonai, per quod diuinæ trinitatis uniuerſale dominium ſignificatur.* *Caput* XIII.

CAPNIO,

CVm & alia apud Hebræos comperiantur Dei nomina: quatuor ſcripta literis, ut ſunt אדני Adonai, אהיה Ehie, אגלא Agla, & cætera id genus, ſiqua ſunt. Quid eſt, quòd ſolū nomen

men hoc יהוה de quo pauloante meminimus, ארבע אותיות Arabaha othioth, id est quatuor literarum seu tetragrammaton dicitur. GAL. Quia nullius alterius nominis literæ ita distincte diuinitatis arcana intrinseca indicant. Nam hoc nomen, יהוה de quo paulò superius diximus, quòd Deo proprium sit, distinctiusq; cæteris diuinam naturam significet, dubium nullum est, quòd præ cæteris quoque omnibus diuinæ trinitatis atque unitatis arcana designet. Cætera autem Dei nomina, cum non sint Deo propria, sed ab operibus similibus, ijs quæ sunt in nobis, deriuata: non ita distincte (sicut illud) diuinæ trinitatis & unitatis sacramenta insinuant. Quare solum illud inter cetera per excellentiam tetragrammaton appellatur, & si alia quædam Dei nomina quatuor scripta literis apud eos inueniatur. CAP. Ad maiorem itaq; ueritatis catholicæ expressionem, uellem, ut de unoquoq; eorum quæ gratia exempli adduxi, aliquid diceres. Et primū quidem quónam pacto per nomen אדני Adonai, quod loco nominis quatuor literarum proferunt, diuinarum personarum trinitas insinuetur. GAL. Nimis certe confuse per hoc nomen אדני Adonai, quod Dominus interpretatur, diuinarum personarum trinitas designatur. Quemadmodum enim nomen אלהים Elohim, pluralitatem (ut suprà ostendimus) importat. Ita quoque אדני Adonai, plurale est nomen. Nam ab hoc nomine אדון Adon, quod singulare est, & id quod Dominus significat: fit hoc plurale אדונים Adonim, quod idem est quod Domini. A nomine autem singulari אדון Adon, fit אדוני Adoni, quod Dominus meus interpretatur. A plurali autem אדונים Adonim, fit אדני Adonai, quod diuinum est nomen, & proprie idem quod Domini mei significat. Idcirco igitur Prisci illi patres à Mose edocti: Deum Dominos in plurali numero nuncupari sanxerunt: ut ex hoc palàm ostenderetur, uniuersale rerum dominium tribus diuinis personis commune esse. Nam Dominus est pater, Dominus filius, Dominus spiritus sanctus. Vt autem innueretur, patrem, filium & spiritum sanctum nō tres Dominos esse, sed unum Dominum, decretum fuit: ut nomen ipsum אדני Adonai, & si plurale sit: non nisi cum uerbo singularis numeri, uel cum nomine adiectiuo itidem singularis numeri coniungeretur.

De nomine Dei אהיה *Ehie, per quod diuinæ trinitatis æterna stabilitas optime insinuatur. Caput* XIIII.

GALATINVS,

CVm autem Moses Deo à quo ad liberãdos filios Israel de pudenda Pharaonis seruitute mittendus erat, dixisset: Ecce ego uadam ad filios Israel, & dicam eis, Deus patrum uestrorum

misit me ad uos. Si dixerint mihi, quod est nomen eius? quid dicam eis? Deus igitur nomen suum ei reuelare uolens: respondit (ut habetur Exodi 3. cap.) אהיה אשר אהיה ויאמר כה תאמר לבני ישראל אל אהיה שלחני אליכם Hoc est אהיה Ehie, id est fui sum & ero אשר אהיה Asser Ehie, id est qui fui sum & ero. Et ait: Sic dices filijs Israel. אהיה Ehie, id est qui fuit, est & erit, misit me ad uos. Hic ergo ponitur nomen Dei אהיה Ehie, quod trium temporum uerbi substantiui indicatiui modi differentias complectitur: præteri scilicet, præsentis, & futuri, quæ sum fui, sum & ero. Ideo nomen ipsum אהיה Ehie, fui sum & ero, interpretatur. Nam secunda & tertia litera ipsius nominis, scilicet ה he & iod primam personam quę est tertia apud eos, præteriti temporis eiusdem uerbi designat, quæ est חייתי haithi, id est fui. Quarta uerò eius nominis litera, scilicet ה he, primam præsentis temporis indicat personam, quæ est הוה houe, id est sum. Prima autem litera, scilicet א aleph, quę principio primæ personæ futuri temporis cuiuscunq; uerbi apponi solet, primam futuri temporis eiusdem uerbi denotat personā. Quamuis prima persona apud nos, sit tertia apud eos, & tertia apud nos, sit prima apud eos, cū à tertia persona uerba declinare incipiant. Ex his ergo manifestum est, hoc nomē אהיה Ehie, differentias trium temporū iudicatiui modi uerbi substantiui in se continere. Quo circa fui sum & ero aptissime interpretatur, ad insinuandam summam & omnimodam æ sempiternam Dei stabilitatem, qui semper fuit, est & erit. Deinde ut ostenderet personarum trinitatem, essentiæq; unitatem: ita Deus ipse Mosem alloquens subiecit. Exodi tertio cap. כה תאמר אל בני ישראל יהוה אלהי אבותיכם אלהי אברהם אלהי יצחק ואלהי יעקב שלחני אליכם Id est, Ita dices filijs Israel, Dominus Deus patrū uestrorū, Deus Abraham Deus Ishac, & Deus Iacob misit me ad uos. In eo enim quòd terdixit Deus, personarū trinitatem expresse insinuauit. In eo autem quòd semel dixit Dominus, nec miserunt inquit, sed misit: diuinæ naturæ unitatem demonstrauit. Postremò uero ut nomen hoc אהיה Ehie, suum esse innueret, per quod diuinæ trinitatis & unitatis æterna & omnimoda stabilitas importatur: immediate subdidit. זה שמי לעולם Id est, Hoc est nomen meum in æternum. HOG. Quum hæc ita sint, ut ais, miror admodum nostræ æditionis autorem: non ita (ut tu traduxisti) locum hunc transtulisse. Ait enim sic: Deum Mosi dixisse, Ego sum, qui sum. Sic dices filijs Israel: Qui est, misit me ad uos. GAL. Id tibi mirum uideri non debet, quum hoc nomen אהיה Ehie, ut sonat minime traduci possit, nisi per quandam circumlocutionem. Multa enim sunt in legis prophetarumq; arcanis, quæ Hebraicus scribendi legendiq; modus insinuat, quæ tamen in aliam transferri linguam non possunt. Quod potissimum in ipsis diuinis nominibus apparet. In quibus plerunque tam Græca

quàm

quàm Latina deficit æditio. Quod pulchrè Origenes testatur, dum contra Celsum ait: in quibusdam sacris nominibus mirandam latere uirtutem: ideoq́ hæc ipsa nomina ex Hebraica in aliam non posse traduci linguam. CAP. Quamuis ea quæ de nomine אהיה Ehie dixeris, tam uera sint, ut negari nullatenus possint: unum tamen est, quod summopere miror. Cum enim Deus de hoc nomine loquens, dixit: זה שמי לעלם Quod omnes interpretes nostri (ut tu quoque interpretatus es) sic interpretantur, Hoc est nomen meum in æternum. Quæ quidem interpretatio uera esset, si dictio לעלם Leolam cum litera uau scripta esset. sed cum sine uau scripta sit, non לְעֹלָם leolam, sed לְעַלֵּם leaallem punctanda esset, & tunc cum à uerbo עלם alam, quod occultare siue celare significat, huiusmodi dictio deueniat: non pro eo quod est in æternum, sed pro eo quod est ad occultandum accipi deberet. Quare dictum illud Dei sic rectè traducendum esset, Hoc est nomen meum ad occultandum, siue ad celandum. Quo aperte datur intelligi, alia præter illa quæ dixisti, in nomine אהיה Ehie, latere arcana quę cabalistis discutienda relinquuntur. Scire igitur abs te uelim, quæ sint arcana ista, in hoc diuino nomine latitantia. GAL. Hæc ego magis abs te discere cuperem, qui non literarum Hebraicarum tantum optimam notitiam habes, uerum Cabalisticæ quoq́ sapientiæ peritia præ cæteris polles. Attamen ut petitioni tuæ satisfaciam, uerba Rabbi Abraham Pici adducam, qui in libello quem de significatione taghin, id est, apicum qui literis legis superscribũtur, ædidit: sic ait, והנה אני מעוררך על עניין סוד זה הסימן הגדול משבעה אותיות ועיין בהם ותמצא עליהם בא׳ בתרים והוא סוד אהיה והסימן זה בלול עם השם הגדול ועל זה רמז ויאמר אלהים אל משה אהיה אשר אהיה והותם הפסוק אהיה שלחני אליכם רוצה לומר ג׳ פעמים אהיה בנגד ג׳ בתרים על כל אות ואות וברי שתצטרת בכל הסימן סוד השבונו דבר אחד שלשה בתרים על כל אות בנגד שלשה אבות אברהם יצחק ויעקב הנזכרים מיד שנאמר ויאמר אלהים אל משה אהיה אשר אהיה כה תאמר לבית יעקב יהוה אלהי אבותיכם אלהי אברהם אלהי יצחק ואלהי יעקב שלחני אליכם זה שמי לעלם וזה זכרי לדור דור ועיין באותיות שמות האבות ותבין סוד שלש עשרה מדות במו שפירשנו גם בשתדקדק תבין סוד יה בי תמצא חמש עשרה בתרים למעלה משמות האבות הרי לך סוד שלש עשרה מדות וסוד אהיה וסוד שם הגדול המפורש ואמנם על שם ושם מן האבות זבר האלהות שאמר אלהי אברהם אלהי יצחק ואלהי יעקב ובשתדקדק שם אלהי תמצא השם רמוז בו שני פעמים והמבין יבין וזה מה שאמר זה שמי לעלם בתיב רוצה לומר זה שמי לעלם שאין לגלות אלא לאדם צנוע ומבין בקבלה ועוד זה רמוז בנביאים ויהוה בהבל קדשו הס מפניו כל הארץ ובכן רמז סוד יהוה ארני הס ומלבד בשם הגדול ואמנם בן תמצא רמוז שם הגדול בזה הפסו ואמרו לי מה שמו מה ונראה על דרך פסוקים אלו של שם אהיה נאמר זה שמי לעלם במו אהיה שלחני אליכם Id est, Ecce doceo te quid secreti cõtineatur in signo magno septẽ literarum

rarum (quæ sunt ש״ע״ט״נ״ז״ג״צ״) Tu uerò aduerte, & reperies super eas uiginti & unam coronam. Et est secretũ nominis אהיה Ehie. Cuius nimirum literarũ numerus consurgit in unum & uiginti. Et hoc quidem signum comprehensum est cum nomine magno scilicet tetragrammaton. Et propterea aduerte, quòd dixerit Deus Mosi אהיה אשר אהיה & terminatur uersus scripturæ in uerbo, אהיה misit me ad uos. Ter autem dictum est אהיה Ehie, è regione trium coronarum, quę insunt singulis septem suprascriptis literis, & iam edoctus es rationem numeri earum. Et rursum. Tres coronæ in singulis septem literis, è regione trium patrum, Abraham, Ishac, & Iacob. Quemadmodum dictum est. Et rursum dixit Deus Mosi: Sic dices domui Iacob: Deus, dij patrum uestrorũ, dij Abraham, dij Ishac, & dij Iacob, misit me ad uos. Hoc est nomen meum in æternum, & hæc nominatio mea in omnem generationem & generationem. Si autem consideraueris literas nominum patrum, percipies secretum tresdecim proprietatum, sicut declarauimus. Percipies insuper secretum nominis יה ia, quoniam inuenies coronas quindecim, super nominibus patrum. Ecce habens sacramentum tredecim proprietatum, sacramentum אהיה Ehie, & sacramẽtum nominis magni hammephoras, id est declarati. In quibus quidem nominibus & in nominibus patrum fit mentio diuinitatis, quoniã dicit: dij Abraham, dij Ishac, & dij Iacob. Et quando speculatus fueris, in nomine אלהי Elohe, inuenies diuinitatem pluraliter signatam, & qui intelligit, intelligat. Et hoc est quod dicit, Hoc est nomen meum in æternum: & scriptum est sic לעלם (hoc est sine uau litera,) quod occultum significat. Non enim licet hoc sacramentum patefacere nisi homini miti, & qui incũbat doctrinæ cabalæ. Et signatur hoc in prophetis quando dicitur, Deus in tabernaculo sanctitatis eius sileat à facie eius omnis terra. Et hic signatur secretum יהוה nominis quatuor literarum, & secretum ארני Adonai, & cõprehenduntur in illo nomine. Et quidem sic inuenies nomen magnum in hoc uersiculo, ואמרו לי מה שמו מה Id est, Si dixerint tibi, quod est nomen eius? quid? (Nam in litera י iod dictionis לי, & in litera ה he dictionis מה, & in litera ו uau dictionis שמו, & in litera ה he dictionis מה, detegitur nomen Dei magnum tetragrammaton. Apparet autem per uiam horum textuum, quòd propter nomen אהיה Ehie, dictũ est hoc, Hoc est nomen meum ad occultandum (quasi dicat quod occultandum est) Sicut scriptũ est, אהיה Ehie misit me ad uos. Hæc omnia ille. Ex quibus non solum arcana in hoc nomine אהיה Ehie latitantia, literas Hebraicas non ignorantibus, patent. Sed etiam personarum pluralitatem cum unitate essentiæ in Deo esse, aperte ostenditur. Verum hæc est Cabalistarum expositio. Quæ autem prius posita est, ex Talmudistarum dictis sumitur.

De no-

De nomine Dei אגלא *Agla, per quod diuinæ trinitatis infinita potentia exprimitur.* Caput XV.

GALATINVS,

VT etiam de nomine Dei אגלא Agla, quædam admodum pau ca pro tuæ petitionis satisfactione dicam. Scire te uelim, nomen ipsum Dei אגלא Agla (ut eius literæ innuunt) nõ aliud quàm æternam & infinitam Dei potentiam, quam respectu creaturæ siue producendę, siue productæ habet, denotare. Nam prima quidem eius litera scilicet א aleph pro אתה atta quod est tu, ponitur. Secunda uerò scilicet ג ghimel, pro גבור ghibor, quod potens interpretatur. Tertia autem scilicet ל lamech, pro לעולם leholam, quod idẽ est quod in æternum. Quarta demum scilicet א aleph, pro ארני Adonai, quod Dominus in nostram uertitur linguam. Ex quo manifeste patet, ipsum nomen אגלא Agla nihil aliud significare, quàm totum hoc אתה גבור לעולם ארני Id est. Tu potens in æternũ Dominus. Ex his igitur palam est, idem nomen אגלא Agla ipsam diuinæ trinitatis omnipotentiam aperte exprimere.

De nomine Dei שרי *Sadai, per quod diuinæ trinitatis omnimoda sufficientia, qua solus Deus sibi sufficiens est, optime designatur.* Caput XVI.

CAPNIO,

EST & aliud Dei nomen, quod frequẽter in sacris literis occurrit, שרי Sadai dictum. De eo quoque aliquid quæso dicas.

GAL. Notanda sunt ergo quæ de hoc nomine dicit Rabbi Moses Maimonis filius, eo in libro, qui apud Iudæos, מורה נבוכים More hannebochim inscribitur. Ibi enim in calce quadragesimisecundi capitis, primæ partis, sic inter cætera ait: Nomen שרי Sadai compositum est ex uerbo די dai, quod est sufficit, & ex litera quæ ש Sin dicitur. Verbum autem די dai sufficientiam significat, ut ex eo patet: quod apud Abdiam primo sic dicitur, אם גנבים באו לך אם שודדי לילה איך נדמיתה הלא יגנבו דים Hoc est, Si fures uenissent, uel introissent ad te, si latrones nocte, quomodo tacuisses? Nónne furati fuissent דים dayam, id est sufficientiam eorum? Porrò litera ש sin, quæ huic nomini שרי Sadai præponitur: idem est quod אשר asser, id est qui. Quãobrem שרי Sadai idẽ est quod אשר די asser dai. i. qui sufficit, uel qui sufficiẽs est, uel qui sufficiẽtia est. Ideo nomen hoc nunq̃ apud Hebręos nisi de solo Deo dictum reperitur. Neq; mirũ quidem, cum eius sensus sit (ut dictum est) qui sufficit, uel qui sufficiens est, uel qui sufficientia

cientia est. Quod soli Deo congruere, manifestum est. Nam ut ait Al-
gazel philosophus in libro qui de nominibus Dei inscriptus est, solus
Deus simpliciter & absolute diues, & ditans est. Ipse enim neq; in sub-
stantia, neq; in qualitatibus ab aliquo alio depẽdet, sed cum omnibus
sibi pertinentibus, immunis omnino ab omni dependentia est. Dein-
de subdit: Diues igitur & sufficiẽs sibi absolute & in ueritate is est, qui
nullo alio indiget. Et hic solus Deus est. De omnibus uerò alijs hoc
transumptiuè, siue secundum quid dicitur. Huc usq; Algazel. Cum igi-
tur solus Deus trinus & unus sit sibi sufficiens, idcirco nomen שרי Sa-
dai recte diuinæ trinitatis sufficientiam, qua Deus sibi sufficiens est, im-
portat, atq; significat.

De duobus & septuaginta Dei nominibus, per quæ diuinæ trinitatis atque unitatis perfectiones aptissimæ insinuantur.
Caput XVII.

CAPNIO,

DE septuagintaduobus Dei nominibus, cum multi multa di-
xerint, & nõnulli quidem inania ac risu digna: eapropter ad
maiorem diuinorum nominum notitiam, uellem postremò
tuam de ipsis sententiam audire. GAL. Vt itaq; de his nõ nisi ea quæ
ex Cabalisticis libris accepi, dicam. In primis textus ex quibus nomina
ipsa formantur, adducam ex Exodi decimo quarto capite, ubi sic He-
braicè dicitur,

ויסע מלאך האלהים ההלך לפני מחנה ישראל וילך מאחריהם ויסע עמוד הענן
מפניהם ויעמד מאחריהם׃
ויבא בין מחנה מצרים ובין מחנה ישראל ויהי הענן והחשך ויאר את־הלילה
ולא־קרב זה אל־זה כל־הלילה׃
ויט משה את־ידו על הים ויולך יהוה את הים ברוח קדים עזה כל־הלילה
וישם את־הים לחרבה ויבקעו המים׃

Hoc est, ut uerbum uerbo reddam.

Et mouit se Angelus Deorum qui ibat ante castra Israel, & ambu-
lauit post illa: & mouit se columna nubis à facie eorum, & stetit post
illa.

Et uenit inter castra Ægyptiorum, & inter castra Israel, & erat nu-
bes & tenebræ, & illuminabat noctem, & non appropinquauit alter
ad alterum tota nocte.

Et declinauit Moses super mare, & abstulit Deus mare uento no-
ualido tota nocte, & uertit mare in siccum, & diuisæ sunt aquæ.

Quæ quidem uerborũ series apud Hebræos in tres פסוקים pasuk-
him, id est textus siue uersus distinguitur. Quorum quilibet duabus
& septuaginta literis constat. Ex quibus Cabalistæ miro quodam mo-
do duo

do duo & ſeptuaginta Dei nomina extraxerunt. Et id quidem decem effecerunt modis.

Quorum primus eſt, ut primò prima litera primi uerſus accipiatur, quæ eſt ו uau. Subinde ſecundi uerſus ultima, quæ eſt ה he: poſtremò tertij uerſus prima, quæ eſt uau ו. Ex quibus tribus literis primũ primi modi nomen reſultat, quod eſt וַיַּהּ. Deinceps ſecundam primi uerſus accipiunt literam, quæ eſt י iod: deinde penultimam ſecundi, quæ eſt ל lamed: poſtremò ſecundam ultimi, quæ eſt י iod. Et ſic ſecundum nomen conſtituunt, quod eſt יַלַי Et ita hunc ſeruantes ordinem continuè procedunt, quouſq; totus literarum numerus abſumatur. Quod facilè patet nomina ipſa primi modi conſpicienti. *Regula nominũ primi modi*

Secundi uerò modi nomina ex eiſdem literis ſic ſecundùm eos formantur. Primò igitur primam primi uerſus ſiue textus accipe literam, quæ eſt ו uau: & primam ſecundi, quæ eſt etiam ו uau: ac primam tertij, quæ itidem eſt ו uau. Et ſic primum ſecundi modi nomen formabis, quod eſt וַוַּוּ Deinde ſi ſecundam primi textus acceperis literam, quę eſt י iod: & ſecundam ſecũdi, quæ ſimiliter eſt י iod: ac ſecundam tertij, quæ י iod quoq; eſt: ſecundum ſecundi modi conſtitues nomẽ, quod eſt יִיי Item ex tertia primi textus litera, quæ eſt ס ſamach: & ex tertia ſecundi, quæ eſt ב beth: atq; ex tertia tertij, quæ eſt ט teth: tertium ſecundi modi conficitur nomen, quod eſt סַבְּטִ. Et ita hoc ordine procedendo, quouſq; omnes eorundem textuũm abſumantur literæ, duo & ſeptuaginta ſecundi modi efficiuntur nomina. Vt uideri poteſt, eadem ipſa ſecundi modi nomina conſpiciendo. Reliquorum autem octo modorum nomina, quomodo ex eiſdem ipſis literis componantur: regulas ipſe gratia euitandæ prolixitatis, nunc non trado, ſed ſtudioſis inueſtigandas relinquo. Sat enim me feciſſe unuſquiſque (ut opinor) arbitrabitur, quum me & conficiendorum primi ac ſecundi modi nominum regulas tradidiſſe, & nomina ipſa omnia decem modorum (prout ea in Cabaliſtarum libris reperi) retuliſſe, uiderit. *Regula nominum ſecundi modi.*

Quæ hæc ſunt,

Sequuntur Nomina prædicta.

DECEM MODI LXXII NOMINVM

Septuagintaduo nomina diuina primi modi,

וַהֲהֵ֔ל יְלָ֖י סִיטָ֣ע עֲלָ֑ם מְהָ֣שׁ לָלָ֖ח אַכָ֣א בְּחָ֔ת חָזִ֖י אֲלָ֣ד לְאָ֑ו הֲחָעַ֖ע
יְיָ֔ל מְבָּ֖ה חֲרִ֣י חֹסָ֑ם לְאָ֖ו כָּלִ֣י לְוִיָ֔ה פַּחֲלָ֖ל נֶלְבָּ֣ו וּוִ֑ין מָלָ֖ךְ הָהָ֔ע
עֲהָ֔ה הָאָ֖ע יְרָ֣ת שְׁאָ֑ה רָיֵ֖י אֲרָמִ֔י לָכֵ֣ךְ רָשָׁ֔ךְ יְהִ֖י לְחָ֣ה בָּוְסָ֑ן מְנָ֖ד
אֲנִ֔י חָעָ֖ם רָחָ֣ע וִיָ֑ו הֲהָ֖ה מִיכָ֣ה וָוֵ֔ל יְלָ֖ה סָאָ֣ל עֲרִ֑י עָשָׂ֖ל מָ֔יְהָ
יְהָ֔ה רָנִ֖י חֲחָשׁ֣ עָמְמִ֑י נָנָ֖א נָ֔יְתָ מְבָהָ֣ה פָּרָ֔י נְמְמִ֖י יְיִ֑ל חָרְחָ֣ה מְצָרַ֔י
נְמְמִ֔י יְהֵ֖ה עָנִ֣י מְחָ֑י רְמָ֖ה מְנָ֔ק אִ֣ע חָבִ֔י רְאָ֖ה יְכָ֣ם הָיִ֑י מְמָ֖ם

Septuagintaduo nomina diuina ſecundi modi,

וָוֵ֔ל יְיִ֖י סָבְטִ֣י עָאָ֑מ מְבָ֣שׁ לֵיהָ֖ אֲנָ֔א בְּמָ֖ה חָחָ֣י אָנִ֑ר לְחִ֖י חְמָ֔ע
יְלָ֔ל מְרָ֖ה חֵיִ֣י חֹמְמִ֑י לֵרָ֖ו בְּנִ֔י לְיִ֖ו פְּוֵ֣ל נְמָ֔ב יְחִ֖י מְנָ֣ח חָחִ֑ר
מָיָ֔ה חֲשָׁ֖א יְרָ֣ת שְׁאָ֑ה רָלָ֖י אָמְמִ֔י לֵיִ֣ב וְחִ֖ו יְיִ֑ן לְחָ֣ה בְּעָ֔ק מְנִ֖ר
אֲנִ֔י חָוְמִ֖י רָחָ֣ע וִיָ֑ו חָשָׁ֖ה מְנָ֔ב וָוֵ֣ל יְיִ֖ח סָאָ֣ל עֲרִ֑י עָאָ֖ל מָ֔יְהָ
יְהָ֔ה רָלָ֖י חֲשָׁ֣ע עָלָ֑ם נָהָ֖א נָ֔יְתָ מְלָ֣ח פְּאֵ֔י נְעָ֖ם יְרֵ֑ל חָכְחָ֣ה מָזָ֔ר
יְהָ֔ב יְאָ֖ה עָלָ֣ר בְּוָ֑ן רָחָ֖ב מְבָ֔ק אָלָ֣ע חָהָ֔ר רָלָ֖ה יְמָ֣ם חָלָ֑ן מְהָ֖מ

Septuagintaduo nomina diuina tertij modi,

חאל כלל וטל מעל לחז ללב חמל תבח וחז ילי ולי תעל
ילב ייה אני חמת יוו ארי אסר חפה שמנ מיה דאה וקה
יהה בחי כתר חנא אני אחד בלב חשר תחי תאת ווק חלש
אשי עמי עלע ימז חוח מלא ולי דימ דלי עמו שרה יוי
ומנ דיג אחה עצמ ארג חבי נוב ממה אוב מני עהא מבי
טנב גיה עיה יומ דממ קלי דיש והמ ראה מיה אית פיי

Septuagintaduo nomina diuina quarti modi,

כיי אומ ליג וזה חמי זיב ידר ושמ וחמ כתר לרי לשנ
ייעמ ללנ יעי אבס דלל אני ווא טמה לעה דיש למה יעה
ארד סחי ואש מיע עלג לרמ הימ עסב לאר חיר פרח האמ
לממא תיר זדנ ישמ ללמ כחב שאר מנא נהה ליח ללב בוי
יקנ ירי הוה מרמ יתי חבת חאמ מרו לבב אחע באי יחת
דימ אחי חבת תחמ בומ תחא חיי מחו תחמ וחפ קני חתו

Septuagintaduo nomina diuina quinti modi,

חוד אידז ולא זוה עיל זיו ידד שמו מיחל בחי ידד למח
חשמ לבנ יחי אחי ליו דומ צלי שטנ חימ עלי מעל עסב
דקל בחי אשו מיחמ עלח דתי ללב שיו לבנ אחה יאי מומי
חמי בחא קנא להמ נאצ תלל חזר סבב נרל חוה נפח נעי
למה ימד מני ימע יסב גדל ימק עיח בחי רמח אמא נוע
דימ פתח תהב ומח ומב יתו חיח תזה תחי יתו ינה תות

Septua.

Septuagintaduo nomina diuina ſexti modi,

הול ויב דשנ מעי הממ ליק לבו ימב וסב אבא ילח בלה
ביע הני ימח דרו וזח מהו ויו לתא ארי ירב דמה ויי
נלה ללה יהה זהמ ולמ חעי להד מממ חלה שצה טאי ננח
עמת והמ למי העד ערי מנמ חאת ימת מאי זוב ישח ואא
להפ בפח ונח עוי לשה יאו יבק דסנ דיא יהה הוה יחב
מיי עחנ לבה שלל מאה ודמ אלו חרמ ינה עלה קאר ברה

Septuagintaduo nomina diuina ſeptimi modi,

סלח אבו שיי בלע אמי יני מלנ דני ווז אמב וחד תאל
המב קלה יחמ ייב בהו יהו לנו הימ דיע ביר רוה דיו
לעי ליצ תטה הזמ מעו זבח שימ הוא נהה למנ הוא נחמ
למא יהו ללה מאמ הלי שמה היא תינ מתי עמו ירח רעמ
אפמ בפי חנג יחי שמי אחי צקו גבל יחד הומ והא הומ
נחי עלח קלא לשד האל הדה ליא ערב הלי ענו יבי בחד

Septuagintaduo nomina diuina octaui modi,

סמא לעפ הדמ ומי ואח זמר באה הוה וחל אחב ברפ ויי
אהה מלו בלמ ימה היו ושח שוח ימנ יענ ווו ההה דיא
לחל נבו וזה ביי לחח עמי תאה אמו ללמ הוע יעד ממנ
אנש מימ יתי המנ מהה בני דמה יזל עחו יאא ניח יהי
קאע לול התה בחע יטב דתי מהב למק בשו ינק חמל מלא
רצי ויב חלה דינ מלב יהל יהל יהש בנד דיס יעה ילד

Septuagintaduo nomina diuina noni modi,

סמד חוב ברח ווי האי ומז לאה דמי אלי עשה המפ מימ
אחה ומו בחה הוא הוה פלא ודש יני ענו לדי במה היא
מהל יוב הדה בימ אלי קמי אתי מאמ ללה נעז נעי זלי
תעה אמי התח יני לחמ בהו דהו יבמ נחש עמי יני הוה
ומב ליי החי מיב ציר בתר היה נדד קעא ינק החמ אלה
צדמ ויס עמה ליל שלב הלל הלל עשה שני ודי לחב קומ

Septuagintaduo nomina diuina decimi modi,

מחמ ילה ומה ורח ליל העק בבה ארמ עלי ומז ההו אבי
להב ריח נוק מדמ אבה אלה ימנ תנו עלה יהו רימ שלו
הנה דאש יתי הוא מיש ראל לוי היא לבי חיק דמע רנס
אני דהו העמ יהס הלי אלה ימש זבב הוה להא ידע מעת
החנ והח יימ לנו מלפ ניב המו בבל יומ רצי מיה ליה
האל והמ ערנ הנא הבמ אחי באש חמע לימ סיו יוט ובי

Nominum ſumma, 720.

CAP. Aiunt ex noſtris quidã, nomina primi & ſecundi modi ſic punctata, ut poſuiſti, non eſſe Hebraica, quòd præter morem Hebraicæ ſcripturæ punctata ſint. GAL. Hoc forte dicunt, qui ex eo hominum genere ſunt, qui ſe ſe, ac ſua non recte metientes, uſqueadeo ſe omnia ſcire exiſtimant, ut quod ipſi neſciunt, neminem ſcire putent. Tu autem id nequaquam diceres, tum quia huiuſmodi hominum mores ſemper odiſti: tum etiam, quia in Cabaliſticis libris eadem nomina (ut arbitror) ſæpenumero ſic punctata legiſti, & maxime primi modi. Ego quoq; ea ſic omnino punctata pluribus in locis inueni: & præſertim Romæ in bibliotheca ſummi Pontificis, eo in loco, ubi libri Flaminei uiri quondam trium linguarum peritiſſimi, reconditi ſeruantur. Qui igitur ipſa ita punctata, Hebraica eſſe negant, quærant ibi inter Hebraicos codices, & nomina ipſa primi modi ſic punctata inuenient. Quæ & ſi uitio ſcriptorum ſint ibi aliqualiter deprauata, ego tamen ipſa iuxta Cabaliſtarum normas caſtigatius referre curaui. CAP. Non ab re igitur ſcire nonnulli cupiunt, quare hæc nomina punctis huiuſmodi punctentur. GAL. Quanquam id apud Cabaliſtas maximum ſit ſecretum, & uſqadeo quidem, quòd illud nullo pacto ſcribendum eſſe præcipiunt: ſed ore tantum, & non niſi pauciſſimis, ac dignis reuelãdum. Ne ex margaritis ante porcos poſitis, nomina diuina indignis & uilibus nota fieri contingat. Ego tamen cui uel maxime cordi eſt, ueritatem nemini occulere, quin potius ipſam cunctis patefacere, dico. Ideo hæc nomina ſic punctata eſſe, quia literæ ex quibus conficiuntur, in ſupradictis textibus ita punctatæ habentur. Nam literæ quidẽ quæ in ipſis textibus punctatæ inueniuntur, ſimul cum punctis ipſis, ad horum nominum formationem concurrunt. Quæ autem in eiſdem textibus punctatæ nõ habentur, ut ſunt quæ in calce dictionum ponuntur, quas ut plurimum punctari non contingit, his in nominibus punctantur punctis, quæ earum prolatio naturaliter exigit. Vt patet nomina ipſa intuenti. Neq; tamen magno abſq; myſterio Cabaliſtæ ſic illa punctari uoluerunt. Cum ex huiuſcemodi punctatione, in unoquoque ipſorum nominum reſultet ſyllabarum trinitas, quæ diuinarum perſonarum trinitatem in una diuina eſſentia diſtincte deſignat. CAP. Quomodo hæc nomina interpretantur? GAL. Quidam ex noſtris ita nomina primi modi interpretati ſunt:

Quare nomina primi & ſecundi modi ſic punctẽtur.

Exaltator, Auxiliator, Spes, Salus, Quæſitus, Annunciatus, Longanimis, Adorandus, Recordabilis, Tu, Exaltandus, Opportunus: Decãtatus, Subleuator, Ens, Aduocatus, Dominator, Iuſticia, Exauditor, Eruens, Fortis, Dexter, Cuſtos, Expectandus: Mirabilis, Inuocandus, Saluator, Feſtinus, Sanator, Ab adoleſcentia, Solus, Rectus, Cogitabũdus, Expectatio, Deprecatio, Gloria: Facies, Refugiũ, Adiutor, Propulſator, Liberator, Cuſtos, Matutinus, Doctor, Cõpatiẽs, Operator, Magnificus, Reuelator; Maximus, Clemẽs, Lætabundus, Altiſſimus,

Verus, Regnator, Æternus, Erector, Protector, Animus, Oriens, Iustus, Benedictus, Amabilis, Laudabilis, Miserator, Deprecabilis, Assistens, Dator, Bonus, Premium, Deus, Multus, Requies.

Hęc autem septuagintaduo nomina sic interpretata, duobus & septuaginta Psalmorum uersibus infrascriptis applicant. Videlicet, *Exaltator*. Et tu Deus clypeus circa me, gloria mea, & exaltans caput meum. *Auxiliator*. Et tu Deus ne longe fias, fortitudo mea in auxilium meum festina. *Spes*. Dicens, Deus spes mea, & fortitudo mea, Deus meus confidam in eo. *Salus*. Reuertere Deus, erue animam meam, salua me propter misericordiam tuam. *Quæsitus*. Quęsiui Deum, & exaudiuit me, & de omnibus angustijs meis liberauit me. *Annunciatus*. Cantate Deo habitori Sion, annunciate in populis cogitationes eius. *Longanimis*. Clemens & misericors Deus, longanimis & multæ miserationis. *Adorandus*. Venite adoremus, & procidamus, & flectamus genua ante faciē Dei factoris nostri. *Recordabilis*. Recordare miserationum tuarum Deus, & misericordiarū tuarū, quia à seculo sunt. *Tu*. Sit misericordia tua Deus super nos, quemadmodum sperauimus in te. *Exaltandus*. Viuit Deus, & benedictus Deus meus, & exaltabitur Deus salutis męę. *Opportunus*. Quare Deus stas longe, despicis in tempore angustiæ? *Decantatus*. Iubilate Deo omnis terra, uociferate & canite. *Subleuator*. Et erit Deus eleuatio oppresso, eleuatio opportuna in angustia. *Ens*. Et erit Deus mihi in refrigerium, & Deus meus in auxilium spei meæ. *Aduocatus*. Deus Deus salutis meæ, per diem clamaui & nocte coram. *Dominator*. Deus dominator noster, quàm grande est nomen tuum in uniuersa terra. *Iustitia*. Iudica me secundum iusticiam meam Deus meus, & ne insultent mihi. *Exauditor*. Expectās expectaui Deum, & inclinauit me, & exaudiuit clamorem meum. *Eruens*. Et in nomine Dei inuocabo, obsecro Deus erue animam meam. *Fortis*. Et ego in te speraui Deus, dixi Deus meus es tu. *Dexter*. Deus custodiat te, Dominus protectio tua super manū dexteram tuam. *Custos*. Deus custodiat exitum tuum, & introitū tuum, à modo & usq; in æternū. *Expectandus*. Placet Deo in ijs qui timent eum, & expectant misericordiam eius. *Mirabilis*. Confiteor Deo in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua. *Inuocandus*. Clamaui in toto corde, exaudi me Deus, præcepta tua custodiam. *Saluator*. Eripe me Deus ab homine malo, à uiris iniquis salua me. *Festinus*. Deus ne elongeris à me, Deus meus in auxilium meum festina. *Saluator*. Deus miserere mei, sana animā meā quia peccaui tibi. *Ab adolescentia*. Quoniam tu es expectatio mea Deus, Deus fiducia mea ab adolescentia mea. *Solus*. Ingrediar in fortitudine Dei, Deus recordabor iustitiæ tuæ solius. *Rectus*. Quoniam rectum est uerbum

Dei,& omne opus eius in fide. *Cogitabundus.* Deus scis cogitatio-
nes hominum, quoniam uanæ sunt. *Expectatio.* Expectet Israel
Deum,à modo & usque in æternum. *Deprecatio.* Dilexi quoniam
exaudiet Deus uocem deprecationis meæ. *Gloria.* Deus dilexi ha-
bitaculum domus tuæ, & locum tabernaculi gloriæ tuæ. *Faciem.*
Deus Deus exercituum conuerte nos,ostende faciem tuam,& salui e-
rimus. *Refugium.* Quoniam tu Deus spes mea,altissimum posuisti
refugium tuum. *Adiutor.* Audi Deus & miserere mei, Deus esto
adiutorium meum. *Propulsator.* Propter quid Deus repelles ani-
mam meam,auertes faciem tuam à me? *Liberator.* Deus libera ani-
mam meam à labio mendacij,& à lingua dolosa. *Custos.* Deus cu-
stodiat te ab omni malo,custodiat animã tuam. *Matutinus.* Et ego
ad te Deus clamaui,& in mane oratio mea præueniet te. *Doctor.*
Voluntaria oris mei complaceant, obsecro Deus, & secundum iu-
dicia tua doce me. *Compatiens.* Si dixi, motus est pes meus, mise-
ricordia tua Deus adiuuabit me. *Operator.* Bonus est Deus in
omnibus,& misericordię eius super omnia opera eius. *Magnificus.*
Quàm magnificata sunt opera tua Deus,multum profundæ sunt cogi-
tationes tuæ. *Reuelator.* Notum fecit Deus salutare suum,in con-
spectu gentium reuelauit iustitiam suam. *Maximus.* Magnus Deus
& laudabilis ualde,& magnificẽtiæ eius non est inuentio. *Clemens.*
Misericors & clemens Deus,longanimis,patiens,& multæ miseratio-
nis. *Lætabundus.* Sit gloria Dei in sempiternum,lætabitur Deus in
operibus suis. *Altissimus.* Confitebor Deo secundũ iusticiam eius,
& cantabo nomen Dei altissimi. *Verus.* Sciui Deus quoniam iu-
stum est iudicium tuum,& uere afflixisti me. *Regnator.* Deus in
cœlo stabiliuit thronum suum,& regnum illius omnibus dominabi-
tur. *Aeternus.* Et tu Deus in æternum permanes,& memoriale
tuum in generationem & generationem. *Erector.* Sustentat Deus
omnes corruentes,& erigit omnes iacentes. *Protector.* Timentes
Deum confidite in Deo,auxiliator eorum,& protector eorum ipse.
Animus. Et anima mea turbata est ualde,& tu usquequo? *Oriens.*
Ab ortu solis usq; ad occasum eius,laudabile nomen Dei. *Iustus.* Iu-
stus Deus in omnibus uijs suis,& misericors in omnibus operibus su-
is. *Benedictus.* Sit nomen Dei benedictum,à modo & usq; in æter-
num. *Amabilis.* Vide quoniam præcepta tua dilexi Deus,iuxta mi-
sericordiam tuam uiuifica me. *Laudabilis.* Seruite Deo in lætitia, in-
gredimini coram eo in laude. *Miserator.* Ecce oculi Dei super ti-
mentes eum,& expectantes misericordiam eius. *Deprecabilis.* Con-
uertere Deus usquequo, deprecabilis esto super seruos tuos. *Assi-
stens.* Ne derelinquas me Deus,Deus meus ne discesseris à me. *Da-
tor.* Delectare in Deo,& dabit tibi petitiones cordis tui. *Bonus.*

Confi-

Confitemini Deo quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. *Præmium.* Deus pars hæreditatis meæ, & calicis mei, tu possessor sortis meæ. *Deus.* Confitemini Deo, inuocate in nomine eius, annunciate in populis uirtutes eius. *Multus.* Confitebor Deo nimis in ore meo, in medio multorum laudabo eum. *Requies.* Reuertere anima mea in requiem tuam, quia Deus reddidit tibi.

His prædictis duobus & septuaginta uersiculis qui ex diuersis Psalmis sumuntur, duas & septuaginta interpretationes præmissas applicant: quas duorum & septuaginta illorum Dei nominum esse aiunt, quæ ex trium antedictorum textuum literis in primo modo formantur. Sed nimium profectò falluntur. Quandoquidem hæ interpretationes non ipsorum nominum, sed potius uersuum, quibus applicantur, esse planè dignoscuntur. Iudæi nanq; iuxta horū septuaginta duorum uersiculorū sensum, has septuagintaduas interpretationes instar ipsorum septuagintaduorum Dei nominum adinuenerunt, ut essent eorundem uersuum quasi indices quidam. Quod ex eo manifeste patet, quòd interpretationes istæ non ipsis Dei nominibus, sed uersibus quibus applicantur, correspondent. Hoc enim nomen Exaltator, conuenientiam nullam habet cum nomine hoc יהוה, sed solum uersui cui applicatur, competit: scilicet, Et tu Deus clypeus circa me, gloria mea, & exaltans caput meum. Similiter Auxiliator, nullatenus nomini huic אלי congruit, sed huic tantummodo uersui, cui applicatur: Et tu Deus ne longe fias, fortitudo mea in auxilium meum festina. Ididem & in reliquis omnibus, si diligenter inspexeris, inuenies. CAP. Quomodo ergo hæc Dei nomina recte interpretanda sunt? GAL. Nullam ego adhuc horum nominum apud Hebræos inueni interpretationem. Nam & si aliqui Cabalistarum de his duobus & septuaginta Dei nominibus nonnunquam mentionem faciant, perfectionesq; diuinas per ipsa designari dicant: nemo tamen eorum, quorum libros uidere potui, nomina ipsa ausus est adhuc interpretari. Hoc tamen in eis (quod maxime contra Iudæos nostri temporis ad nostrum propositum facit) præcipue notandum est, quòd unumquodque ipsorum nominum ad designandam diuinarum personarum trinitatem, atque diuinæ essentiæ unitatem, ex tribus conficitur literis, tribusq; syllabis constat: ut in illis præsertim apparet, quæ suprà in primo & secundo modo locauimus.

Liber tertius.

De Messiæ diuinitate & de eius nominibus diuinam ipsius naturam designantibus.

Quòd filius Dei incarnandus erat, ex fœmina corpus sumendo. Caput 1.

CAPNIO,

CVM satis per Iudæorum scripturas Deum trinum & unum esse probaueris. Nunc de ijs quæ de filij Dei incarnatione in eorum libris continentur, te aliqua dicere decet. GAL. Oportet certe, nedum decet: cum de ijs quæ ad Messiam spectant, cõtra eorum perfidiam maxime nobis dicendum sit. Quem dum ipsi Deum & hominem futurum fuisse negant, diuinæ incarnationis opus minime credere uolunt. De quorum incredulitate Habacuc propheta bene prophetauit, primo capite, dicens: כי פועל פועל בימיכם לא תאמינו כי יסופר Hoc est, Quia opus fiet in diebus uestris, quod non credetis, cum narrabitur. Vbi de diuinę incarnationis opere, quod maxima Iudęorum pars pro sua obstinatione haudquaquam creditura erat, prophetam locutum fuisse, certum est. HOG. Æditio nostra hoc loco aliter habet. Sic enim dicit, Quia opus factum est in diebus uestris, quod nemo credet cum narrabitur. GAL. Hebraica ueritas quam hic ipse traduxi, longe melius habet, quàm nostræ æditionis autor traduxerit. Opus enim hoc siue ad literam de Nabuchdonosor, siue mysticè de Messię incarnatione intelligendum sit: in omni euentu, si uim in uerbo facere uelimus, neq; nostra neq; Gręca ęditio (cum inquit: Nemo credet ueritati) cõsentanea uidetur. Primum nanq; si uidelicet de Nabuchdonosor intelligatur, omnes Iudæi credunt. Secundum uerò, cum scilicet de Christi incarnatione exponitur, & gentiles innumeri, & Iudæorum quàm plurimi crediderunt. Quamobrem nostra translatio in hoc Hebraicę ueritatis sensum minime secuta, istiusmodi recipiẽdo calumniam: Nemo, id est rarus credet: nos exponere cogit. Hebraica uerò litera nullã in hoc admittit calumniam, immo (quod nobis admodum iucundum esse

esse debet) ut de diuinæ incarnationis mirando atque stupendo opere, quod in diebus Iudæorum, hoc est dum adhuc ipsi terram promissionis tenebant, factum est, intelligendum sit: euidentem necessitatem importat. Nulla quippe opera sunt in diebus Iudæorũ facta, quæ cum eis narrantur, ab eis non credantur, solo incarnationis opere excepto, & ijs quæ ex ipso sequuntur. Quapropter Paulus dum (teste Luca in tredecimo Apostolicarũ actionum capite) eis Iesum nostrum redemptorem Messiam esse, affirmare uellet: non nostram, sed Hebraicam literam secutus est, dicens: Quia opus operor (id est Christi incarnationem, dicit glossa) quod non credetis, si quis enarrauerit uobis. CAP. Vt igitur eorum obstinata conuincatur perfidia, unigenitum Dei filium incarnandum fuisse, per aliquem eorum doctorem, cui ipsi contradicere nequeant, obsecro proba. GAL. Ex plurimis quos ad id probandum nunc adducere possem, Rabbi illum Symeonem filium Ioahai maxime apud eos autoritatis uirum, satis sit adducere. Qui in commentarijs in librum Geneseos, secretiore Ierosolymorum lingua scriptis, quorum ipse autor creditur, ipsum diuinæ incarnationis mysterium sæpissime ac apertissime commemorat. nam super illud libri Geneseos 17. dictum: Ambula coram me, & esto perfectus. ita dicit,

וביון דאתפשט אמה דא אתפשט סטר גבורה מאינון גבוראן בשמאלא דנקבה
ואשתקע בנקבה באתר חד ורשין בעוריתא בסותא דכל גופא דנקבה ובהחוא
אתר איתקרא ערוה דכלא דאיצנעא אתר ההוא לבולא ואיתבסה ערוה דא באמה
דא דאתקרא חסד בנין לאתבסמא גבורא דא דכליל חמש גבוראן והאי חסד כליל
בחמש חסד חסד ימינא גבורה שמאלא אתי דא ברא ואיקרא אדם כליל מהדין
סטרוי ובנין בד בבולהו כתרין עד לא זמן תקונא מלכא עתיקא דעתיקין ובנא
עלמין ואתקין תקונין לאתקיימא ההיא נוקבה לאתבסמא ולא אתקיימין עד דנחית
חסד עילאה ואיתקיימן ואתבסמו תיקונין נקבה בהאי אמה דאיקרא חסד

Hoc est, Et quoniam declaratũ est, quid nam esset timor iste, declaratũ est ratione fortitudinis, illarũ scilicet fortitudinũ quæ uenerũt in latus sinistrũ fœminæ, & cõiunctus est fœminæ in loco uno. Signauit aũt, siue potius resedit primò in mẽbro illo occulto, quod est in cũctis fœminarũ corporibus. Locus uerò ille appellatus est matrix, estq́ apud oẽs occultus. Est aũt matrix hęc fabrefacta, ut incorporaret̃ in ea timor hic, qui etiã appellatus est misericordia, cõiũgeret̃q́ fortitudini illi, quę cõprehẽdit qnq́ fortitudines. Sed & misericordia hęc qnq́ cõplectit̃ misericordias. Misericordia à dextris, fortitudo à sinistris. Veniet hęc ĩ hãc, & uocabit̃ hõ, q cõplectit̃ singulas partes. i. cũcta attributa. Quaꝓpter oĩbus coronabit̃ in ꝑpetuũ, donec ꝑmaneat Rex antiquus antiquorũ. Ædificabit aũt mũdos, & cõcinnabit adornatus, ut resideat fœmina ꝓ incorporatione. Nec perfecti erũt, donec qescat in illa misericordia altissima. Firmus uerò erit, & ĩcorporabit̃ cõcinne in fœmina hic timor, qui etiã misericordia uocatus est, hęc ille. Vbi per timorẽ, Deũ intelligit.

Deus, timor dictus.

git. Quandoquidem Deus ipse inter cætera eius nomina, etiam timor non incongrue appelletur, quòd dignum sit, ut ab omnibus timeatur. Deus igitur est ille timor, qui (ut hic Rabbi in pręmissis uerbis ait) pro salute timentium se, non horruit fœminæ corpus. Ex quo diuinæ incarnationis mysterium liquidò patet. CAP. Vellem id ipsum diuinæ incarnationis mysterium per hunc eundem Rabbi apertius ostenderes. GAL. Faciam quàm libentissime. Audi igitur quid de hoc ipse dicat in eisdem commentarijs libri Geneseos super illud, נעשה אדם בצלמנו בדמותינו Id est, Faciamus hominem ad imaginem nostram, tanquam similitudinē nostram. Ibi enim sic ait, ותאנא בצניעותא דספרא ביון דאתבסמא לעילא כללא ואדם גופא קדישא אתחברו זמנא תליתאה ונפקאית בסומותא דכלא ואיתבסמו עלמין עלאין ותתאין ומכאן אשתכלל עלמא דלעילא ודלתתאה מסטרא דגופא קדישא ומתכחאן עלמין ומדאחדן דא ברא ואתעבידו גופא חד ובגין דלהו חד גופא שבנתא לעילא שבנתא לתתא קבה לעילא וקבה לתתא ומשלפא רוחא ועייל בחד גופא וכולהו לא אתחזו אלא חד קדוש קדוש קדוש יהוה צבאות מלא כל הארץ כבודו דכל איהו חד גופא · תאנא ביון דאתבסמו ברא דכתיב תורי זהב נעשה לד עם נקודות הכסת אתקשרת דינא ורחמי ואיתבסמת בדבורא ובגין לא סלקא דא כלא דא ועל האי תנינן מאי דאפיק גדמיה מהאי עלמא בכללא דאדם לבתר בדנפקנן מהאי עלמא לא עייל בכללא דאדם דאיקרי גופא קדישא אלא באידין דלא איתקרי אדם ונפקין מכללא דגופא תניא תורי זהב ונקודות בסת דאיתיב במו דני ורחמי דלית דינא דלא הוו ביה רחמי ועל דא כתיב נאוו לחייך בתורים צוארך בחרוזי בתורים תורי זהב בחרוזים וכתיב נקודות הכפת צוארך דבכללא דנקובה דמטרוניתא אשתכח בי מקדשא דלעילא ירושלם ומקדשא וכל דא מתבסימת בדבורא ואיעביד כלא אדם כללא מהמנותא האי מהמנותא הבנויה אשרו הכל מהמנתא Id est, Traditum est in libro Seniotha desiphra, id est pudoris & occultationis. Postquàm in supernis determinatum est in uniuersum de hominis formatione, sanctum corpus & fœmina incorporata sunt. In tempore autem tertio (quod uidelicet consequitur primum sanctorum patrum tempus, & secundum tempus prophetarum) completa est hæc maxima copula, & coniuncti sunt atque incorporati mundi superiores & mundi inferiores. Ab hinc uerò incorporatus est mundus superior mundo inferiori, mediante corpore sancto. Quodammodo uerò ridebant & congratulabantur simul, efficiebanturq́ unum corpus: quoniam quod erat superius, erat & inferius. Deus sanctus & benedictus superius, & Deus sanctus & benedictus inferius. Et prosiliens spiritus de uagina, uenit in unum corpus, & in his omnibus unus tantum uidebatur, ille nimirum, cui dicitur: Sanctus, sanctus, sanctus, Deus exercituum, implet terram totam gloria sua. Et hoc totum unum est corpus. Traditum item est: Postmodum coniunxerunt se ueluti duo corpora, quando unum penetrat aliud, hoc & illud. Sicut scriptum est: Torquem auream faciemus tibi cum notis argenteis. Colligatæ sunt

iusticia

iusticia & misericordia, & unitæ sunt uerbo, nec altera sine altera discedit. Quapropter sic nobis traditum est: Quando diuiditur corpus à mundo hoc, id est quando in uniuersum moriuntur homines, totum quod est hominis, nequaquam superius ascendit: quemadmodum ascendit hoc quod sanctum uocamus corpus, tantæ certe dignitatis, quòd non uocatur Adam, id est homo terrestris, & in hoc utique differt à cunctis alijs corporibus. Legimus quoque, Torquem aureum & notas argenteas. Quoniam unum sunt iusticia & misericordia. Non enim est iusticia sine misericordia. Et propterea sequitur, Pulchra facta est gena tua propter torquem, & collum tuum pulchrum factum est propter margaritas. Torquem. Sicut dictum est, Torquem auream cum margaritis. Etiam scriptum est, Notæ argenteæ collum tuum. Quoniam inter cunctas fœminas in matrona hac reperitur sanctitas, immo diuinitas, quæ consueuerat descendere super Ierusalem, superq́ sanctuarium. Et omnia hæc postquàm uerbum in ea corpus assumpsit, factumq́ est de hominum uniuersitate, id est homo plenus fide. Et quid est plenus fide? quoniam scilicet in illo inuenitur tota fides. Hæc omnia idem Rabbi. In quibus inter cætera miranda quæ dicit: palàm ostendit, ipsum Dei uerbum, siue Dei filium, uerum Deum, uerúmque hominem esse, eo quòd de cœlis descenderit, sumpseritque corpus de fœmina, cuius sanctitas comparationem non admittit. Quid igitur clarius, quid lucidius, quid manifestius hic Rabbi, qui multis annis Christi natiuitatem præcessit, ad innuendum diuinæ incarnationis mysterium, dicere potuisset? Visne mi Capnio ipsum adhuc eandem Messiæ incarnationem claris uerbis detegentem, audire? Audi quæso, quid in prædictis commentarijs de eodem mysterio proferat: super illud Genesis, Hæ sunt generationes Noæ. Ibi enim exponens illud Iob decimonono capite, dictũ ומבשרי אחזה אלוה Hoc est, Et ex carne mea uidebo Deũ. Sic ait,

מאי ומבשרי ומעצמי מיבעי ליה אלא ומבשרי ממש ומאי היא דכתיב ובשר קדש
יעברו מעליך וכתיב והיתה בריתי בבשרכם ותניא בכל זימנא דאיתרשים בר נש
בהאי רשומא דהאי אית מיניה חמי לקדוש ברוך הוא ממש ונשמתא קדישא
אתאחד ביה וכי דלא נטיר האי ביה כתיב מנשמת אלוה יאבדו דהאי רישומא
דקדוש ברוך הוא לא איתנטירו וכי נטיר ליה שכנתא לא איתפרשא מיניה אימתי
את קודשא ביה כדאיתנסיב והאי את עייל באתריה דאזדמין בתדיה ותניא מאי
טעמא אזלין בחדא אלא חד דבר וחד נקבה אשתתפו בחדא ואיתקרי חד שמא
בדין חסד עילאה שריאו עילויהו בן אתר הוא שריא בסטרא דדבורה ומאן חסד
אלא דאתי ונפיק מחבמה עילאה ואעטר מן דבורא וכנין בד איבסמת נקבא די תנינן
אלוה הרי הוא אל ניהירי דלית דבר הא נקבה אשתתפו בחדא אלוה איקרי
ונשמתא קדישא מהא אתר אתאחדא ודלא תליא בהאי ועל זה כתיב ומבשרי
אחזה אלוה דהא שלמותא דכלא מבשרי ממש ועל דא זביאן אינון ישראל קדישין
דאמרין ביה דהקדוש ברוך הוא זבאין בעלמא הדין ובעלמא דאתי עליהו כתיב
דנטרית

ונטרית ליה מינן אוליפנא מאן דנטיר להא אתקיימא מלכו אתנטרית ליה מנאלן
מבעין דבתיב הי יהוה שכבי עד הבוקר דהוה מקרג בו יצריה עד דא מי אומאה
נטר להאי ברית בניני בד זכה דנפקו מיניה מלכין שליטין על כל שאר מלכין
מלכא משיחא דאיתקרי בשמיה דחקדוש ברוך הוא Id est,

Quídnam sibi uult, Ex carne mea? Conueniens enim magis erat dicere, Ex substantia mea. Tamen dixit, Ex carne mea propria. Hoc autem est quod scriptum est, Et caro sancta transibit super te. Et insuper scriptum est, Et erit fœdus meum in carne uestra. Quod significat signum, quod datum est nobis. Quotiescunque enim signatus erit homo hoc signo, quod procedit ab illo, uidebit Deum ipsum, & animi ipsius sancta unum fiet cum illo. Quoties uerò non seruabit fœdus hoc, in eum scriptum est, Ab anima Dei peribunt. Si quidem signum istud Dei est, & non obseruant illud. Quod si fueris de eo signo benemeritus, & custodieris illud, diuinitatis nequaquam à te recedet, & in tempore colligaberis sanctitati, & ascendes in pręparatum locum. Sed quænam est ratio eius, quod legimus suprà de unione animæ sanctæ, hoc est Dei ad hominem? Non alia certe, nisi quòd mas unus & fœmina una iungentur in unum, quod uocabitur nomine uno, ueluti iusticia procedens à superna misericordia, quæ requiescet super eos. In hoc uerbo est requies claritatis siue splendoris masculi. Et quænam est misericordia? Misericordia inquam, quę ueniet à sapientia altissima, & coronabitur à uerbo, & propterea incorporabitur fœminæ. Sed & sic nobis traditum est. Deus, Ecce Deus illuminator fortis. Litera ד daled masculina, litera ה he fœmina iunctę sunt in unum, quod uocatur Deus. Et anima eius sanctissima in hoc loco posita est, non tamen alligata in eo. Et propterea scriptum est, Et ex carne mea uidebo Deum. Quandoquidem felicitas hęc uniuersalis censetur. Sequitur, Et ex carne mea, ac si dicat, Ex hac ipsa mea carne propria. Propter hoc autem benemeriti erunt illi de populo Israel, sancti duntaxat, qui dicent hunc esse Deum, benemeriti erunt tum in mundo hoc, tum in mundo uenturo. Et huius rei gratia scriptū est, Qui custodiet fœdus hoc. Et hinc didicimus, quòd qui custodiet pactum istud, Deus custodiet illum. Sed quę huius rei probatio? Liquet hoc in Boaz, qui dixit Moabitidi mulieri. Viuit Deus, iaceas usq; mane. Et cum esset pellectus à concupiscentia, tamen custodiuit fœdus istud. Quapropter meruit, ut de illo egrederentur Reges potentissimi reliquorum Regum omnium, & Rex insuper Messias, qui uocatus est nomine Dei sancti & benedicti.

Hactenus Rabbi ille Symeon ben Iohai. Ex cuius dictis, clarius luce meridiana constat, Deum ipsum ex fœmina incarnandum fuisse, ipsumq; Messiam uerum Deum, uerumq; hominem futurum extitisse.

Quid

Quid per nomen Meßias importetur, & de duabus naturis, & una perſona Meßiæ. Caput II.

CAPNIO,

HOc eſt unum inter cætera, quod contra Iudæos recentiores per priſcas eorum ſcripturas probare maxime tibi conniten-dum eſt, Meſſiam ſcilicet uerum Deum, nedum uerum homi nem futurum fuiſſe. GAL. Id pro uiribus facere conabor, & eo qui-dem efficacius, quod illud ipſi obſtinatius negant. HOG. Vt melius igitur quæ de Meſſiæ diuinitate dicturus es, percipi ualeant, quid per nomen Meſſias importetur, primum ediſſeras opus eſt. GAL. Quemadmodum tres ſunt (ut dictum eſt) in diuinitate perſonæ, quæ licet à ſe inuicem abſq; ſeparatione diſtinguantur, ſibi tamen inuicē per circumin ceſſionem quam Græci περιχόρεσιν uocant, abſque confuſione uniuntur. Ita in uno Chriſto tres confitemur eſſe ſubſtantias, diuinita-tem ſcilicet, animam rationalem, & corpus humanum. Quæ ita incon-fuſe uniuntur, ut inſeparabiliter diſtinguantur. Et ſicut tres diuinæ hypoſtaſes ſunt unus Deus. ita tria hæc: diuinitas, anima, & corpus conſtituunt unum Meſſiam, in lege promiſſum, qui aliud non eſt, quàm iſta tria. Nam & perfectus Deus eſt, & perfectus homo ex ani-ma rationali & humana carne ſubſiſtens. Non tamen dicimus ipſum ex his compoſitum eſſe, ueluti homo ex anima & corpore componi-tur, aut ex quatuor elementis corpus. Quod enim componitur, aliud quidem eſt ab ijs, ex quibus cōponitur. Chriſtus autem ſiue Meſſias, neq; alterū eſt ab ijs ex quibus conſtat: neq; aliud, quàm ea ipſa quæ in eo uniuntur. Nam ut ait Damaſcenus in libro de Orthodoxę fidei tra-ditione, capite quadrageſimo ſeptimo, ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος θεὸν τέλειον, καὶ ἄνθρωπον τέλειον τὸν αὐτὸν, καὶ εἶναι καὶ λέγεσθαι ἐκ δύο τε καὶ ἐν δυσὶ φύσεσιν ὁμολογοῦμεν. Id eſt, Ex diuinitate & humanitate Deum perfectum, & hominem perfectum eundem & eſſe, & dici, ex duabus & in duabus naturis confitemur. Is igitur idem qui & perfectus Deus eſt, & perfectus homo, Hebraicè quidem מָשִׁיחַ Maſſiah, Chal-daicè uerò מְשִׁיחָא Meſicha, Græcè autem χριστὸς, Latinè quoque unctus dici poteſt. Quod idem Ioannes Dam. ibidem pulcherrime probat, dicens: τὸ χριστὸς ὄνομα τῆς ὑποστάσεως λέγομεν, ὁ μονοτρόπως μὲν ἀλλὰ δύο δυσὶ φύσεων ὑπάρχον σημαντικόν, αὐτὸς γὰρ ἑαυτὸν ἔχρισεν. χρίων μὲν ὡς θεὸς, ὃς ἔχρισε τὸ σῶμα τῇ θεότητι αὐτοῦ, χριόμενος δὲ ὡς ἄνθρωπος, αὐτὸς γὰρ ὃ καὶ ἦν ἐκεῖνο, χρῖσις δὲ ἡ θεότης τῆς ἀνθρωπότητος. Hoc eſt, Chriſtus nomen ſuppoſiti dicimus, non ſolitarie quidem, ſed duarum naturarum ſignificatiuum exiſtens. ipſe enim ſe ipſum unxit. Vngens quidē ut Deus, qui corpus diuinitate ſua unxit. Vnctus uerò ut homo, ipſe enim eſt hoc & illud. Vnctio autem huma nitatis diuinitas. CAP. Iſta quidē pulchra ſunt. Sed quoniā Iudæi no-

ſtri ſeculi, qui Meſſiam purum hominem futurum putant, ipſa nega-
rent. Idcirco te per authenticas eorum ſcripturas, ea oſtendere, neces-
ſe eſt. GAL. Dauid in primis audiant, Pſal. iuxta Hebraicam verita-
tem decimoquinto, ita de Meſſia loquentem, כסאך אלהים עולם ועד
שבט מישור שבט מלכותך ׃ אהבת צדק ותשנא רשע על כן משחך אלהים אלהיך
שמן ששון מחבריך ׃ Id eſt, Thronus tuus Deus perpetuus & æter-
nus, ſceptrũ æquitatis, ſceptrũ regni tui. Dilexiſti iuſticiã, & odiſti im-
pietatẽ, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis prę parti-
cipibus tuis. Quæ quidẽ uerba Chaldaicus interpres, quẽ nunc Iudæi
frequentius præ manibus habẽt, ita Chaldaicè trãſtulit: Thronus tuus
Deus in cœlis in ſecula ſeculorum, Regnum forte, ſceptrum regni tui.
Et tu Rex Meſſias quoniam dilexiſti iuſticiam, & odiſti maliciam, pro-
pterea unxit te Deus Deus tuus oleo, uel unguento lætitiæ pluſquam
ſocios, uel amicos tuos. Ex hac igitur Chaldaica translatione aperte pa-
tet, prophetam de Meſſia hic fuiſſe locutum. Cuius uerbis non ſolum
hoc nomen Meſſias, quod idem eſt quod unctus, clare exprimitur. Si-
quidem ab unctione Meſſias ſiue Chriſtus dictus eſt. Qui quo ad hu-
manitatem, tum ut Rex, tum ut ſacerdos, oleo lætitiæ, id eſt unctione
diuinitatis ungendus erat, præ participibus ſiue conſortibus ſuis, id
eſt præ cæteris hominibus, unius & eiuſdem humanæ naturæ condi-
tione, unà cum eo participantibus. Verum & duæ quoque naturæ di-
uina ſcilicet & humana, quæ in eo hypoſtatice uniendæ erant, aperti-
ſime inſinuatur. Cum enim ait, Thronus tuus Deus perpetuus & æter-
nus, ſceptrum æquitatis, ſceptrum Regni tui: eum profectò quem al-
loquitur, Deum eſſe clare innuit, quare & eius diuinitatem palam face-
tur. Cum uerò eidem immediate inquit: Dilexiſti iuſticiam, & odiſti
impietatem, propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ par-
ticipibus, ſeu conſortibus tuis. Eundem proculdubio hominem quo-
que profitetur, eius humanitatem aperte manifeſtãs. Nam cum Deus
non ſit niſi unus, dicere certe nefas eſſet, eum uel Deum, uel conſortem
habere. Quod ſi recentiores Iudæorum prophetam hunc hæc de ho-
mine hoc Meſſias, deq; duplici natura, diuina ſcilicet & humana per-
lud importata, dixiſſe non credunt, dicta priſcorum Doctorum ſuo-
rum audiant, qui de duabus naturis & unica perſona Meſſiæ apertius
locuti ſunt. Et primum quidem ea quæ leguntur & in Bereſſith רבה
Ketanna, id eſt in expoſitione Gen. minori, ſuper illud uigeſimo octa-
uo cap. eiuſdem libri dictum, Et accepit de lapidibus loci illius. Et ha-
Midras tillim ſuper illud Pſal. 90. Quoniam angelis ſuis mandauit de
te. Vbi ſic ad literam legitur, רבי נחמיה אומר שמשה אבנים היו
שנאמר אם אלהים מיחר שמו עלי בשם שייחר על אבותי יעשו בולם אחר
ומוצאם בולם אחא שנאמר ויקח את האבן מלמר ויקח את האבן מלמר שנעשו בולם אחר
ורבנן אמרי פחות בי שני אבנים Id eſt, Rabbi Nechmia ait,
Tres

Tres lapides accepit ſcilicet Iacob,& dixit:Si Deus unit nomen ſuum ſuper me,quemadmodum uniuit ſuper patres meos, fiant omnes unus? Stetit, & inuenit omnes unum effectos. Sicut dictum eſt,Geneſis uigeſimo octauo. Et accepit lapidem. Hoc enim uerbo docet, quòd omnes facti ſunt unus. Magiſtri uerò dixerunt minus, quia duos lapides.Hæc Midras,Siue ergo tres lapides acceperit,ſiue duos, aut primò forſitan tres,& poſtea duos. Vtrobique Meſſiæ optime ſignificatur unio. Duorum quippe lapidum,unio duarum naturarum, diuinitatis ſcilicet & humanitatis unionem in Chriſto ſignificauit. Trium uerò,trium ſubſtantiarum,uerbi ſcilicet & animæ corporisq́ in una Chriſti perſona deſignauit unionem. Hanc etiam unionem optime atteſtatur id quod in libro Sanhedrin in capite, Helec dicitur, ſuper illud Eſaiæ 23.cap.dictum. Et erit in die illa,& oblita erit צור Czor, ſeptuaginta annis, ſicut dies (uel ſicut diebus Regis) uniti. Quis eſt iſte Rex unitus? Eſto dicens,Quod hic eſt Rex Meſſias. Rabbi autem dixit,Hic eſt duæ ſcilicet naturæ,& tres generationes, id eſt ſubſtantiæ.Sicut dictum eſt Pſalmi ſeptuageſimi primi,Timebunt te cum ſole & ante lunam,generationem & generationis. Gloſſa Rabbi Selomonis.Ac ſi ita dicat:Meſſia,de quo ſcriptum eſt ante ſolem ינון yinnon, id eſt filius ſiue genitus nomen eius,timebunt te Iſraelitæ,& ante lunam,id eſt ante Regnum domus Dauid,quod aſſimilatur lunæ,ſicut ſcriptū eſt Pſalmo octuageſimo octauo,Sicut luna ſtabilietur perpetuo.Item alia gloſſa eiuſdem ſuper illud Eſaiæ,Sicut dies Regis uniti. Dies inquit Dauidis ſeptuaginta anni fuerunt, & neſcio quid ſibi uult hoc ſignum,quod hic datum eſt. Quæ cum ita ſint,diligenter animaduertendum eſt,quomodo Talmud in hac antedicta traditione dicit Meſſiam Regem eſſe unitum.Deinde quod magis mirandum eſt,qualiter iſte Rabbi qui & antonomaſicè Rabbi dicitur, & ſolus ſanctus habetur,inſinuat quod à patribus acceperat,materiam & formam unionis Meſſiæ,cum dicit, quod זה Ze,id eſt iſte,ſcilicet Meſſias,de quo ibi fit ſermo præcedens,uel Ze,id eſt hoc quod ad unionem Regis Meſſiæ refertur, eſt duo,Deus, ſcilicet & homo, uel duæ naturæ in Meſſia unitæ,diuina ſcilicet & humana. Et tres generationes ſunt tres harum naturarum ſubſtantiæ, uerbum ſcilicet Dei, anima rationalis, & corpus humanum. Probat autem hoc per prophetam, qui Meſſiam in ſpiritu alloquens, dicit Pſalmo ſeptuageſimo primo, Timebunt te ſcilicet Iſraelitæ, ut ipſi exponunt, uel alij quicunque,cum ſole,illo uidelicet de quo Pſalmo octuageſimo tertio,dicitur שמש ומגן יהוה אלהים חן וכבוד יתן Id eſt, Sol & ſcutum eſt Dominus Deus, gratiam & gloriam dabit. In hoc etiam quod dicit, Timebunt te cum ſole, coniunctionem diuinitatis & humanitatis Meſſiæ inſinuat. Quod uerò ſubdit,Et ante lunam,id eſt ante Regnū

Dauid (ut exponit Rabbi Selomo) uel ante ecclesiam, quæ lunæ com
paratur, iuxta illud Cantici canticorum sexto capite, scriptum מי זאת
הנשקפה כמו שחר יפה כלבנה ברה כחמה Id est, Quæ est ista quæ appa
ret tanquam aurora, uel uenus: pulchra ut luna, lucida ut sol. Rabbi
num deinde Haccados de hac etiam re palam differentem uidean
Qui in libro quem גלי רזיא Gale razeya, id est reuelatorem arc
norum denominauit, super illud Esaiæ nono, למרבה המשרה Id est
Ad multiplicandum eius imperium, sic inter cætera ait, Quemadmo
dum litera ה he, componitur ex ד daled, & ו uau. Ita Rex Messia
componitur ex diuinitate & humanitate. Et sicut hæc duo ה ה he
sunt duo daled, & ab his procedunt duo uau, tanquam duo filij, qu
ab ipsis oriuntur. Ita in substantia Regis Messiæ inueniuntur duæ h
liationes, quarum una est diuinitatis, qua Dei filius est: altera erit hu
manitatis, qua erit filius prophetissæ, de qua dixit Esaias octauo cap
Et accessi ad prophetissam, & concepit & peperit filium. Et sicut ha
rum literarum ד daleth, & ו uau, quæ conficiunt ה he, unaquæq
distincta est ab altera, quanquam ambæ sint una litera. Ita in Messia
substantia diuinitatis distincta erit à substantia humanitatis, & econ
tra. Quæ duo simul iuncta, sunt Messias. Hæc ille, quem Iudæi magi
strum nostrum sanctum appellant. Ex his igitur quæ dicta sunt, mani
festum est, quòd nomẽ hoc Messias duas naturas importat, diuinã sc
licet & humanam, ac tria in unam personam complectitur, corpus sc
licet humanum, animam rationalem, & uerbum Dei.

Quid sit uerbum Dei secundum Hebræos, & quòd uerbum Dei sit Deo ὁμοούσιον, id est consubstantiale. Caput III.

CAPNIO,

AD probandam Messiæ diuinitatem, ante omnia dicere necess
se est, quid de hoc uerbo Dei, prisci Iudæorum senserint
GAL. Itaq; necessario notandum est, Quod quemadmo-
dum homo triplex uerbum habet, quod scilicet in charta scriptum est,
quod ore profertur, & quod in mente latet. Et huic postremo magis
uerbi competit nomen, cum sit aliorum causa, atq; principium. Actio
nes enim hominum nullæ profecto essent, nisi prius in mente diceren
tur. Quare neq; illud cuiusdam poetæ Arabis dictũ omnino contẽnen
dũ est, dum ait, Verbũ quidem in corde est, lingua autẽ facta est, ut fi
cordis interpres. Ita quoq; secundũ Hebræos, Deus ipse ad cuius ima
ginẽ factus est homo, triplex dicitur habere uerbũ. Habet enim uerbũ
in libris prophetarũ scriptũ: habet & uerbũ, quod ore sanctorũ atq; do
ctorũ profertur: de quo ipse apud Iere. 1. cap. inquit, הנה נתתי דברי בפיך
Id est, Ecce dedi uerba mea in ore tuo. Habet quoq; uerbum in seipso,
ex se ipso, & non aliunde. De quo sic Psalmographus Psal. 33. dicit,
כי ישר

Verbum triplex.

כי ישר דבר יהוה וכל מעשהו באמונה ׃ אהב צדקה ומשפט חסד
יהוה מלאה הארץ ׃ ברבר יהוה שמים נעשו וברוח פיו כל צבאם ׃

Hoc est, Quia rectum est uerbum Dei, & omnia opera eius in fide, amans iusticiam & iudicium, misericordia Dei plena est terra. Verbo Dei cœli facti sunt, & spiritu oris eius omnis exercitus eorum. Hoc igitur uerbum Dei per quod non modo quatuor elementa, sed ipsi quoq; cœli facti sunt, aliud non est, quàm illud ראשית Rescith, id est principium, de quo Gene. primo cap. scriptum est, בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ Id est, in principio creauit Deus cœlum & terram. Nam principium hoc non esse nisi sapientiam Dei genitam, ex eo constat. Quod in persona ipsius diuinæ sapientiæ apud Selomonem Prouerbiorum octauo capite, dicitur יהוה קנני ראשית דרכו קדם מפעליו מאז Hoc est, Deus possedit me principium uiæ suæ, ante opera sua, ex tunc, uel ante tunc. Ex quo patet idem re omnino esse, licet nominibus differant, principium quo mundus creatus est, & sapientiam quam Deus possedit. Quandoquidem quod hic principium uiæ, id est creaturæ suæ dicitur, sit illud ipsum Dei uerbum, quo (ut dictum est) cœli facti sunt. De quo uniuersa Dei opera, quæ scriptura sacra per diuersa nomina diuersis partitur in locis, in unam uirtutis appellatione complectens, Psal. 104. ait, מה רבו מעשיך יהוה כלם בחכמה עשית Id est, Quàm multiplicata sunt opera tua Deus, omnia in sapientia, uel per sapientiam fecisti. Vides ergo quòd siue principium, siue uerbum, siue manus, siue brachium Dei, siue aliquid aliud huiusmodi dixeris, non rerum diuersitatem, sed unam tantum indicant Dei uirtutem & sapientiam, qua fecit omnia. Diligenter quoq; animaduertendum est, quòd cum in uerbis pauloante dictis dicitur. Quia rectum est uerbum Dei, & omnia opera eius in fide, mox de eodem uerbo subijcitur, Amans iusticiam & iudicium. Vt palam innuatur, uerbum de quo hic agimus, rationalem substantiam esse, atque Deo ὁμοούσιον, siue consubstantiale. Si quidem amare iusticiam & iudicium, rationalis atque intellectualis substantiæ proprium est. Eamobrem ipsum Dei uerbum oculus siue oculi Dei sæpenumero dicitur. Vbi enim de Iudæis apud Ezech. 7. capite, Dominus dicit, ולא תחום עיני עליך Hoc est, Et non miserebitur oculus meus super te. Ita Ionathas in translatione Chaldaica, ait, ולא ארחמא מימרי עלוהי Id est, Et non misericordiam habebit uerbum meum super te. Ecce quòd ubi propheta in persona Dei loquens oculum meum posuit, ibi Chaldaicus interpres uerbum meum dixit. In eo autem quod dicit, Et misericordiam habuit uerbum meum super eos: manifeste ostendi, uerbum Dei uitam habere, cum misericordiam habere rei uiuētis sit proprium. Et hoc est quod Ioan. 1. ca. dicitur, Quod factum est, in ipso uita erat. Illud quoq; quod ita apud Ieremiam 24. cap. scribitur, ושמתי עיני עליהם לטובה Hoc

est, Et ponam oculos meos super eos ad bonum. Sic idem Ionathas Chaldaicè transtulit, ואישוי מימרי עליהון לטבתא Id est, Et ponam uerbum meum super eos ad bonum. Illud etiam quod econuerso contra eos apud Amos Dominus ait, 9. cap. ושמתי עיני עליהם לרעה ולא לטובה Hoc est, Et oculos meos super eos ad malum, & non ad bonum. Ita Ionathas ipse Chaldaicè exposuit, ואישוי מימרי אליהון לבישא ולא לטבא Id est, Et ponam uerbum meum super eos ad malum, & non ad bonũ. Ad insinuandã quoq; huius uerbi cum Deo cõsubstantialitatẽ. ipsum Dei uerbũ in sacris literis quandoq; facies Dei, quãdoq; os Dei, quandoq; manus Dei appellatur. Et facies quidem Dei apud Ieremiã quinto capite nuncupatur: cum dicitur, אם מפני לא תחילו אשר שמקי חול גבול לים חק עולם ולא יעברונהו Id est, Si à facie mea non formidabitis, qui posui arenam terminum mari, præceptum æternum, quod non præteribit. Quod ipse Ionathas ita Chaldaicè traduxit, Si coram uerbo meo non formidabitis, qui posui arenam terminum mari. Quod autem os Dei dicatur: ex eo habetur, quod Esaias 48. capite, uoce Dei protulit, dicens, הראשונות מאז הגדתי ומפי יצאו Id est, Priora ex tunc annunciaui, & de ore meo exierunt. Quod sic Ionathas in Chaldæum uertit, קדמיתא מבכין חויתי וממרי נפקא Hoc est, antiqua ex tunc annunciaui, & ex uerbo meo prodierunt. Huic simile est, quod Ieremiæ decimoquinto, sic legitur, לכן כה אמר יהוה אם תשוב ואשיבך לפני תעמד ואם תוציא יקר מזולל כפי תהיה Id est, Propter hoc sic ait Deus, Si conuerteris conuertam te, uel requiescere te faciam, faciei meæ astabis, uel coram me astabis. Et si eduxeris, uel extraxeris preciosum à uili, sicut os meum eris. Id quoque sic idem Ionathas Chaldaicè transtulit, בכין כדנן אמר יהוה אם תתוב ואת יבינד קדמי תשמש ואם תתיב רשיעיא למהוי צדיקיא רעות ממרי תקיים Hoc est, Propter hoc sic ait Deus, Si conuerteris conuertam te, coram me ministrabis. Et si conuertes impios, ut fiãt iusti, beneplacitum uerbi mei complebis. Vbi quod propheta preciosum & uile posuit: hic iustos & impios exposuit. Et quod ille os Dei dixit, iste uerbum eius transtulit. Quod demum uerbum Dei manus Dei dicatur, ex eo potissimum patet quod apud Esaiam quadragesimo octauo capite, sic legitur, את ידי יסדה ארץ וימיני טפחה שמים Id est, Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea palmo mensurauit cœlos. Hoc enim Ionathas ita in Targum exponit, אנא במימרי שכלילית ארעא ובגבורתי תלית שמיא Id est, Verbo quoq; meo fundaui terram, & in uirtute mea uel fortitudine mea mensuraui cœlos. Rursus quod apud eundem prophetam quadragesimo quinto capite, sic dicitur, אנכי עשיתי ארץ ואדם עליה בראתי אני ידי נטו שמים וכל צבאם צותי .i. Ego feci terrã, & Adam super eam creaui. Manus meæ extẽderũt cœlos, & omni exercitui eorũ pręcepi. Idẽ interpres ita Chaldaicè exposuit, אנא במימרי עבדית ארעא ואנשא עלה בריתי אנא בגבורתי תלית

Verbum Dei quoties dicitur.

תלית שמיא ובל חיליהון שבליליה Id est, Ego uerbo meo, uel per uerbum meum feci terrã, & homines ſuper eam creaui. Ego in fortitudine mea extendi cœlos, & omnes uirtutes eorum confirmaui. Ex his omnibus quæ nunc dicta ſunt, manifeſtè liquet, uerbũ Dei quod idem eſt quod ſapientia Dei, qua mundum è nihilo creauit, atque perfecit, eiuſdem prorſus ſubſtantiæ cum ipſo Deo eſſe. CAP. Recentiores Iudæorum ſuper illud Prouer. 8. cap. Dominus poſſedit me principium uiæ ſuæ. Quod tu de ſapientia Dei increata, quæ eſt uerbũ, per quod Deus omnia fecit, expoſuiſti, aſſerunt ſapientiã hanc Moſaicam eſſe legem. Aiuntq; ipſam ſic ibidem de ſe dicere. Ego diligentes me diligo. Cum hoc igitur omnino contra catholicam ueritatem ſit atq; hæreticum, illud per authenticas eorum ſcripturas te refellere oportet. GAL. Id profectò tantæ abſurditatis eſt, ut confutatione non egeat. Si enim lex Moſis nec dilectionis nec odij capax eſt, niſi uelut cætera huiuſmodi inanimata, quæ in membranis ſcribuntur, quomodo dicere poſſunt, quòd ipſa de ſe dicat, Ego diligentes me diligo? Diligere enim rationalis naturæ proprium eſt. Si præterea lex ipſa Moſis in tempore illo eſſe cœpit, quo ſibi principium eſſendi in mõte Sinai ſumpſit, quónam pacto ante rerum omnium initium cum Deo eſſe potuit? ut de ſe dicere poſſet, Deus poſſedit me principium uiæ ſuæ, antequam quicquam faceret, cum reliquis, quæ ſequũtur. Item ipſi dicunt hoc in loco, quòd uerbum hoc קנן Kanan æquiuocum ſit, & quandoq; emere, quãdoq; poſſidere ſignificet. Et poſſidere quidem ibi illud ſignificare dicunt, Vbi Melchiſedec Abraham benedicens dixit Gene. 14. ברוך אברם לאל עליון קונה שמים וארץ Id eſt, Benedictus Abram Deo altiſſimo poſſeſſori cœli & terræ. Hic autem uerbum ipſum קנן kanan aiunt idem eſſe quod emere. Quare ab eis quærendum eſt, Si Deus cœlum & terram atq; legem ipſam emit, quis fuit harum rerum uenditor, neminem certe aſſignare poſſunt. Quare turpe eſt, hæc uel ſomniare, nedum dicere. Deſinant ergo talia uel cogitare, & iuxta priſcas Doctorum ſuorum traditiones, credant: Selomonem hoc in loco non de lege Moſaica, ſed de ipſa Dei ſapientia, per quam Deus mundum fabricauit, meminiſſe: legant iam quod in libro Sanhedrin in cap. quod דיני ממונות Dine mamonoth, id eſt iudicia diuitiarum, ſcribitur: ſuper illud Prou. 9. cap. חבמות בנתה ביתה חצבה עמודיה שבעה ׃ טבחה טבחה מסכה יינה ׃ אף ערכה שלחנה ׃ שלחה נערותיה תקרא על גפי מרומי קרת ׃ Hoc eſt, Sapiẽtia ædificauit domũ ſuam, dolabit colũnas eius ſeptẽ, immolauit uictimã ſuã, miſit puellas ſuas, ut uocarẽt de faſtigijs ciuitatis. Ibi enim ſic iſta exponunt, Sapiẽtia ædificauit domũ ſuã. Hæc eſt מדתו Middatho. i. proprietas ipſius Dei ſancti & benedicti, qui uniuerſum mundũ in ſapiẽtia, uel per ſapiẽtiã creauit. Sicut dictũ eſt Pſal. 103. Quã multiplicata ſunt opera tua Deus, omnia in ſapiẽtia feciſti. Dolauit co-

Hæreticæ Iudæorum uniorum expoſitio.

lumnas eius septem,id est septem dies בראשית Berescith,hoc est cre
tionis libri Gen. Immolauit uictimam suam,uel coxit uictimam suam
uel decoctionem suam. Per hoc intelliguntur maria,flumina,& omn
mundi necessaria. Misit puellas suas,ut uocarent. Hi sunt Adam pr
mus & Heua. Hæc omnia traditio. Ex quibus euidentissime patet, S
pientiam quæ domum suam,id est mundum construxit,esse unam d
tribus מדות Middoth,id est proprietatibus Dei sancti & benedicti
per quas aiunt (ut suprà ostendimus) mundum conditum fuisse
quamuis ipsi longe largius quàm nos, proprietatem sumant. Ha
autem Dei proprietatem, sapientiam scilicet, per quam Deus mu
dum creauit,idem omnino esse, quod uerbum Dei est: nos iam pro
bauimus.

Quod Deus sit uerbum, & uerbum Dei sit ipse Deus.
Caput IIII.

CAPNIO,

ET si in præmissis uerbum Dei eiusdem cum Deo esse substa
tiæ, satis abunde probaueris. Ex quo & Deum uerbum esse
& uerbum Dei ipsum esse Deum necessario sequitur, Vt ta
men magis iuniorum Iudæorum ceruix durissima contundatur. Vel
obsecro Deum esse uerbum,& uerbum Dei esse Deum,apertius nun
ostendere. GAL. Quod quidem Deus uerbum sit,ex eo potissim
patet,quòd ubi Esaias 45. capite,ait ישראל נושע ביהוה תשועת עולמים
Id est,Israel saluatus erit in Deo (tetragrammaton) saluatione secula
rum,uel sempiterna. Sic Targum Ionathæ dicit ישראל אתפריק במימרי
דיי פורקן עלמיא Israel saluatus erit in uerbo,uel per uerbum Dei, sa
uatione sempiterna. Vbi ergo Esaias dixit,In Deo (tetragrammaton
quod nomen nulli nisi Deo attribuitur, ibi Chaldaicus interpres in
uerbo Dei trãstulit. Per quod Deum esse uerbũ, palàm ostendit. Item
ubi apud Hos. 1. ca. dicitur ואת בית יהודה ארחם וחושעתים ביהוה אלהיהם
Id est,Et domus Iuda miserebor,& saluabo eos in Domino Deo suo
Sic idem interpres in Chaldæum uertit, ועל בית יהודה ארחם ואפרקינון
במימרא דיי אלההן Hoc est,Et super domum Iuda miserebor,& sal
uabo eos in uerbo Domini Dei eorum. Illud etiam quod Esaias 8. cap
dicit, ויוסף יהוה דבר אלי עוד Id est, Et addidit Deus (tetragram
maton) loqui ad me adhuc. Ita Ionathas ipse Chaldaicè traduxit
ואוסיף מימרי דיי למלל לי עוד Hoc est,Et adiecit uerbum Dei loqui
ad me adhuc. Itẽ quod idem propheta 41. ca. dixit, אל תירא כי עמך אני
Id est,Ne timeas,quia tecum ego. Sic ille transtulit, Ne timeas,qui
in auxilium tuum uerbum meum. Item quod ibidem dicitur,
תולעת יעקב מתי ישראל אני עזרתיך נאם יהוה וגאלך קדוש ישראל
Hoc est

Hoc eſt, Ne timeas uermis, uel tinea Iacob, homines Iſrael, uel qui eſtis ex Iſrael. Ego auxiliatus ſum tui, ait Deus, & redemptor tuus ſanctus Iſrael. Ita ille Chaldaicè expoſuit, Ne timeas tribus domus Iacob, ſemen domus Iſrael, uerbum meum in auxilio ueſtro, Dixit Deus & redemptor ueſter ſanctus Iſrael. Illud præterea eiuſdem prophetæ 44. cap. Sic ait Dominus redemptor tuus ex utero, ego Dominus faciens omnia, extendo cœlos לבדי leuaddi, id eſt per me ſolum firmans terram מאתי meitti, id eſt per eum qui eſt apud me. Sic ille in Targum explanat. Sic ait Dominus qui redemit te, & qui formauit te ex uiſceribus. Ego Dominus autor omnium, extendi cœlos uerbo meo, uel per uerbum meum. Fundaui terram in uirtute uel fortitudine mea. Quod ualde dicto illi Euangeliſtæ conſonat: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum nihil. Illud quoque Hoſeæ nono capite, dictum, Reprobabit uel abijciet eos Deus meus, quia non audierunt eum, & erunt uagi in gentibus. Sic Ionathas in Targum exponit: Abijciet eos Deus meus, quia non receperunt uerbum eius, & erunt uagi in gentibus. Cum igitur in omnibus his, ac alijs permultis, in quibus prophetæ dominum uel Deum (tetragrammaton) poſuerunt, Rabbi Ionathas prædictus uir apud eos maximæ autoritatis, uerbum Dei Chaldaicè tranſtulerit, ac expoſuerit. Conſequens planè eſt, Deum ipſum uerbum eſſe, ac uerbum Dei Deum. Quod erat probandum.

Quod Meſſias ſit uerbum Dei, quod Deus miſſurus erat, ut ſanaret uniuerſum humanum genus. Caput V.

CAPNIO,

NVnc reliquum eſt, ut ad pleniorem huiuſce rei notitiam, Meſſiam eſſe uerbum Dei, oſtendas, quod Deus ad ſanandum uniuerſum miſſurus erat. GAL. Meſſiam uerbum Dei eſſe, ex eo maxime patet, quod ubi Dauid Pſalmo centeſimo decimo, Meſſiam Dominum ſuum uocat, dicens, נאם יהוה לאדני שב לימיני Hoc eſt, Dixit Deus domino meo, ſed ad dexteram meam. Ibi Rabbi Ionathas in translatione Chaldaica, ſic ait, אמר יהוה למימריה תב לימיני Id eſt, Dixit Deus uerbo ſuo, ſede ad dexteram meam. Quidam mihi hoc loco obijciunt, dicentes non ſic haberi in trãslatione Chaldæa, quam etiam negant eſſe Ionathæ. Quibus ego reſpondeo. Verũ quidem eſſe, in trãslatione Chaldaica quam ipſi uiderunt, non ita haberi, & eam non eſſe Ionathæ, eſt enim (ut pleriſq; placet) Rabbi Ioſeph cæci, ſiue (ut alij uolunt) Rabbi Akilas. Quæ ita hic ha-

hic habet, אמר יהוה בממריה למיתן לירבנותא חלת דיתיבית לאולפן אוריתא
ימיני אוריך Hoc est, Dixit Deus in uerbo suo, ut daret mihi dominati
nem, eo quòd sederim ad discendam legem, dextera mea expect
Translatio autem Ionathæ, quam nondum ipsi uiderunt, ita prorsu
habet, ut ipse retuli. Quod בספר קבוצים besepher kibucim, id e
in libro collectionum, sententiarum scilicet sapientum manifestè p
tet, eo in loco ubi ad probandum, quòd Messias sit ille, quem dixit D
uid Dominum suum ad dexteram Dei sessurum, sic dicitur ותבאר
אותה שאמרו במדרש תלים ותתן לימגן ישעך וימינך תסעדני ; אמר רבי יודן
שם ר' המה לעתיד לבא הקבה מושיב מלך המשיח לימיני שנ' נאם יהוה לאדני
שב לימיני ותרגום יונתן בן עוזיאל אמר יהוה למימריה Id est, Hoc pat
ex eo, quod dixerunt in expositione Psalmorum, super illud Psal. I
dabis mihi scutum saluationem tuam, & dextera tua confortabit, u
fulciet me, Dixit Rabbi Iordan. in nomine Rabbi Hama. In tempo
futuro Deus sanctus & benedictus sedere faciet Regem Messiam a
dexteram suam. Sicut dictum est Psal. 110. Dixit Deus Domino me
sede ad dexteram meam. Quod targum, id est Chaldaica translatio Io
nathan ben Vziel sic exponit. Dixit Deus uerbo suo, sede ad dexte
meam. Hactenus traditio. Idem quoq; confirmatur in eadem Midr
tillim super illud Psal. 2. ספרה אל חק יהוה אמר אלי בני אתה אני היום
ילדתיך Id est, Narrabo præceptum, uel scripturam. Deus dixit a
me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Sic enim ibi dicitur, ספרים
ם בחזקה של תורה ובחזקה של נביאים ובתובים בחזקה של תורה בני בכורי
שראל בחזקה של נביאים הנה ישכיל עבדי ירום בכתובים נאם יהוה לאדוני
Id est, Narrata sunt mysteria eius, scilicet Regis Messiæ in scriptura le
gis, prophetarum, & agiographorum. In scriptura legis, Exod. 4. F
lius meus primogenitus Israel. In scriptura prophetarum, Esaiæ 52. E
ce intelligit seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur. In scriptura agio
graphorum, Psal. 110. Dixit Deus Domino meo, sede ad dextram me
am. Ex quibus quidem traditionibus palàm ostenditur, eum absq; du
bio Messiam esse, quem prædixit Dauid ad dexteram Dei sessurum
Ex quo per Ionathæ Targum manifestè concluditur, Messiam esse ue
bum Dei. Quare neque mirum est, si Dauid Messiam ipsum Domin
suum nuncupauit. CAP. Nunc igitur Deum hoc uerbum suum a
sanandum uniuersum orbem missurum fuisse, reliquum est probar
GAL. Id ex eo potissimum uideri potest, quod in commentarijs Rab
bi Ishac arama in librum Geneseos in expositione capitis quadrage
mis septimis, uel circa, ubi agitur de loco qui datus est Iacob, in qu
cõmode habitare posset, hoc modo legitur, ישלח דברו וירפאם וימלט
בשחיתותם רבי שמואל הלוי אמר דבר יהוה הוא שלוחו דבתיב הלא כה דברי
כאש נאם יהוה וזה הוא שאמר יבא דברך ובבדנוך בשיבא דבר אלהים אשר הוא
שלוחו אבכדהו אמר ר' שאול ובי לא באו הנביאים והדגנום ושפבנו דמם איך נקבל
עתה

עתה מרברו או במיח נאמין אמר ליח שירפאם ויחלט משחיחוחם ועם המוכחים
נאמינחו ונבכרחו אמר ליח למוח לא אמר ישלח דברי ויחפואבם אלא ירפאם
בעבור כי נראח לי כי חיח מרבר פרטי ענח לר אמית רברחח כי חרבור באר בולם
אבל לאקבלוחו כי אם חפרטים אשר חיו חיותר נסי שבל מן חבללות רויגים עברי
חם וזה חוא שאמור ירדרי חים באניות עושה מלאבח במים רבים חמח ראו מעשח
יחוח אוחם שבון חראוי לא חיו בכח לקבל שום רבר שבלי מצר גסוחם סבלו אמיחות
חנבואח וחמירא מצר שאיננו לרברו וזה חוא שאמור וחאמין ביו ויחשבחו לו צרקח

Hoc eſt, Mittet uerbum ſuum & ſanabit eos, & eripiet eos de plagis eorum. Rabbi Semuel Leuita ait, Verbum Dei eſt nuncius eius. De quo ſcriptum eſt, Profectò tale eſt uerbum meum, qualis eſt ignis, dixit Deus. Et hoc eſt quod dictum eſt. Veniet uerbum tuum, & honorificabimus te. Vtique cum uenerit uerbum Dei, quod eſt nuncius eius, tunc honorabimus eum. Dixit Rabbi Saul, Nónne uenerunt prophetæ, & occidimus illos, fudimusq; ſanguinem eorum? quomodo ergo nunc recipiemus uerbum eius? aut quamobrem credemus ei? Reſpondit ei Rabbi Semuel: Quoniam ſanabit eos, & eripiet eos à plagis eorum, propter hæc inquam ſigna credemus ei, & honori eum habebimus. Dixit tunc illi: Quare (precor) non dixit, Mittet uerbum ſuum & ſanabit nos: ſed dixit, & ſanabit eos? Reſpondit: Hoc ideo eſt (ut ego ſentio) quoniam loquebatur de parte, deq; aliquibus duntaxat, non autem de omnibus, quod ſignatur ſcilicet ſecundum proprietatem Hebræi ſermonis, in dictione Eos, Dixit illi. Verum certè dicis. Nam uerbum eius uenit ſanare omnes in uniuerſum, non tantum aliquos, & in parte. Verum non fuit receptum niſi ab aliquibus particularibus, qui cenſebantur inter omnes craſſioris ingenij, uiri piſcatores, exercentesq; ſe in mari. Et hoc eſt quod dictum eſt, Conſcendentes in mare nauibus, facientes opera in aquis magnis, ipſi uiderunt opus Dei. Illi profectò, ſi rectè conſideres, non uidebantur apti poſſe admittere quiequam intellectiuum, ſiue quod ad intellectum pertinet, ob ruditatem ſenſus eorum. Illi inquam receperunt ueritatem prophetiæ & uiſionis, quoniam crediderũt uerbo eius. Et hoc eſt quod ſcriptum eſt, Credidit Deo, & reputatum eſt illi ad iuſticiam. Ex quibus patet, Deum miſſurum fuiſſe uerbum ſuum, id eſt filium ſuum uerum Meſſiam, ut ſanaret uniuerſum genus humanum. Neque tamen omnes ſanandos fuiſſe, ſed eos tantummodo, qui eum recepturi, ac ei credituri eſſent, & præcipue uiri idiotæ & piſcatores, ut fuerunt apoſtoli.

Ex quo aperte concluditur, Ieſum Dominum noſtrum uerum fuiſſe uerbum Dei, uerumq; Meſſiam à patre æterno pro hominum ſalute miſſum.

Quod

Quod Iesus Nazarenus Meßias uerus, sit uerbum Dei, à patre æterno pro hominum salute missum.
Caput VI.

CAPNIO,



Conclusionem hanc uelim probares, Dominum scilicet nostrum Iesum Nazarenum uerum fuisse uerbum Dei, & consequenter uerum Messiam, à patre æterno in mundum pro hominum salute missum. GAL. Vt hoc in loco nihil ipse dicam, Libertatis (sic enim est uiro nomẽ) Comineti Hispani, nuper à Iudaismo ad fidem conuersi, uiri utiq; non solum diuinarum literarum apprime docti, uerum etiam quatuordecim linguarũ periti, uerba audi. Is enim exponens illud Psal. centesimi quadragesimiseptimi, ישלח דברו וימסם ישב רוחו יזלו מים Id est, Mittet uerbum suum, & sanabit eos, sedebit spiritus eius, & fluent aquæ. Sic ait, ישלח דברו וימסם היה לו לומר ידבר דברו ולא ישלח דברו כי בדבור הוא יותר נאית אמירה משליחות כמו שנאמר ויאמר אלהים יהי אור ויהי אור ולא אמר וישלח אלהים דברו לעשות או לברוא את האור לפי שאינו נופל לשון שליחות בלתי שליח כמו שאמר הנני שולח לכם את אליהו הנביא רוצה לומר כי האלהים היה שולח הנביאים להגיד דברו ולהראות נפלאותיו ואנחנו רואין זה גם בן מנחש הנחשת שצוה האלהים לעשותו על יד משה נביאו בדי לרפאות את ישראל בהביטם אליו כי מן הראוי היה יותר ראוי מאותם הזמנים שירפאם בדבור לבד כדי שיראו העם נפלאותיו ויאמינוהו ולא עם אותו הנחש אשר היה משים חשש בלב העם היותו מעשה בישות הנקראת היום נוגיצי האמת שאם היה מרפאם בדבור לבד היה מסיר כל החששים מלכם אבל זה שנראה לי מזה הפסוק כי דוד נבא ביאת ישוע משיח צדקנו באמרו דברו כי האמת הוא שיהיה דברו ומגיד דבריו וכמו שהדיבור אינו דבר נפרד מעצמותו כד הוא אינו נפרד מהאל וזה הוא שאמר יבא דברך וכברנך כי היה לו לומר יבא דברך וכברנוהו אלא שמראה היותו הוא יתעלה ודבורו דבר אחד כי מכבדים הדיבור מכבדים אותו ומכבדים אותו מכבדים הדיבור וחם בלתי נפרדים בעצמותם וזה הוא הדבור אשר נתנבא לבא לרפאות חולים ולהחיות מתים הדיבור והיה עצמו הדיבור כמו שנראה בישוע משיח צדקנו שרפא כמה וכמה חולים החיה את אלעזר ארבעה ימים אחרי מותו ואלו הדברים אינם נאותים כי אם לאל וסמוך לזה ישב רוחו יזלו מים ונראה שאין קישור רפואת הגופים עם גזילת המים בלל אבל תבין איך ניבא דוד האמיתות באומרו ישב ולא אמר ישיב שרוצה לומר שהאל יושיב את רוחו הקודש אצלו ולימינו אחר זה יזלו מים רוצה לומר שישארו המים הקדושים בדי להושיע את עמו והם סבת ישועתינו כמו שנאמר ושאבתם מים בששון ממעייני הישועה אשר באמצעיותם האל נדבק בנו כמו שאמר כי תעבור במים אתך אני ולא אמר בימים אלא במים שרוצה לומר מים הקדושים: Hoc est, Mittet uerbum suum, & sanabit eos. Videtur dicendum fuisse. Loquetur uerbũ suum, non autem Mittet uerbum suum. Verbo siquidem magis conuenit pronunciari & proferri, q̃ mitti, quod uidet̃ esse nuncij. Et huic rei cõgruit scriptura, quę dicit: Dixit

Dixit Deus, Sit lux: & fuit lux. Non autem dixit, Misit Deus uerbum suum ad creandam lucem: quoniam missio sine misso impleri non potest. Quapropter dictum est, Ecce mitto ad uos Eliam prophetam: innuens Deum mittere prophetas ad annunciandum uerbum suum, & ad manifestandum mirabilia sua. Propterea auget dubium æneus serpens, quem præcepit Deus fieri per manum Mosis prophetæ sui, quo sanaretur populus Israel, cũ prospexissent in eum. Rationabilius enim apparet, & conuenientius, præcipue illis temporibus, debuisse Deum uerbo curare populum, quàm serpentis aspectu, quæ res inducere poterat in suspicionem incantationis & magicæ. Et nihilominus tunc nõ sanauit uerbo. Quomodo igitur quadrat, quod dicit propheta, Mittet uerbum suum, & sanabit eos? Sed soluitur. Nam quantum ipse sentio: Dauid hoc loco uaticinatus est aduentum Iesũ Messiæ iusti nostri. Qui rectè dictus est Verbum eius. Sed ueritas est: Iesum esse uerbum Dei, esseq; nuncium uerborum Dei. Et sicut Dei uerbum non est quid distinctum ab essentia Dei, sic & Messias non est penitus distinctus à diuina substãtia. Et hoc est quod scriptum est, Veniet uerbum tuum, & honorificabimus te. Quod si esset ab eo penitus diuisum, dixisset. Et honorificabimus illud. Quibus uerbis aperte monstratur, unum & idem esse Deum, & uerbum Dei, quando pro eodem habetur: honorare & Deum, & uerbum Dei: utpote nequaquam in essentia distinctos. Et hoc est uerbum, de quo prophetatum fuit, quòd uenturum esset, ad curãdum infirmos, & ad suscitandum mortuos uerbo. Et hæc quidem omnia operaturũ erat uerbo. Cum nihilominus ipsum etiam uerbum. Quæ omnia completa sunt in Iesu Messia iusto nostro: cuius opera, penè innumerabiles infirmi curati sunt: & Lazarus à mortuis suscitatus, etiam post quartum diem mortis suæ. Et hæc soli Deo conueniunt. Congruit nostræ expositioni, quod immediate sequitur: Sedebit spiritus eius, & fluent aquæ. Et si enim nullam uideantur habere conuenientiam, sanare infirmos scilicet, & fluere aquas: est tamen uerissimus prophetę sensus. Qui etiam non absq; mysterio dixit, Sedebit spiritus eius: & non dixit, Reuertetur spiritus eius. demõstrans quòd Deus sedere facere deberet spiritum sanctum suum apud se. & subintulit, Et fluent aquæ: significans, quòd remansuræ erant aquæ sanctæ ad saluandũ populũ suũ. Quæ quidẽ aquæ, sunt causæ salutis nostræ. Quẽ admodum scriptum est, Haurietis aquas de fonte salutis. Interuentu enim aquarum sanctarum, Deus nobiscũ coniungitur. Sicut scriptum est, Cum transieris per aquas illas, ego tecum sum. Et non dixit, per aquas tantum, sed per aquas illas. Demonstrans se locutum non de quibuscunq; aquis, sed de aquis sanctis, quæ sunt aquæ baptismatis. Hæc omnia Doctor prædictus, Hebręorũ doctissimus, nuper ad ueritatem Christianę fidei cõuersus. Quibus optime probat, Iesum Nazarenum

Dominum noſtrum, fuiſſe uerum Dei uerbum, & ex conſequenti ue
rum Meſſiam, à patre æterno pro hominum ſalute miſſum. Quod co
te probandum erat.

Quod Meſſias ſit filius Dei, necnon de dictione בַּר *bar: & quid Primogenitus ſit, ſecundum ipſos Hebræos.*
Caput VI.

CAPNIO,

QVanquam ex his quæ dixiſti, Meſſiam filium Dei eſſe conſe
quens eſt. Nam ſi Meſſias ipſe uerbum Dei eſt, eundem pro
culdubio & filium Dei eſſe, neceſſe eſt. Vt tamen Iudæorum
noſtri ſeculi perfidia magis magisq; armis ſuis deuincatur, Meſſiam ip
ſum Dei filium eſſe, expreſſius per eorum ſcripturas demonſtrare de
bés. GAL. Primum aduerſus eos Pſalmus ille qui incipit, Quare fr
muerunt gentes, obijciatur. Qui à priſcis Iudæorum de Meſſia expo
nitur, Rabbi Selomone atteſtante, qui ſic de illo ait: Magiſtri noſtr
hunc Pſalmum de Meſſia expoſuerunt. In calce itaq; eiuſdem Pſal. ip
legit, נשקו בר פן יאנף ותאבדו דרך כי יבער כמעט אפו אשרי כל חוסי בו Hoc
eſt, Oſculamini filium, ne iraſcatur, & perdatis uiam. Quoniam exarde
ſcet quaſi modicum ira eius, beati omnes ſperantes in eo. Ad hoc ip
tur oſculum filij Dei ſuſcipiendum, Iudices terræ Dauid monebat. Vt
à Rabbi Abraham Auen Azra oſtenditur. Qui hoc exponens, ita ait:
נשקו בר Naſſecu bar, id eſt oſculamini filium. Ecce ſeruite Domino
contra id quod ſuprà dixerat, ſcilicet aduerſus Meſſiam eius. Expoſi
tio uerò huius dictionis בר Bar, talis eſt, qualis eius quæ eſt in pro
uerbijs, trigeſimoprimo capite. Cum dicitur מה בר בטני ומה
בר נדרי Id eſt, Quid fili mi? quid fili uteri mei, quid fili uotorum meo
rum? Et ſic ſcriptum eſt in hoc eodem Pſal. בני אתה id eſt, filius meus
es tu. Hæc idem Rabbi Abraham. In Midras quoq; tillim, id eſt in ex
poſitione Pſalmorum ſuper eiſdem uerbis ſic dicitur, נשקו בר חוא מה
דמתיב · חסד ואמת נפגשו צדק ושלום נשקו · אמר רב משל למלך שכעס על בני
המדינה ותלבו בני המדינה ופייסו את המלך שיפייס את המלך וחלר את הבן
ופייסו את אביו ביון שנתפיים לבנו חלבו בני המדינה לומר חימנון למלך אמוד לחם
לי אתם חימנון לבו ואמרוחו לבני שאלמל חוא בבר אברתי את המדינ חוי נשקו בר
Id eſt, Hoc eſt quod ſcriptum eſt Pſal. 85. Miſericordia & ueritas in
uicem obuiauerunt, iuſticia & pax oſculatæ ſunt. Dixit Rabbi, Simile
eſt hoc Regi, qui filijs ciuitatis iratus eſt. Iuerunt ergo filij ciuitatis,
& ſupplicauerunt filio Regis, ut Regem placaret. Iuit filius & placuit
patrem ſuum. Quúmque Rex per filium placatus fuiſſet, iuerunt fi
lij ciuitatis ad agendas gratias Regi. Rex autem dixit eis: Mihi uos

gratias

gratias agitis: Ite & filio meo gratias agite. Nam nisi ipse fuisset, iam ciuitatem destruxissem. Et hoc est, quod dictum est, Osculamini filium. Hucusq; traditio. HOG. Æditio nostra, Apprehendite disciplinam: hic habet. GAL. Autor nostræ æditionis æquiuocatione uocabulorum deceptus, multa longe aliter transtulit, quàm ueritas Hebraica habeat. Licet enim hęc dictio בר Bar quandoque filium, quandoque disciplinam siue doctrinam, quandoque frumentum, quandoq; purum siue mundum, quandoque electum significet. Vt diuus quoque Hieronymus sentire uidetur, dum in apologetico contra Rufinum Pammachio sic scribit: Bar apud Hebręos diuersa significat. Dicitur enim Bar filius, ut illud, Bar iona, id est filius columbę, & Barptholomęus, id est filius Ptholomęi, & Barnabas, id est filius prophetæ, & Barchinæus, & Barchisęus, & Barrabas. Triticum quoque & spinarum fasciculus, & electus, ac purus. Hæc idem Hieronymus. Hoc tamen loco Bar, non accipitur nisi pro filio, ut Rabbi Abraham prędictus in huius textus expositione accipit. Et licet Chaldæus interpres quem nunc Iudæi frequentius præ manibus habent, siue sit Rabbi Ioseph cæcus, ut aliquibus placet, siue Rabbi Akilas, ut quidam alij uolunt, bar hoc loco pro doctrina acceperit, dicens, קבילו אולפנא Hoc est, Recipite doctrinam. Rectius tamen atq; conuenientius pro filio (ut diximus) hic accipitur. Sic enim & fidei nostræ (ut uisum est) magis fauet, & ueterum expositioni (ut in traditionibus supradictis patuit) magis conuenit, ac ueritati literæ magis congruit. Quod nanq; sequitur, Ne irascatur: cum cæteris, non potest nisi soli Dei filio conuenire. Ex quo etiam patet, neque eorum interpretationem ueram esse, qui ut ueritatem effugiant, Messiæ que diuinitatem negent: hæc eadem uerba, נשקו בר nassecu bar, adorate pure, interpretantur. Osculum autem istud, quo antiquorum ecclesia osculando Dei filium, & ipsa ab eo osculari poscebat, non erat nisi eruditio atque doctrina ex proprio ore Dei proferenda, qui eis per manum Mosis legem dederat. Quamobrem (ut ueteres Talmudistæ exposuerunt) illud Cantici canticorum primo capite, dicebat, ישקני מנשיקות פיהו Id est, Osculetur me osculo oris sui. Hoc est, Osculetur me Messias filius Dei osculo oris sui: id est, ipse ore proprio instruat & erudiat me, atque oris mei tactum, cum eum de uia salutis interrogauero, non contemnat. Non iam Mosem mittat, qui linguam impeditam habebat. Non Esaiam, qui se labijs pollutum aiebat. Non Ieremiam, qui se loqui nescire dicebat, eo quòd puer esset. Sed ipse Dei filius qui patris sapientia, & uirtus est, ueniat: & ore suo me doceat. Per illud quoq; probatur Messiam esse Dei filium, quod Deus ipse sic de eo in Psalmo 89. ait: הוא יקראני אבי אתה אלי ורצור ישועתי אתה אני בכור אתנהו עליון למלכי ארץ ! Id est, Ipse uocabit me, pater meus tu, Deus meus & fortitudo salutis

meæ. Ego quōque primogenitum dabo eum, altissimum Regibus uel Regum terræ. Quod de Messia intelligendū esse, inficiari minime potest Iudaica prauitas. Cum in glossa super illud Exo. 13. cap. Sanctifica mihi omne primogenitum: Sic scriptum sit Rabbi Nathan dixisse. Dixit Mosi Deus sanctus & benedictus. Quemadmodū feci Iacob בכור Bechor, id est primogenitum, Sicut dictum est Exo. 3. Filius meus, primogenitus meus Israel. Ita ego faciam Regem Messiam primogenitum. Sicut dictum est Psal. 89. Ego primogenitum dabo eum, altissimū Regū terræ. Hæc glossa prædicta. Ex cuius fine manifeste liquet, de Messia debere intelligi dictum illud Psalmographi, quod nunc præmisimus. Ipse uocabit me pater meus tu: cum cæteris quæ dicta sunt. Ad cuius intelligentiam, notandum est: quòd dictio ista בכור Bechor, quæ primogenitus interpretatur, nullam apud Hebræos habet relationem ad alium, sed est nomen illi impositum, ante quem nullus de eodem patre, deq; eadem matre natus est. Messias itaq; in aliquo primogenitus, ut Iacob iam fuerat, secundum carnem futurus erat, id est ante quem nullus natus prius esset, hominibus datus secundum diuinitatē, quam in ipso esse, & ipsum Deum esse, necesse sit. Quare bene ait, Ego primogenitum dabo eum. In Midras quoque tillim, id est in expositione Psalmorum, super illud Psal. secundo, יהוה אמר אלי בני אתה אני היום ילדתיך Hoc est, Deus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genuite. Id idem probatur.

Quod Messias sit nomen Dei, & quòd nomen Dei sit ipse Deus. Caput VI.

CAPNIO,

QVoniam Messiæ diuinitas maxime per eius nomina patet, quæ in sacris literis ipsi imposita reperiuntur. Idcirco eum uerum Deum esse, per ipsa eadem nomina præcipue probandum est. GAL. Ante omnia igitur sciendum est, Messiam ipsum esse Dei nomen, nomenq; Dei esse Deum. Quod autem nomen Dei sit Deus, in Midras tillim clare habetur, super Psal. 23. qui sic incipit, ליהוה הארץ ומלואה Id est, Dei est terra & plenitudo eius. Ibi enim sic ad literam dicitur. Scriptum est, Ego Deus facio omnia, extendens cœlos per me, firmans uel sternens terram per eum qui mecū est. Nam מאתי meitti, est ibi scriptum, id est per eum qui mecum, uel apud me est. Scriptum quoq; est, apud Esaiam 44. cap. cum dicitur, Quis ergo fuit אתי itti, id est mecum? Nomen meum unà mecum mixtum fuit in seculi creatione. Dixit igitur Dauid coram Deo sancto & benedicto. Ex eo quòd tu cum nomine tuo creasti cœlos & terram, nomini tuo ego illa attribuam: dicens, Dei (tetragrammaton) est terra

terra & plenitudo eius. Hucusq; traditio. Vbi inter cætera, ualde consentaneum nostræ fidei est id quod de ipso nomine dicitur, quòd scilicet cum Deo in mundi creatione fuerit. Ipsum enim nomen Dei una de proprietatibus Dei est, cum qua Deus ipse mundum creauit. Neq; enim aliud est nomen hoc, quàm Dei filius siue uerbum, quo, uel per quod Deus ipse mundum è nihilo condidit. Quod in Chaldaica Rabbi Ionathæ traductione clarius exprimitur. Sic enim ipse eadem Esaiæ uerba Chaldaicè exposuit, אנא יהוה עביד כולא תליתי שמיא במימרי שבלילית ארעא בגבורתי Hoc est, Ego Deus faciens omnia, extendi cœlos uerbo meo, fundaui terram in fortitudine mea. Quod autem nomen Dei dicatur esse Messias, in Midras tillim limpidissime ostẽditur, cum super illud Psal. 18. מגדיל ישועות מלכו ועשה חסד למשיחו לדוד Id est, Magnificans saluationes Regis sui, & faciens misericordiã Messiæ suo Dauidi. Ita dicitur, בתוב אחד אמר מגדל ותאחר אמר מגדול ומיחד מגדול שנעשה לחם מלך המשיח במגדול שנאמר מגדול ישועות ובתיב מגדול עוז שם יחוח בו ירוץ צדיק ונשגב Hoc est, Vna scriptura dicit Psal. 18. מגדיל magdil, id est magnificãs. Et alia scriptura ait, 2. Reg. 22. מגדול Migdol, id est turris uel castrum. Et quod castrum, aut quæ turris facta est eis? Rex Messias, qui tanquam turris, uel castrum saluationum erit: Sicut dictum est Prouer. 18. Turris uel castrum fortitudinis nomen Dei (tetragrammaton) ad ipsum recurrit iustus, & subleuatur. Hactenus traditio. Ex qua satis aperte colligitur, nomen Dei esse Messiam. Quod in commentarijs in Genesin Rabbi Mosis Hadarsan liquidius adhuc patet, super illud cap. 41. Et dixit Pharao ad Ioseph. Et absque te non eleuabit uir, uel aliquis manum suam. Vbi cum inducitur illud Sephoniæ, Ad inuocandum nomen Dei, cum cæteris: Sic dicitur. Non est autem nomen Dei (tetragrãmaton) hic dictum, nisi rex Messias. Sicut dictum est Esaiæ 30. cap. Ecce nomen Dei (tetragrammaton) ueniens de longinquo. Et reliqua. Idem docet de patribus uel de Deo sancto & benedicto. Sicut dictum est, Ieremiæ 31 capite, A longe Deus (tetragrammaton) apparuit mihi. Hucusque traditio. Ad hoc etiam facit quod in libro Sanhedrin in capite Helec, hoc modo legitur: Dixit Rabbi Iohanan, Si uideris generationem se modicam facientem, ac procedentem, expecta Messiam. Sicut dictum est Psal. 17. Quia tu populum humilem saluabis, & oculos sublimes deijcies, uel humiliabis. Dixit quoq; Rabbi Iohanan. Si uideris generationem, super quam multæ tribulationes sint ueniẽtes, expecta Messiam, de quo dictum est Esaiæ nono cap. Et timebunt ab occidente nomen Dei (tetragrammaton) & ab ortu solis honorem, uel gloriam eius. Quia ueniet sicut fluuius tribulans. Deinde sequitur, Et ueniet ad Syon גואל Goel, id est redemptor, & conuersis ab iniquitate in Iacob, Dixit Dominus, Hæc omnia traditio. Cum igitur non sit redemptor nisi Deus.

Et Messias sit ille redemptor, ut in sequentibus dicetur, satis (ut arb
tror) affluenter & in hac, & in præcedētibus traditionibus probatu
est, Messiam esse nomen Dei, nomenq; Dei esse Deum, & consequ
ter Messiam ipsum esse Deum.

Quod Messias nomine Dei tetragrammaton uocandus erat. Caput IX.

CAPNIO,

HIc uellem probares, Messiam nomine Dei tetragrammaton
per quod ipsa diuina essentia designatur, uocandum fuisse
GAL. Ad hoc igitur probandum, primò Ieremiæ afferam
uerba, sic uigesimotertio capite, dicentis. הנה ימים באים נאם יהוה
והקימותי לדוד צמח צדיק ומלך מלך והשכיל ועשה משפט וצדקה בארץ׃
בימיו תושע יהודה וישראל ישכון לבטח׃ וזה שמו אשר יקראו יהוה צדקנו׃
Hoc est, Ecce dies uenient, dicit Deus. Et suscitabo Dauidi germen iu
stum. Et regnabit Rex, & intellige, & faciet iudicium & iusticiam i
terra. In diebus eius saluabitur Iuda, & Israel habitabit ad fiduciam. E
hoc est nomen eius, quod uocabunt eum. Deus (tetragrammaton) iu
stus noster. Hanc prophetiam de Messia intelligi, Iudæi negare no
possunt. Tum, quia prisci Talmudistæ ipsam de Messia exponũt. Tu
etiam propter Chaldaicam translationem, quæ patenter de Messia lo
quitur. In qua quidem prophetia non solum duplex Messiæ natur
exprimitur, diuina & humana. Verum ipsum quoq; Messiam nomin
Dei tetragrammaton uocãdum fuisse, aperte ostenditur, cum dicitur
Et hoc est nomen eius, quo uocabunt eum, Deus (tetragrammaton)
iustus noster. CAP. Iudæi nostri temporis aiunt, Ieremiam hic no
uocabunt, ut nos habemus, sed uocabit, dixisse. Quare sensum horum
uerborum hunc esse asserunt. Hoc est nomen eius, qui uocabit eum (si
licet Messiam), Deus iustus noster. GAL. Mentiuntur plane. Fallo
punctando literam corrumpere nituntur. Nam de יִקְרָאוּ ycreu, quod
uocabunt significat, facere uolunt יִקְרָא yicra, quod idem est, quod
uocabit. Sed eos manifeste falsarios esse, per omnes pene priscorum
suorum scripturas euidentissime patet. Et primum per septuaginta in
terpretes, qui hunc locum ita prorsus traduxerunt, ut æditio nostra ha
bet. Deinde per Targum Rabbi Ionathæ, qui sic eadem uerba in Chal
dæum uertit, הא יומין אתן אמר יהוה ואקים לדוד משיחה רצדקא Id est, Ecce
dies ueniẽt, dicit Deus. Et statuam Dauidi Messiam iustum. Et poste
subdit וזה שמו אשר יקרא יהוה צדקנו Id est, Et hoc est nomen eius
quod ipsi appellabunt eum, Deus (tetragrammaton) iustus noster.
Eorum quoque falsitatem non parum refellit idem propheta, cum
rursus, capite trigesimo tertio ait: הנה ימים באים נאם יהוה וחקימתי את
הדבר

הדבר הטוב אשר דברתי אל בית ישראל ועל בית יהודה בימים ההם ובעת ההיא
אצמיח לדוד צמח צדקה ומלך מלך והשכיל ועשה משפט וצדקה בארץ בימים
ההם תושע יהודה וירושלם תשכן לבטח וזה אשר יקרא לה יהוה צדקנו

Hoc eſt, Ecce dies uenient, dicit Deus. Et ſtatuam uerbum bonum, quod locutus ſum ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Iuda. In diebus illis, & in tempore illo geminare faciam Dauidi germen iuſticiæ. Et regnabit Rex, & intelliget, & faciet iudicium & iuſtitiam in terra. In diebus illis ſaluabitur Iuda, & Iſrael habitabit ad fiduciam. Et hic eſt qui uocabit eam Deus (tetragrammaton) iuſtus noſter. Quæ Rabbi Ionathas Vzielis filius ita Chaldaicè exponit, ביומיא ההינון ובעידנא ההיא אקים לדוד משיח דצדקא Id eſt, In diebus illis & in tempore illo ſtatuam Dauidi Meſſiam iuſtum. Deinde ſubiungit, וזה שמו אשר יקראו יהוה צדקנו Id eſt, Et hoc eſt nomen eius quod ipſi dicent ei, uel uocabunt eum, Deus (tetragrammaton) Iuſtus noſter. Cum ergo ipſa eadem uerba (ut per Targum oſtenſum eſt) de Meſſia dicta ſint, de ipſo quoque & illud intelligi oportet. Et hic eſt, qui uocabit eam Deus iuſtus noſter. CAP. Ad quid igitur refertur pronomen illud fœmininum לה id eſt eam, quod ibi interponitur. Sic enim dicitur, Et hic eſt qui uocabit eam, Deus iuſtus noſter. GAL. Ad illud in eiſdem uerbis præcedens, ad domum ſcilicet Iuda & ad domum Iſrael, hoc eſt ad gentem Iudaicam, ad quam Meſſias primum mittendus erat. Iuxta illud Eſaiæ quadrageſimo primo capite, ראשון לציון הנה הנם ולירושלם מבשר אתן Hoc eſt, Primus ad Sion, ecce ecce ad eos, & ad Ieruſalem annunciationem dabo. Gloſſa Rabbi Selomonis. Dixit Ionathan. Verba conſolationis quæ ad Sion prophetæ antiquitus prophetarunt, ecce uenerunt. Et propter iſtam Targum, id eſt Chaldaicam translationem tota hæc materia de Meſſia loquitur. Hęc Rabbi Selomo. Per cæteros denique ueteres Iudæorum Doctores patet quoque propoſitum. Legitur enim hoc modo in איכה רבתי Echa rabbethi, id eſt in expoſitione ſuper planctum Ieremiæ, ſuper illud Trenorum primo, Quia elongatus eſt à me conſolator, conuertens animam meam. Quod eſt nomen Meſſiæ? Rabbi Abba dixit. Deus (tetragrammaton) eſt nomen eius. Sicut dictum eſt Ieremiæ uigeſimo tertio capite, Hoc eſt nomen eius, quo uocabunt eum, Deus (tetragrammaton) iuſtus noſter. Dixit nanque Rabbi Leui: Fœlix ciuitas, cuius nomen eſt, ſicut nomen Regis ſui. Sicut ſcriptum eſt Ezechielis ultimo capite, Et nomen ciuitatis ex die, Deus (tetragrammaton) ibi. Et nomen regis ſui, ſicut nomen Dei ſui. Vt dictum eſt, Et hoc eſt nomen eius, quo uocabunt eum, Deus iuſtus noſter. Hæc traditio, Id idem etiam per illud relatu digniſſimum, efficaciſſime oſtenditur, quod in Midras tillim ſuper Pſalmum uigeſimum, hoc modo legitur:

למנצח מזמור לדוד : יהוה בעזך ישמח מלך ובישועתך מה יגל מאד :

Hoc eſt: Victori, uel Ad uictoriam, Pſal. Dauid. Deus in fortitudine
tua lætabitur Rex, & in ſaluatione tua quàm uehementer exultabit
שאמר חבתוב והיה ביום ההוא שורש ישי אשר עומד לנס עמים אליו גוים
ירושו: אמר רבי חנינא אין מלך המשיח בא אלא ליתן לאומות העולם מצוות
סוכה ולולב והפילין ולמוה בשביל אליו גוים ירדושו אבל ישראל למדין תורה
חסדוש ברוך הוא שנאמר כל בניך למודי יהוה רבי חנינא בשם רבי אחא אמר
והיתה מנוחתו כבוד שהוא נותן למלך המשיח מן הכבוד של מעלה חוי בעוד
שמח מלך רבר אחר יהוה בעוז ישמח מלך אמר רבי חימן מי הוא זה מלך הכבוד
יהוה צבאות הוא מלך הכבוד סלה שנו רבותינו מלך בשר ודם אין רוכבין על סוסי
אין רושבין על בסאי ואין משתמשין בשרביטו ומשה רבינו נשתמש בשרביטו
של הקדוש ברוך הוא שנאמר ויקח משה את מטה האלהים ואליהו רכב על
סוסי דמה הוא סוסו של הקדוש ברוך הוא סופה וסער ובתיב באליהו ויעל אליהו
בסערה השמים מלך בשר ודם אין לובשין עטרה שלו והקדוש ברוך הוא נתנה
למלך המשיח שנאמר תשית לראשו עטרת פז מלך בשר ודם אין לובשין פרפוריא
שלו והקדוש ברוך הוא נתן פורפירא שלו למלך המשיח ומה הוא חור והדר
בשתי ובמלך המשיח כתוב חור והדר השוה עליו מלך בשר ודם אין יושבין על
כסאו דשלמה ישב על כסאו שנאמר וישב שלמה על כסא יהוה מלך בשר ודם
אין קוראין לסנן שלו בשמו הקדוש ברוך הוא קרא למשה בשמו שנאמר ראה
נתתיך אלהים לפרעה ובן ישראל אני אמרתי אלהים אתם וקראן קדושים שנאמר
קדושים תהיו כי קדוש אני יהוה ובתיב כי עם קדוש אתה וקורא למלך המשיח על
שמו ומה יהוה איש מלחמה ובמלך המשיח הוה שמו אשר יקראו יהוה צדקנו
ירושלים נקראת על שמו שנאמר ושם העיר יהוה שמה Id eſt, Hoc eſt
quod ſcriptum eſt Eſaiæ 11. cap. Et erit in die illa radix Iſſai, qui ſtabit in
ſignum populorum. Dixit Rabbi Hanina. Non eſt Rex Meſſias uen-
turus, niſi ad dandum præcepta gentibus. Vt ſunt caſula, palma & phy-
lacteria. Et quare? Quia propterea dictum eſt Eſaiæ 2. ad eum gẽtes ite
debũt. Iſrael autem addiſcent legem à Deo ſancto & benedicto. Sicut
dictum eſt, Eſaiæ 54. cap. Et omnes filij tui erunt docti à Deo. Rabbi
Hanina in nomine Rabbi Aha dixit, Quid eſt quod ſtatim ſequitur
והיתה מנחתו כבוד Id eſt, Et erit requies eius honor uel gloria? Quia ipſe
ſe Deus ſanctus & benedictus tribuet Regi Meſſiæ de gloria uel ho-
nore ſuperno. Et hoc eſt, Deus in uirtute tua lætabitur Rex. Alia ex-
poſitio, Deus in uirtute tua lætabitur Rex. Dixit rabbi Haman. Quis
eſt iſte Rex gloriæ? Deus exercituum ipſe eſt Rex gloriæ סלה Sela, id
eſt iugiter, uel in æternum. Tradiderunt magiſtri noſtri, quòd Regis
carnis & ſanguinis currum nullus aſcendit, & nullus inſuper ſedet lo-
per ſellam eius, nec aliquis utitur ſceptro eius. Moſes autem magiſter
noſter uſus eſt ſceptro Dei ſancti & benedicti. Sicut ſcriptum eſt, Et
accepit Moſes uirgam Dei. Elias quoque curru eius uectus eſt. Et quis
eſt currus Dei ſancti & benedicti? Ventus nimirum & turbo. De Elia
nãq; ſcriptũ eſt, Et aſcẽdit Elias per turbinẽ in cœlũ. Regis carnis & ſan-
guinis corona nullus utitur, Deus autẽ ſanctus & benedictus dedit eã
Regi Meſſiæ. Sicut dictum eſt, Pones capiti eius coronam auri & gem-
marum.

marum. Regis carnis & sanguinis purpura nemo uestitur. Et quæ est illa? Confessio, seu autoritas, seu reuerentia, seu laus, & decor. Sicut dictum est Psal. 104. Confessionẽ & decorem induisti. Et de rege Messia scriptum est, Psal. 20. Laudem uel confessionem, & decorem pones super eum. Super thronum Regis carnis & sanguinis nullus sedet. Salomo autem sedit super thronum eius, sicut scriptum est, Et sedit Salomo super thronum Dei. Regis carnis & sanguinis subditorum nullus uocatur nomine ipsius. Deus autẽ sanctus & benedictus uocauit Mosem nomine suo. Sicut dictum est Exo. 7. Vide, dedi te Deum Pharaoni. Et similiter Israelem. Sicut dictum est Psal. 28. Ego dixi dij estis uos, Et uocabimini sancti. Sicut dictum est, Sancti eritis, quoniam sanctus sum ego Deus. Et scriptum est, Quoniã populus sanctus est. Vocauit autem Regem Messiã nomine suo. Et quod nomen eius? Deus (tetragrammaton) uir pugnæ. Et de rege Messia scriptum est Iere. 23. Et hoc est nomen eius quo uocabunt eum, Deus (tetragrãmaton) iustus noster. Et Ierusalem quoq; uocata est nomine eius. Sicut dictum est Ezec. ultimo, Et nomen ciuitatis à die Deus (tetragrãmaton) ibi. Hactenus traditio. Ex qua non solum abunde & clare habetur: Messiam nomine Dei tetragrammaton uocandum fuisse, sed multa etiam admodũ pulchra colliguntur. Cum nemo igitur nisi Deus nomine Dei tetragrãmaton uocari possit, & Messias ipse hoc nomine ab ipso Deo uocatus sit, ut hic patuit. Cõsequens est, Messiam ipsum Deum esse. Alioqui falso eum hoc nomine Deus uocasset, aut uocari mandasset, quod nefas est uel cogitare. CAP. Iudæi nostri seculi consequentiã hanc irritam facere conantur, dicentes, non Messiam tantummodo, uerum etiam Mosem & Israel, ac Vrbem Ierosolimam nomine Dei uocatam inueniri, ut ipsemet traditiones per te nunc inductæ aperte ostendunt. Qua ex re inferunt. Non propterea Messiam Deum esse probari posse, quòd nomine Dei tetragrãmaton appellatus reperiatur. Cum nec Mosem, nec Israel, nec ipsam Ierusalem Deos quisquam ideo diceret, quia nomine Dei nuncupari inueniant. GAL. Nolunt rectè attendere (tantũ fallere cupiunt) quòd ut in eisdem traditionibus patet, nec Moses, nec Israel, uocati sunt hoc nomine Dei tetragrãmaton, quo solus Deus, ac Messias duntaxat uocati sunt. Nec aliquis usquam inuenitur sub ea forma hoc nomine uocatus, qua Deus ipse, & Messias uocantur. Sed alio quodam nomine quod אלהים Elohim dicitur, quodq; non modo ad Mosem, & ad cæteros Israelitas: sed etiam ad angelos, immo & ad dæmones & ad idola sæpenumero extensum reperitur. Vt est illud Psal. 95. כל אלהי העמים אלילים Hoc est, Omnes Elohe, id est dij populorũ dæmonia, uel idola. Legitur quoq; in Gen. 35. cap. Iacob domui suæ & omnibus qui cũ eo erãt dixisse. Auferte אלהים Elohim. i. deos alienos, qui sunt in medio uestri. Alia huius generis pene innumera in ueteri

testamento

teſtamento comperiuntur. De Ieruſalem autem quam ex iunioribus Rabbi Iudas nomine Dei tetragrammaton: ſicut Meſſiam eius Regē, uocari aſſerit. Dico Ieruſalem quidem non terrenam, ſed cœleſtem, & longe aliter quàm Meſſiam, hoc nomine nuncupari. Cum enim de Meſſia nomen hoc dicitur, cum תואר toar, id eſt cum adiectiuo iuſtus dicitur, eoq; modo ac forma, qua frequentius de Deo dicitur. Vt in eo Pſal. 129. dicto יהוה צדיק קצץ עבות רשעים Id eſt, Deus (tetragrammaton) iuſtus abſcindet uincula impiorum. Item in primo Tren. cap. צדיק הוא יהוה כי פיהו מריתי Hoc eſt, Iuſtus Deus (tetragrammaton) quia os eius amaricaui. Et hic loquendi modus proprie eius eſt, qui uult cuiuſcunque rei eſſentiam, qualitatem, ac ueritatem dare intelligi. Cum nomina rebus cōſona eſſe debeant. Cum autem de Ieruſalem ſuperna dicitur, non cum תואר toar, id eſt adiectiuo, ſed cum aduerbio locali שמה ſamma, id eſt ibi dicitur: per quod quidem aperte demonſtratur, non ipſam ciuitatem Deum eſſe, ſed in ea Deum ipſum per glorificationem exiſtere. Et ſic patet tunc, nomen ipſum rei conſonum eſſe. Qui quidem loquendi modus apud eos eſſe conſueuit, qui filios ſuos Deusdedit, Deuſaluet, & cætera huius generis uocare ſolent. Nemo tamē eſſet adeo demens, qui filium ſuum Deum cum תואר toar, id eſt cum adiectiuo uocaret, Vt Deum iuſtum, uel Deum ſanctum, uel Deum ſuum, & alia huiuſmodi. Per hunc enim modum ipſum Deum eſſe manifeſte perpenderet. Quod ualde impium eſſe, nemo ambigere. Cum igitur Deus Meſſiam nomine ſuo hoc modo uocauerit, ac ipſum ſic nominandū eſſe decreuerit, ut iam probatum eſt, Meſſiam proculdubio Deum eſſe, neceſſario conſequens eſt. Alioqui cum nomina conſona rebus eſſe debeant, falſo eum nomine ſibi proprio uocandum iuſſiſſet. Quod de Deo nefandiſſimum eſt cogitare, nedum dicere. CAP. In libro בבא בתרא Baua Bathra, in cap. quod incipit המוכר את הספינה Hammocher eth haſſefina, Id eſt, Vendens nauem. Sic memini me legiſſe. Dixit Rabbi Ionathan, Tres uocati ſunt nomine Dei ſancti & benedicti. Hi autem ſunt iuſti, Meſſias, & Ieruſalem. Et iuſti quidem, ſicut dicuntur, hoc eſt, Sicut Deus dicitur iuſtus, ita & ipſi iuſti dicuntur, ac ſic nomine Dei uocantur. Meſſias uerò nomine Dei appellatur. Sicut dictum eſt Ierem. 23. cap. Et hoc eſt nomen eius quo uocabunt eum, Deus iuſtus noſter. Ieruſalem autem nomine Dei quoque uocata eſt. Sicut ſcriptum eſt, Ezechielis ultimo capite, Et nomen ciuitatis ex die, Deus (tetragrammaton) שמה ſamma. Nec legas שמה ſamma, id eſt ibi: ſed שמה ſema, quod nomen eius ſignificat. GAL. Rabbi iſte, ut lumen diuinitatis Meſſiæ extingueret, ſacræ ſcripturæ textum falſificare non horruit. Sed tanta eſt fallitatis eius impudentia, ut in hoc Iudæi ei obtemperare penitus abnuant. Cum nemo prorſus eo in loco שמה ſema, id eſt nomen eius legat, ut

ipſe

ipſe legendum dicit. Sed שמה ſamma, id eſt ibi (ut ſcriptum eſt) omnes fere legant. Sic enim in Ezechielis ultimo cap. hactenus ſcriptum reperitur ושם העיר מיום יהוה שמה Id eſt, Et nomen ciuitatis ex die, Deus (tetragrammaton) שמה ſamma, id eſt ibi. Ex quo patet, quòd שָׁמָּה quod ibi ſignificat, & non שֵׁמָה ſema, id eſt nomen eius, ibidem ſcriptum eſſe. Quod in trãslatione Chaldaica Ionathæ manifeſte oſtenditur. Quæ ſic ait, ושמא דקרתא מפרש מיומא דשרי שביניתיה יהוה תמן Hoc eſt, Et nomen ciuitatis exponent à die, quo poſuit Deus diuinitatem ſuam ibi. Vbi gloſſa Rabbi Selomonis ſic ait: Quaſi dicat, Non uocabitur, uel non dicetur ei nomen, niſi nomen primum, quod fuit ei ex die, quo Abraham filium ſuum Ishac ligauit. Nomen enim quo eam uocauit fuit יראה yere, id eſt uidebit, & ipſa uocabatur שלם Salem. Ecce Ieruſalẽ. Hæc Rabbi Selomo. Ex quo palàm liquet, quòd Ieruſalem nunquam uocata eſt, nec unquam uocabitur nomine Dei tetragrammaton. Ad huius autem confirmationem id quod in Midraſtillim ſuper Pſal. 76. ſcriptum eſt, adducam. Ibi enim ſic ad uerbum legitur ſuper illud, Et fuit Salem tabernaculũ eius. Tu reperis domũ ſanctuarij uocatam fuiſſe Salem, Sicut ſcriptum eſt. Gen. 14. cap. Et ipſe eſt Sem filius Noæ. Sicut dictũ eſt Gen. 14. Et ipſe ſacerdos Dei altiſſimi. Et rurſus Gen. 9. Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem. Habitauit enim Deus in tabernaculo eius, in quo miniſtrabat ei. Ecce hic eſt Sem. Abraham autem uocauit domum ſanctuarij יראה yere, id eſt uideat, uel uidebit. Sicut dictum eſt Gen. 22. ca. Quid eſt Dominus uideat? Dixit Abraham, Domine ſeculi ſit dies iſte memorabilis corãte. Habeo enim quid poſſem tibi reſpondere. Heri enim uel nuper dixiſti mihi. In Ishac uocabitur tibi ſemen, Gen. 21. cap. Et nunc dicis, Accipe filium tuũ? Gen. 22. Cum ergo filij mei ad hanc ſententiã uenerint, memorare obſecro eis diem hunc, & illumina ſuper eos faciem tuam. Dixit Deus ſanctus & benedictus. Quomodo ergo uocabo ipſum locum? Si enim uocauero eum, ſicut ille qui dixit Salẽ, delebo uerba amici mei Abrahæ, qui illum יראה Yire. i. uideat uel uidebit, uocauit. Si autem uocauero ipſum יראה Yire, caſſabo nomen iuſti. Quid ergo fecit Deus ſanctus & benedictus? Miſcuit ea, quibus ambo locum illum uocauerant, & ipſum Ieruſalẽ uocauit. Hucuſq; traditio. Ex qua patet pro poſitũ. CAP. Recentiores Iudęorũ his nõ contenti (adhuc enim in ſua perfidia obſtinatius ſolito perſiſtunt) aiunt: alia multa præter Meſſiã nomine Dei tetragrãmaton uocata in ſacris literis inueniri. De quibus unũ illud eſſe dicũt, de quo in lib. Gen. 22. ויקרא אברהם שם המקום ההוא יהוה יראה. i. Et uocauit Abrahã nomẽ loci illius Deus (tetragrãmatõ) uideat uel uidebit. Alterũ uerò eſt altare, de quo Exo. 17. ca. ſic legitur, ויבן משה מזבח ויקרא שמו יהוה ניסי Hoc eſt, Et ædificauit Moſes altare, & uocauit nomẽ eius Deus (tetragrãmaton) ſignũ meũ. Altare p̃terea quod

quod Gedeon extruxit, Deum (tetragrammaton) pacis appellauit. Vt habetur Iudicum 6. cap. Ex omnibus his Iudæi iuniores astruere conãtur, non Messiam tantum: sed aras etiam, quæ sunt res inanimatæ, nomine Dei tetragrammaton uocari. GAL. Si diligenter ea quæ paulo ante diximus, animaduertere uellent: nugas istas minime dicerent. Ex ipsis enim sufficientem ad hæc omnia, atq; ad alia, siqua sunt huius generis, respõsionem haberent. Sed cum iam ulterius quò erumpant, non habeant: instar uulpium, ad foueam, de qua expulsi fuerunt, iterum fugiunt. Vt igitur gloriosior de eis habeatur triumphus: scripturis eorum, quasi proprio gladio de ipsorum manibus uiolenter arrepto, eorum nequitias iugulantes, ad uniuersa hæc particulatim respondebimus. Ad primum itaq; & si per ea, quæ paulò superius de Ierusalem dicta sunt, satis responderi possit, ut tamen specialis detur responsio, expositionem Chaldaicam Rabbi Anckelos adducam. Quæ super illud Geneseos uigesimosecundo capite, Et uocauit Abraham nomen loci illius, Deus uideat uel uidebit. Sic ait ופלח אברם באתרא ההיא ואמר קדם יהוה ברין יפלח לדריהון Id est, Et coluit, atq; adorauit Abrahã in loco illo, & ait coram Deo, Hic erunt colentes te, uel seruientes tibi generationes. Ex hac ergo Targum manifeste apparet, nequaquã Abraham locum illum nomine Dei tetragrãmaton uocasse. Ad secundum autem, primò itidem per Targum respondetur. Nam uerba illa Exodecimoseptimo capite. Et ædificauit Moses altare, & uocauit nomen eius Deus (tetragrammaton) signum meum: Sic idem Rabbi Ankelos exponit. ובנא משה מדבחא ופלח עלוהי קדם יהוה על דעבד ליה ניסין Hoc est, Et ædificauit Moses, & coluit, uel seruiuit, id est sacrificauit super illud coram Deo, qui fecit ei signa. Ex hac ergo Chaldaica expositione liquidò patet, altare illud minime à Mose nomine Dei tetragrammaton nuncupatum fuisse. Deinde id ipsum per glossam quæ in libro מכילתא Mechilta, super eadem uerba ponitur, aperte probatur. Sic enim ait, Et ædificauit Moses altare, & uocauit nomen eius Deus, signum meum. Dixit Rabbi אלעאי המקום Elai Hammakom, id est Deus uocauit illud, scilicet altare, ניסי Nisi, id est signum meum. Hac huius Rabbi expositione, nihil apud eos inuenitur efficacius, ad refellenda eorum dicta, qui altaria prædicta, ac alia loca uolunt in nomine Dei tetragrãmaton, cum Messia inuoluere. Et si sit, qui intelligat, modus quo Rabbi iste uerba ipsa punctat, ad uniuersa alia eorum obiecta, euidens potest esse responsio. Ad tertium deniq; potest per Targum etiam responderi. Quæ uerba illa Iudicum 6. Et ædificauit ibi Gedeon altare domino, & uocauit illud Deum (tetragrammaton) pacis. Ita Chaldaicè traducit, atq; exponit, Et ædificauit ibi Gedeon altare domino, & seruiuit, id est sacrificauit super illud coram Deo (tetragrãmaton) qui fecit ei pacem. Targum igitur ista palàm ostendit, altare illud

nomine

nomine Dei tetragrammaton minime fuisse uocatum. Quod non minus manifeste uidetur, ex eo quod habetur in procœmio expositionis planctus Ieremiæ, quæ איכה רבתי Echa rabbethi dicitur. Ibi enim legitur Rabbi חייא Hiya ita dixisse. Illicitum est homini interrogare proximum, uel amicum suum in loco immundo, quando scilicet persoluit, quæ natura requirit. Non enim tunc salutandus est, neq; ab eo quærendum, quomodo sit sibi, & utrum pacem habeat. Et unde probatio? Ex eo quod scriptum est Iudicum sexto, Et ædificauit ibi Gedeon altare Domino, & uocauit illud Deus pacem. Si ergo altare quod neque comedit, neque bibit, neque odorat, neque loquitur, neque fuit extructum, nisi ad propitiandum Israeli, uocatū est pax. Quanto magis ille qui pacem diligit, & pacem mittit inter Israel & patrem eorum, qui est in cœlis. Hæc ibi. Quod autem Messias qui pacem inter Deum & homines positurus erat, pax uocandus esset, habetur in eodem procœmio planctus Ieremiæ ex uerbis Rabbi Iosæ Galilæi sic dicentis, Etiam nomen Messiæ uocatum est שלום Salom, id est pax. Sicut dictum est Esaiæ nono capite, Pater æternus, uel æternitatis, Princeps, pax. Hæc ille. Textus ergo ille prædictus libri Iudicum, ut ex præmissis patuit, non est interpretandus, ut in Iudæorum obiectione interpretatus est. Sed altero horum modorum: aut scilicet sic, Et ædificauit ibi Gedeon altare Domino, & uocauit illud Deus pacem, ut in antedicta traditione apparuit. Aut sic, Et appellauit illud Domini pacem, ut nostra æditio habet. Vterque enim modus magis ueritati consonat, iuxta præmissas ueterum Talmudistarum expositiones. Ex dictis igitur clarissimè constat, quòd non obstantibus Iudæorum recentiorum calumnijs, nihil præter Deum ipsum, & Messiam, nomine Dei tetragrammaton uocatum inueniri. Ex quo Messiam ipsum Deum esse manifestè patet, cum huiusmodi nomen soli Deo conueniat. Hinc neque mirum est, si Messiam ipsum nomen Dei tetragrammaton esse, nonnunquam sacræ literæ enunciant.

Messias, Pax uocandus erat.

Quòd Messias sit nomen Dei tetragrammaton.
Caput X.

CAPNIO,

ID quod postremò dixisti, Messiam scilicet nomen ipsum dei tetragrammaton, siue quatuor literarum esse, uellem ego autoritate diuinæ scripturæ, iuxta priscorum Talmudistarum expositiones, nunc probares. GAL. Quod igitur nomen Dei tetragrammaton sit ipse Messias, per illud euidentissime ostenditur, quod Esaiæ uigesimo octauo capite, sic dicitur, ביום ההוא יהיה יחות צבאות לעטרת צבי ולצפירת תפארת לשאר עמו Hoc est, In die illa

erit Deus (tetragrammaton) exercituum ad dyadema gaudij, uel honoris, uel decoris, & ad sertum ornatus, uel exultationis residuo populi sui. Hæc enim uerba Rabbi Ionathan Vzielis filius in Chaldæum uertens, ita exposuit, בעידנא ההיא יהי משיחא דיי צבאות לבליל דחדוה ולבתרא דתושבחתא לשארה דעמיה Id est, In tempore illo erit Messias Deus (tetragrammaton) exercituum ad dyadema gaudij, & ad sertum exultationis uel laudis residuo populi sui. Vbi ergo Esaias posuit nomen Dei tetragrammaton, quod est יהוה ibi Rabbi Ionathan משיחא messiha, quod est Messias, transtulit. Quare Messiam esse nomen Dei tetragrammaton, palam est. In Beressith quoq; קצרה kezara, id est in expositione abbreuiata super Genesim, super illud Gene. 49. capite, לא יסור שבט מיהודה ומחקק מבין רגליו עד כי יבא שילה Hoc est, Non recedet sceptrum de Iuda, & legislator de medio pedum eius, donec ueniat שילה Silo, id est Messias. Ita dicitur, Hi sunt sedentes יעבץ Yabbez, id est docentes, הלכות halachoth, id est sententias in Sanhedrin magna, quæ sedet in לשכת הגזית lischath hagazith, id est in consistorio dolato in parte Iudæ. De quibus dictum est primo libro Paralipomenôn secundo capite, Et familiæ scribarum sedentes יעבץ Yabbez. Donec ueniat Silo, id est Messias. Quia futurum est, ut gentes seculi deferant munus Messiæ filio Dauid. Sicut dictum est Esaiæ decimo octauo capite, In tempore illo deferetur munus Deo (tetragrammaton) exercituum. Hucusq; Beressith prædicta. Cum igitur munus quod Deo nomine tetragrammaton scripto, deferendum Esaias prædixit, traditio ista Messiæ filio Dauid offerendum exposuerit, sequitur plane ex hoc, Messiam ipsum nomẽ Dei tetragrammaton esse. Quod erat probandum. Hoc idem præterea per illud Esaiæ octauo capite, optime probatur, sic dicentis את יהוה צבאות אותו תקדישו והוא מוראכם והוא מעריצכם והיה למקדש ולאבן נגת ולצור מבשול לשני בתי ישראל לפח ולמוקש ליושב ירושלם : ובשלו בסרבים ונפלו ונשברו ונקשו ונלכדו : צור תעודה התום תורה בלמדי והביתי ליהוה המסתיר פניו מבית יעקב וקיויתי לו : Hoc est, Deum (tetragrammaton) exercituum ipsum sanctificate. Et ipse pauor uester, & ipse terror uester. Et erit ad sanctificationem, uel præparationem, & ad lapidem offensionis & ad petram ruinę duabus domibus Israel. In laqueum & illaqueationem habitanti Ierusalem. Et offendent in eis multi, & cadent, & conterentur, & illaqueabuntur, & capientur. Liga testificationem, sigilla legem in doctis meis. Et expectabo Deum occultantem faciem suam à domo uel familia Iacob, & sperabo in eum. Super quibus quidem uerbis filij Rabbi הייא Hiya ita dixerunt (Vt legitur in libro Sanhedrin, in capite, quod incipit אחד דיני ממונות Id est, Vnum iudiciorũ diuitiarũ) Non ueniet filius Dauid, id est Messias, donec finiantur, uel deleantur duæ domus patrum de Israel, quæ sunt caput captiuitatis Babylonis, & נשיא Nassi, id est

ſi,id eſt princeps qui eſt in terra Iſrael. Sicut dictum eſt Eſa.8.capite, Et erit ad ſanctificationem,& ad lapidem offenſionis,& ad partem ruinæ duabus domibus Iſrael. Si igitur uerba illa Eſaiæ,Deũ tetragrammatõ exercituũ ipſum ſanctificate: cum reliquis,traditio iſta de Meſſia quem Iudæi filium Dauid uocant,intelligẽda aſſerit. Vbi & Rabbi Selomo, Saluator Iſrael ponit. Cõſequens profecto eſt,Meſſiam ipſum nomen Dei tetragrãmaton eſſe,uerumq; Deum ac ſaluatorem Iſrael,cum nomen iſtud tetragrammaton nulli puræ creaturæ competere poſſit. Si quidem de eo nomine ſic Deum ipſum dixiſſe, Exodi 6.cap.legimus, וידבר אלהים אל משה ויאמר אליו אני יהוה ׃ וארא אל אברהם אל יצחק ואל יעקב באל שדי ושמי יהוה לא נודעתי להם Hoc eſt,Et locutus eſt Deus ad Moſem,& dixit ad eum,Ego יהוה id eſt,Deus(tetragrammaton) & apparui Abrahæ,Ishac & Iacob in Deo שדי Saddai, id eſt omnipotente,& nomen יהוה id eſt,Deus(tetragrammaton) non notificaui eis. Vbi gloſſa Rabbi Selomonis ait,Non notificaui eis in proprietate ſcilicet uera quæ in me eſt. Per ea igitur quæ in iſto capite dicta ſunt,habes mi Capnio ſatis(ut arbitror)abunde atque aperte,ex ſacræ ueteris paginæ teſtimonijs,ſecundum doctorum Hebręorum gloſſas atq; expoſitiones,Meſſiam eſſe ipſum nomen Dei tetragrammaton.

Quòd nomen Dei tetragrammaton ſecundum totum Meſſiæ eſſe, illi conueniat. Caput XI.

CAPNIO,

MEſſiam nomine Dei tetragrammaton uocãdum fuiſſe,eumq; nomen ipſum eſſe,ac idem nomen ſecundum diuinitatem illi conuenire,optime probaſti. Quia igitur Meſſias non eſt niſi quoddam ex filij Dei perſona,& utraq; natura aggregatum. Ideo non ab re ſcire uelim,an nomen hoc tetragrammaton ipſi Meſſiæ ſecundũ totum ſuum eſſe conueniat,tam ſcilicet ſecundum ambas naturas,diuinam inquam & humanam, quæ ab una ipſius Meſſiæ ſuſtentantur perſona,quàm ſecundum tres ſubſtantias,quas unus & idem Meſſias in ſe ipſo abſq; confuſione unitas continet,uerbum uidelicet Dei,animam rationalem,& corpus humanum. GAL. Ita prorſus, Quemadmodum enim tres huius nominis literæ priores ſcilicet י iod ה he ו uau,tres in Deo מידות middoth, id eſt proprietates, ſiue perſonas ab inuicem diſtinctas eſſe,deſignant ex ſua diuerſitate,quam tam in figura quàm in nomine habent. Vna uerò earum ſcilicet ה he, quæ eſt in calce eiuſdem nominis,ac in principio & fine huius nominis יהויה Haiuya,quod idem eſt quod eſſentia,indicat tres perſonas diuinas unam eſſe eſſentiam. Quare non ſunt tres Dij, ſed unus Deus,ut ſuprà latiſſime oſtenſum eſt. Ita quoque haud inconuenienter dici poteſt,

Literæ nominis Dei tetragrammaton quod ſignificant.

quòd ex eo quòd hoc in nomine tres sunt literæ, primo tam in sono quàm in figura ab inuicem differentes, scilicet י iod ה he ו uau, deinde una earum scilicet ה he, denuo in fine ipsius nominis ponitur, quæ ipsum consumat & perficit, aperte innuitur, quòd cum nomen ipsum de Messia dicitur, tres substantiæ quæ in eo sunt ab inuicem differentes, corpus scilicet humanum, anima rationalis, & diuinitas ipsa: ita sunt ad inuicem copulatæ atque unitæ, quòd licet duæ earum priores ipsi tertiæ uniantur, non tamen in Messia Deus & homo sunt duę personæ, sed una tantum: nec duo Messiæ, sed unus duntaxat. Sicut enim tres diuersæ literæ supradictæ unum gloriosum Dei nomen efficiunt: sic tria hæc, corpus anima & uerbum Dei, unum faciunt Messiam siue Christum. Nam & si duæ sint in Christo naturæ, quarum una quidem diuina est, qua patri cõsubstantialis est, & coæternus, atq; in omnibus æqualis, præterquàm in genitura. Altera uerò humana, qua matri consubstantialis est, atq; in natura omnino similis. Persona tamen in eo nõ est nisi una, quæ diuina est, & utranq; sustentat naturam. Quæ optime Psellus in libro De differentibus quæstionibus & testatur & explanat: ita capite 3 dicens, ἡ ἁγία καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία, ὑπὲρ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, μίαν ὑπόστασιν δογματίζει, καὶ δύο φύσεις, ὑπόστασιν τὴν σαρκοθέντα υἱὸν, φύσεις δὲ θεότητα καὶ ἀνθρωπότητα. Τὸ οὖν σῶμα τὸ ἔμψυχον καὶ ἔννουν ὃ προσελάβετο οὐ καλεῖ ὑπόστασιν ἵνα μὴ εὑρεθῇ λέγω δύο ὑποστάσεις, ὅπερ ἐφλυάρει νεστόριος ὁ αἱρετικός. ἀλλονομάζει ἐν ὑπόστατον, ὡς ἐν τῇ τοῦ υἱοῦ ὑποστάσει τὸ ἐν λαβὸν, αὐτὸς γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ μία ὢν ὑπόστασις τῆς ἁγίας τριάδος, γέγονε καὶ τοῦ σώματι ὃ προσελάβετο ὑπόστασις. ὥστε τὸ σῶμα τοῦ κυρίου ἐν ὑπόστατον μὲν, οὐχ ὑπόστασις δέ. Hoc est, ut uerbum uerbo reddam. Sancta catholica & apostolica Ecclesia, in Domino nostro Iesu Christo unam hypostasim dogmatizat, & duas naturas: hypostasim incarnatum filium, naturas, diuinitatem & humanitatem. Corpus igitur animatum & intellectuale quod assumpsit, non uocat hypostasim, ne inueniantur inquam duæ hypostases, quod mentitus est Nestorius hæreticus, sed nominat enypostaton, tanquam in filij hypostasi esse accipiens. Ipse enim filius Dei una existens sanctæ trinitatis hypostasis, factus est & corpori quod assumpsit, hypostasis. Quare corpus Domini enypostaton quidem est, non autem hypostasis. Et sicuti nomen Dei tetragrammaton quando de Deo dicitur, exponitur per nomen Dei duodecim literarum, quod est אב בן ורוח הקדש Id est, Pater, filius & spiritus sanctus. Ita idem nomen cum de Messia dicitur, per nomen duodecim literarum etiam explanatur, quod est גוף נשמה ובן אל Hoc est, Corpus, anima, & filius Dei. Siquidem גוף Guph, Id est corpus tribus apud eos scribitur literis, נשמה nessama uero, id est anima quatuor, ובן אל uben el, id est & filius Dei quinque. Quæ omnes duodecim numero sunt. Et quemadmodum nomen duodecim literarum cum de Deo dicitur, per nomen duarum & quadraginta exponitur, quod est

secundum

secundum Rabbenũ Haccados אב אלהים בן אלהים חסרש אלהים שלשה באחר אחר בשלשה Hoc est, Pater Deus, filius Deus, spiritus sanctus Deus, tres in uno, & unus in tribus, uel tres in unitate & unitas in trinitate. Vel secundum alios אב אל בן אל ורוח חסרש אל אבל לא שלשה אלהים בי אם אלוה אחר Id est, Pater Deus, filius Deus, & spiritus sanctus Deus, attamen non tres dij, sed unus Deus. Quæ literæ in Hebraico omnes utrobiq; quadraginta duæ sunt numero. Ita cum de Messia dicitur, per nomen itidem quadraginta duarum literarum exponitur, quod est, באשר חנפש חמשבלת ואבשר ארם אחר בר חאל והארם מושיח אחר Hoc est, Sicut anima rationalis & caro homo unus, ita Deus & homo Messias unus. Quæ quidem literæ in Hebraico duæ & quadraginta existunt. Nam באשר caasser, id est sicut quatuor scribitur literis, חנפש hannephes, id est anima similiter quatuor, חמשבלת hammascaleth, id est rationalis sex, ואבשר uehabasar, id est & caro quinq;, ארם Adam, id est homo tribus, אחר ehad, id est unus similiter tribus, בר cach, id est ita duabus, האל hael, id est Deus tribus, והארם uehaadam, id est & homo quinq;, מושיח Massiah, id est Christus quatuor, אחר ehad, id est unus tribus. Quæ omnes simul iunctæ, duæ & quadraginta sunt literæ. Per quas substantiarum trinitas quæ est in Christo cum unitate per sonæ optime exponitur. Iuxta illud Athanasij: Sicut anima rationalis & caro unus est homo, Ita Deus & homo unus est Christus. Ex quibus omnibus manifeste concluditur, quòd nomen Dei tetragrammaton cum de Messia dicitur, ei secundum totum eius esse, aptissime conueniat.

Quòd Messias est facies Dei. Caput XII.

CAPNIO,

NVnc de reliquis Messiæ nominibus diuinitatem eius insinuantibus, tibi dicendum esset. GAL. Primum itaq; Messiam faciem Dei dici, ostendam. Quod per illud Malachiæ apertissime liquet, dum sic tertio capite ait, הנני שולח מלאכי ויפנה דרך לפני ופתאום יבא אל היכלו האדון אשר אתם מבקשים ומלאך חברית אשר אתם חפצים הנה בא אמר יהוה צבאות ומי מכלכל את יום באו ומי העמוד בהראותו כי חוא באש מצרף וכבורית מכבסים Hoc est, Ecce ego mitto angelũ meum, & parabit uiam faciei meæ. Et statim ueniet ad templum suum Dominus, quem uos quæritis, & angelus fœderis, quem uos uultis. Ecce uenit, dixit Deus exercituum. Et quis mensurabit, uel sufficeret diem aduentus eius? & quis stabit in ostensione eius, uel dum se ostenderit? Quoniam ipse erit tanquam ignis conflans, & uelut herba fullonum. Hęc ille. Herba fullonum est, qua fullones pannos lauant, quæ arabice gazul dicitur. Quod autem prophetia hæc de Messia loquatur, per

Rabbi Mosem Maimonis filium liquido ostenditur, in הלכות מלכים Hilchoth Melachim, id est in sentētijs Regum, sic dicentem, In diebus Regis Messiæ per spiritum sanctum qui super eum requieſcet, genealogizabitur Israel per os eius. Sicut dictum est Malach. 3. cap. Ecce mitto angelum meum, & parabit uiam faciei meæ. Negare igitur Iudei iuniores minime possunt, præmissa Malachiæ uerba de Messiæ dicta fuisse. Angelus ergo iste de quo primum propheta loquitur, Ioannes Baptista fuit, qui à Deo missus est, ut uiam faciei Dei, id est Messiæ pararet. Quod autem Messias sit facies Dei, habetur adhuc per Rabbi Mosem Hadarsan super illud Gen. 22. cap. In die tertio leuauit Abraam oculos suos, cum sic ait: Hoc est quod scriptum est, Hoseæ 6. cap. Viuificabit nos post duos dies, & in die tertio suscitabit, uel eriget nos, & uiuemus ante faciem eius. Et sciemus, ut sequamur, ad cognoscēdum Deū. Postea subdit, Viuificabit nos post duos dies, & uiuemus ante faciem eius, quæ est Rex Messias. Sicut dictū est Psal. 79. Domine Deus exercituū conuerte nos, & ostende nobis faciem tuam, id est Messiam tuū, & saluabimur. Et hoc est, in die tertio uiuificabit nos. Hæc traditio. De hac insuper Dei facie dicitur in Beressith קטנה ketanna, id est in expositione Geneſis parua. Vbi super illud Gen. 3. cap. Et emisit eum Dominus Deus de horto, uel paradiso uoluptatis. Sic ait Rabbi Nahmiya. Emissus fuit Adam de paradiso in seculo isto, sed in futuro seculo non emittetur. Iuuatur autem huiusmodi dictum per id quod scriptum est in Psal. 16. Ego in iustitia, uel per iustitiam contemplabor faciem tuam, id est Messiam tuum, satiabor, cum resurrexerit תמונתך Temunathecha, id est forma tua, uel figura tua, uel imago tua, uel similitudo tua. Dixit Deus sanctus & benedictus. In hora illa ego iustificabo eum sicut licet Adam ab illa sententia. Dixit Dauid Deo sancto & benedicto. Et in illa hora in qua euigilabit, uel resurget is qui est in similitudine tua, satiabor, & in iustitia. Cōtemplabor faciem tuam, id est Messiam tuū. Glossa Rabbi Selomonis, contemplabor faciem tuam. Sicut dictum est Esaiæ quinquagesimo secundo capite, Quia oculo ad oculum uidebunt, cum inhabitauerit Deus Syion. Quæ sic Ionathas Chaldaicè transtulit אדי בעיניהון יחזון גבוראן דיעביד יהוה בד יתיב שבנתיה לציון Id est, Quia oculis suis uidebūt uirtutem, uel fortitudinem eius, quam faciet Deus, cum sedebit, uel morabitur diuinitas eius in Syion.

Ex his igitur manifestum est, Messiam faciem Dei & dici & esse. Et hoc non nisi propter eius diuinitatem, propter quam omnia nomina quæ de Deo dicuntur, ipsi aptissime conueniunt.

Quòd

Quòd Messias sit lumen siue lux, quæ Deus est. *Caput* XIII.

CAPNIO,

SI omnia nomina quæ Deo attribuuntur, de Messia (ut ais) ob eius diuinitatem rectissimè dicuntur, cõsequens profectò est, ut sicut Deus dicitur lux per essentiam, ita quoq; Messias ipse lux per essentiam dicatur. Quare id etiam probare uelis, obsecro.

GAL. Quod Deus itaq; sit lumen siue lux, & Messias sit cum Deo lumen siue lux ante mundi constitutionem, per id quod in Midras tillim scriptum est, optime probatur. Ibi nanque super illud Psalmo 35. בי עמך מקור חיים באורך נראה אור משוך חסדך ליודעך Hoc est, Quoniam tecum est fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen, Extende misericordiam tuam cognoscentibus te. Sic dixit Rabbi Iohanan, Factum accidit in quodam homine, ut cum in nocte lucernam accenderet, extingueretur. Et cum iterum atq; iterum eam accẽdisset, dixit: Quousq; laborabo ambulans? Sustinebo donec sol oriatur. Sic Israel cum in Ægypto serui facti fuissent, steterunt Moses & Aharon, & redemerunt eos. Rursus in seruitutem redacti sunt in diebus Sisræ, & eos redemit Barac & Debora. A Madianitis uerò Gedeon. Et sic per manus Sanigar. Sic etiam per manus cuiuslibet Iudicum à seruitute redẽpti sunt. Iterum serui facti in Babylonia, per manus Ananiæ, Missaelis & Azariæ redempti fuerunt. Et demum per Edom reducti sunt in seruitutẽ. Dixerunt ergo Israel, Ecce lassati sumus in subiugationibus, & redemptionibus, modo subiugati, modo redempti. Iam non quærimus ulterius, ut illucescat nobis caro & sanguis. Sed Deus sanctus & benedictus ipse in substantia. Sicut dictum est Psalmo centesimo decimoseptimo, Deus Dominus & illuxit, uel illucescet nobis. Et iterum Esaias ait 45. capite, Israel saluatus erit in Deo, uel per Deum (tetragrammaton) saluatione æterna. Hucusque traditio. Glossa Rabbi Selomonis: Israel saluatus erit saluatione æterna per Regem Messiam. In Echa autem rabbethi, id est in expositione super planctum Ieremiæ, super illud Trenorum primo, Elongatus est à me consolator, conuertens animam meam. Sic dicitur, Quod est nomen Messiæ? Qui de domo Rabbi Hanina erant, dixerunt, חנינא Hanina, id est pietas, uel misericordia est nomen eius. Sicut dictum est Iere. 16. cap. Propterea non dabo uobis חנינא Hanina, id est misericordiã. Qui uerò de domo Rabbi יאני Iannai erant: dixerunt יונן Yinnon. i. filius, uel genitus, siue natus, est nomen eius. Sicut dictum est Psal. 71. Ante solẽ יונן Yinnon nomen eius. Rabbi autem ביבא Bibba dixit נהירא Nehira. i. lumẽ est nomen eius. Sicut dictum est Danielis 2. cap. Et lux cum eo est. Scriptum est autem in Bereshith קטנה ketanna, i. in expositione Geneseos minori

ſuper illud Gen. 1. capite, Sit lux. Hoc modo. Hoc eſt quod dictum eſt Pſalmo 96. Lux ſeminata, uel orta eſt iuſto. Dixit autem Rabbi Abba. Hæc lux eſt Regis Meſſiæ, iuxta illud Pſalmi 35. Quoniam tecum eſt fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen. Hoc eſt lumen Meſſiæ. Quod ideo ait: Quia uidit Deus ſanctus & benedictus Meſſiam, & generationem eius, ſeruauitq; eum ſub throno gloriæ ſuæ. Hæc traditio. Ex qua ualde notandum eſt, quòd antequàm Meſſias eſſet ſecundum humanitatem, iam erat ſecundum diuinitatem lux & lumen cum Deo, & principium quo creauit Deus mundum. Quibus plurimum conſonat dictum illud dominicum, Antequàm Abraham fieret, ego ſum. Et ego lux in mundum ueni, ut omnis qui credit in me, in tenebris nõ maneat. Ioan. 13. Vide quàm digna ſint hæc contra Iudæos noſtri temporis, qui Meſſiæ diuinitatẽ negãtes, eum ex ſemine dũtaxat hominis naſci debere aſſerũt. Quibus dicendũ eſt, Quod lux ſub throno Dei repoſita, filius Dei eſt, uerbũ & ſapiẽtia patris, & thronus ac poteſtas eius.

Quòd nomen Dei שדי *Sadai, Meſſiæ proprie competat.*
Caput XIIII.

CAPNIO,

MEmini me audiſſe, cum in ſuperioribus de diuinis nominibus diſſereres, nomen שדי Sadai ſoli Deo cõuenire. Quia enim nomen hoc omnipotens, uel qui ſufficiens eſt, interpretatur, & ſolus Deus eſt omnipotens, ſibiq; ſolus ſufficiens, nullo enim alio indiget, idcirco nomen hoc שדי Sadai ipſi ſoli conuenit. Et ſi igitur minime dubitẽ, omnia nomina quæ de Deo dicũtur, de Meſſia itidẽ ſecundum eius diuinitatem, aptiſſime dici. Vellem tamen ad maiorem diuinitatis Meſſiæ manifeſtationem, quamobrem hoc nomen שדי Sadai, proprie ipſi Meſſiæ cõgruat, rationem redderes, illudq; ei proprie conuenire, per Hebraica teſtimonia probares. GAL. Si igitur audire uis. Vnde nomen hoc diuinum שדי Sadai, quod (ut alibi diximus) idem eſt quod אשר די aſſer dai, id eſt qui ſufficit, uel qui ſufficiens eſt, uel qui ſufficientia eſt, proprie ſoli Meſſiæ ſit congruum, ſanctum Iob audi, ita 33. cap. dicentem רוח אל עשתני ונשמת שדי תחייני Hoc eſt, Spiritus Dei fecit me, & anima Sadai uiuificauit me. Anima Sadai, inquit, id eſt eius qui ſufficit, uel qui ſufficientia eſt. Cum igitur nec pater, nec ſpiritus ſanctus animam habeat, ſed ſolus Dei filius, qui eſt uirtus & ſapientia patris. Qui animam illam habet, quam ſibi in Meſſia uniuit. Sequitur plane, de ſolo Dei filio Iob fuiſſe locutũ, cum dixit, Et anima שדי Sadai uiuificauit, pro uiuificabit me. Anima. ſ. illius q ſolus ad humanum genus redimendũ, atq; ſaluandum, ſatis eſt. Ipſe ſiquidem in forma Dei ſolus eſt, qui naturam aſſumendo humanã, uenturus erat, non utiq; ministrari,

nistrari,sed ministrare,& animam suam dare redemptionem pro multis. Vt ipsemet dixit Matth.20. Iuxta illud Esaiæ 53. השרה למות נפשו Hoc est,Exposuit uel effudit morti animam suam. Messiæ quoq; Deo, ac Dei filio proprie congruit,& nõ Deo patri,nec spiritui sancto illud Cantici canticorum primo capite dictum הגידה לי שאהבה נפשי Id est, Nuncia mihi,quam diligit anima mea,plebem uel gẽtem uidelicet (ut ueteres Talmudistæ exponunt)pro qua dedi נפשי naphsci,id est animam meam.Decebat quippe fieri,quod in libro יומא yoma in cap. quod incipit טרח Tereph legitur,cum sic ad uerbum dicitur:Traditum est à domo Rabbi Ismael. Quod sic est mensura iudicij ambulans. Expedit enim,ut ueniat innocens,& satisfaciat pro reo,& non ueniat reus,ad satisfaciẽdum pro reo. Hæc traditio.Et optime quidem. Nam sordes tergere non possunt manus quæ lutum tenent.& cum is qui displicet,ad intercedendum mittitur,animus irati ad deteriora prouocatur.Ex his igitur quæ dicta sunt,satis (ut arbitror) manifestum est,soli Messiæ qui solus ad humanum genus redimendum sufficiens erat,nomen שדי Saddai proprie conuenire.De quo sic Psalmo 91. scribitur יושב בסתר עליון בצל שדי יתלונן Hoc est,Habitans in uelamento altissimus,in umbra Saddai morabitur,uel hospitabitur. Quæ quidem uerba ita aptissime exponi possunt,Habitans erit in uelamento,id est in saeratissimo corpore suo.Altissimus,hoc est Dei filius,in umbra,id est in beatissimæ atque purissimæ uirginis utero שדי Saddai,id est ille qui solus pro humano genere satisfacere sufficit: hospitabitur,id est nouem tantum mensibus commorabitur.

Quod nomen Messiæ יגין *yinnon secundum diuinitatem illi congruat.* *Caput* XV.

CAPNIO,

CVm unum de proprijs Messiæ nominibus sit יגין yinnon iuxta illud 71. יהי שמו לעולם לפני שמש ינון שמו Hoc est, Erit nomen eius in æternum,ante solem יגין yinnon nomen eius. Scire abs te uelim,quónam pacto,quá ueratione hoc nomen ipsi Messiæ congruat. GAL. Hoc nomen יגין yinnon,à dictione Hebraica גין nin,quod idem est quod filius,siue natus,siue genitus deriuatur.Eam ob rem hoc nomen proprie soli Messiæ conuenit,qui secundum diuinitatem solus ante solem,id est ante mundi conditionem siue ab æterno à patre æterno natus,seu genitus est. Nam cum יגין yinnon(ut diximus)filius siue natus siue genitus interpretatur,neq; patri in diuinis,neq; spiritui sancto cõuenire potest.Pater enim à nullo est factus,nec creatus,nec genitus,nec procedens,& spiritus sanctus neq; natus,neq; genitus est,sed à patre & filio tanq; ab unico principio spiratus,

ratus,& procedens. Neq; ulli quoq; creaturę hoc nomen cõgruere po-
teſt. Nulla enim creatura ante ſolẽ, id eſt ante ſecula nata ſeu produc-
fuit. Quare palàm liquet, dictum illud Pſalmographi abs te induc-
ante ſolem ינין yinnon nomen eius. De nulla re creata dici poſſe, ſed
de ſolo Dei filio, qui æternaliter à patre æterno natus eſt. Quo fit, u
nulli niſi ſoli Meſſiæ hoc nomen ינין Yinnon conuenire ualeat. Pr
terea hoc nomen ינין Yinnon, idem quod filiabit ſiue naſci faciet, i
noſtram uertitur linguam. Quod neque à myſterio Meſſiæ uacat. Ipſe
enim omnes mortuos quaſi iterũ filiaturus, naſci faciet, cum eos de ter-
rępuluere ſuſcitabit. Quod ei ſecundũ diuinitatem proprie conueni
Quomodo enim mortuos omnes ex terræ puluere reſuſcitare poterit
ſi uerus Dei filius nõ eſſet? Quod aũt Meſſias ינין yinnon, ante ſolem
hac ratione uocatus ſit, habetur in Midras tehilim ſuper illud Pſal. 9
זבון בסאר מאז מיעולם אתה Id eſt, Parata ſedes tua ex tunc à ſeculo tu es
Vbi ſic dicitur, Rex Meſſias eſt una de ſeptem rebus, quæ aſcenderun
ſuper propoſitum ante ſeculi creationem, ſicut dictum eſt Pſal. 71. An
te ſolem ינין yinnon fuit nomen eius. Quia futurũ eſt, ut ipſe ינין yan
nin, id eſt iterũ naſci faciat omnes in puluere dormientes. Hęc traditio

Oppoſitio. CAP. Iudæi noſtri ſeculi cum ſint omniũ peſſimi, cupiẽtes Meſſiæ di
uinitatẽ omnino ſupprimere, aiunt, quòd nõ propterea Meſſiã filium
Dei ab æterno genitũ dicere poſſumus, quia nomen eius ינין Yinnon
ante ſolem fuerit, cum ſeptẽ res (ut ferunt) per duo milia annorũ ante
mundi conſtitutionẽ creatæ fuerint. Colligunt autem huiuſce figmẽti
fatuitatẽ ex eo quod habetur in libro פסח שני Peſah ſeni, id eſt Paſcha
ſecundum, in Pereck, ideſt in capite, in quo ſic legitur, Traditum eſt ſe
ptem res creatas fuiſſe, antequã mundus crearetur. Quę ſunt lex, pœni
tentia, gehenna, domus ſanctuarij, thronus gloriæ, hortus uoluptatis
& nomẽ Meſſiæ. Id idem habetur & in Midras Bemidbar Synai, id eſt

Confutatio- in Gloſſa libri Numer. 7. cap. GAL. Mirum non eſt, ſi inſania &
nes. citate merito à Deo perculſi, tam ſtulta & abſurda loquant. Quis enim
I. figmentum hoc niſi à ratione prorſus carentibus, dictum exiſtimaret?
Nam licet quilibet numerus, ſiue quæuis multitudo partiũ motus ſe-
cundum prius & poſterius, ſit tempus, cuiuſcunq; motus ſit. Attamen
hora, dies, menſis, & annus: adhuc etiam uer, æſtas, autumnus, hyems,
quæ anni partes ſunt: impoſſibile eſt, quòd non ſint partes motus co-
li. Quomodo ergo mundũ præceſſit tanta annorũ multitudo, duorũ
ſcilicet miliũ? Et partes anni quónã pacto fuerunt, cum nec motus coe-
II. eſſet, nec ipſum omnino cœlũ? Quomodo etiã credere poſſunt, legem
quæ præcipit dentẽ pro dente, oculũ pro oculo, manũ pro manu puni-
ri, ante mũdi conditionẽ creatam fuiſſe, cum nondũ dens, neq; oculus,
neq; manus fuerint? Quod de omnibus quoq; iudicialibus dici poteſt.
Lex etiam mandat ſabbatũ cuſtodiri, ſacrificia & circumciſionẽ fieri.

Quæ

Quæ nec erant ante mundi constitutionem, nec aliquis extabat, cui talia iniungi possent. Par quoq; responsio de cæteris cæremonialibus dari potest. Lex præterea præcipit non occidendum, non furandum, non III. mœchandum. Quomodo ergo sustineri potest, legem hanc ante hominum mundiq; creationem conditam fuisse, cum horum neq; agens neq; patiens quisquam esset? Quod de cæteris etiam moralibus dici potest. Quomodo insuper dicere possunt, pœnitentiam quæ naturaliter peccatum subsequitur, peccatum ipsum atque peccatores præcessisse? Et gehennam qua ratione ante mundum conditum creatam asse- IIII. runt, cum suum Talmud aperte contra se ipsos habeant, etiam eo in libro quem pro se allegant? Legant igitur eiusdem libri פסח Pesah, capite quod מיקום Macom incipit. Ibi enim Rabbi Ioses ita dixisse fertur: Ignis quem Deus sanctus & benedictus in secunda sabbati, id est feria secunda creauit, non extinguetur in æternum. Sicut dictum est Esaias ultimo, Et egredientur & uidebunt cadauera uirorum reorum in me. Quia uermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Et erunt scatebra uermium uniuersę carni. Traditio quoq; est, quòd dixerit Rabbi Babas quem ipsi בבא Baua uocant. Cur non fuit dictum in secunda sabbati. Et uidit Deus quòd esset bonum? Propterea, quia in ea creatus est ignis gehennæ. Hæc omnia ibi. Vbi duos habemus testes maximæ apud eos autoritatis, quòd ignis gehennę in secunda die creationis mundi creatus fuerit. Cum igitur in Deuteronomio decimonono capite, scriptum sit, על פי שנים עדים או על פי שלשה עדים יקום דבר Hoc est, Ex ore uel super os duorum testium, aut ex ore uel super os trium testium stabit uerbum. Eos concedere oportet, magistros istos uerum dixisse. Ex cuius rei ueritate plane sequitur, falsum prorsus esse, ignem gehennæ ante mundi creationem productum fuisse. Templum præterea quod fuit manu factum, atque de rebus creatis V. extructum, quomodo ante ipsa ex quibus constitit, extare potuit? Demum qui ex semine Adam natus est, qualiter ante Adam creatus fuit? VI. Quæ igitur maior dementia esse potest, quàm talia credere, nedum dicere? Palpant ergo ut cæci parietem, iuxta illud Esaiæ quinquagesimo nono cap. in persona eorum dicentis נגששה כעורים קיר וכאין עינים נגששה Hoc est, Palpamus ut cæci parietem, & quasi absq; oculis palpamus. Nomen igitur Messię non eam ob rem ante secula esse dicitur, ut tunc creatum fuisse insinuetur, cum ante secula nihil omnino creatum fuerit. Sed ut Messias ipse secundum diuinitatem ab æterno à patre genitus ostẽdatur. Et ideo propheta dixit, Ante solem ינון yinnon fuit nomen eius. ינון Yinnon enim (ut prædiximus) & natum significat, & nasci facientem. Vt duo in uerbo uno innuantur, & æterna scilicet Messiæ natiuitas, qua æternaliter à patre natus est: & mortuorum resurrectio, quos ipse in fine mundi resuscitãs, quasi denuo nasci faciet.

Quòd

Quod Messias in sacra scriptura plerunque uocatus est germen, ad designandum, quòd potius incarnari decebat filium, quàm patrem, siue spiritum sanctum. Caput XVI.

CAPNIO,

INter cætera Messiæ nomina, Germen eum sæpissime uoc
tum inuenio, & præsertim apud Zachariam, dum sexto cap
te ait, הנה איש צמח שמו Hoc est, Ecce uir, Germen nom
eius. Rationem igitur audire uelim, quamobrem prophetę ipsum ho
nomine appellandum duxerint? GAL. Non ab re profecto Me
sias uocatus est Germen. In hoc enim palàm ostenditur, diuinam inca
nationem, ac naturæ humanæ assumptionem personæ filij Dei conu
nientem fuisse, & non personæ patris, aut spiritus sancti. Vt non esse
Adæ & Abrahæ atq; Dauid in humanitate filius, nisi illa מרח mido
id est persona seu proprietas, quæ erat in diuinitate filius, neque esse
alius in humanitate, alius in diuinitate filius. Quod quidem in u
Messiæ persona complendum fuisse, Esaias & Ieremias secundum T
gum, hoc est secundum Chaldaicam translationem euidentissime ind
nuant. Nam Esaias quidem quarto capite, sic ait, ביום ההוא יהיה צמח
יהוה לצבי ולכבוד ופרי הארץ לגאון ולתפארת ישראל .i. In die illa erit ge
men Dei in decorem, uel gaudium, & in gloriam, uel honorem, & fr
ctus terræ in sublimitatem uel nobilitatem, & in ornatum reliquis I
rael. Vbi Targum sic dicit, בעידנא ההיא יהי משיחא דיי לחדוא וליקר
Hoc est, In tempore illo erit Messias Dei in gaudium & honorem. Je
remias autem sic inquit, הנה ימים באים נאם יהוה והצמחתי לדוד צמח צדקה
Id est, In diebus illis, & in tempore illo germinare faciam Dauidi ge
men iustitiæ. Vbi & Targum ita dicit, בימיא ההינון ובעידנא ההיא אקים
לדוד משיח דצדקה Hoc est, In diebus illis & in tempore illo statua
Dauidi Messiam iustitiæ. Cum igitur ubi uterq; propheta germen di
cit, ibi Targum Messiam ponat, hinc palàm omnibus datur intelli
qui cordis oculos erroris caligine obcæcatos non habent, quòd sic
Messias erat uere germen Dei, id est filius Dei secundum diuinitate
ut Esaias ait. Ita futurus erat germen Dauidi, id est filius Dauid secun
dum humanitatem, uti Ieremias dicit. Ex quibus duobus manifestè
sultat, Messiam in unitate personæ & filium Dei, & filium Dauid
mul esse, quanquam aliter & aliter. Filius nanque Dei est ante omn
tempora. In tempore uerò filius Dauid. Filius quoq; Dei est immedi
te, & absq; matre. Filius uerò Dauid post multa iustorum & iniusto
media, ex sola matre absq; patre. Quod quidem per nomen Germen
& uerbum germinare, satis aperte Ieremias indicat. Id idem quoqu
Esaias in præmissis uerbis ostendit, cum germen Dei primum dicit,
mox ei fructum terræ subiungit. Quis enim est hic terræ fructus, ni
Messias

Messias de Virgine natus? De quo Psalmo sexagesimo septimo, ita scriptum est, יודוך עמים אלהים יודוך עמים כלם ארץ נתנה יבולה Id est, Confitebuntur te populi Deus, confitebuntur te populi omnes, terra dedit fructum suum. De hac etiam beatissima filij Dei incarnatione Psalmo octuagesimo sexto, sic dicitur: Veritas de terra germinabit, & iustitia de cœlo respicietur, uel protendetur. Cum enim dicitur, Veritas de terra germinabit. Veritas pro filio Dei accipitur, qui tanquam germen de terra, id est de purissima uirgine per carnis assumptionem nasciturus erat. Quod insuper Messias sit germē, habetur per id quod in Echa rabbethi, id est in expositione super Ieremiæ planctum legitur, super illud Trenorum primo capite, dictum. Quia elongatus est à me consolator, conuertens animam meam. Ibi enim sic dicitur, Quod est nomen Messiæ? Dixit Rabbi Iehosuas filius Leui צמח czemah, id est, germen est nomen eius. Sicut dictum est Zachariæ sexto capite, Ecce uir צמח czemah, id est Germen nomen eius. In libro quoque qui apud eos Tanhuma dicitur, & magna ex parte est libri Numeri expositio, super illud Numeri primo capite dictum, Et locutus est dominus ad Mosem in deserto Sinai: ita dicitur, Quid dixit ei? Id quod scriptū est Numeri primo capite, Leuate caput totius cōgregationis filiorum Israel. Dixit Deus sanctus & benedictus Israeli, propter hoc dedi uobis capitis suspendium uel suspensionem. Quemadmodum enim ego suspensus sum uniuerso mundo. Sicut dictum est primo libro Paralipomenôn ultimo capite, Tibi Domine magnitudo & fortitudo & gloria & uictoria uel æternitas, & tibi laus uel confessio. Omne enim in cœlis & in terra tuum domine est Regnum, & tu eleuas te omnibus in caput. Ita quidem dedi ego uobis capitis suspendium. Sicut dictum est Numeri primo capite, Leuate caput. Vt impleatur quod dictum est Psalmo centesimo quadragesimo quinto. Et exaltauit cornu populi sui. Et sic ipse ait Numeri primo capite, Vir caput domui patrum suorum ipse scilicet Deus. Dixit Rabbi Rahmon. Non est uir Deus in loco isto nisi Messias filius Dauid, de quo dictum est Zachariæ sexto capite, Ecce uir germen nomen eius. Transtulit hoc Ionathan sic dicens, Ecce uir Messias nomen eius. De quo & Esaias ait quinquagesimo tertio capite, Vir dolorum & sciens infirmitatem, uel notus infirmitate. Hactenus traditio. Ex qua patet propositum.

Quod Messias dictus est Ros, ad significandum filij Dei in uterum uirginis descensum. Caput XVII.

CAPNIO,

Vm iam de filij Dei incarnatione loqui cœperis, ideo de nominibus Messiæ diuinam incarnationem insinuātibus, nunc tibi dicendum esset. GAL. Faciam libenter quod hortaris.

Et primum quidem Messiam ipsum ad designandum eius secundum diuinitatem in uterum uirginis descensum, haud ineptè Rorem dici probabo. Quod igitur Messias Ros dicatur, id plurimis in locis compertum habemus. Et præsertim apud Hoseam, cum Deus ipse 14. cap. ita per os eius loquitur, אהיה בטל לישראל יפרח בשושנה Hoc est, Ero quasi Ros Israeli, & germinabit uel florebit sicut lilium. Quod Ionathas Vzielis filius in Chaldæum uertens, sic exposuit, אהי ממרי בטלא לישראל יזהרון בששוניא Id est, Erit uerbũ meum uelut ros Israeli. Quod autem hoc loco ros Messias sit, in Midras tillim apertè ostẽditur, cum super Psal. 44. titulum, qui talis est, למנצח על שושנים Hoc est, Victori, uel Ad uictoriam super lilijs, sic dicitur: Dixit Deus sanctus & benedictus Israeli. Totum pẽdet in uobis. Quemadmodum enim huiusmodi lilium germinat uel floret, & nihilominus cor eius sursum est. Ita quoq; uos agite תשובה tessuba, id est pœnitentiam coram me, & cor uestrum sit rectum, uel ordinatum sursum, sicut cor huiusmodi lilij. Et tunc adducam גואל Goel, id est redemptorem. Sicut dictum est Hoseæ 14. cap. Ero sicut ros Israeli. Et quando? Cum germinabit uel florebit sicut lilium. Et propter hoc dicitur, Victori super lilijs. Huc usq; traditio. Ex qua clarè patet, Quod ros in prædictis Hoseæ uerbis est Messias, & quòd Messias est uerbum Dei, ut Rabbi Ionathas in Targum exponit, & quòd etiam est Deus, ut sermo ipsius prophetæ insinuat, in persona Dei de eodem rore sic dicentis, Ero quasi ros Israeli. De quo etiam rore sic in libro תענית Taanith, id est de ieiunio legitur. Dixit Rabbi Berachias. Ecclesia Israel petiuit indiscretè, cum dixit Hoseæ 6. cap. Et ueniat sicut imber nobis, sicut temporaneus & serotinus terræ. Dixit ei Deus sanctus & benedictus, Filia mea tu petis rem quæ aliquando quæritur, & aliquando non quæritur. Ego autem ero tibi res quæ semper quæritur. Sicut scriptum est, Hoseæ decimoquarto capite, Ero sicut ros Israeli, & germinabit uel florebit ut lilium. De eodem quoq; rore Dauid Psalmo secundum Hebræos 110. sic ait, מרחם משחר לך טל ילדתך Hoc est, De matrice auroræ uel ex aurora tibi ros natiuitatis tuæ. Quod aurora hic pro matre Messiæ aptissime accipiatur, alibi cum de nouo modo nascendi Messiæ, nobis agendum erit, dicemus. Nunc autem hoc per illud quod Rabbi Ishac Arama in commentarijs in librum Geneseos dicit, probari sufficit, cum in expositione, cap. 47. uel circa, ubi fit sermo de loco, qui datus est Iacob, in quo cõmodè habitare posset, sic ait, מרחם משחר לך טל ילדותיך לא מצינו אדם ונביא שיתנבא ילידתו קודם ילידת אביו ואמר כי אם משיח צדקנו ולזה רמז מרחם משחר לך קוד שיברא רחם יולדתך נתנבא יולדתך ולזה רמז לפני שמש ינין שמו כי אפילו קודם בריאת השמש היה חזק וקיים שמו של משיחנו והיה וישב בימין האל וזה הוא שאמר שב לימיני ואמר גם כן והוכן בחסד כסא וישב עליו Hoc est, A uulua ex aurora tibi ros natiuitatis tuæ. Non inuenimus

Ros, Messias.

uenimus hominem etiam prophetã, cuius prophetata sit natiuitas, ante natiuitatem patris & matris, nisi tantummodo Messiam iustum nostrum, & propterea dicit, A uulua ex aurora tibi ros natiuitatis tuæ. Hoc est, antequàm crearetur uulua genitricis tuæ prophetata fuit natiuitas tua. Et huic congruit illud, Ante solem genitus uel filius nomen eius. Cuius sensus est, Quod antequàm crearetur sol, subsistens ac firmum erat nomen Messiæ nostri, & sedebat ad dexterã Dei. Et hoc est quod dicit, Sede ad dexterã meam. Et alibi, Concinnabit misericordia solium, & sedebit super illud in ueritate. Hęc ille, Quod autem ros hoc in loco de matrice auroræ prodiens, sit Messias, per illud quod in commẽtarijs Mosis Hadarsan in librum Geneseos scribitur, probabimus. Ibi enim super illud Genesis, Et dixit eis Ruben, sic dicitur. Redẽptor quem ego suscitaturus sum ex uobis, sine patre erit. Et subditur post pauca: De eo quoq; ait Dauid Psalmo 110. De matrice auroræ tibi ros natiuitatis tuæ. Messias igitur non incongrue ros appellatur. Primum quidem propter descensionis similitudinem. Ros enim de alto descendit, eiusq; descensus nostris aspectibus est occultus. Nocte nanq; descendit, & præsertim ueris tẽpore, terramq; reficit, & fœcundat. Ita uirtus diuina nocturno tempore beatissimã uirginem fœcundauit. Nam quemadmodũ ostrea nocte & uerno tempore rorem recipiens, in interioribus suis margaritam gemmam preciosissimã generat: Ita gloriosa uirgo spiritu sancto superueniente filium Dei concipiens, Messiã preciosam margaritã generauit. Sicut etiam ros per herbarũ superficiem se suauiter diffundens, herbis & plantis uirorem uigoremq; tribuit, & quod ęstus diurnus desiccando & consumendo declinauerat, ros nocturnus humectat, fouet & erigit. Sic uerus noster Messias in se credẽtibus, ac in bono perseuerantibus, uirorem atq; uigorem tribuit, eosq; regit, atq; ad uitam æternã erigit. Præterea sicut ros se in herbarũ summitatibus colligit, suamq; originẽ repetit: Ita Messias redẽptor noster sese in crucis altitudinẽ erexit, & inde ad gloriã suam remeauit. Quas ob res Messias non inepte à patribus antiquis ros uocatus est. Vt ex hoc, occulta & incõprehensibilis filij Dei incarnatio atq; natiuitas desi gnaretur. Quocirca nõ ab re Esa. 45. cap. dicebat, חרעיפו שמים ממעל רשחקים יזלו צדק תפתח ארץ ויפרו ישע וצדקה תצמיח יחד אני יהוה בראתיו Hoc est, Rorate uel stillate cœli desuper, & nubes pluant iustitiam, aperiat terra, & fructificabũt saluationẽ, & iustitiã germinabit ipsa pariter. Ego Deus creaui eum. Vbi cœli intelligũtur pater, filius & spiritus sanctus. De quibus lucifer cũ in cœlo empyreo esset, sic dixisse apud Esa. 14. cap. legitur, השמים אעלה ממעל לכוכבי אל ארים כסאי Id est, Ad cœlos ascendam, super stellas Dei exaltabo soliũ meum. Cum cæteris usq; ibi, Et similis ero altissimo. Nubes autem fuerunt prophetæ, terra beata uirgo aperiens consensum suum. Et sic fructificauerunt spiritus san-

ctus,& ipsa saluationem,id est Iesum,qui idem est quod saluatio.Et ipsa germinauit iustitiam,hoc est Messiam,Deum pariter & hominem.

Quòd Messias Emmanuel uocandus esset. Et quòd nomen hoc soli Messiæ congruat. *Caput* XVIII.

CAPNIO.

CVm Esaias Messiam Emmanuel uocandum dixerit.Sic enim septimo cap.ait, הנה העלמה הרה וילדת בן וקראת שמו עמנו אל Hoc est,Ecce uirgo concipiet,& pariet filium,& uocabit ipsi nomen eius Emmanuel. Dic igitur obsecro,qua ratione nomen hoc ipsi Messiæ conueniat. GAL. Emmanuel(ut optime nosti) nobiscum Deus Latinè interpretatur.Ipsa igitur beatissima uirgo ab angelo Gabriele præmonita & instructa,Messiam ipsum Emmanuelem uocandum erat. Vt ex hoc diuinæ atq; humanæ naturæ in una Messiæ persona coniunctio atq; unio apertè demonstraretur.Messias quippe Deus & homo futurus erat. Quare ipsi soli nomen hoc Emmanuel quod nobiscum Deus Latinè sonat,merito conuenit. HOG. Et uocabitur nomen eius Emmanuel,nostra æditio habet. GAL. Ita profectò est,Sed Hebraica litera sic prorsus(ut ipse transtuli)dicit.Quod longè melius ueritati fidei nostræ congruit. Nam ex eo quòd uocabit ipsa nomen eius Emmanuel,propheta dixit. Messiam ipsum non habiturum hominem patrem ostendit,qui ei nomen imponeret. Patres enim apud Hebræos ferè semper,& non matres filijs nomina imponere solebant. Vt & ex ueteri testamento multis in locis apparet,& ex natiuitate Ioannis Baptistæ manifestè colligitur.Ex hoc igitur quòd nominis impositionem quæ ad patrem pertinebat,ad solam matrem propheta retulit,aperte innuere uoluit,Messiam patrem in terris non habiturum fuisse,qui ei nomen imponere posset.Quod etiam angelus uidetur insinuasse,in eo quòd Mariæ dixit,Vocabis nomen eius Iesum. Vocabis ergo dixit,& non Vocabitur:ut cum propheta se cõueniisse,palam ostenderet. Vel aliter quoque dici potest, & non ineptè quidem quod quum propheta dixit,Et uocabit ipsa nomen eius Emmanuel quod est nobiscum Deus, per hoc planè insinuauerit,quòd ipsa soli certitudinaliter scire debebat, Messiam filium suum Deum & hominem esse. quandoquidem ipsa sola eum Emmanuel uocatura esset. Nam licet alio nomine nuncupandus esset, ipsa tamen sola certitudinaliter de eo dicere potuisset,Emmanuel id est nobiscum Deus. Quod circa non ab re dixit, Et uocabit ipsa nomen eius Emmanuel. Aciò apertè diceret, Et uocabit apud semetipsam eum nobiscum Deum. Quia ipsa sola hoc certitudinaliter dicere potuisset. Quod Lucas quoque innuere uidetur,cum ait:Maria autem conseruabat omnia uerba hæc

hæc, conferens in corde suo. Igitur & in corde suo, hoc est apud semetipsam, uocatura erat eum Emmanuel. Quod per illud etiam confirmatur, quod nuptiarum ministris dixit, Quodcunq; (inquiēs) dixerit uobis, facite. Quasi intra se ipsam reseruans, quòd filius suus Deus esset, qui posset uinum undequaq; producere. Ex his ergo perspicuum est, rectius pro fide nostra Hebraicū textum habere, quàm noster habeat.

CAP. Optime quidem dicta sunt hæc. Ex his enim facile Iudæorū nostri temporis prauitati respōdetur. Qui aiunt, Messiam Dei filium neq uaquam à matre sua Emmanuel fuisse uocatum, sed ישוע Iesuah hoc est Iesum. Vnde & post modum ab omnibus Christianis eum (ut asserunt) Iesum uocari contigit. Quamobrem uelim per eorum scripturas perfidiam eorum conuinceres. Qui uerba hęc, Ecce uirgo concipiet & pariet filium, & uocabit ipsa nomen eius Emmanuel, uxori Esaiæ, & eius filio tribuentes, dicunt ipsum à matre sua uel à spiritu sancto Emmanuel fuisse uocatum. Quod R. Selomonis testimonio probāt. Qui locum hunc ita exponit, Ecce העלמה haalma, id est uxor mea concipiet, hoc anno, qui est quartus Regis Achaz. Et pariet filium, & uocabit ipsa scilicet alma uel spiritus sanctus. (Est enim spiritus apud Hebræos fœminini generis) qui erit uel descendet super ipsam, nomen eius Emmanuel. Quasi dicatur, Quod conditor noster erit nobiscum. Hæc R. Selomo. GAL. Concedamus eis expositionem hanc ueram esse, atq; bonā, hoc solo excepto, quòd ait Esaiam hic עלמה alma pro uxore sua posuisse. Et per consequens filiū ipsius Esaiæ Emmanuel uocandum fuisse. Quod autem hic עלמה alma, nō pro Esaiæ uxore, sed pro matre Messiæ intelligi oporteat, in subsequentibus, cum de uirginitate eiusdem matris Messiæ dicendum occurrerit, latissime probabimus. Nunc uerò satis nobis sit, ostendere hunc Emmanuelē non fuisse, neq; esse potuisse Esaiæ atq; eius uxoris filium. Quod primū ex eo patet, quod apud eundem prophetam octauo capite, sic dicitur וילבן הנה אדני מעלה עליהם את מי הנהר העצומים ואת מלך אשור ואת כל כבודו Id est, Et propter hoc, Ecce Dominus ascendere faciet super uos aquas fluminis fortes & multas, Regem Assur & grauitatem, uel gloriā eius. Et reliqua usq; והוה מטות כנפיו מלא רחב ארצך עמנו אל Hoc est, Et erit extentio alarum suarum impletio latitudinis terræ tuæ ô Emmanuel. Hoc autem filio Esaiæ haudquaquam competere potest. Quia persona priuata fuit, & terrām nullam unquam habuit suo dominio subiectam. Quare alij quidā prophetiā hanc de Ezechia filio Regis Achaz exponentes, aiunt ipsum uocatum fuisse Emmanuel. Quorum opinio primum per R. Selomonem refellitur. Qui locum hunc exponens, sic dicit, Et uocabit ipsa nomen eius Emmanuel. Sunt nonnulli hoc exponentes, de Ezechia dictū esse. Sed hoc non est possibile. Si enim annos eius numeraueris, inuenies ipsum ante regnum patris eius annos nouē

Obiectio falsa.

Confutatio.

Alia obiectio.

Confutatio.

natum fuisse. Hæc R. Selomo, Cuius quidē assertio sic probari potest. Achaz enim pater eius sexdecim regnauit annis. Vt habetur 3. Regum cap. 16. Cui successit in Regno Ezechias ipse filius eius, cum quintum & uigesimum ætatis ageret annum, ut colligitur ex 4. Reg. ca. 18. Ex quo liquet, in primo anno Regni Achaz patris sui, Ezechiam ipsum nouem fuisse annorum. Cum igitur prophetia hæc (ut ait R. Selomo) in quarto anno Regni ipsius Achaz facta fuerit: clarum est, tunc Ezechiam tredecim fuisse annorum. Ex his igitur manifestè patet, propheciā hanc nō nisi de Messia exponi posse, cum ipse solus sit uere Emmanuel. CAP. Christus uester (Iudæi inquiunt) Iesus uocatus est, & nō Emmanuel. Quare dicere non potestis, eum Emmanuelem illum fuisse, de quo propheta loquitur. GAL. Aliud est naturæ nomen, aliud impositionis. Constat enim naturam ipsam quæ dat rei formā, nomen quoq; eidem rei dare. Sicut dat homini & humanitatem, & nomen quod est homo. Non enim homo nominatur aliquis, nisi propter hominis naturā, cuius est particeps. Ita quoq; Messias noster Emmanuel quod interpretatum est, nobiscum Deus, hoc est Deus & homo, & spiritu sancto & à matre dictus est. Et talis etiā à Christianis omnibus & creditur, & uocatur, cum duas participet naturas, diuinam scilicet & humanam. Iuxta quem modum à spiritu sancto per prophetas pluribus ac diuersis appellatus est nominibus, diuinam, aut humanam, aut utranq; simul eius naturam importantibus. Emmanuel igitur nomen est naturæ, utriusq; naturæ unionem quæ in utero uirginis fieri debebat, designans. Iesus uerò impositionis est nomen, quod saluator, uel salus, siue saluatio interpretatur. CAP. Iudæi adhuc instant, Eo quòd de hoc Emmanuele statim propheta subiecerit חמאה וּדבש יאכל לדעתו מאוס ברע ובחור בטוב Hoc est, Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobationem mali, & electionē boni. Quod Christo uestro (aiunt) secundum uos minime congruit, quem dicitis ab instanti suæ conceptionis scientiæ plenitudinem habuisse. Ex quo inferunt, non esse illum hunc Emmanuelem, de quo propheta meminit. GAL. Negare nequaquam possunt, sæpenumero in sacra scriptura spiritualia per corporalia significari. Id circo igitur propheta Emmanuelem nostrū, butyrum & mel comesturum prædixit: ut ex hoc innueret, ipsum non solum humanitatis, sed etiam diuinitatis naturam & ueritatem in se habiturum fuisse. Butyrum enim quod ex lacte animalium fit, humanitatem conuenienter designat. Mel uerò propter summam eius dulcedinem, & quia ipius inuisibiliter utros de cœlis aereis uenit, satis cōgrue diuinitatem significat. De quo utroq; dixit Ishac ad Esau, instanter ab eo benedictionem petentem, Gen. 27. הנה משמני הארץ יהיה מושבך ומטל השמים מעל est. Ecce à pinguedine terræ erit conuersio, uel requies, uel habitatio tua, & à rore cœli desuper. Quasi diceret, Ab humanitate & diuinitate

Messiæ

Messiæ uenturi. CAP. Iudæi rursus obijciunt, propter id quod de ipso Emmanuele apud Esaiam ibidem hoc modo sequitur, בי בטרם ידע חנער מאוס ברע ובחור בטוב תעוב האדמה Hoc est, Quoniam antequam nouerit puer reprobare malum, & eligere bonum, derelinquetur terra. Cum reliquis, quæ sequuntur. Dicunt igitur, Si Christus uester Emmanuel iste fuit, non ualetis eum ab ignorantia excusare. Cum igitur nullam in eo ignorãtiam fuisse asseratis, Emmanuelẽ istum eum fuisse, minime dicere potestis. GAL. Dictum hoc Esaiæ de scientia Christi humana intelligi debet. Quamuis ergo in eo nulla fuerit ignorantia. Quia tamen in tempore homo factus est, scientiam quoq; humanam in tempore habuit. Et antequam illam haberet, liberatio illius terræ & populi per Esaiam prænunciata completa fuit. Sic igitur exponendum est prophetæ dictum, Antequàm nouerit puer reprobare malũ, & eligere bonũ, derelinquetur terra. Cum cæteris. Hoc est, Antequàm fiat homo, uel Antequàm de uirgine supradicta concipiatur, & nascatur, derelinquetur terra. Cum reliquis. Eodem quoq; modo dicendum est ad id, quod de eodem puero in sequenti capite ita dicitur, בי בטרם ידע חנער קרא אבי ואמי Id est, Antequàm ipse puer sciat uocare, uel dicere, Pater mi, & mater mea. Hoc est, Antequàm fiat homo, uel ante quàm oriatur, ut homo. Quod autem puer iste de quo Esaias loquitur, sit Deus & homo, & per cõsequens uere uocandus Emmanuel, ex eo potissimum apparet, quod Esaias ibidem ponit, dicens, ויאמר יהוה אלי קח לך גליון גדול וכתוב עליו בחרט אנוש למהר שלל חש בז Hoc est: Et dixit Deus ad me, Sume tibi uolumen magnum, & scribe in eo stylo hominis: Expedito, spoliatori, festino, prædatori. Quæ sic à R. Selomone exponuntur. Sume tibi uolumen magnum, id est rotulum chartæ, uel tabulam scribendi. Et scribe in eo stylo hominis. id est tali scriptura, taliq; modo ut eam percurrere possit omnis homo, quicũq; eam legerit, quamuis non sit sapiens. Sic autem transtulit hoc Ionathan. Scribe (inquiens) מפורש mephoras, id est exposite. Et cur dixit Magnũ, cum nõ mandauerit in eo scribi nisi quatuor hæc nomina? Sunt aliqui, qui exponunt, substãtiam scripturæ esse quatuor ista: multo uerò plura fuisse in eo uolumine scripta. Hęc R. Selomo. Rabbi autem Khimchi maiori cum expositione dicit hæc eadẽ in dictione חרט Heret. Multo igitur plura, quàm quatuor hæc uerba in uolumine illo scripta fuerũt de puero hoc Emmanuel uocãdo, ut R. Selomo ait, Hæc autem quatuor sunt quasi sequentium tituli: uidelicet, Expedito, Spoliatori, Festino, Prędatori. Quæ optime Messiæ conueniunt. Ipse enim futurus erat expeditus spoliator inferni, atq; festinus prædator. Alia autem plura quæ in eodem uolumine de illo Esaias scripsit, quædã ad eius diuinitatẽ, quædam ad ipsius humanitatem simul & diuinitatem spectant. Vt ex ijs palam innueret, ipsum merito Emmanuel uocandũ fuisse. Scripsit nanq;

ibi de eo id quod mox ibidem post pauca sequitur, יהוה צבאות אותו
תקדישו Id est, Deum (tetragrammaton) exercituum ipsum sanctifica-
te. Cum reliquis. Quod de Messia dictum fuisse suprà per Talmud pro-
bauimus. Ex quo euidentissime sequitur, & Messiã Deum esse, & puc-
rum hunc esse Messiam. Scripsit quoq; in prædicto magno uolumine
illud quod statim post hæc ita sequitur ילד ילד לנו בן נתן לנו Hoc est,
Infans natus est nobis, filius datus est nobis. Cum cæteris, Quod simi-
liter de Messia Deo & homine dictum fuisse, alibi latius per eorum scri-
pturas ostendemus. Clarum est igitur tam per hæc, quàm per alia quæ
de eodem puero Emmanuel uocando, in eodem uolumine ab Esaia di-
uino iussu scripta sunt, neminem nisi solum Messiam qui de uirgine
Deus & homo nasciturus erat, Emmanuel uocandum fuisse. Cum Em-
manuel (ut dictum est) nobiscum Deus, id est Deus & homo inter-
pretetur.

De quibusdam Messiæ nominibus, ab effectu illi impositis, ex quibus eius diuinitas aperte ostenditur. Caput XIX.

CAPNIO,

CVm alia plura Messiæ nomina præter Emmanuel, apud Esa-
iam eisdem in locis per te nunc inductis, inueniantur, per quæ
eius diuinitas manifeste ostenditur. Idcirco si de Emmanuel
tot dixisti, de ipsis quoq; aliquid te dicere, par est. GAL. Ne igitur ea
prætermittam, primo Esaiam ipsum inducam sic nono cap. dicentem:
ילד ילד לנו בן נתן לנו ותחי המשרה על שכמו ויקרא שמו פלא יועץ אל גבור
אבי עד שר שלום : למרבה המשרה ולשלום אין קץ Hoc est,
Infans natus est nobis, filius datus est nobis. Et erit principatus super
humerum eius. Et uocabitur nomen eius, Admirabilis, consiliarius,
Deus, fortis, pater sempiternus, uel pater sempiternitatis, Princeps
Pax, ad multiplicandum principatum. Et pacis non erit finis. Cum
hæc nomina nulli alij à Deo competere possint, ex ipsis Messiam Deo
um esse, necessario consequens est. CAP. Rabbi Selomo nomina
hæc non de Messia, sed de Rege Ezechia exponit. Sic enim ait, Et uo-
cauit nomen eius scilicet Ezechiæ Deus sanctus & benedictus. Qui
est admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater sempiternus: princi-
pem, pacem. GAL. Apud Iudæos & Chaldæos atque Arabes non
est (ut ipse nosti) casuum diuersitas, cum apud eos omnia nomina sint
indeclinabilia & si singulare & plurale habeant. Ideo R. ipse Selomo
quem alij Iudęorũ iuniores ferè omnes sequunt, quatenus nostrę fidei
huiusce pphetiæ testimoniũ subtraheret, nomina hęc cõtra omniũ ue-
terũ expositiões, de Ezechia Rege conatus est exponere, faciẽs sex pri-

Falsa expositio.

Confutatio.

ma eorum nominum nominatiui casus, quæ Deo attribuit, duo uerò ultima accusatiui, quæ Ezechiæ imponit. Nos autem nihil in uerbis prophetæ addentes, nihilq; ibi mutantes, ut ipse facit, qui ut sensum prophetiæ peruertat, multa ibi addit, multaq; mutat, infantem hunc nobis natum, ac nobis datum, secundum priscorum Talmudistarum glossas, Messiam esse dicimus. Qui secundum humanitatem ex Maria uirgine nobis nasciturus erat, & secundum diuinitatem nobis à patre æterno dandus. Cuiusque nomen spiritus sanctus ille, de quo ait David 2. Regum uigesimo tertio capite, Spiritus Dei locutus est in me, per Esaiam uocauit Admirabilem, cõsiliarium, Deum, fortem, patrem sempiternum, principem, pacem. Hoc autem ueterum Talmudistarũ autoritate optime fulcitur, per quos & ipsius Rabbi Selomonis fraudulentia uehementer explodítur. Nam in איכה רבתי Echa rabbethi, id est in expositione super planctum Ieremiæ, dicitur unum de Messiæ nominibus esse Pacem. Sic enim ibi Rabbi Ioses Galilæus dicit, Nomen quoque Messiæ uocatum est שלום Salom, id est Pax, sicut dictũ est Esaiæ nono capite, Pater sempiternus, Princeps, Pax. Hæc traditio. Ex qua manifestè habetur, quòd non solum duo ultima nomina, quæ in prædicta prophetia ponuntur, Princeps scilicet & Pax, quæ Rabbi Selomo Ezechiæ tribuit. Verum & pater sempiternus, & alia quoque omnia, quæ ipse Deo attribuit, de Messia dicta intelliguntur. In Beresith quoq; rabba, super illud Gen. Et dixit Pharao ad Ioseph. Sic dicitur, Scriptum est Sephoniæ tertio capite, Quoniam tunc conuertam ad populos labium electum, uel mundatum, ut inuocent omnes nomen Domini, & colant eum humero uno. Non est autem nomen Domini hic, nisi Rex Messias. Sicut dictum est Esaiæ 30. cap. Ecce nomen Domini uenit de longinquo. Et cur dictum est, Et colant eum humero uno? Ideo certè, quia erit principatus super humerum eius. Hactenus traditio. Ex qua manifestè ostenditur, antedicta Esaiæ uerba de Messia, & non de Ezechia dicta fuisse. Id idem quoq; per Chaldaicam expositionẽ liquido patet. Sic enim eadẽ uerba Rabbi Ionathas Vzielis filius Chaldaicè transtulit atq; exposuit, אמר נביא לבית דוד ארי רבי יתוליד לנא בר אתייהיב לנא וקבל אורייתא עלוהי למטרא ואתקרי שמיה מן קדם מפליא עצה אלהא גבורא קיים עלמיין משיחא דשלמיא יסגא אורייתא Hoc est, Dixit ꝓpheta domui Dauid: Quia infans est nobis, filius datus est nobis, & recipiet super se legẽ, ad seruandũ eam. Et uocabit nomẽ eius מן קדם Min kodam. i. ex parte, uel de ante, Mirabilis cõsilio, Deus, fortis, permanẽs in secula seculorũ Messias. In cuius diebus pax multiplicabit super nos. Hucusq; Targũ. CAP. Cũ dicit hęc Targũ. Et uocabit nomen eius ex parte, uel ante. Ex cuius parte, uel ante quid, nomẽ Messię uocandũ erat? GAL. Diximus iã, q; ex parte spiritus sancti, qui per hũc prophetã, sicuti & per alios, loquebat; uocatum est Messię nomẽ, & q; etiam

etiam antequam naſceretur, uocatum ſit: iuxta illud Pſalmi, Ante ſolem יגין Yinnon, fuit nomen eius. Ex his igitur patet, nomina ipſa quę in præmiſſa Eſaiæ prophetia ponuntur, nō niſi de Meſſia intelligi poſſe. Qui futurus erat mirabilis in natiuitate, conſiliarius in legis euangelicæ latione, Deus in miraculorum operatione, fortis in paſſionis tolerratione, pater in redēptionis dilectione, ſempiternus in reſurrectione, Princeps in aſcēſione, Pax in ſpiritus ſancti miſſione. CAP. Cum tam iſta, quàm alia Meſſię nomina quæ ante idem propheta prę̄miſerat, ab effectu ipſi Meſſiæ impoſita fuerint. Dic obſecro, à quo effectu huiuſmodi nomina impoſita dicantur. GAL. Ab effectu utiq; ſaluationis, quam humano generi allaturus erat. Vti Rabbenus Haccados quem Iudæi magiſtrum noſtrum ſanctum nuncupant, in libro quem גלי רזיא Gale razeya, id eſt reuelatorem arcanorum denominauit, optime declarat. Cuius ego ne plura dicam, uerba referā. Sic enim de Meſſiæ nominibus loquens, ait: Quia Meſſias Deus & homo futurus eſt, uocatū eſt nomen eius Emmanuel, quod interpretatur nobiſcum Deus, in corpore ſcilicet & carne noſtra. Quemadmodum Iob teſtatur 19. cap. dicens: Et ex carne mea uidebo Deum. Item quia Deus eſt, Mirabilis cōſiliarius dicitur. Excogitauit enim mirabile conſilium ſaluandi omnes animas, quæ propter Adæ peccatum condemnatæ ſunt, nec poſſunt ullo pacto ſaluari, niſi Rex Meſſias mortem acerbiſſimam, multaq; tormenta ſubeat. Idcirco dictus eſt & גבר Gheuer, id eſt uir. Et quia ſua eſt omnis fortitudo, Deus fortis uocatur. Item quia ipſe eſt æternus, pater ſempiternus dicitur. Item quia in diebus eius pax multiplicabitur, Princeps ac pax appellatur. Item quia ipſe feſtinabit, ut auferat animarum ſpolia, quæ in inferno torquentur, uocatur Expeditus, ſpoliator, feſtinus, prædator. Quia autem eos ſaluabit, & ad paradiſum adducet, uocatur Ieſus, quod idem eſt quod ſaluator. Hæc ille.

Quòd proprium Meſſiæ nomen debebat eſſe Ieſus. Et de huius nominis excellentia. Caput XX.

CAPNIO,

INter cætera quæ maxime abs te audire cupio, eſt huius ſanctiſſimi nominis Ieſus excellētia. Cum enim illud pronuncio, totum os meum mira quadā ſuauitate repletur. Quamobrē ad maiorem Iudæorū noſtri ſeculi confuſionem, qui Ieſum ipſum blaſphemare non horrent, aliquid de huius glorioſiſſimi nominis ſublimitate retegas, obſecro. Et præſertim an hoc nomen ſit inter alia omnia Meſſiæ nomina, magis ei propriū, magisq; illi cōueniat. GAL. Quoniā Meſſias & perfectus Deus, & perfectus homo futurus erat. Idcirco, pro-

phetæ

phetæ ad insinuandam utriusq; naturæ ipsius ueritatem, eum quãdoq; Deum nomine tetragrammaton, siue alio diuino nomine, quandoq; hominem, seu alijs nominibus humanam naturam designantibus, appellant. Sed quia salus humani generis non nisi per Deum humanitati hypostatice unitum, fieri debebat, ideo hoc nomen Iesus quod saluator interpretatur, inter cætera nomina ipsi Messiæ attributa, est illi magis proprium, magisq; conueniens. Cum nõ solum utranq; naturam, diuinam scilicet & humanã, quæ in Messia ipso hypostatice uniendę erant, importet: uerum ipsam quoq; humani generis salutẽ, quam ipse operaturus erat, apertissime insinuet. Quod quidem nomẽ ab æterno per æternam prædestinationem à patre æterno illi impositum fuit, & postmodũ ab eodem prophetis reuelatũ. Vnde Habacuc quasi Deo gratias agens ita cap. 3. dicebat, ואני ביהוה אעלוזה אגילה באלהי ישעי IESVS. Hoc est, Ego autẽ in Deo gaudebo, exultabo in Deo Iesu meo. Ezras autem in 3. tertij libri capite in persona Dei patris loquens, sic aiebat, יגלה בני ישוע עם אותם שישמחו עמו .i. Reuelabitur filius meus Iesus, cum ijs qui cum eo lætabũtur. Et rursus ibidem sic etiã inquit, ימות בני ישוע וישוב אלי העולם Hoc est, Morietur filius meus Iesus, & conuertetur ad me seculum. Rabbenus etiam Haccados qui tempore Consulũ Romanorũ fuit, in libro גלי רזיא Gale razeya Antoninũ Consulem alloquẽs, hæc de ipso nomine inter cætera, dicit, Quia Messias homines saluabit, uocabitur ישוע Iesuah. Gentes autem alterius nationis, quæ fidem eius sectabuntur, uocabunt eum Iesum. Et propterea inuenies hoc nomen Iesus, designatũ in textu Gen. 49. cap. Non recedet sceptrũ de Iuda, in primis literis horum uerborũ יבא שילה ולו Iauo silo uelo. Si enim acceperis primas literas harum dictionũ ישו Iesu eædẽ literæ conficient. Hæc Rabbenus ille, quem Iudæi Magistrũ nostrũ sanctum uocant. Quia igitur gentiles quoq; qui in eũ crediturí erant, per ipsum saluari debebant. Idcirco nomen hoc non solum prophetis & priscis Iudæorum, sed ad clariorem ueritatis expressionem, quibusdam etiam ex gentilibus reuelatum fuit. Nam Sybilla Erythræa (ut alias taceam) quædam de fine mundi carmina fecit, ex quorum primis literis si ritè legantur, huiusmodi uerba resultant. Ιησοῦς χριστὸς θεοῦ ὑὸς, σωτὴρ, σαυρός. Id est, Iesus Christus Dei filius, Saluator, Crux. CAP. Quoniam & alijs quoq; nominibus Messiam uocandum prophetæ prædixerunt. Eam ob rem recentiores Iudęorũ penitus negant, quòd propriũ Messiæ nomen Iesus esse debuerit. GAL. Id certè minime negare possunt. Tum quia (ut ostẽdimus) non solũ prophetæ, sed eorũ quoq; ueteres doctores hoc asserunt. Tũ etiã, quia ratione quoq; probat. Si enim nõ nisi per Messiã humanũ genus saluandũ fuerat, nomẽq; Iesus saluator interpretetur. Cõsequẽs plane est, neminí alij ꝓprie nisi Messiæ hoc nomẽ cõuenire posse. Quare eos cõcedere necesse est, hoc solũ esse debuisse ꝓpriũ

ipsius

ipsius Messiæ nomen. Alia autem nomina quibus etiam ab ipsis prophetis appellatus est, ab ipsius salutationis (ut diximus) sumuntur effectu, cum solum aut principium, aut medium, aut finem nostræ salutionis concernant. Sed hoc nomen Iesus totum nostræ salutis processum, principium scilicet, medium, ac finem sufficienter continet. Quare & cætera omnia nomina in se includit. Ideo magis hoc nomine quàm alio aliquo Messias nominari debuit. CAP. Hoc igitur nomen illud mihi esse uidetur, de quo Esaias capite 61. loquitur, dicens, וקרא לך שם חדש אשר פי יהוה יקבנו Id est, Et uocabitur tibi nomen nouum, quod os Dei nominabit. Cur igitur nouum illud fore dixit? GAL. Quia nemini illud ante Messiam imponendum erat. Nullus enim unquam extitisse in sacris literis legitur, qui hoc nomine uocatus fuerit. Quod ideo potissimum factum fuit, inde palàm ostenderetur, nemini illud nisi Messiæ uerò saluatori recte atque proprie competere potuisse. HOG. Immo tres alios in sacra scriptura hoc nomine appellatos fuisse legimus. GAL. Quinam sunt obsecro? HOG. Iesus Naue, Iesus Syrach, & Iesus Iosedec. Quos Doctores nostri figuram ueri Iesu extitisse aiunt. Quemadmodum enim Iesus Naue uir fortissimus, hostibus deuictis, filios Israel ad terram promissionis introduxit, & Iesus Syrach doctor sapientissimus, suis (ut legitur) temporibus sapientiam renouauit, ac Iesus Iosedec sacerdos sanctissimus, templum domino ædificauit. Ita Christus uerus Iesus sua quidē fortitudine hostibus humani generis superatis, fideles suos ad patriam cœlestem introduxit. Sua uerò sapientia ac ueridica doctrina mundū illuminauit, ipsum ab erroribus expurgans. Sua autem sanctitate, sacerdos in æternum ipse existens, spiritale templum, hoc est Ecclesiam fidelium, ex uiuis & electis lapidibus construxit. GAL. Figuras quidem ueri Iesu eos gessisse cōcedo, sed nomine Iesu uocatos fuisse, omnino nego. In hoc enim (ut uerum fatear) quàm plurimi ex nostris plurimum falluntur, putantes eos hoc nomine fuisse nuncupatos. Quod ex Hebraicarum literarum ignorantia prouenisse, certum est. Vnusquisq; enim eorum quos hoc nomine Iesu appellatos asserunt, non ישוע Iesua, id est Iesus uocatus est, sed יהושע Iehosua, quod non est idem nomen quod ישוע Iesua, id est Iesus, sed longe aliud ab illo, aliudq; significans. Nam ישוע Iesua siue Iesus idem est quod saluator, siue salus, seu saluatio יהושע Iehosua uerò Deus saluabit interpretatur. Vt ex ipso nomine clare pateret, quòd saluare nullius eorum intererat, sed solius Dei. Qui humanæ naturæ hypostatice unitus, esset humani generis uerus ישוע Iesus siue Iesus, hoc est saluator. Quare ipsi non ישועות Iesuoth seu Iesus, id est, saluatores uel saluationes appellati sunt, sed יהושע Iehosua, hoc est, Deus saluabit. Vt inde palam innueretur, unum tātum uenturum fuisse saluatorem, qui Deus & homo futurus esset. Et Deus quidem, ut saluare

ut saluare posset. Homo uerò, ut pro humani generis salute mortem obeundo, diuinæ iustitiæ satisfaceret, quæ ipsum satisfactorẽ eiusdem generis cum præuaricatore esse requirebat. HOG. Ideo non ab re quidam ex nostris dicunt, hoc nomen Iesus aliud nõ esse, quàm ipsum nomen Dei tetragrammaton. Nam principales ipsius nominis tetragrammaton literas (ut abs te optime declaratum est) tres esse constat. Videlicet, iod, he, uau: cum quarta non sit nisi secunda, quæ bis in eodẽ nomine ponitur, secundo scilicet & quarto loco. Quæ quidem tres literæ his nostris correspondere uidentur, i, h, u. Hæ autẽ simul iunctæ, hoc modo, ihu, hoc benedictũ nomen efficiunt. Titulus autem superponitur, ut crux per quam saluati sumus, designetur. Ex quo manifestum est hoc nomen Iesus aliud non esse quàm nomen Dei tetragrammaton. GAL. Id profectò pulchrum esset, si in omni lingua uerificari posset. Tres enim istæ nominis Dei tetragrammaton literæ, non nisi cum nomine Iesus Latinis literis scripto, hanc habere uidentur conformitatem. Nam Hebraicis quidem literis sic scribitur ישוע Chaldaicis uerò sic: ℞·Π⊣▽: Græcis autem sic ἰησοῦς. Ex quibus omnibus prẹter primam, nulla alia ponitur litera, earum ex quibus nomen Dei tetragrammaton conficitur. Quare cum hæc literarum similitudo in lingua Hebraica (ut de alijs taceam) non seruetur, in qua potissimum seruari deberet, cum utrunque nomen Hebraicum sit. Minime dicẽdum uidetur, hoc nomen Iesus, nomen Dei tetragrammaton omnino esse. Nam & si Christus nomine Dei tetragrammaton proprie ac directe tanquam uerus Deus (ut suprà ostendimus) uocandus esset, nomen tamen illud cum secundum diuinam naturam duntaxat ei conueniat, hoc autem nomen Iesus secundum utranq; naturam & diuinam & humanam illi competat, consequens proculdubio est, hoc non esse illud, nec idem utriusq; significatum, ut in præcedentibus satis (ut arbitror) abunde patuit. Multa prẹterea huius sanctissimi nominis Iesus reseranda essent arcana, quæ alio loco opportunius dicenda seruantur. Nunc autem satis sit, ut quantum ad propositum nostrum spectat, aliquid de ijs Messiæ nominibus dicamus, quæ de ipso in sacra pagina metaphorice, aut antonomasice dicuntur.

Quòd Messias dictus est petra, siue lapis, multiplici ratione.
Caput XXI.

CAPNIO,

QVamobrem igitur Messias dictus est lapis? GAL. Non ab re quidem. Audi quæso quid de hac re scriptum sit in Beressith rabba, id est in commentarijs libri Geneseos super illud 18. cap. dictũ, Egressus est Iacob. Sic enim ibi ad uerbum legitur, Post-

quàm Rex Messias uindictam fecerit de Esau, ipse fiet Rex magnus. Et hoc est quod scriptum est Dan. 2. cap. Lapis qui percussit statuam, factus est mõs magnus, & impleuit uniuersam terrã. Quod autem Messias sit lapis angularis, ab Iudęis reprobatus, habetur apud Esaiam cap. 28. sic dicentem, לכן כה אמר ארני יהוה הנני יסד בציון אבן אבן בחן פנת יקרת מוסד מוסד המאמין לא יחיש ושמתי משפט לקו וצדקה למשקלת ׃ Hoc est: Propterea sic dicit Dominus Deus, Ecce ego fundaui in Syiõ lapidem probatum, uel fortem, angularem, preciosum, fundamentum fundamenti. Qui credit, non festinet. Et ponam iudicium ad lineam, uel ad mẽsuram, & iustitiam ad pondus. Vbi glossa Rabbi Selomonis sic dicit, Fundaui, uerbum præteritũ est. Vnde de præterito exponendum est sic: Ecce ego sum qui fundaui iam in Syion lapidem, id est iam diffinitum & decretum est coram me, & cõstitui Regem Messiam, qui est lapis בחן bohan, quod sonat fortitudinem, uel munitionem. Quod autem dicitur fundamentum fundamenti, id est fundamentorũ, sic intelligi debet, ac si dicatur fundamentũ perfectissimũ. Hæc Rabbi Selo. Ionathan autem hæc ita Chaldaicè transtulit הא אנא ממני בציון מלכא משיחא מלכא תקיף גיבר ואימתן Id est, Dixit Dominus Deus, Ecce ego constituo in Syion Regem Messiam, Regem potentem, robustum, & fortem. De hoc etiam lapide hæc Psalmographus, ait Psalmo 118. אודך כי עניתני ותהי לי לישועה ׃ אבן מאסו הבונים היתה לראש פנה ׃ מאת יהוה היתה זאת היא נפלאת בעינינו ׃ זה היום עשה יהוה נגילה ונשמחה בו Id est, Confitebor tibi, quoniam exaudisti me, & fuisti mihi in salutem. Lapidem reprobauerunt ædificantes, qui factus est in caput anguli. A Deo fuit hęc res, & ipsa mirabilis in oculis nostris. Hic est ipse dies quẽ fecit Dominus, exultabimus & lætabimur in eo. Quod autem hæc de Messia intelligantur, patet per Rabbi Selomonis glossam, super illud Micheæ 5. cap. dictum ממך לי יצא להיות מושל בישראל Id est, Ex te mihi egredietur, qui sit Dominator in Israel. Sic enim ibi ait, זה משיח בן דוד וכן נאמר אבן מאסו הבונים וגו׳ Id est, Hic est Messias filius Dauid. Sicut dictum est, Psal. 118. Lapidem reprobauerunt ædificantes, &c. De hoc etiam lapide apud Zachar. 3. cap. ita legitur, הנני מביא את עבדי צמח כי הנה האבן אשר נתתי לפני יהושע על אבן אחת שבעה עינים הנני מפתח פתחה נאם יהוה צבאות ומשתי את עון הארץ ההיא ביום אחד Hoc est, Ecce ego adduco seruum meum germen. Quia ecce lapis quem dedi coram Iehosua. Super lapidem unum septem oculi. Ecce ego aperiam aperturam, dixit Deus exercituum, & auferam peccatum ipsius terræ in die una. Quæ Rabbi Ionathan hoc modo in Chaldæum uertit אנא דייתי ית עבדי משיחא ואתגלי אריהא אבנא די הבית קדם יהושע על אבנא חדא שבעא עיינין הא אנא גלי חזייתהא אמר יהוה צבאות ואעדי ית חוב ארעא ההיא ביומא חד Id est, Ecce adducam seruum Messiam, & reuelabitur. Ecce lapis quem dedi coram Iehosua, super lapidem unum septem

ptem uisiones sunt. Ecce ego reuelabo uisiones eius. Dixit Deus exercituum. Et auferã culpam terræ ipsius in una die. De lapide quoq; hoc in Beresith Rabba, id est in commentarijs libri Geneseos, super illud uigesimo octauo capite eiusdem libri, dictum: Et exiuit Iacob de Bersaba. Sic ait R. Moses Hadarsan. Hoc est quod scriptum est, Psal. 20. Leuabo oculos meos ad mõtes, unde ueniet adiutor meus, uel auxilium meum. Et sic Zach. dicit 4. cap. Quis tu mons magne coram Zorobabel. Mons magnus iste est Messias. De quo Esaias inquit 11. cap. Iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate mansuetis, uel humilibus, uel pauperibus terræ. Et educet lapidem capitalem. Hic est lapis Iacob. Sicut dictum est Gen. 28. cap. Et accepit lapidem quem posuerat capitalia sua, uel de capitalibus suis. Ex omnibus his quæ dicta sunt, aperte liquet, Messiam non ab re dici lapidem, se ipsum de monte absq; manibus abscindentem, ut habetur Dan. 2. cap. Et lapidem ad offensionem & scandalum deuiantium Iudæorum, sanctificationemq; electorum, ut dicitur apud Esaiam cap. 8. Nec non lapidem angularẽ & capitalem ab Iudæis reprobatum. Vt nunc probauimus. Quapropter Petrus ille apostolorum princeps de lapide isto hęc non immerito in prima epistolæ 2. cap. dicit, Ad quem accedentes lapidem uiuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatũ, & ipsi tanquam lapides uiui superædificamini domos spirituales, in sacerdotium sanctum offerẽtes spiritales hostias, acceptabiles Deo, per Iesum Christum. Propter quod cõtinet scriptura, Ecce pono in Syion lapidem summum, angularem, probatum, electum, preciosum, & qui crediderit in eum, non confundetur.

Quod Messias dictus est Tener, ad insinuandam immensam eius pietatem. Caput XXII.

CAPNIO,

REperio Messiam quandoq; רך Rach, id est Tenerum in sacris literis dici, ut est illud Selomonis Prouer. 4. capite dictum, בן חייתי לאבי רך ויחיד לבני אמי Hoc est, Filius sui patri meo, tener & solus, uel unicus filijs uel filiorum matris meæ. Quæ quomodo intelligenda sint, in quinto cap. superioris libri, satis abunde disseruisti. Nunc igitur dicas, quamobrem tener appellatus sit. GAL. Potissimum ob immensam pietatis suæ teneritudinem. Quod ex eo maxime patet, quod apud Ezec. 17. ca. ita dicitur, כה אמר ארני יהוה ולקחתי אני מיצמרת הארז חרמת ונתתי מראש יונקותיו רך אשתלתי אני על הר גבוה וחלול Id est, Sic ait Dominus Deus. Et assumã ego de summitate cedri sublimis, & dabo de capite uirgultorum eius. Tenerum carpam, & plantabo eum ego super mõtem altum, & prominentẽ. Vbi glossa R. Selomonis sic dicit, Et assumã ego summitatẽ cedri, Regem. i. Mes-

siam. Tenerum carpam. Non enim est uia ad miserendum nisi per tenerum, qui est crescens & conglutinans atq; constrictus. Hęc R. Selomo. In quibus euidentissime tāgitur diuinæ pietatis teneritudo, & in trunco humanitatis clementissimæ diuinitatis insertio, ac fructuosa plantatio. Quas ob res uerba ipsa R. Ionathas ita Chaldaicè transtulit, ואקריב אנא מימלכותא דבית דוד דמיתיל באורזא רמא ואיסמינת Hoc est, Et applicabo ego de Regno domus Dauid, quod assimilatum est cedro excelsæ, & erigam illud, Deniq; sequitur in eadem prophetia, והיה לארז אדיר ושכנו תחתיו כל צפור Id est, Et erit in cedrū inclytam, & habitabit sub ea omnis passer, & omne alatum sub umbra ramorum eius commorabitur. Quæ Ionathas ipse ita Chaldaicè traduxit, atq; exposuit. Et erit ad Regem robustum, & recumbent super eum omnes iusti, & omnes humiles in umbra Regni eius requiescēt. Ex quibus satis patuit, Messiam ob suæ pietatis atq; clementiæ immensam teneritudinem haud inepte Tenerum nuncupari.

Quòd Meßias antonomasicè atque per excellentiam Iustus appelletur. Caput XXIII.

CAPNIO,

IVstum quoq; Messiā dici tam apud prophetas, quàm apud Talmudistas sæpenumero legi. Et licet ipsum antonomasice atq; per excellentiam sic denominari non ignorem. Ad maiorem tamen huius ueritatis expressionē, uellem aliquid abs te hac de re audire. GAL. Messiam antonomasice & per excellentiā צדיק tzadic, i. iustum dici, nō opus est uerbis multis probare, cum id tam sacræ scripturæ, quàm ipsius Talmud innumeris in locis pateat. Vt tamen petitioni tuę satisfaciam, qui me de hoc aliquid dicere hortaris. Ne illud silentio omnino præteriisse uideamur, pauca duntaxat hac de re dicam. Et primum Zachariam adducam, sic 9. cap. dicentem, גילי מאד בת ציון הרועי בת ירושלם הנה מלכך יבוא לך צדיק ונושע הוא עני ורכב על חמור ועל עיר בן אתונות Hoc est, Exulta ualde filia Syion, iubila filia Ierusalē. Ecce Rex tuus ueniet tibi iustus & saluator ipse, pauper & ascendens super asinam, & super pullum filium asinarum. Per quam quidem prophetiā non solum Messias antonomasice & per excellentiā iustus denominatur. Verū ipsius quoq; & diuinitas & humanitas aperte exprimitur. Et diuinitas quidem in ea eius particula, quæ ait, Iustus & saluator ipse.

Hu, nomen diuinum.

Hæc enim Hebraica dictio הוא hu, quę Latinè idē est quod ipse, apud Hebræos diuinū est nomen, & Deū ꝓprie significat. Quod apud Esa. 42. c. liquido patet, dū ipsemet deus ait, אני יהוה הוא שמי. i. Ego Deus, ipse est nomē meū. Cū igit Zach. dixit, Veniet tibi iustus & saluator ipse. Quid aliud exprimere uoluit, q̄ id qđ Esa. clare expressit 35. c. dicēs, אלהים הוא יבא וישיעכם Hoc est, deus ipse ueniet & saluabit uos. Saluare enim

enim proprie ſolius Dei eſt. Cætera autem quæ in eadem Zachariæ prophetia ſubiiciuntur, Meſſiæ humanitatem explicant. Secundum quam & pauper futurus erat, & tandem imminente eius paſſione, ſedens ſuper aſinam & ſuper pullum eius, Ieroſolymam gratia ſaluandi humani generis, petiturus fuerat. Ex quo maxime falſa Iudæorum refellitur opinio, qui Meſſiam in toto mundo temporaliter regnaturū putant. Nam cum temporale mundi regnum & paupertas minime cōueniant, nec ſimul eſſe poſſint, neceſſario cōcedendum eſt, ipſius Meſſiæ Regnū iuxta huius prophetæ uaticiniū, nō temporale, ſed ſpirituale futurum fuiſſe. Quare ipſe dixit, Regnum meum non eſt de hoc mundo. CAP. Recentiores Iudæorū cum ſint obſtinatiſſimi, ut Meſſiæ diuinitatem per prophetā hunc expreſſam negare ualeant, aiunt in textu Hebraico ſcriptū eſſe, נושע noſa, quod ſaluatus, & nō ſaluator interpretatur. Quod nequaq̄ Deo conuenire poteſt. Nam & ſi Dei propriū ſit ſaluare, ſaluari tamen ei haudquaq̄ cōpetere poteſt. Vnde cōcludunt, cp cū Meſſias in hac prophetia ſaluatus, & nō ſaluator dicatur, ipſum deū eſſe, minime ex ea inferre poſſumus. Ideocp prophetā hunc Meſſiam iuſtum & ſaluatū dixiſſe, dicūt: quia Meſſias ipſe ſuā ob iuſtitiā de gladio Gog & Magog ſaluandus eſt. GAL. Eis hoc in loco aliud cp quod ueteres Talmudiſtæ dicunt, nō reſpōdebimus. Quare R. Berachię uerba adducā, quæ R. Menahē Rakenad refert, ſuper Gen. 3. cap. ita dicēs, Salus Iſrael eſt ſalus Dei ſancti & benedicti. Vt dixit R. Berachias ſacerdos. Quia ſcriptū eſt Zach. 9. cap, Iuſtus & ſaluatus, & nō iuſtus ſaluator ipſe. Vbi ſenex iſte ſacerdos oſtēdere conatur, cp Deus ſaluādo Iſrael. i. fideles, ſaluatus dicat, ex eo cp propheta iſte, Iuſtus & ſaluatus, dicat. Per iuſtū nanq̄ (ut eius uerba plane ſonant) Deū intelligit. Et ratio ſuper quā eius dictū fundari uidet, eſt, Quia quēadmodū operis perfectio in operantē redundari ſolet, ſic humani generis ſaluatio in Deum quodammodo reſultat. Idcirco igit ppheta iuxta huius boni Talmudiſtę expoſitionē, Meſſiā ſaluatū dixit, quia cum ipſe tanq̄ Deus humanū genus ſaluaturus eſſet, ipſius humani generis ſaluatio in eum, tanq̄ in ſalutis autorē redundatura erat. Quāobrē nō inepte hoc in loco 70. interpretes ſenſum magis q̄ uerba ſecuti, δίκαιος καὶ σωτὴρ, tranſtulerunt. Quos autor noſtræ æditionis imitatus, Iuſtus & ſaluator, recte tradidit. Per illud quocp probat, Meſſiā antonomaſice & per excellentiā, iuſtū nuncupari, quod in libro יומא Ioma in cap. אמר להם Amar lahē, hoc modo legitur. Dixit R. Eliezer, Etiā propter iuſtū unū creatus eſt mundus. Sicut dictū eſt Gen. 1. cap. Et uidit Deus lucem, cp eſſet bonū. Nō eſt aūt bonū, niſi צדיק czadic. i. iuſtus, hoc eſt Meſſias. Sicut dictū eſt Eſa. 3. cap. אמרו צדיק כי טוב .i. Dicite iuſtū, quia bonus eſt. Quod aūt propter Meſſiā creatus ſit mūdus, in lib. etiā Sanhedrin in c. Helec habet, Vbi legit, R. Iohanan ſic dixiſſe: Nō eſt creatus mundus niſi p-

Obiectio iuniorum Iudæorum.

Notanda.

pter Messiam. Necꝙ etiam hoc in loco quod in libro הגיגה Haghiga in cap. אין דורשין En dorsin dicitur, omittendum est. Ibi enim sic ad literam legitur. Traditio est, Rabbi Iosen dixisse Veh creaturis quæ uident, & ignorant quod uident. Quæ stant, & nesciunt super quo stãt. Terra enim super quo stat? Super columnis. Sicut dictum est Iob 9. ca. Qui concutit terram, uel contremescere facit de loco eius, & columnæ eius concutiẽtur. Dixerunt sapientes, quòd super 12. columnis stat terra. Sicut dictum est Deut. 32. cap. Cum hæreditaret altissimus gentes, cum separaret filios Adam, constituit terminos populorum, id est gentium, iuxta numerum filiorũ Israel. Rabbi uero Eliezer dixit super unã columnam stare terram, & צדיק czadic, id est iustus est nomẽ eius. Hactenus traditio. In qua ualde notanda est priscorum sapientum ludeorum sententia, dicentium terram super 12. stare columnas, cum altissimus gentes hæreditaret. Quam Rabbi Eliezer dixit super unam stare columnam. Cuius Iustus est nomẽ, & quòd Iustus ille mundi esset fundamentum. Hæc certe fidei nostræ plurimum consentanea sunt. Cum hæ 12 columnæ, 12 fuerint apostoli. Columna quoꝙ una quæ terram sustinet, cuiusꝙ nomen Iustus est, qui & mundi fundamentum est, non sit nisi Messias. Qui & iustus antonomasice dicitur, ut nunc probatum est, & fundamentum fundamenti, id est fundamentorum, ut ait Esaias 28. cap. Quibus ex omnibus liquido constat, Messiam à patribus antiquis iustum antonomasice & per excellentiam appellatum fuisse.

Quòd Messias, uir pugnæ nuncupatus est (sicut & Deus eo nomine uocatus est) ob uictoriam quam contra diabolum obtenturus erat. Caput XXIIII.

CAPNIO,

INter cętera nomina quæ de Messia aut antonomasice aut metaphorice dicuntur, nullum ita expresse eius diuinitatem insinuat, sicut nomen hoc Vir pugnę, quod proprie soli Deo conuenit. Quare de ipso quoꝙ aliquid te dicere oportet. GAL. Primum itaꝙ probandũ est, quòd nomen hoc Vir pugnæ, proprie soli Deo cõgruat. Deinde uerò, Messiam uirum pugnæ proprie dici, & per consequens ipsum Deum esse, ostendendũ est. Pro primo igitur illud quod in libro qui מכילתא Mechiltha dicitur, scriptum est, adduco. Ibi enim super illud Exo. 15. יהוה איש מלחמה יהוה שמו Hoc est, Deus uir pugnæ, יהוה, i. Deus (tetragrammaton) nomen eius. Sic inter cætera legitur. Quomodo potest hoc dici? Nónne enim scriptum est Iere. 23. Num quid non cœlos & terram ego impleo, ait Dominus? Quid igitur docet dicendum, cum ait: Dominus uir pugnæ? Sed hoc ideo dictum est, Quia dixit Deus sanctus & benedictus. Propter reatum uestrũ, & propter sanctificationẽ uestram, sanctificabo uel præparabo nomẽ meum in uobis.

in uobis. Sequit יהוה .i. Deus (tetragrãmaton) nomen eius. In nomine enim suo ipse pugnat, & nõ est id conueniens alicui alteri מדותיו middothau .i. de proprietatibus eius. Et hanc obrẽ dixit Dauid 1. Reg. 17. c. Tu uenis ad me cum lancea, & gladio, & clypeo. Ego aũt uenio in nomine Dei, uel cũ nomine Dei exercituũ. Hęc omnia traditio. Ex quibus tria dignissima colliguntur. Primũ quidem est, ꝙ Deus sic erat nomẽ suum in Iudæis sanctificaturus, uel præparaturus, ꝙ nõ modo uir, sed uir quoꝙ pugnæ ipse foret. Secundũ uerò est, ꝙ Deus propterea hoc facturus erat, ut eos à reatu uel peccato eorũ sanctificaret, siue mũdaret. Tertiũ autẽ est, ꝙ Deũ uirũ pugnæ fieri, nulli de proprietatibus Dei, sed soli proprietati nominis eius cõueniat. Quartũ postremo potest addi prędictis, ꝙ admodũ difficile sit Iudęis infidelibus talia credere. Cũ enim Deus cœlũ & terrã impleat, ut per Ieremiã hic probatũ est. Immo quod maius est, cũ teste Selomone cœli & cœli cœlorũ ipsum capere nequeãt. Vt 2. Para. 2. dicit, Quõ credibile esset, nisi Deus dixisset Deũ ipsum uirũ fieri posse? Sed nimis profecto stultus ac impius est, q ea quæ Deus ipse astruit, impossibilia suspicat, uel in eis autorẽ alium quærit. Ex his igit quæ in hac traditione dicta sunt, concludit: ꝙ nomẽ hoc Vir pugnæ, soli deo ratione proprietatis nominis eius tetragrãmaton cõueniat. Reliquũ nunc est, ut Messiã uirũ pugnæ, esse ostendamus. Quare admodũ notãda sunt ea quæ R. Iohanan in c. Helec, dixit super illud Zach. 1. ca. dictũ, ראיתי הלילה והנה איש רכב על סוס אדם והוא עומד בין ההדסים אשר במצלה ואחריו סוסים אדמים שרקים ולבנים : Hoc est, Vidi noctẽ. Et ecce uir eqtãs super equũ rufum, uel sanguineũ. Et stans erat inter myrtos, quæ erant in conualle. Et post eum equi rubri, uarij, & albi. Ibi ergo sic idem R. dicit, Vidi inquit noctem. Voluit enim Deus sanctus & benedictus cõuertere totum mundũ in noctem. Et ecce uir equitans super equum rufum. Non est uir hic nisi Deus sanctus & benedictus. Et stans erat inter myrtos. Non sunt myrti, nisi iusti. Sicut dictum est, Ester 2. ca. Et erat nutritius הדסה hadassa, ipsa est Ester, הדס Hadas enim Hebraicè myrtus Latinè dicitur, Hactenus traditio. Ad cuius intellectũ notandũ est, quod in Midras tehilim super Psal. 20. hoc modo lęgitur, Deus sanctus & benedictus uocat Messiam nomine suo. Et quod est nomen eius? יהוה .i. Deus tetragrãmaton est nomen eius. Sicut dictum est Exo. 15. ca. Deus uir pugnæ, Deus (tetragrãmaton) est nomen eius. Cum igitur in antedicta traditione habita in c. Helec, libri Sanhedrin dicatur. Quod Deus uir pugnæ (ut dicitur Exo. 15.) sit Deus sanctus & benedictus, equitans super equum rufum. In altera aũt præmissa traditione quæ habet in Midras tehilim, dicat, ꝙ deus uocat Messiam nomine suo tetragrãmaton, & ꝙ Deus uir pugnę est ipse Messias. Cuius nomẽ est יהוה .i. deus tetragrãmaton. Cõsequẽs necesse est, Messiã ipsum esse deũ. Nemo emi in hoc glorioſissimo

nomine (ut in præcedentibus demonstratū est) cum Deo participat. Equus autem rufus, super quem propheta Deum sanctum & benedictum equitantem uidit, non est nisi Messiæ corpus suo preciosissimo sanguine rubrefactum in suæ passionis pugna, qua diabolum uicturus erat. Quare non inepte uir pugnæ hoc in loco uocatur. Porrò neq; incongrue per myrtos hic uiros iustos ac mulieres iustas prisci Talmudistæ significari uoluerunt. Cum propheta Deum ipsum super equum rufum equitantem inter myrtos, quæ erant in conualle, per quam huc militas designatur, stare dixit. Quod tunc profectò impletum est, cum (ut dicitur Ioan. 19. cap.) starent iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius, Maria Cleophę, & Maria Magdalenę, necnon & Ioannes apostolus. Cui ipse stans in cruce extensus, matrem suam uirginem uirgini cōmendauit. Equi deniq; rubri post eum egressi, nulli melius sunt quàm apostoli cæteriq; martyres, martyrij sanguine rubrefacti. Equi uerò uarij, qui rectius quàm doctores & prædicatores dicuntur, qui uarijs doctrinarum documentis, ac uirtutibus prædíti, modo huc, modo illuc scribendo & docēdo, tanquam equi discurrunt. Equi insuper albi non sunt nisi uirgines tam uiri quàm mulieres, qui niueæ uirginitatis candore decorantur. Hi autem omnes neq; ab re per equos designantur, cum cæteris animalibus equi sint pugnæ aptiores. Et martyres quidem, mundum. Doctores uero siue prędicatores, diabolū. Virgines autē carnē propriā pugnando, uincāt. Quo fit, ut hi dūtaxat præ cæteris hominū generibus, aureola, p uictorię prędmio in patria donēt.

Quòd Messias non ab re plerunq; in sacra pagina uocatus est Dauid. *Caput* XXIII.

CAPNIO,

MEssiam multoties Dauid ac Selomonem nuncupatū reperio, quod maxime ad propositū nostrum cōtra Iudæorum nostri seculi perfidiā facit. Quocirca primò Messiam ipsum Dauidē, deinde Selomonē rectè à prophetis atq; à Talmudistis appellatū fuisse, proba. GAL. Primū itaq; audi quod in lib. Sanhedrin in ca. Helec, ita ad uerbū legitur, Dixit R. Iehuda. Dixit R. futurum est, ut Deus sanctus & benedictus ipse suscitet, uel statuat Israeli alterum Dauid. Sicut dictū est Iere. 30. cap. ועבדו את יהוה אלהיהם ואת דוד מלכם אשר אקים להם Hoc est, Et seruient Dño Deo suo, & Dauidi Regi suo, quē suscitabo, uel statuā eis. Nō enim dicit statui, sed statuā. Hæc traditio. Item in lib. ברכות Berachoth Ierosolymitano in cap. חיה קורא Haya kore. i. Eratle gens. Sic dicitur, Scriptum est Hoseę 3. cap. אחר ישבו בני ישראל ובקשו את יהוה אלהיהם ואת דוד מלכם ופחדו אל יהוה ואת טובו באחרית הימים Postea conuertentur filij Israel, & quærent Dominum Deum suum, & Dauid

Dauid Regem ſuum. Et pauebunt ad Deum, & ad bonum eius in fine dierum. Rabbanan, id eſt Magiſtri dixerunt. Iſte rex Meſſias ſi de uiuis eſt, Dauid eſt nomẽ eius. Si uerò de occiſis, Dauid eſt nomen eius. Hæc traditio. Ex qua ſatis clare propoſitum liquet. Rabbi autem Ionathan antedicta uerba Hoſeæ hoc modo Chaldaicè interpretatus eſt בתר כן יתובון בני ישראל וייתבעון ית פולחנא ריחוח אל חתון וישתמעון למשיחא בר דוד מלכהון Hoc eſt, Et poſt hæc conuertentur filij Iſrael & quærent cultum Domini Dei ſui, & obedient Meſſiæ filio Dauid Regi ſuo. In libro demum Sanhedrin in cap. Helec, ita legitur: Dixit R. Iehuda de domo R. סימון Simon in nomine R. Semuelis. Iſte Rex Meſſias ſi de uiuis eſt, Dauid eſt nomẽ eius: ſi uero de mortuis eſt, Dauid eſt nomẽ eius. Ex præmiſſis ſatis aperte oſtenditur, quòd Pſal. 89. de Meſſia loquatur. Quare & de Meſſia quoq; intelligi oportet illud uerbũ eiuſdẽ Pſal. dictum, cum ait: ברתי ברית לבחירי נשבעתי לדוד עבדי עד עולם אבין זרעך ובניתי לדר ודר וסלה׃ ויודו שמים פלאך יהוה אף אמונתך בקהל קדשים Hoc eſt, Percuſſi fœdus electo meo, iuraui Dauid ſeruo meo, uſq; in æternum præparabo ſemen tuum, & ædificabo in generationem & generationem thronum tuum. Et confitebuntur, uel laudabunt cœli mirabile tuum Deus (tetragrammaton) etiam fidem tuam in eccleſia ſanctorum. Ex horum uerborũ concurſu manifeſte demonſtratur, Meſſiã Deum eſſe. Nam Deus in hoc loco Dauid alloquitur, quem per ea quæ dicta ſunt, conſtat eſſe Meſſiam. Cum igitur eum nomine quatuor literarum uocet, quod eſt יהוה, quodq; nulli, niſi Deo conuenire poteſt, palam abſq; dubio oſtẽditur, Meſſiam ipſum Deum eſſe, nedum hominem. Quod ex eo etiam potiſſimum patere poteſt, quòd ea quæ ibi dicuntur, magis Meſſiæ quàm ipſi Dauid cõueniant. In perſona ſiquidem Dei patris id quod præmiſſum eſt, conuenientiſſime dicitur. Videlicet, Percuſſi fœdus electo meo. Quod de Meſsia ſecundum humanitatem intelligendum eſt, iuxta illud Eſaiæ quadrageſimo ſecundo capite dictum, חן עבדי אתמוך בו בחירי רצתה נפשי Id eſt, Ecce ſeruus meus ſuſcipiam eum, Electus meus, in quo habuit complacentiam anima mea, uel perſona mea. Quod autem hoc de Meſſia intelligendum ſit, patet per Rabbi Ionathan in Targum ſic dicentem, הא עבדי משיחא מקרבניה Hoc eſt, Ecce ſeruus meus Meſsias, applicabo eum. Deinde ſequitur eodem in Pſalmo, Iuraui Dauidi ſeruo meo, id eſt Meſsiæ, qui mihi ſeruiet, oues perditas ad paradiſi caulas deducendo. Quod Meſſias præterea Dauid dicatur, habetur in איכה רבתי Echa rabbethi, id eſt in expoſitione ſuper planctum Ieremiæ, ſuper illud Trenorum primo capite dictum, Quia elongatus eſt à me conſolator. Ibi enim ſic dicitur, Rabbi Iehuda dixit in nomine Rabbi Semuelis. Iſte Rex Meſſias ſi de uiuis eſt, Dauid eſt nomen eius. Si autem de mortuis, Dauid eſt nomen eius. Dixit Rabbi Tanhuma,

Ego

Ego dico ad huius probationem, illud quod ſcriptum eſt Pſalmo 17. מגדיל ישועות מלכו ועושה חסד למשיחו לדוד ולזרעו עד עולם Id eſt, Magnificans ſaluationes Regis ſui, & faciens miſericordiam Meſſiæ ſuo Dauidi, & ſemini eius in æternũ. Hæc traditio. De iſto etiam Dauide, id eſt Meſſia intelligẽdum eſſe, docet Rabbi Ionathan illud apud Iere. 30. cap. dictum, Et ſeruient Domino Deo ſuo, & Dauidi Regi ſuo, quẽ ſtatuam eis. Hoc enim Ionathan ipſe ita Chaldaicè traduxit, וישתעבדון קדם יחוה אלההון וישתמעון למשיחא בר דוד מלכיהון דאקים Hoc eſt, Et colent coram Domino Deo ſuo, & obedient Meſſiæ filio Dauid Regi ſuo, quem ſtatuam eis. Ex quo patet, de Meſſia quoque accipiendum eſſe illud Ezec. 34. cap. dictum, והושעתי לצאני ולא תהיינה עוד לבז ושפטתי בין שה לשה Id eſt, Et ſaluabo oues meas, & non erunt ultra in prædam. Et iudicabo inter pecus & pecus. Quod Ionathas ita Chaldaicè expoſuit, ואפרוק לעמי ולא יתמסרון עוד לביזה ואידון בין גבר לגבר ואקים עלהון פרנסא חד ויפרנס יתהון יה עבדי דוד הוא יפרנס יתהון והוא יהי להון לפרנס Id eſt, Et ſaluabo populum meum, & non diripientur ultra. Et iudicabo inter uirum & uirum. Et ſtatuã ſuper eas paſtorem unum, & paſcet eas ſeruus meus Dauid. Ipſe paſcet eas, & ipſe erit eis in paſtorem. Beneigi tur in Pſalmo prædicto dicitur, Iuraui Dauid ſeruo meo, id eſt Meſſiæ. Quid autem ei iurauerit, oſtendit, cum ilico ſubdit. Vſque in æternum aptabo, uel præparabo ſemen tuum. Id eſt diſcipulos tuos, alioſq; in ce credentes. Diſcipuli enim ac alij ab aliquo inſtructi, eius à quo edocti ſunt, recte & filij & ſemen (ut alibi oſtendemus) dicuntur. Sequitur, Et ædificabo in generationem & generationem (Iudaicam ſcilicet ac gentilem) thronum tuum, id eſt fideles tuos סלה ſela, id eſt perpetuo, uel ſemper. Cum igitur סלה Sela Hebraica dictio quæ ibi ponitur, neq; intermiſſionem, neque terminum habeat: ideoq; in ſempiternum, uel in ſecula ſeculorum, uel ſemper, uel perpetuo, ſiue æternaliter traduci poteſt. Clarum profecto eſt, quòd dictum illud: Et ædificabo in generationem & generationem thronum tuum סלה ſela, id eſt perpetuo uel æternaliter, neque Dauidi quondam Regi, neq; cuiquam de filijs eius conuenire poteſt, ſed ſoli Domino Ieſu uero Meſſiæ. Cuius thronus eſt populus Chriſtianus, ex duabus generationibus Iudæorum ſcilicet & gentilium uirtute diuina cõſtitutus. Cum plures quàm mille & quadringenti anni iam præterierint, quòd thronus ipſius Dauid ſiue regnum Iudæorũ penitus deſtructum eſt atq; deletũ. Nec ualet hoc Iudaica prauitas inficiari. Cũ in libro סוטה Sota in cap. אגלה ערופה Eggla arupha. i. uitula cæſa ceruicem, hoc modo ſcriptũ ſit: Ex quo primus deſtructa fuit, ceſſauerunt ciuitates refugij, & abſceſſerunt אורים ותומים Vrim uethumim. i. lumina & ſimplicitates, & ea quibus cõſulebãt Deũ, & ablatus eſt Rex de domo Dauid. CAP. Vellẽ pbares per eorũ quoq; ſcripturas, cętera quę de Meſſia eodem in Pſal. ſubnectun-

tur,

tur, magis Domino nostro Iesu Christo, quàm ipsi Dauidi quondam Regi conuenire. GAL. Id certè lucidius patebit, si uerba ipsa Psal. mistæ prius adduxerimus, & ea iuxta Hebraicam ueritatem traduxerimus. Sic ergo quibusdam interiectis, eodem in Psalmo subiungitur,

אז דברת בחזון לחסידיך ותאמר שויתי עזר על גבור הרימותי בחור מעם׃
מצאתי דוד עבדי בשמן קדשי משחתיו׃ אשר ידי תכון עמו אף זרועי תאמצנו׃ לא
ישיא אויב בו ובן עולה לא יענגנו׃ וכתתי מפניו צריו ומשנאיו אגוף׃ ואמונתי וחסדי
עמו ובשמי תרום קרנו׃ ושמתי בים ידו ובנהרות ימינו׃ הוא יקראני אבי אתה
אלי וצור ישועתי׃ אף אני בכור אתנהו עליון למלכי ארץ׃ לעולם אשמור לו
חסדי ובריתי נאמנת לו׃ ושמתי לעד זרעו וכסאו כימי שמים׃ אם יעזבו בניו
תורתי ובמשפטי לא ילכון׃ אם חקתי יחללו ומצותי לא ישמרו׃ ופקדתי בשבט
פשעם ובנגעים עונם׃ וחסדי לא אפיר מעמו ולא אשקר באמונתי׃ לא
אחלל בריתי ומוצא שפתי לא אשנה׃ אחת נשבעתי בקדשי אם לדוד אכזב׃
זרעו לעולם יהיה וכסאו כשמש נגדי׃ כירח יכון עולם ועד בשחק נאמן סלה׃

Id est, Tunc locutus es in uisione sanctis tuis, & dixisti, Posui fortitudinem uel auxilium super potentem, & exaltaui electum de populo. Inueni Dauid seruum meum, oleo sanctuarij mei unxi eum. Quoniam manus mea aptabit, uel reparabit, uel disponet, uel rectificabit cum eo, brachium quoque meum roborabit eum. Non habitabit inimicus cum eo, & filius iniquitatis non affliget, uel non depauperabit eum. Et conteram à facie ipsius tribulatores eius, & odientes eum percutiam, uel allidam. Et fides mea & misericordia mea cum ipso, & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Et ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius. Ipse uocabit me, pater meus tu, Deus meus, & fortitudo saluationis meæ. Ego quoque primogenitum dabo eum, altissimum Regibus, uel Regum terræ. In æternum seruabo ei misericordiam meam, & pactum meum fidele ipsi. Et ponam in perpetuum semen eius, & thronum eius sicut dies cœli. Si dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint. Si præcepta mea prophanauerint, & mandata mea non seruauerint. Visitabo utique in uirga scelus eorum, & in plagis peccatum eorum. Misericordiã autem meam nõ auferam ab eo, neq; frustrabo fidem meam. Non profanabo pactum meum, & quod egressum est à labijs meis, nõ mutabo. Vnum iuraui per sanctitatem meam, si Dauidi mentiar, semen eius in æternũ erit, & thronus eius sicut sol coram me. Velut luna stabilietur in sempiternũ, & testis fidelis in cœlo semper. Illud igitur, Tũc locutus es in uisione sanctis tuis, optime Messiæ, & consequenter Dño nostro Iesu Christo cõuenit. Scriptũ est enim in lib. Sanhedrin in cap. Helec, Rabbi Iohanan sic dixisse, Omnes pphetæ nõ prophetarũt nisi usq; ad dies Messiæ. De diebus aũt seculi uẽturi, oculus nõ uidit. Deus absq; te, quę facies expectãtibus te. Quod Rabbi etiã Selomo affirmat, dum super illud Zach. 9. cap. dictũ, Onus uerbi Domini in terra חדרך Hadrach. Ita ait:

ait, Dixit Mor. Omnes prophetæ non prophetarunt nisi de annis redemptionis & diebus Messiæ. Quemadmodum traditum atque scriptum est in libro ספרי Siphre. Hæc Rabbi Selomo. Ea etiam quæ deinde mox subnectuntur, Posui auxilium super potentem, Cum cæteris ut suprà, conuenientissime Messiæ congruunt, & in Christo Domino nostro adimpleta esse: nemo est, qui ambigat. Illud præterea quod immediate subditur, Ipse uocabit me, pater meus tu, deus meus, & fortitudo saluationis meæ. Ego quoque primogenitum dabo eum, altissimum Regibus, uel Regum terræ. Nemini nisi Messiæ conuenire potest. Quod per illud quod in Midras super illud Exodi decimo tertio capite dictum, Sanctifica mihi omne primogenitum: scribitur, quàm optime probatur. Ibi enim sic ad uerbum dicitur: Ait Rabbi Nathan, Dixit Deus sanctus & benedictus Mosi. Quemadmodum feci Iacob primogenitum. Sicut dictum est Exodi quarto capite, Filius meus primogenitus meus Israel: Ita ego facio Regem Messiam primogenitum. Sicut dictum est (hoc scilicet in Psal.) Ego primogenitum dabo eum, altissimum Regibus uel Regum terræ. Illud insuper quod illicò sequitur, In æternum seruabo illi misericordiam meam, & pactum meum fidele ipsi. Et ponam in perpetuum semen eius, & thronum eius sicut dies cœli, Dauidi filio Issai nullatenus adaptari potest. Cuius throni atque Regni destructio tamdiu euidenter patuit. Quare non nisi Messiæ illud congruere potest, quem Deum & hominem esse, clarissime constat. Quæ etiam statim subijciuntur, quàm aptissimè Christianis competunt. Videlicet, Si dereliquerint filij eius legem meam, Cum reliquis, suprà habitis. Fœlices igitur Christiani, quibus Deus aliam punitionem quàm paternam non comminatur. In uirga enim, inquit, & ferula, atque uerberibus, quæ plagas appellat, se eorum peccata uisitaturum, & non se eos perditurum, atque per orbem dispersurum, quin potius misericordiam suam nunquam ab eis ablaturum, policetur. Quamobrem optime demum sequitur, Vnum iuraui per sanctitatem meam: cum cæteris. Quæ non de Dauid filio Issai, sed de Dauid uerò Messia intelligi oportet. Quod ex eo quoque maxime uidetur, quod in Bereshit קטנה ketanna, id est in expositione minori super Geneseos scriptum est, Ibi enim super illud Geneseos quadragesimo nono capite dictum, Iuda te confitebuntur, uel laudabunt fratres tui. Sic dicitur, Iudas quartus natus est in tribubus, & in die quarta creata fuerunt luminaria. Scriptum est enim de Messia (in præsenti scilicet Psal.) Thronus eius sicut sol coram me, & sicut luna stabilietur in æternum. Hæc ibi. Ex his igitur quæ præmissa sunt, euidenter liquet,

Messiam in sacra pagina, Iudæorumq; traditionibus, Dauid non absque mysterio nuncupari.

Quòd

Quòd Meſsias multoties in ſacris literis Selomo dictus eſt, ad inſinuandam filij Dei incarnationem, quæ de ſemine Dauid futura erat. Caput XXVI.

CAPNIO,

NVnc Meſſiam in Iudęorum ſcriptis non ab re Selomonem dici: reliquum eſt, ediſſeras. GAL. Multis in locis in quibus Meſsiæ diuinitas, incarnatio, ac redemptio exprimuntur, Selomonem eum uocari ſæpe contingit. In primis itaq; quod in Midras שיר השירים Sir haſſirim, id eſt, in expoſitione Cantici canticorum dicitur, audi, ſuper illud 3. cap. eiuſdē libri, dictū צאנה וראנה בנות ציון במלך Hoc eſt, Egredimini & uidete filię Syion Regem Selomonē cum corona, qua coronauit eū mater ſua. Ibi enim ſic ad literam dicitur, Egredimini & uidete filiæ Syion, id eſt filij ſignati mihi cum raſura, & circūciſione ac fimbrijs. Regem Selomonem, id eſt Regem perfectiuum, qui creauit omnes creaturas ſuas שלמות ſelemoth, id eſt perfectas. Creauit nāq; ſolem & lunam cum plenitudine eorum. Adam quoq; & Heua ſicut filij 20. annorum creati ſunt. Item aliter Regem Selomonem, id eſt Regem cuius pax eſt pax. Item aliter Regem Selomonem, id eſt regem pacificum, qui pacificauit creaturis ſuis opera ſua. Quemadmodum pacauit ignem patri noſtro Abrahę, & tribus pueris. שדרך Sidrach, ſcilicet מישך Meſach, & עבד נגו Aued nego. Pacauit quoq; gladium in Ishac. Rurſus etiam pacauit angelum Iacob. Iterum aliter regem Selomonem, id eſt regem qui fecit pacem inter creaturas ſuas. Hinc dixit R. Iohanan. Scriptum eſt Iob 25. Fecit pacem in ſublimibus ſuis. Firmamentum enim eſt de aqua, & ſtellæ de igne, non tamen dirumpunt ſe alterutrum. Sequitur in Cantico, Cum corona qua coronauit eum mater ſua. Dixit R. Iohanan, & interrogauit R. Simon R. Elazar filium R. Ioſe, & dixit ei, Poteſt eſſe, & audieris à patre tuo quid ſit dictū, Cum corona qua coronauit eum mater ſua? Reſpondit ei, Etiam. Ait illi, Quomodo? Dixit ei, In principio dilexit Deus ſanctus & benedictus Iſraelem, & uocauit eos בתי Bitti, id eſt filia mea. Et hoc eſt quod ſcriptum eſt Pſal. 45. Audi filia, & uide. Non autem ceſſauit diligere eos, donec uocauit eos אחותי Ahothi, id eſt ſoror mea. Sicut dictum eſt Cant. 5. ca. Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, perfecta mea. Iterum adhuc non ceſſauit eos diligere, quouſq; uocauit eos אמי immi, id eſt mater mea. Sicut dictum eſt Eſa. 51. cap. הקשיבו אלי עמי ואמי אלי האזינו Hoc eſt, Attendite ad me populeus & mater mea mihi intendite. Non enim אמי Vmmi, id eſt plebs mea, ibi ſcriptum fuit, ſed אמי immi, id eſt mater mea. Surrexit Rabbi Simon, & oſculatus eſt eum in capite, dixitq;, Si non ueniſſem, niſi ad audiendum uerbum hoc ex ore tuo, די Dai, id eſt ſatis mihi

Synagoga, dei mater.

esset. Dixit R. Hanina, Discurrimus p uniuersas scripturas, & nõ reperimus, q̃ בת שבע Bathseba fecerit coronã Selomoni filio suo. Hæc omnia ibi. Ex q̃bus habet, q̃ Synagoga siue plebs Iudaica mater Selomonis. i. Dei dicat. Quod p Hoseã quoq; dictũ est, licet à scribis Iudæorũ postea mutatũ sit. Vt ex hoc palam ostenderetur, q̃ Dei incarnatio ex Iudæis futura erat. Quod ipsi minime negare possunt, cũ in principio huius prẽmissæ Midras. i. expositionis, Selomo rerũ creator describat. Quod nec Selomoni filio Dauid, nec alicui cuiuis puro homini congruere potest. Huius quoq; Selomonis. i. filij Dei incarnatio in Midras tillim. i. in expositione Psalmorũ aperte innuit. Cũ super illud Psal. 4. בקראי ענני אלהי צדקי בצר הרחבת לי Hoc est, Cum inuocauero, respõde mihi, uel exaudi me Deus iustitiæ meę, in angustia dilatasti mihi. Ita ad uerbum dicitur, Fuit Dauid tribulatus & angustiatus de uxore Vriæ. Erant nanq; Israelitæ detrahentes ei, & obloquentes post eum, atq; dicentes, Nunquid ei qui prædatus est ouem, & pastorẽ interfecit, porrexit esse saluatio? Deus sanctus & benedictus dilatauit ei. Sicut dictum est 2. Reg. 12. ca. Et dixit Nathan ad Dauid, Etiam Dominus transtulit peccatũ tuum, non morieris. Et iterum ait 1. Par. 22. Ecce filius natus est tibi. Ipse quietus erit, & ego quietabo eũ ab omnibus inimicis eius per circuitum. Quia Selomo erit nomen eius. Et quid? An cæteri omnes filij Dauid non fuerunt ei nati? Et quid est dictum נולד לך Nolad lach, id est, Natus est tibi? Tibi, id est ad curam uel ad medicinã tuam, id est ad medicinam peccatorum tuorum, quæ insunt tibi. Et per cuius manus? Per manus Nathan. Sicut dictũ est 2. Reg. 12. Et misit per manum Nathan prophetæ, & uocauit nomen eius ידיד יה Iedid ia, id est, Dilectum Dei, בעבור יהוה bahauur, id est propter nomen Dei quatuor literarum. Hęc omnia traditio. Ex qua manifeste apparet, quòd cum scriptura dicit, Filius natus est tibi, cum cæteris quæ sequuntur. Ea omnia sub uelamine nominis Selomonis, de Messia intelligẽda sint, quamuis superficialiter de Selomone dici uideantur. Ea enim quæ in hac expositione ponũtur (quod scilicet filius nasciturus erat Dauidi ad medendum ei, & ad sanandum eum à peccatis eius) Selomoni filio ipsius nullatenus conuenire possunt. Cum ipse ad medendum propriis peccatis, uel ad sananda sua delicta ualde impar fuerit, si parũper eius opera considerentur. Sic enim 3. Reg. 9. c. inter cætera de eo scribitur: Rex autem Selomo dilexit mulieres extraneas multas, & filiã Pharaonis, Moabitidas, Ammonitidas, Idumæas, Sydonias, & cęteras de gentibus, de quibus dixerat Dominus filijs Israel, Non ingrediemini ad eas, & ipsæ nõ ingrediẽtur ad uos. Quia uere inclinabunt cor uestrũ post deos suos. Cũ eis copulatus est Selomo per amorẽ. Fuerũtq; ei fœminæ primariæ septingentæ, cõcubinæ uero trecẽtæ. Et inclinauerũt fœminæ eius cor ipsius. Et fuit in tẽpore senectutis Selomo, cũ mulieres eius inclinauerunt

runt cor ipsius post Deos alienos. Et non fuit cor eius perfectum cum domino Deo suo, sicut cor Dauid patris sui. Et ambulauit Selomo post עשתרות Astaroth deum Sidoniorum, & post מילכום Milcom idolum Ammonitarum. Fecitq; Selomo malum in oculis domini. Et non perfecit uel non compleuit post Dominum, sicut Dauid pater eius. Tunc ædificauit Selomo altare, כמוש Chemos idolo Moab, in monte qui est contra faciem Ierusalem, & מלך Meloch idolo filiorum Ammon. Et ita fecit omnibus fœminis extraneis adolentibus thura, & sacrificantibus dijs suis. Hæc omnia ibi, Quæ ne prolixitas fastidium afferret, Hebraicè adducere non curaui. Ea tamen iuxta Hebraicam ueritatem ad uerbum traducere studui. Si igitur manus quæ lutum tenent, sicut nec sordes proprias, ita nec alienas tergere ualent. Magnæ certe fatuitatis est, credere Selomonem ipsum hic tam fœde descriptum, proprijsq; culpis sic infectum, ad curandas patris sui culpas sufficientem fuisse, & ita suis spurcitijs fœdatum, ad diluenda paterna crimina idoneum extitisse. Quapropter cum in hac antedicta traditione dicatur, quòd Dauid per filium sibi nasciturum, cui nomen Selomo esset, à peccatis suis curandus erat, id haudquaquam potest de tam turpi Selomone intelligi, sed de illo potius sub nominis huius uelamine, qui non solum est Selomo, id est perfectiuus, atque pacificus (ut pauloantè in alia traditione dictum est) Verum etiam שלום Salom, id est pax. Quemadmodum in פתיחת רבתי Pathihathi rabbethi, id est in proœmio planctus Ieremiæ dicitur, Vbi sic scriptum legitur, Rabbi Ioses Galilæus dixit: Nomen quoque Messiæ uocatum est שלום Id est, Pax. Sicut dictum est Esaiæ nono capite, Pater æternus, princeps, שלום Salom, id est pax. Huic ergo Selomoni filio Dauid, hoc est ipsi Messiæ, non solum Dauid patri suo, sed omnibus quoque saluandis mederi conuenit, eosq; ab omnibus eorum peccatis passionis suæ merito sanare, iuxta illud Esaiæ quinquagesimo quarto capite, בוסר שלומנו עליו ובחבורתו נרפא לנו בלנו כצאן תעינו איש לדרכו פנינו ויהוה הפגיע בו את עון כלנו Hoc est, ut uerbum uerbo reddam. Disciplina pacis nostræ super eum, & in uulnere eius medicatum est nobis. Omnes nos uelut oues errauimus, quilibet ad uiam suam faciem dedimus. Et Deus obuiare fecit in eo peccatum uel iniquitatem omnium nostrum. Finis præterea supradictorum uerborum in uigesimo secundo capite, primi libri Paralipomenôn scriptorum, aperte demonstrat, uerba illa de Messia uero Selomone intelligi debere. Cum sic uoce Dei dicitur, והוא יהיה לי לבן ואני לו לאב והכוניתי את כסא ממלכותו על ישראל עד עולם Id est, Et ipse erit mihi in filium, & ego illi in patrem. Et præparabo thronum Regni eius super Israel usque in sempiternum. Quod nequaquam Selomoni Bathsebæ filio conuenire potest. Cuius thronus super Israel tempore

Roboam filij sui defecit, cum Ieroboam super Israel regnare cœpit. Sic enim in primi libri Regum duodecimo capite, scribitur, Et rebellauerunt, uel proteruierunt Israel in domum Dauid usque ad diem hanc. Et fuit cum audiuit omnis Israel, quòd reuersus esset Ieroboam, miserunt & uocauerunt ipsum ad uniuersum cœtum, feceruntq; ipsum Regem super uniuersum Israel. Et non fuit post domum Dauid nisi tribus Iuda solum. Hæc ibi. Hanc etiam tribum Iuda domus Dauid, & per consequens domus Selomonis tempore Græcorum perdidit, cum Machabæi quos Iudæi חשמונאי hasmonai uocant, eam obtinuerunt. CAP. Quoniam ibidem primum dicitur, ipse ædificabit domum nomini meo. Et postea subditur, Et ipse erit mihi in filium, cum cæteris quæ induxisti. Hinc Iudæi nobis obijciunt. Ea uerba ad litteram de Selomone qui templum Deo construxit, & non de Messia intelligi oportere. Et si de Messia quidem intelligenda essent, non tamen de domino nostro Iesu Christo, qui templum nullum materiale Deo erexit, intelligi possunt. GAL. Quemadmodum domus Israel, & domus Dauid, & huiusmodi in quàm plurimis sacræ scripturæ locis, non est lapidum lignorumq; congeries, sed ipsa hominum congregatio. Ita & hic per domũ Dei à spirituali Selomone, hoc est à Messia ædificandam, non materialis structura, sed spiritalis quæ Græcè ἐκκλησία dicitur, intelligi debet. Quanquam igitur materialis Selomo materialem Deo extruxerit domum. Spiritalis tamen Selomo, id est Messias spiritalem ei domum quæ longe excellentior, longeq; perfectior esset, de uiuis & electis lapidibus, hoc est de Iudæis & gentilibus qui in eum crediturí erant, ædificare debebat. Sicut igitur hic per Selomonẽ iuxta ueterum Talmudistarum expositionem, mystice Messias intelligitur. Ita quoque hic per materialem Dei domum, quæ à materiali Selomone ædificanda erat, fidelium ecclesia quæ per Messiam congreganda erat, intelligenda est. Hæc autem omnia magis manifesta fiunt, si uerba illa antecedentia recte inspiciantur, cum Dauid domum Domino construere cogitaret, ait ad eum Nathan propheta in persona Domini loquens, ut habetur primi libri Paralipomenôn decimo septimo capite, Cum sic Hebraicè dicitur, והיה כי מלאו ימיך ללכת עם אבתיך והקימותי את זרעך אחריך אשר יהיה מביך והכינותי את ממלכתו׃ הוא יבנה לי בית ובננתי את כסאו עד עולם אני אהיה לו לאב והוא יהיה לי לבן וחסדי לא אסיר ממנו באשר הסירותי מאשר היה לפניך׃ והעמדתיהו בביתי ובממלכותי עד העולם וכסאו יהיה נכון עד עולם׃ Hoc est, Cum compleueris dies tuos, ut uadas ad patres tuos, suscitabo semen tuum post te. Quod erit de filijs tuis. Et stabiliam Regnum eius. Ipse ædificabit mihi domum, & firmabo solium eius in æternum. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. Et misericordiã meam non auferam ab eo, sicut abstuli ab eo qui ante te fuit. Et statuam eum in domo

Obiectio Iudæorum recentiorum.

Responsio.

in domo mea, & in Regno meo usque in æternum. Et thronus eius firmissimus erit in sempiternum. Hæc ibi. Quæ de Selomone haudquaquam intelligi possunt. Quod facile ac liquido patet, si uerba ipsa recte (ut decet) considerentur. Quod enim ait, Cum compleueris dies tuos, ut uadas ad patres tuos. Quod est, cum mortuus fueris, suscitabo semen tuum post te. Patet, quòd de Selomone non est dictum. Cum Selomo ipse adhuc patre suo uiuente, Rex creatus fuerit. Quod si de Selomone dicere uoluisset, non utiq; quod erit de filijs tuis, sed quod erit de te dixisset. Quod etiam sequitur, Et statuam eum in domo mea, & in Regno meo usque in æternum. Et thronus eius firmissimus erit in sempiternum. Palam cognoscitur, non de Selomone esse dictum, Selomo nanque nec in Dei domo siue Regno, statutus est, nec thronus eius firmissimus fuit. Et cum id soli Deo conueniat, consequens plane est, illum de quo agebatur, Deum & hominem futurum fuisse. Quapropter domum quoque illam quam ædificaturus erat, sanctam Ecclesiam, quæ super solidissimam atque firmissimam petram ædificanda erat, intelligimus. De qua scriptū est Psalmo nonagesimo secundo, לביתך נאוה קדש יהוה לאורך ימים Id est, Domui tuæ pulchritudo sanctitatis Deus in longitudinem dierum. Ex prædictis igitur liquidò patuit, quòd iuxta diuinas scripturas, Talmudisticasq; traditiones, Messias Selomo dictus fuerit, ad insinuandam eius incarnationem, quæ ex semine Dauid futura erat. Quam ob rem Dauid quoque appellatus est, ut latius in præcedenti capite uisum est.

De diuinitatis humanitatisq; consortio. Et de Dei æqualitate & participatione cum homine. *Caput* XXVII.

CAPNIO,

QVia satis abunde in præcedentibus de Messiæ nominibus dixisti, quibus & filij Dei incarnatio, & ipsius Messiæ gemina natura, diuina scilicet & humana optime innuuntur. Ea propter nunc de ijs quoque, quæ eadem filij Dei incarnationem exprimunt, aliquid te dicere oportet. Vt dum Messiam ipsum quem iuniores Iudæorum purum hominem fore asserunt, Deum simul & hominem ex utroque genere permixtum, futurum fuisse comprobaueris, euidentius eorum perfidia conuincatur. Quare primum diuinitatis humanitatisq; consortium, ac Dei æqualitatem & participationem cum homine futuram fuisse, ostende. GAL. De Dei consortio & participatione atque coæquatione cum homine, per quam & nostræ fidei firmitas plurimum roboratur, & prauitati Iudæorum nostri temporis, incarnationem filij Dei negantium, multipliciter obuiatur, multa certe in eorum libris à priscis ipsorum comperiuntur dicta. Primum

itaq; audiendum est, quod Esa.35. his uerbis ait, גמול אלהים הוא יבא ויושיעכם Hoc est, Retributio Dei, uel Retributio, siue merces, uel præmium Deus, ipse ueniet & saluabit uos. Quod R. Ionathas in Targum ita exposuit, יהוה אגריתן אלהים הוא יתגלי ויפרוק לחון .i. Deus retributionum, Deus ipse reuelabit se, & saluabit uos. Vbi ex eo quòd R. Ionathas, Deus ipse reuelabit se, exposuit, ubi propheta deus ipse uenier, dixit, aperte ostenditur. Quòd uenire Dei non est nisi se ipsum reuelare, secundum antiquorum Iudæorum expositionem. Nam cum Deus per suam immensitatem ubiq; sit præsens, nulloq; contineatur loco, plane constat, quòd filius Dei non secundum id quod Deus est, uenturus erat: sed secundum hoc, quod humana carne assumpta uisibilis factus, homo apparere debebat. Si enim sic uenturus esset, ut Deus, non uenturus fuisset eis, qui ipsum uidere non possent. Talis ergo ad nos Deus uenturus erat, qualem nos uidere possemus. Nisi igitur uisibilis naturæ formam assumpturus esset, ad nos uenturus minime dictus fuisset. Quod optime prisci illi patres intellexerunt, super illud Esa.25. ca. dictum, ואמר ביום ההוא הנה אלהינו זה קוינו לו וישיענו זה יהוה קוינו לו נגילה ונשמחה בישועתו Hoc est: Et dicent in die illa, Ecce Deus noster iste, sperauimus in eo, uel expectauimus eum, & saluabit nos. Iste est Deus, sperauimus in illo, uel expectauimus illum, & lætabimur in saluatione eius. Hæc enim uerba haud secus exponenda sunt, quàm uetres ipsi Talmudistæ exposuerunt. Qui per ipsa docuerunt, futurum fuisse quandoque tempus, quo Deum mundus oculis uisurus esset, & populi digito sibi inuicem illum ostensuri. Nam in Midras tehilim super illud Psal.39. קוה קויתי Id est, Expectando expectationem meam, uel clamorem meum. Sic dicitur, Hoc est quod scriptum est Esa.25. ca. Et dicent in die illa, Ecce Deus noster iste, expectauimus eum, & saluabit nos. Et sic etiam dicitur Tren.3. ca. Bonus est Deus expectantibus eum, Propterea enim quia non cessant gentes seculi dicere, Vbi est Deus eorum. Futurum est, Vt Deus sanctus & benedictus sedeat in medio iustorum, & ipsi sint ipsum digito ostensuri. Sicut dictum est Psal.48. כי זה אלהים אלהינו עולם ועד הוא ינחגנו על מות Hoc est, Quoniam hic est Deus Deus noster in seculum & ultrà, ipse deducet, uel gubernabit nos usq; ad mortem. Et rursus ait Psal.4. Confortamini, & roboretur cor uestrum omnes sperantes in domino. Hæc traditio. Item in Beressith, סטנח ketanna, id est in expositione Gen. minori, super illud Gen.18. cap. Et apparuit ei dominus in conualle Mambre. Et ipse erat sedens in ostio tabernaculi ipsius diei. Sic ad uerbum legitur, Scriptum est Iob 19. cap. Et rursum, uel postea pelle me circundabuntur iste. Et ex carne mea uidebo Deum. Hactenus traditio. Ecce quàm admirabili modo Iudæi antiqui duo hæc sacræ scripturæ testimonia hoc in loco coniungentes, diuinæ incarnationis mysterium docuerunt.

Venire Dei.

Talmudistica expositio.

Præsertim

Præsertim si ipsius Iob uerba attendamus, textum hunc immediate præcedentia. Quæ ista sunt, ואני ידעתי גאלי חי ואחרון על עפר יקום : ואחר עורי נקפו זאת ומבשרי אחזה אלוה Id est, Et ego noui redemptorem meum uiuum esse. Et nouissimus super humum surget, & postea pelle mea inuoluentur ista. Et ex carne mea uidebo Deum. In quo autem sensu iste Deus ex carne nouissimus dicatur: & quis, qualisq; sit, Esaias palam ostendit 44. cap. dicens, כה אמר יהוה מלך ישראל וגאלו יהוה צבאות אני ראשון ואני אחרון Hoc est, Dicit Deus (tetragrammaton) Rex Israel & redemptor eius, Deus exercituum, ego primus & ego nouissimus. In libro quoq; qui dicitur, ספרי Siphre, super illud Leuitici uigesimo sexto capite, dictum, והתהלכתי בתוככם והייתי לכם לאלהים ואתם תהיו לי לעם Hoc est, Et ambulabo in medio uestri, & ero uobis in Deum, & uos eritis mihi in populum. Hoc modo legitur, Exemplificauerunt exemplo, quòd hæc res similis est Regi, qui egressus est ad deambulandum cum hortulano suo in pomœrio, illeq; hortulanus à facie Regis resiliebat. Ait igitur ei Rex, Cur ita à facie mea resilis. Ecce ego talis sum, qualis tu es. Sic futurum est, ut Deus sanctus & benedictus deambulet cum iustis in tempore uenturo in paradiso uoluptatis. Iusti autem uidentes eum à facie eius contremiscant. Dicet ergo illis Deus sanctus & benedictus. Quam ob rem à facie mea contremiscitis? Ecce ego conformis sum uobis, & talis, quales uos estis, ac similis uobis sum. Nunquid autem quia dixi uobis: Ecce talis sum, quales uos estis, possibile erit, ut non sit reuerentia mea super uos? Docet quid ad hoc dicendum sit, quod sequitur Leuitici uigesimo sexto capite, Et ero uobis in Deum, & uos eritis mihi in populum. Si uero non credideritis mihi ex omnibus uerbis istis, credatis, quia ego sum Deus uester, qui extraxi uos de terra Ægypti. Hæc Talmud. Id idem ferè scribitur in libro תענית Taanith, id est de ieiunio, in calce capituli quod incipit בשלשה פרקים Bisloşa parakim. Vbi sic dicit, Dixit R. Elazar. Quod dixit R. Halabu. Futurum est, ut Deus sanctus & benedictus chorum faciat circularē iustis in horto uoluptatis. Et ipse in medio eorū stabit, & unusquisq; eorū digito suo illum ostēdent. Sicut dictū est Esa. 25. Et dicēt in illa die, Ecce Deus noster iste, expectauimus eū, & ipse saluabit nos. Iste est deus, expectauimus eum, & lætabimur & exultabimus in saluatione eius. Hæc traditio. Si igitur (ut ipsi aiunt) huiusmodi traditiones atq; explanationes magistrorum suorum fuerunt à Deo Mosi in monte Sinai traditę, necessario concedere debent, nisi nimium obcæcatum habeant intellectū, tam per textus in traductionibus inductos, q̄ per ea quæ prisci eorū magistri circa eosdē textus dixerunt, Deum hominem fuisse futurum, salua semper in omnibus diuinitatis suę gloria. HOG. Deambulare deo nullatenus conuenire potest, siquidē ambulare, sit de loco ad locū moueri. Quod

obiectio.

ita apud omnes ſapientes, iuxta diuinitatis naturam Deo creatori impoſſibile eſt, atque omnino incongruum, quemadmodum poſſe corrumpi. Hoc enim creaturæ corpus & pedes habentis, dicitur eſſe proprium. Præterea, Deus eſt in omni loco, licet non localiter, totumq; replet mundum. Vt ex Ieremia colligitur, ita dicente: Nunquid non cœlum & terram ego impleo, ait Dominus. Cum igitur Deus ubique ſit, & nuſquàm eſſentialiter deſit, conſequens eſt, ipſum non poſſe unum locum deſerere, & ad alium ire, quod eſt deambulare. Id enim contra diuinitatis naturã omnino eſt. GAL. Ad promiſſionis itaque Dei impletionem, qui Leuit. 26. cap. dixit, Ambulabo in medio ueſtri, ut iam iam retulimus, & ad ſacræ ſcripturæ ueritatem, quæ multa huiuſmodi de Deo aſſerit, necnon ad traditionum præmiſſarum confirmationem, quæ eius generis ſcripturas pro noſtræ fidei ueritate exponere uidentur, dicimus quàm breuiſſime. Idcirco Deum per prophetas ita locutum fuiſſe. Vt aperte inſinuaret, quòd hominem quandoque tam uera, tamq; uehementi unione ſibi uniturus erat, ut uiſo homine ſibi unito, ipſe uideri diceretur. Et homine illo inter cæteros homines ambulante, uere Deus ipſe ambulare dici poſſet, atque eundem hominem nos digito monſtrantes, Hic eſt Deus noſter: uere dicere poſſemus. Quod Baruch etiam optime affirmat, dum capite 3. ita ait, זה אלהינו ולא יחשב אחר לפניו זה בוצא כל דרך חכמה ונתנה ליעקב נערו ולישראל חמודו ואחרי זה בארץ נראה ובאנשים התגיל Id eſt, Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius in conſpectu eius. Hic adinuenit omnem uiam ſapientiæ, & tradidit eam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſt hæc in terris uiſus eſt, & cũ hominibus conuerſatus eſt. Quid clarius his uerbis? quid planius? quid euidentius? quid manifeſtius dici poteſt? Si enim certum eſt, Deum ſecundum diuinitatem, neque oculis uideri, neque cum hominibus conuerſari poſſe, cum chromata tantummodo uideantur, & conuerſatio inter homouſios proprie ſit, Iudæos neceſſario concedere oportet, futurum utique fuiſſe, Deum hominem aliquando fieri, ut ſecundum humanitatem & oculis conſpici poſſet, & ſibi cum hominibus conuerſandum foret. Quapropter & frater Iſrael, & propinquus eius, ſæpenumero in ſacris literis dicitur.

Reſponſio.

Quòd Deus dictus fuit frater Iſrael, & Meſſias eſt ille, ad deſignandum, quòd Deus per noſtræ naturæ aſſumptionem, frater noſter fieri debebat. *Caput* XXVIII.

CAPNIO,

HOc eſt quod potiſſimum hic patefacere debes. Quod ſcilicet ad ſignificandam futuram filij Dei incarnationem, Deus ipſe frater Iſraelis, à priſcis Iudæorum dictus fuerit. GAL. Id in

Id in primis in libro Mechilta.i.in expositione Exodi,facile patet,cum super illud Exo.14.cap.dictum,Quid clamas ad me?Ita legitur,Dixit R.Halcusi.Et nónne iam scriptura dicit Prou.17.cap. בכל עת אהב רע ואח לצרה יולד Hoc est,In omni tempore est amans amicus,& frater ad angustiam,uel ad tribulationem nascetur.Hic est Deus sanctus & benedictus,qui dixit,Frater ego ero Israeli,in hora tribulationis uel angustiæ eius.Sicut dictum est Psal.122. למען אחי ורעי ארברה נא שלום בך Id est,Propter fratres meos,& amicos,uel propinquos,uel socios meos,loquar nunc pacem in te.Hactenus traditio.Ex qua clare habetur, Deum amicū & fratrem Israelis dici,qui fuerat secundū humanitatē ad angustiā nasciturus.Ad præmissæ autē traditionis ueritatē,maxime facit quod in Midras tehilim.i.in expositione Psalmorū scriptum est,super illud Psal.4.In inuocatione mea exaudi me Deus iustitiæ meæ.Ibi enim sic ad literam legitur,Dixit R.Iodan,Qui declinat,uel currit post carnem & sanguinem,habet patronum.Sed cum adest tempus angustiæ aut tribulationis,non statim ingreditur apud eum.Venit enim & stat ante ianuam patroni sui,uocatq; seruum eius,& seruus quidem ait: En ille ante ianuam manet.Deus autem sanctus & benedictus non ita facit.Cum enim accesserit tempus tribulationis,uel angustiæ Israeli, non uocabit Michaelem,aut Gabrielem,sed Deum ipsum inuocabit, ipseq; eum exaudiet.Et hoc est quod scriptum est Ioelis 3.cap. והיה כל אשר יקרא בשם יהוה ימלט Hoc est,Et erit,omnis qui inuocauerit in nomine Dei (tetragrammaton) liberabitur. Et infrà, Dixit R.Symeon. Caro & sanguis habet קרוב karob,id est consanguineum,uel propinquum,& si fuerit dives,confitebitur eum.Deus autem sanctus & benedictus non ita agit.Nam cum Israel in humilitate est,tunc eos fratres & propinquos uocat.Sicut dictū est Psal.122.Propter fratres meos,& propinquos meos,loquar nunc pacem in te. Item infrà.R.Aben in nomine R. אחא Aha,ait:Caro & sanguis habens קרוב karob,id est propinquum captiuum,& deprædatum,erubescit fateri illum propinquum suum esse.Sed Deus sanctus & benedictus educi fecit Israel captiuos,& deprædatos,& tamen eos קרוביו kerouim,id est propinquos uel consanguineos expresse uocat.Sicut dictum est Psal.148. לבני ישראל עם קרובו הללויה Id est,Filijs Israel populo propinquo,uel cōsanguineo suo,Laudate Deum.Et rursus infrà, Dixit Deus sanctus & benedictus.Esa.65.Et erit,antequàm inuocent, ego respōdebo,& exaudiā.Quamuis autem ita sit,necesse tamen est,quòd eorum inuocatio in ueritate fiat.Sicut dictū est Psal.145. קרוב יהוה לכל קוראיו לכל אשר יקראוהו באמת Hoc est,Propinquus est Deus omnibus inuocātibus eū, omnibus qui inuocabūt illū in ueritate.Est ne possibile,eū propinquū esse omnibus inuocātibus eū?Docet quid ad hoc dicendū sit,quod seq tur.Omnibus q inuocabūt illū in ueritate,Hucusq; traditio.Ex qua manifeste

nifeſte apparet, Deum eſſe fratrem, propinquum, & patronum Iſrael, & omnes qui eum in ueritate inuocabunt, à ſuis aduerſitatibus ab ipſo liberandos eſſe. CAP. Nunc igitur hunc Deum ſanctum & benedictum Iſraelis fratrem, conſanguineum, & propinquum toties appellatum, Meſſiam eſſe proba. GAL. Id & Midras & Targum שיר השירים Sir haſſirim, id eſt Expoſitio ſiue gloſſa, & Chaldaica translatio Cantici canticorum aperte oſtendunt. Super illud Canti. 8. cap. dictum מי יתנך באח לי יונק שדי אמי אמצאך בחוץ אשקך גם לא יבוזו לי : אנהגך אביאך אל בית אמי תלמדני Id eſt, Quis dabit te ſicut fratrem mihi, lactentem ubera matris meæ. Inueniam te foris, oſculabor te, etiam non deſpicient me. Deducam te, & inducam in domum matris meæ, & docebis me. Midras enim, id eſt gloſſa ibi ſic ait: Hæc uerba dixit eccleſia Iſraelis Deo ſancto & benedicto. Ipſe autem dixit ei, Vt qualis frater ero tibi? Nunquid ut fuit Cain Habeli? Cain enim interfecit Habel. Sicut dictum eſt Gen. 4. cap. Et inſurrexit Cain contra Habel fratrem ſuum, & occidit eum. An ut fuit Iſmael ipſi Ishac? An ut Eſau ipſi Iacob? An ut fratres Ioſeph ipſi Ioſeph, odientes eum? Sicut dictum eſt Gen. 37. Et oderunt eum, nec poterant eum quicquam ad pacem alloqui. Et iterum, Et inuidebant ei fratres eius. Vt qualis ergo frater ero tibi? Ecce dicendum. Vt fuit Ioſeph ipſi Beniamin, qui dilexit eum quaſi cor ſuum. Sicut dictum eſt Gen. 43. ca. Et uidit Ioſeph Beniamin fratrem ſuum, filium matris ſuæ, Et feſtinauit Ioſeph, quia cõmotæ fuerunt commiſerationes eius in fratrem ſuum, & uoluit flere. Sequitur, Deducam te, & inducam te. Deducam te à ſuperioribus ad inferiora. Inducam te in domũ matris meæ, hoc eſt, in Sinai. Dixit R. Berachias. Quare uocatur Sinai domus matris meæ? Quia inde factus eſt Iſrael ſicut lactens, uel infans filius unius diei. Hęc traditio. Targum autem, id eſt Chaldaica R. Ionathæ ęditio, uerba illa prædicta Cantici canticorũ, Quis dabit te ſicut fratrem mihi. Cum reliquis. Ita Chaldaicè exponit, Cum reuelabit ſe Rex Meſſias Eccleſiæ Iſrael, dicent ei filij Iſrael. Tu eris nobis in fratrem. Item Targum Ieroſolymitana, quæ aliãs uulgata ædítio dicitur, ſic eadem uerba Chaldaicè traducit, atq; exponit, In illo tempore reuelabitur Rex Meſſias eccleſiæ Iſrael, & dicent ei filij Iſrael, ueni, eris nobis ut frater, & aſcendemus Ieroſolymam, erimusq; lactentes tecum ſententias legis, ſicut lactet infans ex mamillis matris ſuæ. Sequitur in textu, Deducam te, & introducam in domum matris meæ, Docebis me. Targum Rabbi Ionathæ ita hæc exponit: Deducam te Regem Meſſiam. Introducam te in domum ſanctuarij mei. Et docebis me timere Deum, & ambulare in uijs eius. Targum autem Ieroſolymitana ſic: Deducam te Regem Meſſiam, Inducam te in domum ſanctuarij. Docebis me timere à facie Dei, & ambulare in uijs eius, & ibi cœnabimus cœnam leuiathan. Ex iſtis igitur Targum, id eſt ex his Chal-

Chaldaicis antiquorum expositionibus euidentissime patet, Regem Messiam esse illum ecclesię fratrem, quem prȩcedens Midras, id est expositio Deum sanctum & benedictum ex superioribus ad infima deducendum asseruit. Hoc idem etiam in Beressith Rabba, id est in expositione magna Gen. optime ostenditur. Vbi & si plura eorum quæ prȩmissa sunt replicentur, ad maiorem tamen Iudæorum recentiorũ confusionem, eadem bis terȝ referre, prout in diuersis eorum libris legun tur, non est inutile. Prædicta igitur Beressith Rabba super illud Gen. 28. ca. dictũ, Et egressus est Iacob, ita omnino dicit, Scriptũ est Zach. 4. Quis tu mons magne corã zorobabel? Mons magnus iste Messias est. Et cur eum montem magnum appellat? Quia maior est quàm patres. Sicut dictũ est Esa. 52. c. Ecce intelliget seruus meus, id est Messias. Qui leuabitur plusquàm Abraham, de quo scriptum est Gen. 14. Leuo manus meas ad dominum. Et exaltabitur plusquam Moses, de quo dictũ est Nume. 11. Quia dicis mihi, Exalta eum in sinum tuum, sicut exaltat nutricius infantem. Et sublimis erit ualde plusquàm angeli ministerij, de quibus dictum est Ezech. 1. Et sublimitas eorum & sublimitas eis. Eapropter dictum est, Quis tu mons magne? Alia expositio. Quamobrem dicitur Messias mons? Quia per uiam montium uenturus erat. Sicut dictum est Nahum 1. ca. Ecce super montes pedes annunciantis, & audire facientis pacem. In illa hora Israel ad montes intendens erit. Sicut dictum est Psal. 120. Leuabo oculos meos ad montem ùnde ueniet adiutor meus. Hic est Messias, qui uocatus est adiutor. Sicut dictũ est Psal. 19. Mittet adiutorem tuum de sanctuario. Et unde ipse ueniet? A Deo sancto & benedicto. Et hoc est quod scriptum est Psal. 120. Adiutor meus à domino factore cœli & terræ. Porrò de eo scriptura dixit Psal. 145. Beatus cuius Deus Iacob in adiutorem eius. Simile est hoc hominibus ad iudicium uenientibus, ac iudicem timentibus. Quibus dicitur, Nolite timere à iudicio. Iudex enim amicus uester est. Sic futurum est, ut Israel stent in iudicio coram Deo sancto & benedicto. Quibus formidantibus, angeli ministerij dicent, Ne timeatis à iudicio. Iudex enim ciuis uester est. Sicut dictum est Esaiæ quadragesimo quinto capite, Ipse ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem soluet. Nónne cognoscitis ipsum? Propinquus enim, uel consanguineus uester eius. Sicut dictum est Psal. 148. Filijs Israel populo propinquo uel consanguineo suo, Laudate Deum. Iterum quoque dicent eis, Ne timeatis à iudicio. Frater enim uester est iudex. Sicut dictũ est Psal. 121. Propter fratres meos, & propinquos, uel amicos, uel socios meos, loquar nunc pacem in te. Præsertim autem, quia pater uester est. Sicut dictum est Deut. 32. cap. Nónne ipse est pater tuus, possessor tuus, uel emptor tuus? Eam ob rem dixit Selomo in persona ecclesiæ Israel Cant. 8. cap. Quis dabit te ut fratrem mihi? Vt qualem uero fratrem? Quia

Mãs, Messias.

Adiutor, Messias.

De iudicio Dei.

Quia non talem, qualis fuit Cain fratri suo Habel, neq; ut Ismael fuit fra
tri suo Ishac, neque ut Esau fratri suo Iacob, neque ut fratres Iosrph ipsi
Ioseph. Sed sicut fuit sugens ubera matris suæ. Hoc est qualis fuit Io
seph fratri suo Beniamin, quem dilexit ut cor suum. Et hoc est quod
scriptum est Cantic. 8. cap. Sugentem ubera matris meæ. Inueniam te
foris, hoc est in deserto, quod est extra populatum. Osculabor te, &
non despicient me. Hæc omnia traditio. In qua multa ponuntur pro
nostra fide relatu dignissima. Videlicet quòd Messias dicitur mons
magnus, maior scilicet quàm patres, ac angeli ministerij diuini, qui cæ-
teris omnibus sunt excellentiores secundum antiquorum Talmudista
rum traditiones. Et quòd ipse est adiutor ueniēs à Deo. Et quòd Deus
Iacob est in eo. Et quòd deus sit ciuis, propinquus, siue cōsanguineus,
& frater Israel. Ad quod probandum, inducitur præmissa Cantici can-
ticorum autoritas, uidelicet. Quis dabit te ut fratrem mihi? Quam Tar
gum (ut uisum est) de Messia exponit, His consentaneum est, ualde
mirabile, quod in libro תנחומא Tanhuma scribitur, super illud Leui.
25. cap. כי ימוך אחיך ומכר מאחוזתו ובא גאלו הקרב אליו וגאל Id est, Quan
do pauper factus fuerit frater tuus, ac uendiderit de possessione sua, &
ueniet redemptor eius, proximus, uel propinquus ei, & redimet. Ibi e-
nim sic dicitur, Et ueniet redemptor eius. Hic est, Deus sanctus & be-
nedictus. Sicut dictum Iere. 50. ca. גואלם חזק יהוה צבאות שמו ריב יריב את
ריבם כרוב לו Hoc est, Redemptor eorum fortis, Deus (tetragramma-
ton) exercituum nomen eius. Disceptans disceptabit causam eorum,
uel bellans bellabit bellum eorum. Propinquus uel consanguineus ei.
Hic est Deus sanctus & benedictus, Sicut dictum est Psal. 148. Et exal-
tabit cornu populi sui, laus uel gaudium omnibus pijs, uel benignis e-
ius, filijs Israel, populo propinquo, uel consanguineo suo הללו יה hal-
lelu iah, id est Laudate Deum. Hæc traditio. Circa quam tria ab Iudæis
quærere placet. Quomodo scilicet Deus sanctus & benedictus factus
sit Israel consanguineus, uel propinquus? De quo carcere, de quâue ca
ptiuitate erat hominem redempturus? Et quæ erat eorum causa, quam
ipse disceptaturus erat, siue quod erat eorum bellum, quod ipse bella-
turus fuerat? CAP. Quia scio, Iudæos nequaquam ad hæc rationa-
biliter & recte respondere posse. Sunt enim à Deo insania cæcitate ac
stupore perculsi. Ideo ipse ad ea secundum Christianam ueritatem re-
spondeas. GAL. Tunc itaque Deus sanctus & benedictus factus est
Israeli consanguineus & propinquus, cum ab anima Dei quæ uerbum
& sapientia, & filius Dei est (ut paulò inferius probabitur) anima &
corpus Messiæ assumpta sunt. Tunc enim illud ipsius Dei apud Esa-
iam quadragesimo secundo capite, dictum impletum est, הן עבדי
אתמך בו בחירי רצתה נפשי נתתי רוחי עליו משפט לגוים יוציא
Id est, Ecce seruus meus suscipiam eum, uel innitar in eo. Electus meus
in quo

Tria Iudæis quærenda.

Deus, ut est Israeli propinquus.

in quo sibi complacuit anima mea. Dedi spiritum meum super eum. Iudicium gentibus proferet. Quæ quidem uerba sic R. Ionathas Chaldaicè traducens exposuit, הא עבדי משיחא מקרביניה בחירי ראתרעי ביה ממרי אתן רוח קודשא עלוהי דיני לעממיא יגלי : Hoc est, Ecce seruus meus Messias, applicabo eum. Electus meus, in quo sibi complacuit uerbum meum. Dabo spiritum sanctum super eum, uel per eum. Iudicium gentibus reuelabit. Et post pauca, apud Esaiam ita quoq; subijcitur, ישים בארץ משפט ולתורתו איים ייחלו Id est, Ponet in terra iudiciũ. Et legem eius insulæ expectabunt. Hæc & idem Ionathas ita in Chaldæum uersa explanauit, יתקן בארעא דיגא ולאורייתיה נגוון יבתרון Hoc est, Ordinabit in terra iudicium, & in lege eius gentes sperabunt. Hæc satis ad primum quæsitum. Ad reliqua uero duo patebit in sequentibus responsio. CAP. Cum propheta in præmissis in persona Dei dixit, Electus meus in quo sibi complacuit anima mea. Quid ibi per animam Dei intelligitur? GAL. Vbi propheta in persona Dei loquens: Anima mea, dixit. Ibi Ionathas uerbum meum, transtulit. Sic enim (ut audisti) uoce Dei ait, Electus meus, in quo sibi complacuit uerbum meũ. Quare dicere audeo, animam Dei ibi non esse, nisi filium Dei. Qui & uerbum Dei, & sapientia Dei, & uirtus Dei dicitur. Ex præmissis igitur omnibus, abunde patuit, Quod ad insinuandam filij Dei incarnationem, ac diuinæ & humanæ naturæ cognationem in Christo futuram, Deus multoties à priscis Iudæorum propinquus siue consanguineus, & frater Israel dictus fuerit. *Anima Dei.*

Quòd Deus ipse ore proprio docturus esset homines, & Messias sit ille. Caput XXIX.

CAPNIO,

IN plerisq; Iudæorũ libris memini me legisse. Futurum quandoq; fuisse, ut Deus ipse cum hominibus consuetudinem ducens, ore proprio ipsos doceret. Ex quo maxime ipsa diuina insinuatur incarnatio. GAL. Ita profecto est, ut ais. Legitur enim hoc modo in מידרש מדבר סיני Midras Midbar Sinai, id est in expositione super librum Nume. 23. cap. eo in loco, ubi scriptum est, Sicut in tempore dicetur Iacob & Israeli, Quid fecit Deus? Vidit oculus Balaã, quòd Israel essent sedentes coram Domino in futurum, quemadmodum sedet discipulus coram magistro, quærentes ab eo super qualibet פרשה parasa, id est de unoquoq; capitulo, quam ob rem scriptum fuerit. Sicut dictum est Esa. 23. cap. בי לישבים לפני יהוה יהיה סחרה לאכל לשבעה ולמכסה עתיק Hoc est, Quoniam sedentibus coram Deo erit negociatio, ut comedant ad sacietatem, & ut induant precioso, uel forti. Et iterum 30. cap. ait, ולא יכנף עוד מוריך וחיו עיניך ראות את מוריך :

Id est, Et non auolabit ultra doctor tuus. Et erunt oculi tui uidentes doctorem tuum. Et angeli ministerij interrogabunt eos, dicētes: Quid docuit uos Deus sanctus & benedictus? Hoc autem dicturi sunt, quia non habebunt facultatem intrādi in medium eorum. Sicut dictum est Nume. 23. cap. Sicut in tēpore dicetur Iacob & Israeli, Quid fecit deus? Hactenus traditio. Quam Rabbi Selomo in diebus Messiæ complendam fuisse, ostendit. Cum uerba Esaię primum in eadem traditione inducta, cum quibusdam prȩcedentibus exponit. Vbi enim Esa. 23. c. ait, והיה כחרה ואהנתה קודש ליהוה Id est, Et erit negociatio eius, & merces eius sanctuarium, uel sanctitas Deo. Glossa eiusdem R. sic dicit, Futurū est, ut iusti talia cōtemnant cū uenerit Rex Messias. Et hoc est quod apud eundē ꝓphetā cōsequēter scriptū est, לא יאצר ולא יחסן כי לישבים לפני יהוה יהיה כחרה לאבר לשבעה ולמבסה עתיק Id est, Non reponetur in horreo, neq; thesaurizabitur. Quoniam sedentibus, uel habitantibus coram Deo, erit negociatio, ut comedant ad saturitatem, & uestiantur precioso, uel forti. Quæ R. Ionathas ita Chaldaicè transtulit, Et erit negociatio eius sancta coram Deo. Non cōgregabitur in horreum, neq; thesaurizabitur, quia ministrantibus coram Deo erit merces, ut comedant ad saturitatem, & induantur precioso. Optime quoq; ad propositum facit, quod in libro, סיפרי Siphre legitur, Dum super illud Deut. 33. cap. dictū, זכור ימות עולם בינו שנות דור ודור Id est, Memorare dies seculi, animaduerte annos generationis & generationis. Ita dicitur, Dixit eis Moses, In tempore quo ipse locus, id est Deus inducet tribulationes super uos in mundo isto, mementote quot bona, & quot consolationes sit uobis daturus in seculo futuro. Sequitur, Animaduerte annos generationis & generationis. Hæc est generatio Messiæ, in quo sunt tres generationes. Sicut dictum est Psal. 72. יראוך עם שמש ולפני ירח דור דורים: Hoc est, Timebunt te cum sole & ante lunam generationem generationis. Sequitur, Deut. 32. cap. שאל אביך ויגדך Id est, Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi. Futurum est enim, ut sint Israel uidentes & audientes, tanquam qui audiunt ex ore Dei sancti & benedicti, secundum sensum quo dictum est Esa. 30. cap. Hæc est uia, ambulate in ea, siue ad dexteram siue ad sinistrā. Et rursus dicitur apud eundem prophetam ibidem. Et dabit uobis Deus panem angustiæ, & aquam contritionis, uel panem angustum & aquam compressam. Et non auolabit ultra doctor tuus, uel nō operiet se ala ultra doctor tuus. Et erunt oculi tui uidentes doctorē tuum. Hæc omnia traditio. Rabbi uero Ionathas Vzielis filius hæc postrema Esaiæ uerba ita Chaldaicè traduxit, ולא יערון עוד שכינתו וחוי בעיני חונחיך יחזון ית שכינתי Hoc est, Et non recedet ultra diuinitas eius. Et erunt oculi tui uidentes diuinitatem eius. Vbi igitur propheta primo doctor tuus, deinde doctorem tuum, dixit. Vtrobiq; Ionathas in Targum (ut nunc uisum est) diuinitatem

tatem eius posuit. Ex quo profecto liquet, futurum fuisse: ut homines Deum doctorem haberent, quem oculis uiderent, & à quo ueritatis uiam discerent. Quod profecto haudquaquam futurum iri potuisset, nisi futurum fuisset, Deum hominem fieri ex utroq; genere, diuino scilicet & humano permixtum. Super uerbum autem illud, Panem angustum & aquam compressam: Sic ait glossa R. Selomonis. Non erit uobis facultas eundi post uoluptates, ut hactenus fecistis. Sicut dictū est Amos 6. cap. השותים במזרקי יין Id est, Bibentes in phialis uinū. Cum enim essetis post uoluptates euntes, uidere nequiuistis deum sanctum & benedictum. Quemadmodum dictum est Esa. 6. השמן לב העם הזה ואזניו הכבד ועיניו השע Hoc est, Impingua cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude. Cum uero parum comederis, erūt oculi tui uidentes doctorem tuum, ולא יכנף Velo yicaneph, id est, Et non se operiet abs te ala pallij sui. Quasi dicat, non abscondet uultum suum abs te מוריך Morecha, id est doctor tuus, hoc est Deus sanctus & benedictus, qui docebit te, להועיל Lehoil, id est ut ualeas, uel ascendas. Hæc R. Selomo. Ex quibus patet quorundam ex nostris non paruus error. Vbi enim Iudaica prauitas doctorem hunc iuxta literalem sensum, Deum esse asserit audibilem atq; uisibilem, quod Messiæ Deo & homini ualde congruit. Illi hunc eundem doctorem iuxta literam, Ezram fuisse affirmāt. Quod prorsus falsum esse, ex eo facile uideri potest. Quod dictum illud Esaiæ, Et nō auolabit abs te doctor tuus, neq; Ezræ, neq; cuiquam puro homini conuenire potest, nisi soli illi, qui deum in se credentibus, atq; credituris, dixit Matth. ultimo: Ecce ego uobiscū sum omnibus diebus usq; ad cōsummationem seculi. Nam & si in humanitate ad patrem ierit, in forma tamen qua patri æqualis est, nunquam à fidelibus suis discedit. Valde quoq; notandum est, quod præmissa hæc traditio exponens illud Deuter. 32. Animaduerte annos generationis & generationis, hoc modo ait: Hæc est generatio Messiæ in quo sunt tres generationes. Vbi nihil aliud dictum esse, censendum est, generationem Messiæ esse generationem & generationem, & rursus in eo nihilominus tres esse generationes. Quam geminam esse Messiæ generationem, diuinam scilicet qua à patre ante secula genitus est, & humanam qua ex matre in seculo natus est. Et consequenter tres in eo sequitur esse generationes, tres uidelicet substantias, id est corpus, animam & diuinitatem. Et iterum hęc duo & tria unum esse Messiam. Prædictis etiam non incōgrue annectitur, quod in procœmio Midras, id est expositionis lamētationum Ieremiæ his uerbis legitur, In futuro Deus sanctus & benedictus erit sedens, & exponens coram iustis sensum legis, & reuelans eis per manus Messiæ. Sicut dictum est Prou. 2. וצפן לישרים תושיה מגן להלכי תם Hoc est, Reseruat, uel occultat rectis legem, clypeus ambulantibus simpliciter, uel perfecte. Dixit R. Abra-

In Messia duæ naturæ & tres substantiæ.

ham Auen Ezra, Cælat rectis legem. Quia occultat ab eis uerbum sa-
pientiæ, donec ueniat tempus eius, & exponat eam ore suo coram ma-
gistris. Et super hoc dictum est Prouer. 15. ורבר בעתו מה טוב Id est, E
uerbum in tempore suo quàm bonum est. Hucusq; traditio. Ex his igi
tur omnibus quæ dicta sunt, palam patet, Deum ore suo docturum fu
isse homines, uisibilem atq; audibilem factum. Quod tũc proculdubio
impletum est, cum Dei filius carne humana assumpta, uisibilis atq; au
dibilis effectus, & habitu inuentus ut homo, discipulos suos, homi
numq; turbas docebat, atq; à scribis & pharisæis interrogatus, eorum
quæstionibus respondebat.

*Quòd Deus coæquandus esset ecclesiæ, & quòd Messias caput ec-
clesiæ futurus erat.* Caput XXX.

CAPNIO,

AD hanc etiam filij Dei incarnationem (ut arbitror) insinuan-
dam, Deus ipse ecclesiam sororem ac sociam suam uocauit. In
Cantici canticorum 5. c. dicens, פתחי לי אחותי רעיתי תמתי Hoc
est, Aperi mihi soror mea, uel socia mea, columba mea, perfecta mea.
GAL. Ita certe est, ut ais. Sed aliud maius latitat mysterium in uerbis
istis, quod maxime ad propositum nostrum facit. Nam ubi nunc תמתי
tammathi, id est perfecta mea scriptum est, תאומתי teumathi, id est ge-
mella mea, Selomo scripsit. Sic enim scriptum fuisse prisci Talmudistæ
testãtur. Legitur enim in Midras Sir assirim, id est in expositione Can-
tici canticorum, super hunc textum, sic R. Immai dixisse, quòd תאומתי
teumathi, id est gemella mea scriptum fuit. Ex quo igitur in lege scri-
ptum est, dici potest. Dixit ibidem R. Iudas in nomine R. Leui teuma-
thi, id est gemella mea, ideo dictum est à deo scilicet, quoniam sicut hu
iusmodi gemellis contingit, ut si aliquid senserit corpus alterius, mox
socius eius turbetur, atq; tumultuetur. Ita ex quo in lege dictum est, di-
ci potest. eo quòd Deus dixerit Psal. 91. Cum ipso sum ego in tribula-
tione, eruam eum, & honorabo eum, & ostendã illi saluationem meã.
Hęc traditio. Ex qua aperte ostenditur, quòd Deus & ecclesia uelut duo
gemelli futuri essent. Et tunc Deus cum homine pariter existendo, &
conuersando ipsum honoraret, & à tribulatione erueret. Quod nõ po
test nisi de incarnatione intelligi. Ex quo plane infertur, Messiam ge
minam habiturum fuisse naturam, diuinam scilicet & humanam. Vtin
altera uerus & perfectus Deus esset, in altera uerus & perfectus homo.
CAP. Secundum quam naturã Messias caput ecclesiæ esse debebat,
utrum scilicet secundum diuinam naturam, an secundum humanam,
an secundum utranque simul? GAL. Secundum utranque simul in-
quam, quamuis secundum humanam longe magis, quàm secundum
diuinam.

diuinam. Nam ſecundum eam naturam magis proprie caput eccleſiæ eſſe debebat, ſecundum quam ipſi eccleſiæ corpus ipſius myſticum eſſe magis conueniebat. Sed ſecundum naturam ipſius humanam, multo magis conuenit uniuerſæ Chriſti eccleſiæ, corpus eius myſticum eſſe, quàm ſecundum naturam eius diuinam, cum ipſe ſecundum naturã humanam, & non ſecundum naturam diuinam, membra proprie habeat. Meſſias igitur & ſi ſecundum utranq; naturam caput eccleſiæ futurus eſſet, ſecundum humanam tamen longe magis proprie. CAP.

Meſsias caput Eccleſiæ futurus.

Vt magis Iudæorum perfidia conuincatur, hoc loco Meſſiam uniuerſæ eccleſiæ quæ ex Iudæis & gentilibus congreganda erat, futurum fuiſſe caput, probandum eſſet. GAL. Primum igitur Hoſeam in mediũ afferam, ſic de iſto capite & corpore primo capite, aperte loquentem, ונקבצו בני יחודה ובני ישראל יחדו ושמו להם ראש אחד ועלו מן הארץ כי גדול יום יזרעאל Quæ uerba ſic interpretantur, Et cõgregabuntur filij Iuda, & filij Iſrael ſimul, & ponent ſibi caput unum. Et aſcendent de terra. Quoniã magna dies Izreel. Vbi gloſſa R. Selomonis ſic ait, Et ponent ſibi caput unum, Dauid ſcilicet Regem ſuum. Quoniã magna erit dies יזרעאל izreel, dies uidelicet congregationis ſeminis eorum. Hæc R. Selomo. Hoc autem totum tunc impletum eſt, cum apoſtoli & cæteri Chriſti diſcipuli (quorum aliqui fuerunt de tribu Iuda, ut Iacobus, & Ioannes, & alius Iacobus, & fratres eius, & aliqui de ſingulis alijs tribubus) ſimul cum conuerſis ex gentibus in unam Chriſti fidem cõgregati ſunt, & caput unum, Dauid Regem eorum, id eſt Meſſiam ſibi poſuerunt. Quod autem Dauid pro Meſſia accipiatur, in præcedentibus latiſſime patuit. Vbi inter cætera dictum eſt, quòd ſiue de uiuis, ſiue de mortuis Meſsias ſit, Dauid eſt nomen eius. Sequitur in prophetia, Et aſcendet de terra, id eſt de ſenſu & conuerſatione terrena, & de humilitate literæ, ad ſpiritalis intelligentiæ altitudinem. Quoniã magna dies יזרעאל izreel, quod ſeminabit Deus, Latinè ſonat. Magna & enim fuit dies illa, id eſt tempus illud non ſolum duratione, uerum etiam in miraculis, multisq; alijs, quàm Deus apoſtolos cæterosq; Chriſti diſcipulos ac eorum ſucceſſores per orbem ſeminauit, ut prædicationis fructum afferrent. Quos & hactenus ſeminare non deſtitit, neq; ad mundi uſq; finem unquam ſeminare ceſſabit. Quare factum eſt, ut gentiles qui populus Dei non erant, populus Dei eſſent. Quod bene Hoſeas ipſe uoce Dei prædixit 2. ca. dicens, וזרעתיה לי בארץ ורחמתי את לא רחמה ואמרתי ללא עמי עמי אתה והוא יאמר אלהי Hoc eſt, Et ſeminabo eam mihi in terra. Et miſerebor eius, cuius non fui miſertus. Et dicam non populo meo, populus meus tu. Et ipſe dicet, Deus meus. Deinde Micheã audi, ſic 2. cap. dicentem, ויעבר מלכם לפניהם ויהוה בראשם Id eſt, Et tranſibit Rex eorum ante eos. Et Deus in caput ipſorum. Quod autem Meſſiæ eccleſiæ Iſraelis futurus erat, habetur in libro Sanhedrin in ca.

Helec. Vbi ita ad uerbum legitur, In Bereſſith Rabba R. Moſis Hadarſan ſuper illud Gen. 49. Lauabit in uino indumẽtum ſuum, ſic dicitur, Quando ueniet Rex Meſsias, iudutus erit purpura pulchra uiſu. Et poſt pauca. Et ipſe erit caput Iſrael. Quod haud incongrue cum ea Pauli ſententia conuenit, cum ad Philippenſes ſcribens, 1 cap. ait, Ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius, & plenitudo eius. Et rurſus ad Coloſ. 1. cap. dicit, Et omnia in ipſo conſtant, & ipſe caput corporis eccleſiæ. Hæc ſatis de tertio libro, Vbi abũde Meſſiam Deum & hominem ſimul futurũ fuiſſe, probatum eſt. Alia permulta præter illa, quæ dicta ſunt, tam de diuina trinitate in ſecundo libro, quàm de Meſſiæ diuinitate in hoc tertio, opportune dicenda occurrere potuiſſent. Quæ ne præſens opus prolixius quàm decet, redderetur, omittere placuit. Ea enim duntaxat his in libris (quod & in cæteris faciam) afferre curaui, quæ ad reſeranda catholicæ ueritatis arcana in Hebraicis codicibus inuenta, neceſſaria uiſa ſunt. Quare theologicarum difficultatnm ſubtilitates, quæ ad detegenda huiuſmodi arcana, neceſſariæ non ſunt, prætermittendas duxi. Præſertim cum de ipſis abunde pertractet Georgius ille Benignus de Saluiatis archiepiſcopus Nazarenus, uir utiq; præſtanti ingenio præditus, ac in omni diſciplinarum genere maxime eruditus, in præclaro illo opere, quod de uexillo uictoriæ Chriſtianæ, Chriſtianiſsimo Gallorum Regi Franciſco huius nominis primo, dedicandum, nunc non minus eleganter quàm ſubtiliter conficit. In eo ſiquidem opere, ad probandum, uictoriam Chriſtianam eſſe fidem noſtram: qua credimus, tres eſſe, qui teſtimonium perhibent in cœlo, & quoniam Ieſus eſt filius Dei, circa diuinam trinitatem, ac diuini uerbi incarnationem, tres & ſexaginta ponuntur contemplationes,

Quarum unaquæque incipit,

Lux deitatis, ut ipſe

oculis uidi.

Liber

Liber quartus.

De primo Messiæ aduentu.

Quòd duplex sit Messiæ aduentus, unus cum humilitate, ad redimendum humanum genus, alter cum gloria & maiestate ad iudicandum uniuersum orbem. Caput I.

CAPNIO,

QVoniam duo potissimũ inter cætera de Messia Iudæi nostri seculi abnegant, eius scilicet diuinitatem, & eum iam uenisse. Ipsum enim & purum hominem asserunt, & uẽturum adhuc expectant. Eapropter sicuti Messiam ipsum & deum & hominem futurum fuisse, per eorum scripturas affatim probasti. Ita quoque eum iam uenisse, ostendere debes. Vt dum illum eundem, quem adhuc summo cum desiderio expectant, per suas scripturas, quæ hac de re clarissime loquuntur, iam uenisse cognouerint, Dominũ nostrum Iesum Christum uerum fuisse Messiam, ac mundi saluatorem, fateri cogantur. GAL. Ostendam utique. Sed unum prius, quod nemo uestrûm quærit, declarari opus est. HOG. Quod illud est? GAL. Dicam statim. Quia igitur non solum eorum perfidiam ueritate cõuincere, nobis in animo esse debet, uerùm illos quoq; ad ueritatis agnitionem reducere, nobis pro uiribus connitendum est. Idcirco unde tanti erroris occasionem sumant, ut quem uenisse constat, præstolari nunquam desinant, nobis certe reserandum est. Vt semota huiusce erroris causa, ipsius quoque effectus, hoc est, infidelitas ipsa, quę ab eiusmodi errore ortum habet, semouea-tur, nisi in perfidiæ cæcitate obstinati permanere uelint. Necessariò itaq; sciendum est, Duplicem Messiæ esse aduentum, de quibus passim prophetæ fuere locuti. Alterum quidem cum humilitate, ad redimendum, siue ad saluandum. Alterum uero cum gloria & maiestate, ad iudicandum. Iuniores tamen Iudæorum tanquam omnino obcæcati, geminum hunc Messiæ aduentum distinguere nescientes, prophetarum uaticinia confundunt, seseq; uarijs implicant erroribus, atq; infinita penè mendacia circa Messiæ mysteria componunt. Alij nanque Messiam ipsum mox in suo aduentu in tanta uirtute ac potestate apparere expe-

ctant,ut eum omnia mundi regina ſibi ſufficere poſſe,ipſisq; liberatis, ac Regno Iſrael reſtituto,temporaliter regnaturum affirment. Quo in errore aliquando & Chriſti diſcipuli fuerunt,credẽtes ipſum ſtatim poſt eius reſurrectionem terreni Regni ſceptro potiturum. Vnde & quidã eorum ſuper cæteros primatum ambientes, ad eius dexteram & ſiniſtram ſedere petebant. Quidã uero poſt mortem eius,ac ſi ſua ſpe defraudati eſſent,aiebãt: Nos ſperabamus,quòd ipſe redempturus eſſet Iſrael. Quidã deniq; an eo tempore Regnũ Iſrael reſtituturus eſſet,ab eo quærebant. Alij autem Iudæorũ (ut eò unde digreſſus ſum redeã,) primi atq; ſecundi aduentus prophetias cõfundentes, ipſasq; uno eodemq; tẽpore conſumandas aſſerentes,Meſſiã nondũ ueniſſe dicunt. Alij demũ & ob ea quæ de Meſſiæ humilitate,ac paſſiõe in primo eius aduẽtu ſubeũda,pphetæ prędixerũt,& ob ea quæ de eius maieſtate & gloria in ſecũdo ipſius aduẽtu manifeſtãda,pphetæ ipſi prænunciarũt, duos affirmãt uẽturos eſſe Meſsias:Primũq;,filiũ Ioſeph appellãt,quẽ in certamine Gog Magog interficiendũ dicunt. Alterũ filium Dauid uocãt,quem & primum Meſsiam reſuſcitaturũ,& Iſrael redempturũ, ipſiusq; Iſrael Regnum reſtituturũ,aiunt. Sed ſi prophetarũ dicta,uetuſtorumq; Talmudiſtarũ expoſitiones recte intelligere uellent,non ſolum in tot errores non inciderent,uerum etiam ueritatem ipſam facile agnoſcere poſſent. Nam ut primũ de prophetis dicam,ſi uarios uenièdi modos quos Meſſiæ ipſi aſſignant,animaduerterent:eos de uno eodemq; aduentu uerificari non poſſe,inuenirent. quin potius ex diuerſis ipſi ueniendi modis,duos eſſe Meſſiæ aduentus,& ipſi quoq; concederent. Quod ſi facerent,facile ad ueritatis agnitionẽ peruenire poſſent. CAP. Vellem aliquod huius gemini aduentus exemplum adduceres. GAL. Nónne Zachariam,Meſsiam ipſum in forma pauperis ſuper aſinam & eius pullum equitantem,uẽturum prædixiſſe legiſti? Dic enim 9. capite ait, גילי מאד בת ציון הריעי בת ירושלם הנה מלכך יבוא לך צדיק ונושע הוא עני ורוכב על חמור ועל עיר בן אתונות Hoc eſt,Exulta ualde filia Siyon,iubila filia Ieruſalem,Ecce Rex tuus uenit tibi iuſtus & ſaluatus ipſe, pauper,& aſcendes ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinarum. Nónne etiam in Daniele eundem Meſſiam in nubibus cœli,quaſi filium hominis uenturum eſſe reperiſti? Cum ſic propheta ipſe capite ſeptimo,Chaldaicè inquit, חזה הוית בחזוי ליליא וארו עם ענני שמיא כבר אנש אתה Id eſt, Aſpiciebam ergo in uiſione noctis, & uidi cum nubibus cœli quaſi filium hominis uenientem. Cum enim te utranq; linguã & Hebraicã & Chaldæã non mediocriter callentem ſciam,ſacrarumq; literarũ ſtudioſiſſimũ eſſe,non ignorẽ,hæc te frequentius legiſſe arbitror. CAP. Legi utiq; quàm ſæpiſſime hæc, GAL. Certum eſt igitur, utrunq; prophetam de uno eodemq; Meſſia his in locis locutum fuiſſe:cui tamen longe diuerſos ueniendi modos tri-

Errores quorundam.

dos tribuunt. Nam alter quidem ipsum pauperem & asinæ insidentẽ, uenturũ dicit. Alter uero eum cum nubibus cœli quasi è cœlo cum gloria descensurum ait. Qua de re & Talmudistæ non parum admirãtur. Nam ut legitur in libro Sanhedrin, in cap. Helec. R. Iehosuas filius Leui quæsiuit, Quidnam esset, quòd Messias apud Danielẽ quidem cum nubibus cœli uenturus describitur, apud Zachariã uero pauper & super asinã sedens? Quia igit̃ hi duo ueniendi modi qui à prophetis istis Messię assignantur, simul esse non possunt, cum incomposibiles sint, duos esse Messiæ aduẽtus dicere oportet. Alterum cum humilitate, ad redimendũ. Alterum cum maiestate, ad iudicandũ. De primo locutus est Zacharias, de secundo Daniel. Quod ex ijs quoq; quæ ibidem adij ciunt, facile uideri potest. Nam Zacharias quidem ibi nõ modo Messiam ipsum, pauperem & humilem ac saluatorem nuncupat, eo quòd per humilitatẽ & paupertatem hnmano generi salutem allaturus esset. Sed redemptionis quoq; opus exprimit, quod per Messiam ipsum fieri debebat, cum ibidem ait, גם את ברם בריתך שלחתי אסיריך מבור Hoc est, Etiam tu in sanguine fœderis tui, emisisti uictos tuos de lacu. Insuper & paulo ante sic, ודבר שלום לגוים .i. Et loquetur pacem gentibus. Quæ omnia redemptionis mysterium aperte innuunt. Daniel autem eodem in capite hæc etiam inter cætera dicit, דינא יתיב וספרין פתיחו Hoc est, Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Ex quibus liquido patet, ipsum de secundo Messię aduentu fuisse locutum. Ex horum igitur prophetarum aliorumq; dictis manifeste colligitur, duplicem esse Messiæ aduentum. Quod si Iudęi negare audent, eis priscorum Talmudistarũ dicta obijcimus, qui neq; ueritatẽ hanc tacuerũt. Nam in מדרש קוהלת Midras Coheleth. i. in expositione Ecclesiastis, sup illud, Nihil est recẽs sub sole, Legit̃ sic R. Berachiam dixisse, חגואל האחרון נגלה וחוזר שנתכסה .i. Redemptor ultimus reuelatus est, & reuertetur, qui occultatus est. Vbi ueteres fere omnes Messiã redemptorẽ bis appariturũ esse aiunt. Quantũ autem temporis spacium inter primam & secundã eius apparitionem futurum sit, nulla apud eos fit determinatio. Id ipsum etiam ex libro תנחומא Tanhuma clarius habetur, ubi sic dicitur, תנא בשעה יחזרו את שיבת ציון חיינו בחולמים ; אז ימלא שחוק פינו ולשוננו רינה ; מאי בשוב יחזרו מאי חיינו בחולמים אמר ליה זאת היא במלחמת משיח בן אפרים בשיסתלק מעזרת בני ישראל יחיו בולם בחולמים לא ישנים ולא מהעוררים ובשישוב המשיח לתראות לתם אז ימלא שחוק פיהם וישמחו וייאמרו שליחותו תראשון בסבת תראותו שנית ויאמרו חגריל יחזה לעשות עמנו : Hoc est, Legimus in Psal. 126. Dum cõuerteret Deus captiuitatẽ Sion, eramus tanquam somniantes. Tunc implebitur risu os nostrum, & lingua nostra cantu. Quid est, Dum conuerteret Deus captiuitatem Sion, eramus tanquam somniantes? Responsum est ei. Hoc erit in bello Messiæ filij Ephraim, Qui dum subtrahet se, ne sit in auxilium filiorum Israel,

Israel, erimus omnes ueluti somniantes, non dormientes, nec uigilantes. Quando uero reuertetur Messias, ostendetq; se ipsum eis, tunc implebitur risu os eorum, eruntq; gaudentes, & uerificabūt primum aduentum, ratione huius secundæ ostensionis. Et dicent, Magnificauit Deus facere pro nobis. Hæc traditio. Quæ quamuis iuniores Iudæorum in alienum sensum retorqueant, & quidam ex nostris morti & resurrectioni Christi pie applicent. Ipsa tamen traditio de duobus Messiæ aduentibus expresse loquitur, Nam sequentia uerba Psalmi quem inducit, & conuersionem Iudæorū quæ circa mundi finem fiet, & præmium bonorum operum quod unusquisq; in secundo Messiæ aduentu reportabit, palam insinuant. Sic enim eodem in Psal. sequitur, אמרו בגוים הגדיל יהוה לעשות עם אלה הגדיל יהוה לעשות עמנו היינו שמחים שובה יהוה את שביתנו באפיקים בנגב Id est, Tunc dicent in gentibus magnificauit Deus ut faceret cum istis (scilicet benigne, ut ait trāslatio Chaldaica) Magnificauit Deus ut faceret nobiscū (benigne supple, ut eadē traductio dicit) fuimus lætantes. Conuerte Deus captiuitatem nostram, sicut riuulos in austro. Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Ambulans ambulabit & flebit, ferens charum semen. Veniens ueniet in exultatione, reportās manipulos suos. Hunc etiam geminum Messiæ aduentum allegorice tradiderunt, per Messiam scilicet filium Ioseph, & per Messiam filium Dauid. Nam per Messiam filium Ioseph, quem passurum, occidendum, resurrecturumq; dixerūt, primum aduentum insinuarunt: per Messiam uero filium Dauid, secundum significauerunt, eo quòd Messias ipse in secundo aduentu, tanquam Rex mundi uniuersi, cum maiestatis gloria uenturus sit. Et quāuis antiqui Talmudistæ & per filium Ioseph & per filium Dauid, non duos Messias, sed unius & eiusdem Messiæ duos ad modum differentes designarint aduentus, ut ex eorum uerbis perspicue patet, Non nulli tamen recentiorum Iudæorum dicta ueterum male intelligentes, immo peruertere conantes, inde occasionem sumunt dicendi duos uenturos esse Messias, quos frustra expectant. De duplici igitur Messiæ aduentu apud priscos Talmudistas nullum est dubium. Licet iuniores id negent, ne à Christianis confiteri cogantur primum eius aduentum iam præterisse.

De duobus Messijs, quos Iudæi recentiores frustra uenturos expectant. *Caput* II.

CAPNIO,

VNde deliramentū hoc de duobus Messijs quos Iudæi nostri temporis uēturos præstolant, ortum habuit? GAL. Ex mala scripturarū intelligentia. In Beresith enim Rabba super illud Gen. 49. c. dictū, יששכר חמור גרם .i. Issachar asinus fortis, uel osseus, hoc modo legitur, Scriptum est Esa. 32. Beati uos seminantes super omnes aquas,

nes aquas. Nõ eſt iſtud ſeminare niſi eleemoſynam, & opera miſericordiæ facere. Sicut dictum eſt Eſa. 55. Eia omnes ſitiẽtes uenite ad aquas. Si quis autem ita fecerit, merebitur Eliam & duos Meſſias. Hoc eſt autem quod ſcriptum eſt Eſa. 32. Mittentes pedem bouis & aſini. Mittentes, iſte eſt Elias, de quo ſcriptum eſt Malach. ultimo cap. Ecce ego mitto uobis Eliam prophetam. Pedem bouis, hic eſt Meſsias filius Ioſeph. Sicut dictum eſt Deut. 33. Primogenitus bos eius decor eius. Et aſini, hic eſt Meſsias filius Dauid, de quo ſcriptum eſt Zach. 9. c. Pauper & equitans ſuper aſinam. Hæc omnia ibi. Ex his igitur & alijs huiuſmodi ſacræ ſcripturæ uerbis, aſtruunt Iudæi iuniores, duos Meſſias ſibi eſſe mittendos. In libro quoq; סבה Succa in cap. Hahelil hanniſa, ita ad uerbum dicitur, Tradiderunt Rabbanan, id eſt Magiſtri, quòd Meſſias filius Dauid qui redempturus eſt, cito redimet in diebus noſtris, dicetq; ei Deus ſanctus & benedictus. Pete à me aliquid, & dabo tibi. Sicut dictum eſt Pſal. 2. Narrabo præceptum, Deus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam fines, uel terminos terræ. Cumq; uiderit Meſſiam filium Ioſeph interfectũ, dicet coram eo ſcilicet Deo. Domine ſeculi non ego peto à te niſi uitam. Dicet ei Deus ſanctus & benedictus. Vitam petis ſcilicet à me? Cum enim tu adhuc non dixeris, hociam prophetauit ſuper te Dauid pater tuus. Sicut dictum eſt Pſal. 21. Vitam petijt à te, & dediſti ei longitudinem dierum in ſeculũ & ultra. Hæc Talmud. Quę quidem nihil continent, quod ſit domino noſtro Ieſu Chriſto contrarium. Ad illud autem quod ſequitur, Meſſiam filium Dauid non fuiſſe moriturum, dici congrue poteſt. Dominum Ieſum & ſi ſecundum humanitatem paſſum & mortuum fuiſſe ut hominem, tamen ipſum uitam petijſſe, ac ei longitudinem dierum in ſeculum & ultra datam fuiſſe, cum eum tertia die poſt mortẽ eius deus ſuſcitauit nunquam ulterius moriturum. Ex hac præterea traditione plura quoq; alia contra Iudæos habentur. Et primo quidẽ, quòd Meſſias filius Dauid cito redempturus eſſet. Et per conſequens, quod in diebus eorũ. i. cum adhuc ipſi in terra ſua dñi & potẽtes eſſent, Meſsias ipſe filius Dauid uẽturus fuerat. Dies enim uniuſcuiuſq; gẽtis & regis ij dicuntur, quibus dominatur & uiget. Deinde q̃ Pſal. 2. de Meſsia loquitur. Ex quo profecto Meſsiam eſſe Dei filium, cõſequens eſt, eo q̃ eodem in Pſal. dicitur, Deus dixit ad me, filius meus es tu. Et nõ adoptiuũ quidẽ, propter id quod immediate ſubijcitur. Ego hodie genui te. Cui tanq̃ uero filio dedit gentes in hæreditatẽ, & orbem uniuerſum in poſſeſsionem. Quod in Chriſtianis cõſtat fuiſſe completũ. Demum q̃ Pſal. 21. uidelicet Deus in fortitudine tua lætabit Rex, totus de Meſsia intelligitur. Eodem quoq; in lib. & cap. ſic prẽterea legitur, Et plangent terra, familię, et familię ſeorſum. Hic plãtus cur fiet? Dixit Rab. Diſcordes ſunt

des sunt in hoc R. רוסא Dossa & Magistri. Vnus enim dixit, propter
Messiam filium Ioseph, qui interfectus erit. Alius uero ait, propter so
mitem malum, uel propter sensualitatem quæ occisa erit. In pace illi, i
pax sit illi, qui dixit super Messiam filium Ioseph occidendũ, planctum
illum futurum. Hoc est enim quod de illo scriptum est Zacha. 12. cap.
והביטו אלי את אשר דקרו Hoc est, Et respicient ad me, quem confixerũt.
Hactenus traditio. Ex qua maximum contra Iudæos sumitur argumen
tum. Nam cum deum esse oporteat eum, qui apud eundem prophetã
immediate ante prædicta uerba sic ait, וישפכתי על בית דוד ועל יושב
ירושלם רוח חן ותחנונים Id est, Et effundam super domum Dauid & su
per habitatores Ierusalem spiritum gratiæ & deuotionum. Hoc enim
facere solius Dei est. Cumq; ille idem immediate subiungat, quod nũc
dictum est, uidelicet, Et respicient ad me quem cõfixerunt. Quod Ma
gistri Iudæorum de Messia filio Ioseph interficiendo, dictum fuisse ex
posuerunt, ut in hac traditione liquido patet. Cõsequens profecto est,
Messiam filium Ioseph Deum simul & hominem esse oportere. Qua
tenus inquantum Deus, spiritum gratię & deuotionum super in se cre
dentes, effundere ualeret, & inquantum homo, clauis in cruce confi
posset. Ex his igitur traditionibus nõ recte intellectis, irrationabilis Iu
dęorum nostri seculi stultitia duos Messias expectat uenturos. Alterũ
filium Dauid, alterum filium Ioseph. Sed eos turpissime decipi, duplici
citer pãtet. Primo quidem per sacram scripturã. Nam & si Saul Dauid
& alij quidam Messiæ uocati sint, nusquam tamẽ in omnibus 24. sacræ
paginæ libris ostendi potest, scripturam aliquam nisi de uno duntaxat
Messia ad saluandum uenturo, mẽtionem fecisse. Deinde id quoq; per
priscas eorum traditiones euidentissime demonstratur. Nam apud an
tiquos Iudæorũ & Messias filius Ioseph, & Messias filius Dauid unus
& idem habitus est. CAP. Primum itaq; quod in Beresith rabba dici
tur, audi. Ibi enim super Gen. 28. c. dictum. Et egressus est Iacob de Ber
saba. i. de puteo septem. Ita ad literam legitur, Hoc est quod scriptũ est
Psal. 120. Leuabo oculos meos ad montes, unde ueniet adiutor meus.
Quis tu mons magne coram Zorobabel? Mons magnus iste Messias
est filius Dauid. Et post pauca subditur: Gratiam ei, ideo scilicet dictũ
est, quia ipse erit donans gratiam & deuotiones Israeli. Sicut dictũ est
Zach. 12. Et effundam super domum Dauid & super habitatores Ieru
salem spiritum gratiæ & deuotionũ. Hęc omnia traditio. In cuius calce
dicitur, quòd Messias filius Dauid gratiam & deuotiones Israeli daturus
rus erat. Ad cuius probationem hæc Zachariæ autoritas inducitur,
Et effundam super domum Dauid & super habitatores Ierusalem spi
ritum gratiæ & deuotionum. Quæ tamen autoritas in antecedenti tra
ditione de Messia filio Ioseph inducta est. Ex quo manifestum absque
dubio est, Messiam filium Ioseph & Messiam filium Dauid eundem
omnino

omnino esse. Quare sicut ibi Messiã filium Ioseph Deum & hominem necessario esse, ostẽsum est. Ita quoq; hic Messiam filium Dauid Deum & hominem fore, necessario sequitur. Cum enim hic in persona Messię filij Dauid dicatur, Et effundam super domum Dauid, & super habitatores Ierusalem spiritum gratiæ & deuotionum, quod soli Deo conuenit, atque immediate sequatur, Et aspicient ad me quem confixerunt. Quod Deo nullatenus competere potest. Clarum profecto, atq; perspicuum est, Messiam filium Dauid Deum & hominem necessario futurum fuisse. Vt tanquam Deus spiritum gratię & deuotionum super homines effundere posset, & tanquam uerus homo absque diuinitatis detrimento, configi ac mori. In Midras quoq; tehilim, id est in expositione Psalmorũ alia quædam ponitur traditio, ex qua manifeste colligitur Messiam filium Ioseph & Mesiam filium Dauid eundem procul dubio esse. Ibi enim super illud Psal. 92. ואתה מרום לעולם יהוה Hoc est, Tu autem excelsus in æternum Deus. Sic habetur, quòd dixit R. Berachias, In æternum manus tua Domine desuper exaltabitur quasi monocerotis cornu meum. Sicuti enim unicornis cornua altiora sunt, quàm cornua omnium bestiarum, ipse quoq; uentilans est ad quatuor uẽtos cœli. Sic Mesias filius Dauid uentilans erit ad omnem uentum. Et de eo dixit Moses Deuter. 33. Primogenitus bos eius, decor ei. Et cornua monocerotis cornua eius. Ipsis populos uentilabit simul. Et ipsa mille milia Ephraim. Et ipsa millenaria Manasse. Targum uero dicit ואינון ריבבתא רבית אפרים ואינון אלפיא רבית מנשה Id est, Et isti erunt mille milia domus Ephraim. Et isti erunt millenaria domus Manasse. Et contra eũ consurgent Reges ad occidendum eum. Sicuti dictum est Psal. secundo, יתיצבו מלכי ארץ ורוזנים נוכדו יחד על יהוה ועל משיחו Id est, Consurgent Reges terræ, & principes tractabunt unà aduersus Deum, & aduersus Messiam eius. Israelitæ autem qui tunc temporis in terra fuerint, in tribulatione magna erunt. Verumtamen in tribulatione sua erunt, quasi oliua uberrima. Sicut dictum est, Et uetustas mea in oleo uberi. Et Israelitæ uidentes erunt ruinã suam. Sicut dictum est Psal. 92. ותבט עיני בשוררי בקמים עלי מרעים תשמענה אזני Id est, Et intuebitur oculus meus obseruatores meos, uel inimicos meos, insurgentes aduersum me malignantes audient aures meę. Deinde sequitur scilicet ibidẽ : צדיק כתמר יפרח כארז בלבנון ישגה Hoc est, Iustus ut palma florebit, sicut cedrus in libano multiplicabit. Iustus iste est Messias filius Dauid, qui palmæ assimilatur. Sicut enim palma est pulchra uisu, omnesq; fructus eius dulces, ac boni: sic Messias filius Dauid speciosus aspectu suo erit, omnesq; actus eius dulces, ac boni corã Deo sancto & benedicto. Dixit R. Ishac, Quemadmodum umbra palmę longe est ab ipsa, ita largitio pręmij iustorum, quod scilicet per Messiam dabitur, longe est ab eis usq; ad seculum uenturum. Sicut dictum est Deu. 7. Et erit postquã

audieritis ista, & custodieritis atq; feceritis ea. Seruabit dominus deus tuus tibi pactum, & misericordiam, quam iurauit patribus tuis. Scriptum quoque est Deuter. 5. cap. Faciens misericordiam ad milia diligentibus eum, & seruantibus mandata eius. Ad milia, id est post multa tempora, & non statim in hac uita. Hæc omnia traditio. Quæ & si multa quidem contra Iudæos contineat, maxime tamen quod ad propositum facit, Messiam filium Ioseph & Messiam filium Dauid eūdem esse ostendit. Cum illud Deuter. in benedictione Ioseph dictum, Primogenitus bos eius decor ei, de Messia filio Dauid intelligendū esse, tradit. Non ab re autem prisci illi patres per Messiam filium Ioseph & per Messiam filium Dauid, unum & eundem uerum Messiam significarunt. In hoc enim non solum duos eius aduentus (ut dictum est) designarunt. Verum etiam in Messia quidem filio Ioseph eius humilitatem ac mansuetudinem, in Messia uero filio Dauid ipsius nobilitatem ac Regnum insinuarunt. Quapropter dominum nostrum Iesum Christum utrunq; Messiam extitisse, clarissime constat. Fuit enim filius putatiuus Ioseph sponsi matris suæ, non quidem carne, sed educatione ac nutritione. Fuit quoq; filius Dauid secundum carnem, ut alibi abunde probabitur. Quare ei regnum iuste debebatur. Quod ipsi etiam Iudæi fatentur. Nam in libro Sanhedrin in capite נגמר הדין Nigmar hadin, id est concusa est sententia, uel determinatum est iudicium, ita legitur. Dixit R. שלא Vla, Quòd Iesus Nazarenus propinquus erat regni, clauidici scilicet, Et suspenderunt eum in uespera paschæ. Quas ob res haud inepte ueteres Iudæorum ipsum dominum Iesum per duos præmissos Messias, per Messiam scilicet filium Ioseph, & per Messiam filium Dauid designarunt.

Quòd primus Messiæ aduentus iam præterierit. Et quibus potissimum rationibus super prophetarum Talmudistarumq; testimonia fundatis, id probetur. Caput III.

CAPNIO,

PRimi nunc aduentus Messiæ tempus iam præteriisse per prophetias Talmudicasq; scripturas (ut pollicitus es) abs te probandum est. GAL. Faciam equidem, & eo certe accuratius, quo rem magis profuturam me facturum spero. Cum enim totius fere belli quod inter nos & Iudæos geritur, in eo uel maxime ratio cōsistat. Quod nos quidem dicimus, Messiã in lege & prophetis promissum, iam uenisse, eumq; dominum nostrum Iesum Christum fuisse, cum in ipso omnia prorsus prophetarū oracula conuenisse, atque consummata fuisse, constet. Ipsi uero econtra id penitus negantes, eum quem prophetæ prædixerunt quandoque uenturum, nondum uenisse, sed uenturum

tuũm esse, asseuerant. Eam ob rem utilitatem non paruam me Christianæ religioni allaturum confido, si quibuscunq; potero modis, primi aduentus Messiæ tempus iam præterisse probauero. Ex hoc enim facile poterimus, & ipsum Dominum nostrũ Iesum uerum fuisse Messiam concludere, & Iudæos ipsos ad ueritatis notionẽ reducere. Quod ut distinctius, planius, atque efficacius facere ualeamus, septem potissimas rationes adducemus. Quę ita super prophetarum uaticinia fundatæ erunt, adeoq; Talmudistarum testimonijs roboratæ, quòd Iudęi ipsi haud quaquam eis contradicere poterunt. Quarum

Prima quidem, ex Iudaici sceptri ablatione sumenda est. Cap. 4
Secunda uerò, ex templi secundi desitione. 9
Tertia autem, ex loci assignati uastatione. 13
Quarta deinde, ex temporis determinati præteritione. 14
Quinta insuper, ex Israelitici populi punitione. 22
Sexta præterea, ex Romani Imperij subiectione. 25
Septima demum, ex idololatrici cultus cessatione. 29

CAP. Age quęso mi Galatine per unamquanq; harum rationum, primi aduentus Messiæ tempus iam præterisse ostendito. GAL. Ego equidem pròut mea feret facultas, omni contentione id agere curabo. Modo uterque uestrum & patientes ijs quæ dicturus sum, aures accommodauerit, & quodcunque dubitandum duxerit, scisciatari non omiserit.

Prima ratio, qua tempus primi aduentus Messiæ iam præterisse probatur, sumitur ex Iudaici sceptri defectione. Pro qua primo demonstratur, quòd circa primum Messiæ aduentum, sceptrum Regni Iudaici penitus deficere debebat. Caput IIII.

GALATINVS,

RO primæ itaque rationis fundamento, Iacob patriarchæ referenda sunt uerba. Qui filiorum salutem cupiens, eis in suo testamẽto inter cætera futurorum arcana, Messiæ mysterium explicare decreuit. Quare ut cautiores eos redderet, tempus aduentus eius determinatum (ut Gen. 49. capite, legitur) his uerbis assignauit, לא יסור שבט מיהודה ומחקק מבין רגליו עד כי יבא שילה ולו יקהת עמים Hoc est, Non recedet sceptrum de Iuda, & scriba siue legum lator de medio pedum eius, donec ueniat Silo, id est Messias. Et illi erit congregatio populorum, id est gentium. HOG. Hæc uerba longe secus, quàm nostra æditio habeat, adduxisti. Sic enim (ut nosti) habet: Non auferetur sceptrum de Iuda, neque Dux de fœmore eius, donec ueniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. GAL. Ita prorsus

est,ut ais. Sed multo melius pro nostra fide,Hebraica ueritas habet. Ista nanq; nostra traditio magis iuxta sensum est,quàm literalis. Vnde Iudæi nostri temporis latam habent uiam fugiendi,negandæq; ueritatis. Obijcere etenim facile possunt,prophetiam hanc nõ de Messia,sed de aliquo alio intelligendam esse. Et præsertim de Nabuchdonosor Babylonis rege,qui ad innumera eorum,patrumq; suorum peccata punienda,& ad urbem Ierusalem templumq; destruendum, atq; ad populum captiuandum,mittendus erat. Quemadmodum & à prophetis multipliciter prænunciatum fuerat,& tempore Sedechiæ regis adimpletum est. Tunc enim (ut aiunt) per Nabucdonosor fuit sceptrum de Iuda ablatum,cum ciuitas eorum diruta est, templumq; exustum, & qui in cæde non corruerant,in Babyloniam captiui ducti sunt. Vt Ieremiæ ultimo cap. dicitur,Exinde (inquiunt) neq; Regem,neq; Ducem de domo Iuda habuimus unquam. Quod etiam sequitur, Et erit expectatio gentium. De ipso Nabuchdonosor intelligi uolunt. Cum eius dominium in omnibus gentibus fuerit,ipseq; ut Dan.2.cap. dicitur,caput aureum extiterit. Vnde super omnia alia gentiũ Regna quæ secutura erant,regni eius denotatur excellentia. Hæc & alia multa secundum nostram translationem, Iudæi nobis opponere solent,quæ iuxta textus Hebraici ueritatem,minime obijcere possunt. CAP. Immo & sic etiam sæpenumero nobis obsistũt. Cum enim prophetia ista non loquatur aperte de Christo sub nomine Messiæ, sed obscure sub nomine שילה Silo. Vbi enim nostra æditio habet,Donec ueniat qui mittẽdus est. Hebraicus textus(ut uisum est)dicit,Donec ueniat שילה Silo. Quod quidem uerbum apud Hebræos æquiuocum est. Potest enim שילה Silo,proprium loci cuiusdam sic nuncupati esse nomen, & missionem siue missum significare,à uerbo שלח Salach tractum, quod mittere apud eos significat. Eam ob rem quidam recentiorum Iudæorum,uerum huius prophetiæ sensum subuertere conantes,accipiendo pro loco accipientes,ipsam non de Messia, sed de Saul intelligi debere,aiunt. Qui quidem Saul in Regem electus,uenit ungendus in Silo.ubi Domini erat arca,in qua seruabatur unctio. Et tunc sceptrum quod pro quodam primatu accipitur,& eatenus in tribu Iuda fuerat, ex ipsa tribu amotum fuisse,dicunt,atque ad tribum Beniamin de qua erat ipse Saul,translatum. GAL. Hęc eorum expositio falsa omnino est. Tum,quia ante Saulis electionem arca Domini in qua unctio seruabatur,iam à Silo in Cariathiarim trãsportata fuerat. Vt patet primi Regum cap.7. Et ex consequenti Saul non in Silo,sed in Cariathiarim unctus fuit. Tum etiam,quia immediate post Saulem,immo ipso Saule adhuc regnante,Dauid qui primus ex tribu Iuda regnauit,fuit Rex instítutus,atque à Semuele sacerdote unctus. Quare minime uerisimile uidetur,ut tunc sceptrum de tribu Iuda ablatum fuerit, quando eadem

Silo.

dem tribus ad Regni perfectionem propinquissima erat. CAP. Sunt & alij quidam, qui Silo pro loco etiam accipiētes, dicunt prophetiam hanc de Ieroboam, qui de tribu Ephraim oriundus fuit, intelligendam esse. Nam cum decem tribus obduram responsionem, à Roboam rege Selomonis filio populo datam, à Regno Iuda discessissent, ipsum Ieroboam sibi Regem delegerunt. Et tunc aiunt à tribu Iuda sceptrum ablatum fuisse, atq; ad tribum Ephraim translatum. Vnde sic exponūt prophetæ dictum illud, Donec ueniat Silo, id est, Donec ueniat Ieroboam coronandus in Silo. GAL. Ista quoq; expositio falsissima est. Tum quidem, quia illa decem tribuum congregatio, quæ Ieroboā sibi Regem constituit, non in Silo, sed in Sichem facta fuit. Vt ex tertij libri Regum cap. 12. aperte colligitur. Tum quoque, quia non fuit tunc Regnum à domo Iuda amotum. Quod ex eo potissimum patet, quòd ex ea tribu Reges per hæreditariam successionem usq; ad Babylonicā captiuitatem per annos fermè 492. sine intermissione fuerunt. Et illi soli ueri Reges censebantur, cum & in Regia urbe Ierusalem regnarent, & per unctionem quæ in templo erat, instituerētur. CAP. Sunt postremo & alij nonnulli, qui dictionem hanc שילה Silo, prout quandam missionem significat, accipientes, prophetiam hanc de Nabuchdonosor (ut prędixisti) exponunt. Qui propter peccata populi ad totius terræ illius perditionem, atq; ad Regni ablationem à Deo missus fuit. Vn de ita glossant illud prophetæ dictum, Donec ueniat Silo: id est donec ueniat qui mittendus est Nabuchdonosor. Tunc enim (ut aiunt) interfecto Sedechia Rege, qui de tribu Iuda erat, ac filijs eius, Regnum Iuda omnino defecit. Cum ex eo tempore nullus unquam ex ea tribu regnauerit. Quare & hos quoq; mentitos esse, palàm ostende. GAL. Idigitur tripliciter ostendam. Et primo quidem, quia ut etiam R. Selomo, hoc in loco ait, sceptrum de domo Iuda per Babylonicā captiuitatem ablatum non fuit. Quod ex eo quoque maxime probatur. Quia tunc non omnes Sanhedrin, qui capita Iudęorum erant, à Nabuchdonosor interfecti fuerunt. Cum multi eorum in Babyloniam descēderint, ibiq; iuxta eorum legem, ac mores, ex Regis consensu, Iudæorum causas determinabāt, atq; iudicabant. Quod autem in Babyloniā descenderint, hoc midras Sir hassirim. i. expositio Cantici canticorū manifeste testat, super dictū illud, Dilectus meus descendit ad hortū suū, ad areolā aromatis. Vbi & Targū sic dicit, Dominus seculi susceptit orationē eorum cum complacentia, descēditq; in Babyloniam ad sapientes Sanhedrin, & dedit odorē populo suo. Cum igitur Sanhedrin. i. iudices ordinarij in quorum manu sceptrum erat, tempore captiuitatis Babylonicę non defecerint, consequens plane est, tunc sceptrum minime defeciſſe. Deinde uero hoc ex eo probatur, quòd post captiuitatem illam Babyloni cam, per eos qui ex tribu Iuda prodierant, usq; ad Herodem Ascaloni-

Altera obiectio.

Confutatio.

Tertia obiectio.

Confutatio.

tam Iudæorum populus gubernatus fuit. Nam Zorobabel qui popu
li in eiuſdem captiuitatis reditu, Princeps extitit, de tribu Iuda fuit, ut
legitur apud Zach. cap. 4. & apud Haggæum ca. 1. Similiter & alij om
nes, penes quos uſq; ad Machabæos regimen populi perſeuerauit, de
tribu Iuda fuerunt. Vt ipſi etiã Talmudiſtæ tradunt. Machabæi quoq;
qui poſtea uſq; ad Herodem Aſcalonitam, Iudæorum principatum ob
tinuerunt, de tribu Iuda cenſebantur, quia tribus regia & tribus ſacer
dotalis commixtæ erant. Vt patet libri 4. Reg. ca. 11. Vnde & ipſi Ma
chabæi ſecundum genus maternum ex tribu Iuda proceſſerant. Quæ
omnia in libro Sanhedrin in cap. דיני ממונות Dine mamonoth, id eſt
de iudicijs diuitiarum, optime confirmantur. Ibi enim ſic dicitur, Non
recedet ſceptrum de Iuda. Hæc ſunt capita captiuitatum, quæ regebant
Iſrael uirga & ſceptro. Et ſcriba de medio pedũ eius. Hi ſunt filij filiorũ
Hillel. Vbi gloſſa, Capita (inquit) captiuitatum Babyloniæ fuerũt Zo
robabel, & ſui, ac Princeps qui fuit in terra Iſrael. Qui fuit Mathathias,
& ſui ſcilicet חשמונאי Haſmonai, hoc eſt Machabæi, & cæteri ab ipſis
deſcendentes. Filij uero filiorum Hillel fuerunt Sanhedrin, id eſt iudi
ces prædicti à diſcipulis Hillelis edocti, quã ob rẽ ratione doctrinæ filij
filiorum eius ſunt nuncupati. Ex quibus manifeſtum eſt, uſq; ad ipſius
Herodis Aſcalonitæ tempora, ſceptrum de tribu Iuda non receſſiſſe.
Tertio demum id potiſſimum patet per Targum, id eſt per Chaldaicã
Rabbi Ankelos translationem. Quæ hoc in loco ſic dicit, לא יעדון
אבר שולטן מרביית יחודה וספרא מבני בנוהי עד עלמא עד רייתי משיחא דדי
ליה היא מלכותא וליה ישתמשון עממיא Hoc eſt, Non prætereibit
autor uel factor poteſtatis, ſiue dominij regij, de domo Iudæ, & ſcriba
filijs filiorum eius uſq; in ſeculum, quouſq; ueniat Meſſias, cuius eſt Re
gnum. Et ei obedient, uel congregabunt ſe populi, ſiue nationes gen
tium. Ex iſta Chaldaica traductione ſimul & expoſitione, ſi diligenter
perſpiciatur, multa ad propoſitũ noſtrum habẽtur. Quorum primum
quidem eſt, quòd per uerbũ Hebraicũ שבט ſceuet, quod uirga uel ſce
ptrum interpretatur, factum quoddam Regium atq; dominium intel
ligitur. Cui illud Pſal. 45. congruit, שבט מישור שבט מלכותך Id eſt,
Sceptrum directionis, ſceptrum Regni tui. Secundum uero eſt, quòd
per uerbum מחוקק Mehokec, quod idem eſt quod ſcriba, magnus
legumlator intelligi debet. Vnde Deuter. 33. ca. in benedictione Gad,
ubi Latine dicitur Doctor, in Hebraico habetur מחוקק Mehokec.
Quod Ankelos de Moſe Chaldaicè expoſuit, באחסנתיה מושה כספרא רבא
דישראל סביר Hoc eſt, In poſſeſſiõe Moſes ſcriba magnus, hoc eſt legiſ
lator magnus, ſepultus eſt. In eo etiã quod nos apud Eſaiã 33. ſic habe
mus, Dominus legifer noſter. In Hebraico ponitur dictio hæc מחוקק
Mehokec. Sic enim ibi dicit, יהוה מחוקקנו .i. Deus legumlator noſter.
Tertiũ autem eſt, quòd dictio iſta שילה Silo Meſſiã ſignificat. Quod
in anti-

in antiqua quoq; Bereſsith Rabba optime probatur, cum ſuper hunc locum, Donec ueniat שילה Silo, ſic dicitur. Donec ueniat Silo. Iſte eſt Meſſias. Et ad eum cõgregabunt ſe gentes. Quia ipſe iudicabit totũ orbem. Et hoc eſt quod dictum eſt Micheæ 4. cap. Et iudicabit inter gentes, & arguet populos multos. Et iterum Eſa. 11. cap. Et iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate manſuetos terræ. Et percutiet terram uirga oris ſui, & in ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium. Hæc omnia ibi. Quibus ſatis conuenienter connectitur, quod in איכה רבתי Echa rabbethi. i. in expoſitione planctus Ieremiæ legitur: Dum ſuper illud Tren. 1. cap. Quia elongatus eſt à me conſolator, conuertẽs animam meam. Sic dicitur, Quod eſt nomen Meſſiæ. Qui de domo R. Sela erant, dixerunt שילה Silo eſt nomen eius. Sicut dictum eſt Gen. 49. cap. Donec ueniat Silo, id eſt Meſſias. CAP. Si igitur in hac prophetia, Silo non niſi Meſſias intelligi poteſt, quam ob rem propheta non dixit, Donec ueniat Meſſias, ſed Donec ueniat Silo? GAL. Non ab re profecto ſic locutus eſt. In hoc enim aperte innuere uoluit, Meſſiam à matre abſq; patre naſciturum, ſiue de matris materia ſine uiri ſemine concipiendum fuiſſe. Quod R. Kimhi in libro Seraſſim manifeſte teſtatur, dum ita de eo ait: Vocatur Meſſias, Princeps & Dominator. Mos enim Dominantis eſt, ut ſit uirga in manu eius. Et quia uirga diſciplinæ plebis in manu ipſius erit, ideo מחוקק Mehokec etiam dicitur, quod ſcribam ſignificat. Porrò Donec ueniat Silo, id eſt filius eius fœminini generis exponitur. Et eſt prophetia de Meſſia. Deriuaturq; שילה Silo à uocabulo שיליה Silya, quod eſt ſacculus quidam in quo manet infans in utero matris, qui aliquando in ſcriptura pro embrione in matrice ſumitur. Hæc omnia Rabbi Kimhi. Ex quibus aptiſſime liquet, quòd Silo in antedicta prophetia idem eſt quod filius mulieris. Ex quo palam eſt, ideo prophetam dixiſſe, Donec ueniat Silo, ut oſtenderet Meſſiam ipſum de matre abſq; patre naſciturum fuiſſe. Quibus ex omnibus manifeſte patet contra Iudæorum noſtri temporis perfidiam. Quod iuxta ueterum Talmudiſtarũ expoſitiones, præmiſſa prophetia de nullo alio recte intelligi poteſt, quàm de Meſſia. Et per conſequens ſecundum dicta antiquorum concluditur, Quod in aduentu ipſius Meſſiæ, Regni Iudaici ſceptrum penitus deficere debebat.

Quare Meſſias dictus eſt Silo.

Silo, etymon et interpretatio.

Quòd iudiciaria quoq; poteſtas in aduentu Meſſiæ penitus ab Iudæis auferenda erat. Et de Iudæorum iudicibus. Caput V.

GALATINVS,

VBi præterea noſtra æditio in prædicta prophetia, Neq; Dux de fœmore eius, habet: Hebraicus textus Scriba eo in loco habet, quod magis ueritati conſonat, expreſſiusq; de Chriſto

testimonium perhibet. Non enim tantum Dominationis potestas in Messiæ aduentu ab Iudæis auferenda erat, sed iudiciaria quoq; sapientum, qui Sanhedrin dicebãtur, autoritas. Quod R. Moses Hadarsan aperte affirmat, in commentarijs suis in librum Geneseos, super illud eiusdem prophetiæ uerbum, Et scriba de fœmore eius. Hi sunt Sanhedrin, sedentes in consistorio Gazith, ad iudicandum iudicia animarũ. Qui nunquam de terra Iuda auferentur, quousque ueniat Silo, qui est Messias. Hæc ille. In Bereshith quoq; קצרה keczara, id est in epitome. ne Gen. abbreuiata, hoc modo legitur: Nõ recedet sceptrum de Iuda, & legumlator de medio pedum eius. Hi sunt sedentes יעבץ iabbez, docentes הלכות hallacoth, id est sententias, in Sanhedrin magna, quæ sedet in consistorio Gazith, in parte Iudę. De quibus dictum est 1. Par. 2. cap. Et familię scribarum sedentes יעבץ Iabbez. Donec ueniat Silo, id est Messias. Quia futurũ est, ut gentes seculi deferãt munera Messiæ filio Dauid. Sicut dictũ est Esa. 18. בעת ההיא יובל שוי ליהוה צבאות Id est, In tempore illo deferetur munus Deo exercituum. Hæc omnia traditio. Ex qua non solum patet propositum, sed argumentum quoq; sumitur, Quod Messias est Deus exercituum, cui gentes per magos munera allaturæ erant. HOG. Quid per nomen Sanhedrin importatur. Et quod eorũ fuit munus, quámue potestatẽ habebant? GAL. Quemadmodum in 11. Num. cap. legitur, tempore Mosis Dei iussu 700. Seniores ætate prouecti, ac scientia probati, delecti fuerunt. Qui ipsius Mosis in populi regimine coadiutores essent. Ad quos & omnes legis ac fidei difficultates, seu dubia declarare, ac definire, & in rebus grauibus atq; causis arduis iudicare pertinebat. De quibus illud Deut. 17. c. scriptum, intelligitur. Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, inter sanguinem & sanguinem, crimen & crimen. Et post pauca, Surge inquit, & ascende ad locum quem elegit Dominus, & sequaris sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, nec ad sinistram. Hi autem Sanhedrin uocabantur, quos nos Iudices ordinarios appellare possumus, dicebantur quoque מחוקקים Mehokekim, id est Scribæ siue legumlatores, eo quòd quicquid tradebant, & scribebant, tanquam lex ab alijs haberetur. Quorum collegium sceptrum datum à spiritu sancto per Iacob domui Iudæ, repræsentabat, & in ipsis sceptrum ipsum pendebat. Quare non solum sub Regibus & ducibus residentes, iudicandi potestatem exercebant: uerum nullo etiam Rege, aut Duce in Iudæis existente, eorum nihilominus adhuc durabat autoritas. De quorum qualitate in libro Sanhedrin in capite דיני ממונות Dine mamonoth, id est iudicia animarum. Sic legitur, Dixit Rabbi Iohanan, Non erant constituentes in Sanhedrin, nisi dominos sapiẽtiæ, staturæ, & apparẽtiæ, ac senectutis, & dominos incan-

incantationum, nec non & scientes 70. Linguas, ne oporteret eos interpretes alios audire. Vbi glossa R. Selomonis sic ait: Statura & apparentia in eis requirebatur, ut in reuerentia haberentur. Quod autem essent incantationum Domini, ideo exigebatur, ut incantatores & maleficos in suis maleficijs & incantationibus confidentes, conuincerent, & occiderent. Hæc R. Selomo. De eorum autem iudicandi potestate & modo, in libro Sanhedrin Babylonico in ca. ארבע מיתות Arba mithoth, id est, Quatuor mortes. Sic habet, Quatuor mortes, id est quatuor occidendi modi traditi sunt domui iudicij, id est ipsis Sanhedrin: uidelicet, סקילה שרפה הרג וחנק Hoc est, Lapidare, comburere, occidere, & strangulare. Dixit R. Akiba. Vnde habebāt Sanhedrin, quòd quando interfeciſſent animam, id est cum aliquem occidendū iudicassent, tota die illa nihil gustarent. Inde ubi dictum est, Non comedetis super sanguinem. Legitur quoq; in libro Sanhedrin, in ca. דיני ממונות Dine mamonoth. i. Iudicia diuitiarum. Quod iudicia diuitiarum siue pecuniarum & bonorū mobilium per tres iudices fiebant. Iudicia uero animarum per uiginti tres. Hoc est uiginti tres de 70. iudicibus ordinarijs, & nō pauciores poterant hominem mortis reum, siue morti obnoxium iudicare. Non erant autem iudicātes tribum, uel sceptrū, neq; pseudoprophetam, neq; sacerdotem magnū, nisi domus iudicij 71. iudicum. Nec erant egredientes ad licitū bellū, nisi secundum os domus iudicij 71. iudicum. Nec addebant ciuitati, nec salarijs templi, nisi per os domus iudicij 71. iudicū. Nec faciebāt סנהדריות sanhedrioth. i. conuentus iudicū ordinariorū tribubus, nisi per domū iudicij 71 iudicum. Quod per manuū impositionem in tribū fiebat. Vt dicit R. Ismael. R. uerò Iudas dixit, q; quinq; erant necessarij in manuū impositione. Lupus autem, & leo, ursus, pardus, & serpens per uiginti tres iudices interficiēdi erant. Collegiū quoq; magnū quod סנהדרי גדולה Sanhedre ghedola, dicebatur 71. iudicum erat. Minus uero uiginti trium. Vnde habetur, quòd concilium magnum Sanhedrin erat 71 iudicum. Ex eo quod dictum est Num. 11. cap. Congrega mihi 70. uiros de Senioribus Israel. Moses autem fuit super eos. Sic ergo fuerunt 71. Hucusque Talmud. Vnde habetur argumentum, quòd tota domus iudicij 71. iudicum ad iudicandum Christum simul conuenit, eo quòd ut dictum est, non iudicabat tribum, neq; sceptrum, neq; pseudoprophetam, neque Sacerdotem magnum, nisi domus iudicij 71. iudicum. Est autem sciendum, quòd minor ipsorum Sanhedrin conuentus non poterat, nisi à 70. maiorum conuentu ordinari, ut ibidem dicitur. Ipsi nanq; 70. iudices ordinabant aliorū Iudicum conuentus, qui in alijs ciuitatibus & locis circumquaq; populum regebant. Hac tamē conditione, ut unusquisq; cuiuscūq; regionis conuentus, magno maiorū conuentui in Ieru salem, & in loco Gazith uocato existenti, subesset. In eodē quoq; libro

Modus iudicij Iudæorum.

Iudicū tribus.

Sanhedrin

Sanhedrin, in ca. ואלו הן Veellu hen, id est, Et isti sunt. Sic ad uerbum dicitur. Traditio est, R. Iose dixisse. Quod in principio non erat cõtrouersia in Israel, sed domus iudicij. 70. unius Iudicum sedens erat in consistorio Gazith, id est dolato. Et aliæ domus iudicij. 23. in diuersis locis sedentes erant. Vna enim earum sedebat in porta mõtis domus, id est templi. Altera uero in porta atrij. Reliquæ autem domus iudiciorum 23 Iudicum, sedentes erant in singulis ciuitatibus Israel. Cum uero aliquid quærendum à domo iudicij quæ erat in ciuitate propria, quærebatur. Si audiebant, dicebant. Sin autem, ad illum ordinem ueniebant, qui in propinquiori ciuitate erant. Qui si audiebant, dicebant eis. Sin autem, ad illum ordinem ibant, qui in porta montis domus domini erant. Dicebántque, Sic exposui, & sic socij mei exposuerunt. Sic docui, & sic socij mei docuerunt. Qui si audiebant, dicebant eis. Sin autem, ad eum ordinem ueniebant, qui in porta atrij domus Domini erat. Dicebantq;, Sic exposui, & sic socij mei exposuerunt. Sic docui, & sic socij mei docuerunt. Qui si audiebant, dicebant eis. Sin autem, & isti & illi ibant ad cõsistorium Gazith, id est dolatum uel politum, in quo Sanhedrin à mane usq; ad uesperam sedentes erant. In sabbatis autem, & diebus solennibus in muro sedebant. Ex quo uero multiplicati sunt discipuli Sammai & Hillel, qui non ministrauerunt, ut expediebat, creuerunt schismata in Israel, & lex facta est sicut duæ leges.

Quando, quomodo, & quare Iudæorum Regnum, & eorum iudiciaria potestas defecerint. Caput VI.

CAPNIO,

NVnc reliquum est, ut pro huiusce rationis conclusione edisseras. Quo tempore, quo pacto, & quam ob rem Iudæorũ Regnum, tum iudiciaria potestas finem habuerint. GAL. Vtrunq; Herode Ascalonita regnante, defecit. Qui non modo alienigena, uerum seruus quoq; Machabæorum extitit. Ad huius autem rei clariorem intellectum, sciendum est, tres fuisse Herodes. Quorum primus dictus est Ascalonita, Antipatri filius quẽ Iudæi הורודוס בן אנטיפטר Horodos ben antiphtar uocant. Qui primus alienigena, post Hircanum in Iudæa regnauit. Sub quo Christus natus est, anno scilicet Regni eius triginta unum. Siquidem omnes anni Regni eius triginta septem fuerunt. Qui & infantes Bethlehemitas à bimatu & infra, Christo nato, interemit. Secundus uero Herodes cognominatus est Antipater, superioris Herodis filius. Qui adiudicante Cæsare, in Galilæa patri succesit. Archelaus uero frater eius in Iudæa. Hic autem Herodes Ioannem Baptistam decollauit. Cuiusq; tempore Christus passus est. Tertius autẽ Herodes uocatus est Agrippa, huius Herodis filius,

atq; primi nepos. De quo sic scriptū est in Midras.i.in expositione super illud Deut.17.dictum,De medio fratrum tuorum pones super te Regem.Nec poteris dare super te extraneum,qui non est frater tuus. Cum peruenisset Agrippas ad פסוק pasuc.i.uersiculum istum,fleuit, donec oculi eius emiserunt lachrymas. Omnis autem Israel dixit ei,Ne timeas Agrippa,frater enim noster es tu,frater noster es tu.Legitur autem de eo in Baua bathra,in cap. חשותפין Hassuttaphin.Quod Romani sic inter cætera scripserunt ei:Si autem diruisti & ędificasti,seruus es nequam,successor seruorum Reges se facientium.Nam si generis tui librum relegeris,non inuenies te nobilem,nec filium nobilis,sed Herodis Ascalonitæ possessi in seruum. Hæc omnia Talmud. Herodes igitur Ascalonita primus alienigena Regnum Iudæorum dolo obtinuit. Nam ut & Iosephus,& alij historiographi tradūt,ex patre Antipatro Ascalonita,& matre Cypride Arabica genitus:paterno quidem genere Idumæus,materno uero Arabs fuit.Qui à Romanis Iudæorum Regnū susceptit.Vt tributis præesset,& Romano pareret imperio. Quiq; neptem Hircani Sacerdotis magni & Principis Iudęorum,qui Alexandræ Iudæorū Reginæ filius fuit,& ex Machabæis originem traxit,duxit uxorem.Et circūcidens se,ob Regni & eius amorem,factus est proselitus. Et tandem eundem Hircanum dolo occidit,eo quòd diceret: Regnū sibi deberi.Nam cum Hircano ipso Pontifice à Parthis capto, Iudęā nihil ad se pertinentem,ab Augusto & Senatu accepisset,regressum postea de captiuitate Parthica eundem Hircanū,unà cū Antigono eius filio,qui patri in Pōtificatu & Regno successerat,interfecit.Quotquot etiā regia de stirpe,pdierāt,pariter interemit,propter illud Deu. 17.scriptū,De medio fratrū tuorū pones sup te Regē. Omnesq; libros qui de Regū genealogia inscripti erant,exuri fecit.Ne ipsę aut filij eius alieni à regno censerent.Et inter alia quæ crudeliter gessit,Virū quoq; sororis suæ Solomæ occidit.Et cū eam alij tradidisset uxorē,etiā & hūc necauit.Scribas quoq; & diuinæ legis doctores,simili scelere interfecit.Vt omnē à Iudæis recuperandi Regni modū,spēq; auferret.Quare tūc proprie & uere de tribu Iuda Regni sceptrū ablatū fuit,cum nemo de Regio genere remansisse crederet. Tunc etiā Iudiciaria potestas ab eis amota est,eū omnes Sanhedrin Herodes ipse interimi fecit.Quę omnia Talmudistę referunt.Nam q; Herodes ipse & capita captiuitatum Babyloniæ,& Sanhedrin ipsos destruxerit,habetur in בבא בתרא Baua bathra,in cap. חשותפין Hassuttaphin.i.Socij in negociatione. Vbi sic ad uerbum dicitur, Herodes seruus fuit domus hasmonai,id est Machabæorum.Deditq; oculos in quandā puellam de eadem domo & familia,quæ מיריימי Merime uocabatur.Die igitur quodam audiuit filiā uocis.i.reuelationem de cœlo dicentē,Omnis seruus qui hoc tēpore insurrexerit,prosperabitur.Insurrexit ergo & interfecit omnes

Herodis Ascalonitæ genus.

dominos

dominos ſuos, omnesq; filios dominorum ſuorum, puella ſupradicta duntaxat reſeruata. Vt ea mediante affinitatem contraheret. Ipſa uero aſcẽdit in turrim, eleuauitq; uocem, & ait, Omnis qui dixerit de domo haſmonai, id eſt Machabæorum procedimus, ſeruus eſt. Nemo enim inde remanſit præter me. His dictis præcipitauit ſe, & mortua eſt. Ipſe uero balſamo condiuit eam annis ſeptem. Fuerunt autem qui dicerẽt quòd cognoſcebat eam. Et fuerunt qui dicerẽt, quòd non. Qui autem dixerunt quòd cognouit eam, cauſam hanc aſſignabant: ut concupiſcentiam ſuam expleret atq; libidinem. Qui uero dixerunt, quòd non cognouit eam, rationem hanc reddebant: ut ſic tenendo eam, diceretur affinis Machabæorum, quia filiam haberet Regis. Dixerunt igitur Rabbanan, id eſt Magiſtri, Scriptum eſt Deuter. 17. cap. De medio fratrum tuorũ pones ſuper te Regem. Surrexit ergo & occidit uniuerſos Rabbanan, id eſt Magiſtros, reſeruabo ſibi ſolo Baba filio Bota, ut cõſuleret eum. Quodam uero die iuſſit eum accerſiri ad ſe, & eruit ei oculos. Et poſt pauca. Homo iſte extinxit lumen mundi, id eſt Rabbanan. Sicut ſcriptum eſt Prouer. 6. cap. Quia lucerna eſt mandatũ, & lex lux. Hæc omnia traditio. Ex qua ſatis aperte liquet, tempore huius Herodis qui & capita Babylonis, id eſt Machabæos, & Iudices ordinarios interfecit, ſceptrum de Iuda receſſiſſe, ac penitus defeciſſe. CAP. Si Iudæus obijceret, ſceptrum de Iuda tempore Herodis non receſſiſſe, cum prædictus Baba filius Bota, ex ipſis Sanhedrin reſeruatus, alios adhuc Sanhedrin inſtituere potuiſſet. Quid reſpondendũ eſſet? GAL. Id falſum prorſus eſſe. Cum neq; eum id feciſſe alibi ſcriptum inuenitur, neq; de iure facere potuiſſet. Quod ex eo facile uideri poteſt, quod ſcriptum eſt in libro Sanhedrin in cap. דיני ממונות Dine mamonoth, id eſt iudicia diuitiarum. Ibi enim ſic inter cętera dicitur: Dixit Rabba filius Rab Aſſe, Quod confirmatio uel inſtitutio ſupradictorum Iudicum, aut manu fiebat, aut nomine tãtum. Aut enim manum capiti eius imponebant, & confirmabant eum. Aut nomine inſtituebant, uocantes eum Rabbi. Vnus autem non inſtituebat. Hæc ille. Et ratio quare unus non poterat Iudicem inſtituere, eſt (ut ibidem dicitur) quia huiuſmodi inſtitutio per manuum impoſitionem fieri non poterat, niſi per tres. Vt dixit R. Iſmael, aut per quinq;, ut dixit R. Iudas. Tot enim erant neceſſarij. Quamuis autem Herode permittente, alij poſtea huiuſmodi collegij Iudices inſtituti fuerint, qui ſub ipſo Rege eſſent, ſicuti & antea ſub alijs extiterant. Quia tamen non erant ueri Iudices, nullam in rebus grauibus aut criminalibus iudicandi poteſtatem habebant. Vt inde plane oſtenderetur, ſub ipſo Herode hanc iudicandi autoritatem unà cum dominãdi ſceptro in Iudæis penitus defeciſſe. Eam ob rem dominus noſter Ieſus Chriſtus dum de his Iudicibus loquerẽtur, qui ea tempeſtate de ſcribis & phariſæis eligi ſolebant. Super cathedram

thedram (inquit) Mosis sederunt scribæ & pharisæi. Matth. 23. Sederunt dixit, & non sedent. Vt manifeste demonstraret, quòd eorum tũc iam cessauerat potestas. Quod etiam ipsimet confitebantur. Nam & Pilato dixerunt, Nobis non licet interficere quenquam. Cum à nobis scilicet sanguinis ablatum sit iudicium. Et tunc ob falsum iudicium in sanguinem ipsius iusti Christi prolatum, de consistorio Gazith expulsi fuerunt, anno ante ultimi templi excidium 40. & postea iussu Romanorum cœlestis quoq; uocis persuasu, omnes denuo interfecti. Vt in Talmud latius cõtinetur. Nam in libro Sanhedrin Ierosolymitano sic inter cætera dicitur, Legunt Magistri, quòd per annos 40. ante templi destructionem, expulsi fuerunt Iudices de consistorio Gazith, & habitauerunt in Hamith. Quod exponẽs R. Sichim ait, Gazith & Hamith loca fuisse in Ierosolymis. Et statim ex eo tempore (ut inquit ibidem R. Abdimi) nunquam amplius criminale iudicauerunt iudicium, cum huiusmodi iudicium non liceret nisi in Gazith fieri. In Beresith uero rabba, id est in expositione magna libri Gen. super illud Gen. 49. cap. dictum, Non recedet sceptrum de Iuda. Cum cæteris, quæ sequuntur. Ita legitur, Non recedet sceptrum de Iuda. Istud est לישכת liscath, id est camera uel consistorium הגזית Haggazith, id est dolatum seu politum. Quod datum est in parte Iudæ. Sicut dictum est Psal. 77. Et reprobauit tabernaculum Ioseph, & tribum Ephraim non elegit. Sed elegit tribum Iuda, montem Syion quem dilexit. Montem inquam speculatiuũ per legem. Et sic ait Psal. 87. Diligit Dominus portas Syion, id est portas speculatiuas in sententia. Et scriba de medio pedum eius, Isti sunt sedentes, & dantes sententias in Israel in Sanhedrin magna, quæ sedet בלשכת הגזית beliscath haggazith, id est in consistorio uel camera dolata seu polita in parte Iudæ. Sicut dictum est primi libri Paralip. 2. cap. Et familiæ scribarum sedentes labezianitores uel cãtores. Et quid est, Non recedet sceptrum de Iuda? Nónne iam recesserunt Sanhedrin de consistorio Gazith? Sed dicitur ibi, quòd non fuit data potestas Sanhedrin, id est ipsis iudicibus ordinarijs iudicandi animarum iudicia, ni si omni tempore quo erant sedentes in consistorio Gazith. Cum enim ad alium locum migrauerunt, deleta sunt animarum iudicia. Sicut scriptum est Deut. 17. cap. Et facies secundum uerbum oris quod nuncia-bunt tibi de loco illo. Hinc docetur quòd locus erat necessarius. Donec ueniat Silo, id est Messias. Legitur quoq; in libro עבורת זרה Auodazara, id est, Seruitus aliena in cap. לפני אירחן Liphne edehen. i. ante festa eorum. Et in libro Sanhedrin, in cap. חיו בורקין Hayu bodkin, id est, Erant quærentes. Quod per 40. annos antequã destructa esset domus Domini, migrauit Sanhedrin, id est collegium 70. Iudicum de Gazith, & sedit in Hamith. Et quare inde recessit. Dixit R. Ishac filius Abudiya. Eo quòd non iudicauerunt iudicia pœnarum. Ergo propter

iudicia pœnarum uidetur tibi? Immo quia non iudicabant iudicia ani-
marum? Hæc traditio. Vbi gloſſa R. Selomonis ſic dicit, Et nunquid
לשבת הגזית Liſcath haggazith, id eſt camera dolata uel polita ad iudi-
cia pœnarum neceſſaria erat? Nequaquam, ſed ad iudicia animarum,
quando ſcilicet aliquis ad mortem iudicabatur. Non enim iudicia ani-
marum in omni loco iudicabant. Sed quamdiu Sanhedri, id eſt colle-
gium Iudicum ordinariorum in conſiſtorio Gazith exiſtebat. Sicut di-
ctum eſt Deut. 17. ca. Et ſurges & aſcendes ad locum. Per hoc docetur,
quòd locus ad huiuſmodi iudicia erat neceſſarius. Migrauerunt igitur
inde, & non iudicauerũt amplius iudicia animarum, quoniam per 40.
annos ante deſtructionem domus, id eſt templi deleta ſunt. Hæc om-
nia ad literam R. Selomo. Legitur præterea in libro Sanhedrin Ieroſo-
lymitano. R. Rahamon dixiſſe, quòd cum Sanhedrin migraſſent de
conſiſtorio Gazith, & ab eis ablata fuiſſent iudicia animarum, conſue-
runt ſuper pellem ſuam cilicium, depilaueruntq; ſibi caluitium, ploran-
tes & dicentes, ארי לנו בי סר שכט מיחודה ובן ווד לא בא Hoc eſt, Væ
nobis, quia receſſit ſceptrum de Iuda, & nondum uenit filius Dauid,
id eſt Meſſias. Hoc eſt quod ſcriptum eſt Amos 8. cap. והעליתי על כל
מתנים שק ועל כל ראש קרחה ושמתיה באבל יחיד ואחריתה ביום מר. i. Et a-
ſcendere faciam ſuper omne dorſum ſaccũ, uel ciliciũ, & ſuper omne ca-
put depilationem, uel caluitium. Et ponam eam ut planctum unici, &
nouiſſimum eius ut diem amarum. Hæc omnia idem Rabbi ibidem.
Ex his omnibus manifeſtum eſt, quando, quomodo, & quare ſceptrũ
Obiectio iunio rum Iudæorũ. Iudæorum penitus defecerit. CAP. Quorundam nihilominus Iu-
dæorum nequitia adhuc dicere præſumit, ſe in Babylonia ſceptrum
ſupradictum ac iudices habere. Vbi ראשי גליות Raſſe galioth, id eſt
capita captiuitatum hactenus eſſe aiunt. GAL. Horum perfidia au-
Confutatio. dacia facile conuincitur, ſi Iſaiæ uerba inſpiciantur 13. cap. ſic dicentis,
Et erit Babylonia gloria Regnorum, decus nobilitatis Chaldæorum,
ſicut ſubuerſio Dei Sodomæ & Amoræ, non habitabitur in ſempiter-
num. Et reliqua. Vbi gloſſa R. Selomonis ſic dicit, Duæ uindictæ uene-
runt ei in duobus annis. Darius enim occidit Balthaſar, & regnauit an-
no uno. In ſecundo uero anno ſubuerſa eſt Babylonia, ad inſtar ſubuer-
ſionis Sodomæ & Amoræ, quæ cœlitus facta eſt. Legimus autem hoc
in Talmud, in libro qui dicitur סדר עולם Seder holã, id eſt ordo mun-
di. Sequitur in Iſaia. Hirci ſaltabunt ibi. Quod interpretatus eſt Iona-
than, Et dæmones ludent ibi. Dixit autem R. Kimhi in uocabulo
שעירים Seir Seirim, id eſt, Dæmon dæmones. Hirci ſunt dæmones.
Vocauit autem eos ſic, quia in forma hircorum apparent ijs qui ca-
dunt in eos. Hæc Rabbi Selomo. Ex quibus aperte colligitur Baby-
niam Chaldæorũ de qua ſuperius loquitur Talmud, deſertã eſſe, ac ſo-
re in ſempiternũ, neq; inhabitandã eſſe niſi à draconibus & feris ac dæ-
monibus.

monibus. Quos ראשי גליות rasse galioth, id est capita captiuitatũ omnium Iudæorum, qui à Christo hucusq; in perfidia permanserunt, esse concedimus. CAP. Sunt & alij ex Iudeis, qui sceptrum suum alicubi esse delirantes aiunt, locum tamen nullum in quo sit, determinate affirmant. GAL. Horum delyramentum & si confutatione non egeat. Contra illud tamen præter ea quæ dicta sunt, Talmudisticam illam traditionem satis est adducere. Quod extra terram Israel Sanhedrin instituí nequeant. Vt in libro Sanhedrin clare habetur. Vbi inter cætera legitur, Rabbi Iudam dixisse, Quod nõ poterat esse ordinatio siue manuum impositio, qua Sanhedrin institui solebant, nisi in terra Israel. His igitur Iudæorum deliramentis non obstantibus, per ea quæ præmisimus, satis abunde patuit, Regnum quidem Iudæorũ tempore Herodis Ascalonitæ sub quo Christus natus est, ab eis ablatum fuisse. Iudiciariam uero eorum potestatem ac Iudices tũc amoueri quidem cœpisse, sed per quadraginta annos ante templi secundi incendium, tempore scilicet quo Christus passus est omnino defecisse. Et neq; aliã ob causam, nisi quia Christum ipsum neci condemnassent.

Obiectio alia.

Confutatio.

Conclusio rationis, quòd Messias iam uenerit. *Caput* VII.

CAPNIO,

OMnibus his ita deductis, nunc ratio ipsa formanda est, atque Messiam ipsum tunc uenisse concludendum. GAL. Si igitur eo tempore Messias omnino uenturus erat. Cum duo hæc & dominandi potestas, & iudicandi autoritas penitus in Iudæis deficerent. Hæc autem Herodis Ascalonitæ tempore, sub quo Christus natus est, ab Iudæis prorsus ablata fuisse, per eorum scripturas probatum est. Aduentus ergo Messiæ tempus iam præterisse, Messiamq; ipsum iam uenisse, certum est. Maior huius rationis propositio per ea quæ dicta sunt, liquido patet. Cum enim Iacob per spiritum sanctum in benedictione Iudæ dixerit, Mosesq; eodem spiritu plenus, in lege scripserit, Quod sceptrum & scriba de Iuda nõ recederent, donec Silo ueniret. Sceptrumq; & scriba secundum ueterum Talmudistarum expositiones, sit collegium Sanhedrin, id est septuaginta unius Iudicũ, ac ipsum consistorium Gazith, id est dolatum de lapidibus scilicet politis atque angularibus constructum. Silo autem non sit nisi Messias, ut per eorundem scripturas iam probatum est. Cumq; ipsorum Sanhedrin collegium ac iudicandi potestas per quadraginta ferme annos ante templi secundi euersionem (ut ostensum est) perdita fuerint: necessario profecto sequitur, apud omnes qui rationum consequentias non prorsus ignorant, aut Messiam circa tempus illud omnino uenisse, aut Iacob & Mosem penitus mentitos fuisse. Sed cum postremum

nemo uel eorum uel noſtrûm concederet, primum concedant, neceſſe eſt. Nam cum prophetia dicit, Nõ recedet ſceptrum de Iuda, & ſcriba de medio pedum eius, donec ueniat Silo, id eſt Meſsias. Perinde certe eſt, ac ſi diceret, Quando recedent ſceptrum & ſcriba de Iuda, tunc ueniet Silo שילה hoc eſt Meſsias, ponitur enim ה loco uau. Hoc enim frequens eſt in ſcriptura Hebraica, & שיל propriè filium ſignificat, & eſt ſenſus. Donec ueniat filius eius, ſcilicet Iudah. Hæc Rabbi Dauid Kimhi. Hæc autem propoſitio cum conditionalis propoſitionis uim habeat, ex cuius antecedentis poſitione, ſequitur neceſſariò conſequentis poſitio. Conſequens neceſſariò eſt, eo tempore quo ſceptrum & ſcriba ab Iudæis receſſerunt, ipſum Silo, id eſt Meſsiam, ueniſſe.

Quòd deficiente Iudæorum ſceptro, & miracula quoq; templi pariter defecerint. Caput VIII.

CAPNIO,

HAc igitur de cauſa arbitror, & miracula templi unà cum ſceptro defeciſſe. GAL. Recte quidem arbitraris. Quemadmodum enim Iudæi anno ante templi ſecundi excidium 40. ut multifariàm iam probatum eſt, ſceptrum omnino omiſerunt, ita eodem quoque tempore miracula templi unà cum ſceptro perdiderunt. Vt multis in locis ipſius Talmud manifeſte habetur. Sed in primis in libro qui dicitur יומא yoma, id eſt dierum, in capite, quod incipit טרח בקלפי Tereph bekalpi. Vbi ita legitur, Tradiderunt Rabbanan, id eſt Magiſtri. Quod quadraginta annis in quibus Simeon Iuſtus miniſtrauit, fuit ſors nominis Domini aſcendens in dexteram. Ab illo autem tempore quandoque in dexteram, quandoque in ſiniſtram aſcendebat. Erat quoque לשון של זוהרית בולבין id eſt, lingua ſplendoris albeſcens. Ex eo autem tempore quãdoq; lingua illa albeſcebat, quandoque non. Lumen etiam ueſpertinum ſemper ardebat. Ex tunc autem aliquando ardebat, aliquando extinguebatur. Ignis quoque præparationis, id eſt, qui in altari Domini ſemper ardere debebat, ſemper ualidus erat, nec oportebat ligna ibi apponere, exceptis duobus aſſellis, ad complendum appoſitionis mandatum. Ex tunc uero quandoque ualidus erat, quandoque non, & tamen ſacerdotes nunquam ceſſabant tota die ligna apponere. Immiſſa adhuc erat benedictio in manipulum, & in duos panes, & in panes facierum. Ita quòd cuicunque ſacerdoti proueniebat quantum oliua, comedebat & ſaturebatur, & erant quibus ſupererat. Ex eo autem tempore immiſſa fuit maledictio in manipulum, & in duos panes, & in panes facierum, & omnibus ſacerdotibus inde proueniebat quantum una faba. Ho-

neſti

nesti uero retrahebant ab eo manus suas,& gulosi tolerabãt. Hæc ibi. Vbi sic etiam immediate sequitur, Tradiderunt Rabbanan,id est Magistri. Quod eo anno quo mortuus est Simeon iustus,dixit eis, In anno isto ego moriar. Dixerunt ei, Vnde hoc scis? Ait eis,Omni tempore quo intrabam in sancta sanctorum,assimilabatur mihi senex albis indutus,qui mecum intrabat, mecumq; exibat. Hodie autem apparuit mihi senex unus nigris amictus,qui ingressus est mecum. Postea infirmatus diebus septem,mortuus est. Cessaueruntq; fratres eius sacerdotes ex illa hora benedicere in nomine Domini. Hæc traditio. Ex qua magnum sumitur ueritatis argumentum, Quod Simeon iustus præsciuerit se moriturum(ut refert Euangelium)quia uidit Christum Domini. Hoc autem isti in figmentum quoddam mendacij (sicut dictum est)commutarunt. Ibidem præterea sic legitur, Tradiderunt Rabbanan,quòd quadraginta annis ante destructionem domus,id est templi,non fuit sors in dextera ascendens,nec fuit lingua splendoris in albedinem conuersa,nec lumen uespertinum fuit ardens. Erantq; portæ templi aperientes se ipsas, donec increpauit eas Rabban Iohanan filius Zaccai,& dixit, Templum templum cur destruis te ipsum? Scio enim de te,quòd finis tuus erit destructio. Nam super te prophetauit Zach. 11. פתח לבנון ולתיך ותאכל אש בארזיך Hoc est, Aperi libane portas tuas, & deuoret ignis cedros tuos. In Talmud insuper Ierosolymitano sic ad uerbum dicitur, Omnibus diebus quibus fuit Simeon iustus ministrans,erat sors nominis Dei ascendens in dexteram,& lingua splendoris albescens,lumenq; uespertinum semper ardens. Quadraginta uero annis antequam domus Domini destructa esset,extinguebatur lumen uespertinum,& lingua splendoris rubescebat,ut sanguis,& sors nominis Dei in sinistra ascendebat,portæq; templi cum uespere clauderentur,de nocte seipsas aperiebant,uenientesq; mane apertas inueniebãt. Dixitq; Rabban Iohanan filius Zaccai, חיבל חיבל למה אתה מבריולנו וורעין אנו שסופר ליחרב ועליך נתנבא זכריה פתח לבנון ולתיך ותאכל אש בארזיך Id est, Templum templum cur tu separasti nos,scilicet à te? Scimus nos,quòd finis tuus ad uastationem erit,& quòd super te prophetauit Zach. 11. cap. dicens, Aperi libane portas tuas,& deuoret ignis cedros tuos. In Talmud deniq; Babylonico,in cap. שבעה ימים Id est, septem dies. Ita legitur, Tradiderunt Rabbanan,id est Magistri,quòd decem signa facta sunt in domo sanctuarij. Non enim abortiuit mulier propter nidorem carnium sanctuarij. Neq; carnes sanctuarij fetebant unquam. Neque uisa fuit musca in macello templi. Neque contigit accidens sacerdoti magno in die propitiationis. Neque inuenta est corruptio in manipulo,aut in duobus panibus, aut in panibus faciebant. Stantes angusti erant, procidentes uero ut adorarent spacioſi erant. Licet à domo propitiatorij per undecim ulnas retracti essent.

Miracula templi.

Nunquam nocuit serpens neque scorpius in Ierusalem. Nec unquam dixit homo proximo suo, angustus est mihi locus manendi in Ierusalem. Nunquam pluuiæ extinxerunt ignem lignorum præparationis. Neque uentus unquam uicit columnam fumi. Quamuis enim omnes uenti qui sunt in mundo in eam flarent, non tamen poterant eam deuiare, ne recte sursum ascenderet. Et plus non ibi? Traditio enim est, quòd Rab. שמעיה Semaya dixit, quòd fragmenta uasorum fictilium à locis suis absorbebantur. Cineres quoque altaris interioris & candelabri à loco suo absorbebãtur, כל אלה בטלו ארבעים שנה קודם חרבן חבית שנאמר אותותינו לא ראינו ואין עוד נביא ולא אתנו יודע עד מת Hoc est, Omnia uero hæc cessauerunt per annos quadraginta ante destructionem templi. Sicut dictum est Psalmo septuagesimo quarto, Signa nostra non uidimus, non est ultra propheta, neque nobiscum qui sciat, usque quo. Hactenus traditio. Ex his igitur quæ dicta sunt, aperte patet. Quod deficiente Iudæorum sceptro, miracula quoque templi paruiter defecerint, tempore scilicet quo Christus passus est. Nam ut præmissæ traditiones referunt, anno ante ipsius templi euersionem quadraginta miracula eiusdem templi cessauerunt, eo quòd tunc ob Christi mortem templum illud sanctitatem suam perdiderat. In cuius rei signum, ipso Domino Iesu moriente, uelum ipsius templi in duas partes scissum est.

Secunda ratio sumpta ex templi secundi destitione. Quod primi aduentus Messiæ tempus iam præterierit. Eo quòd Messias ipse ante templi secundi euersionem uenturus erat. Caput IX.

CAPNIO,

SEcundam nunc adducas rationem, qua primi aduentus Messiæ tempus iam præteriisse probatur. GAL. Quoniam ratio hæc tota super Haggæi prophetæ uerba fundabitur. Idcirco Haggæus ipse primum audiatur, ita 2. cap. dicens, ורוחי עומדת בתוככם אל תיראו : כי כה אמר יהוה צבאות עוד אחת מעט היא ואני מרעיש את השמים ואת הארץ ואת הים ואת החרבה : והרעשתי את כל הגוים ובאו חמדת כל הגוים ומלאתי את הבית הזה כבוד אמר יהוה צבאות : לי הכסף ולי הזהב נאם יהוה צבאות : גדול יהיה כבוד הבית הזה האחרון מן הראשון אמר יהוה צבאות ובמקום הזה אתן שלום נאם יהוה צבאות : Hoc est, Et spiritus meus erit stans in medio uestri. Ne timeatis, Quoniam sic dicit Deus exercituum. Adhuc modicum unum est, & ego commouebo cœlum, & terram, & mare, & aridam, uel desertam, & commouebo omnes gentes. Et uenient cum desiderio omnes gentes. Et replebo domum istam gloria. Dixit Deus exercituum, Meum est argentum, & meum est aurum,

eſt aurum, dixit Deus exercituum, Magna erit gloria domus iſtius noui-
ſimæ, magis quàm primæ, dixit Deus exercituum, Et in loco iſto
dabo pacem, dixit Deus exercituum. Hanc prophetiam ſicut & cæte-
ras quæ aduentus Meſsiæ tempus determinate prænunciabant, re-
centiores Iudæorum multifariàm corrumpere nituntur, ipſam oſten-
dere uolentes de Meſsia minime intelligendam eſſe. Sed facile eo-
rum calumniæ per Talmudiſtarum expoſitiones redarguuntur, qui
in ea de Meſsia ſermonem fieri expreſſe aiunt. Nam in libro Sanhe-
drin, in capite Helec. Sic ad uerbum dicitur, Rabbi Akiba expone-
bat, Adhuc unum modicum eſt, & ego commouebo cœlum & ter-
ram, & adducam deſiderium cunctarum gentium. De diebus Meſ-
ſiæ & de Rege Meſsia, & de tempore quod fuit, poſt deſtructionem
primæ domus. Alia expoſitio. Adhuc unum modicum eſt. Modi-
cum ſcilicet Regni uenturi Iſrael poſt deſtructionem prioris domus.
Et poſt illud Regnum, Ecce ego commouebo cœlum, & terram, &
mare, & aridam & omnes gentes. Et poſtea ueniet Meſsias. Hæc om-
nia ibi. Vbi per duas ueterum Talmudiſtarum expoſitiones, palam
oſtenditur, prophetiam hanc de Meſsia debere intelligi. Quemad-
modum & nos ipſam intelligendam eſſe ducimus. Quod neque mi-
randum eſt, Nam ſi alia non ſit fides noſtra, quàm prophetarum,
neceſſarium certe fuit, priſcos Hebræorum Doctores, prophetias
quæ de Meſſia loquuntur, recte exponere uolentes, in earum expoſi-
tionibus nobiſcum conuenire. Quæ quidem expoſitiones & ſi à Rab-
bi Selomone improbentur, ambæ tamen ueræ ſunt. Quando qui-
dem Meſsias ipſe uenit poſt modicum illud Regni Machabæorum,
Herodis Aſcalonitæ tempore, ut in ſuperiori ratione latiſsime patuit.
Omiſsis igitur iuniorum Iudæorum calumnijs, prophetiam iſtam Rationes.
iuxta priſcorum ſententiam explanantes, per tria potiſsimum quæ in
ea ponuntur, aduentus Meſsiæ tempus iam præteriſſe, probabimus.
Et primum quidem, quia dicit, Adhuc modicum unum eſt, id eſt iux-
ta Rabbi Akibæ gloſſam, Adhuc uſque ad Meſsiæ reuelationem
modicum tempus reſtat. Si igitur iuxta Iudæorum noſtri ſeculi er-
rorem, primus Meſsiæ aduentus adhuc expectandus eſſet, ſeque-
retur ſane quòd falſum Propheta inſinuauerit. Cum dixit, Quod
tunc uſque ad Meſsiæ aduentum modicum temporis reliquum eſ-
ſet. Ab eo enim tempore quo hæc prophetia prolata fuit, plures
quàm bis mille tranſierunt anni. Quare ex prima huiuſce prophetiæ
particula neceſſario infertur, primi aduentus Meſſiæ tempus iam præ-
teriſſe. Quod deinde ex eo quoque oſtenditur, cum ait, Et replebo do
mum iſtam gloria. De ſecunda etenim Dei domo, quæ poſt Babyloni
cæ captiuitatis reditum erigenda erat, prophetam locutum fuiſſe, ne-
mini dubiũ eſt. Quæ gloria præſentiæ Meſſiæ replenda erat. Ergo do-

mo illa adhuc stante, Messias uenturus erat. Sed cum ea domus anno post Christum passum 42. funditus à Tito Romani exercitus Duce, diruta sit, constat certe aduẽtus Messiæ tempus iam præterisse. Id ipsum demum & per ea quæ his in eadem prophetia subijciuntur, apertius patet. Cum enim inquit, Magna erit gloria domus istius nouissimæ, magis quàm primæ, de secunda Dei domo (ut dictum est) propheta loquebatur, ad cuius ædificationem populum inducere uolebat. Videns nanq; Deus eos qui eiusdem templi structuræ incũbebant, adeo remisse procedere, ut aut opus inchoare non auderent, aut ab incœpto desistere uellent, ad illos Haggæum prophetam misit. Qui ut eos ad operis inchoationem atq; perfectionem induceret, mysterium eodem in templo consumandum, illis prædixit. Et inter cætera prophetauit, quòd domus illa Dei ultima quæ construenda erat, maiorem habitura esset gloriam, quàm prima illa quæ à Selomone erecta fuerat. Dicant igitur Iudæi, in quo huiusce gloriæ maioritas quàm domus hęc ultima habitura erat, constitit? Respondet Rabbi Selomo, Quod licet secundum quosdam quidem in ædificij magnitudine, secundum quosdam uero in temporis duratione maioritas huius gloriæ constiterit. Ipse tamen in utroq; eam constitisse asserit. Nam & Herodis ædificio qui templum illud ultimum instaurauit, nullum unquam simile uisum fuit, & templum ipsum secundum, decem plusquam primum durauit annos. Cum primum quidem quadringentis & decem, secundum autem quadringentis & uiginti (ut ipse dicit) perstiterit annis. Sed hoc profecto postremum nullius esse momenti, ex his maxime apparet. Tum quia si templum secundum (ut ipse ait) decem duntaxat annis primum superasset, ualde absurdum uideretur, prophetam de tam paruo tempore mentionem fecisse, cum præsertim uerba quibus usus est, magnam prę se ferre excellentiam uideantur. Tum etiam quia & si pluribus etiam quàm decem permansisset annis, cum tamen pluries uiolatum fuerit, illa maior temporis duratio, nõ illi ad honorem & gloriã, sed magis ad dedecus accessisset. Nam primo quidem ab Antiocho profanatũ fuit, qui & uasa Dei quæ in ministerio erãt, uastauit, & Iouis olympij simulachrum eodem in templo posuit. Deinde uero à Pompeio, qui Hircano & Aristobolo Alexandræ Iudæorum Reginæ filijs, de Imperio dimicantibus, Ierosolymam ueniens, capta urbe, & eodem templo reserato, usq; ad sancta sanctorum accessit. Cassius præterea anno septimo Cleopatrę Iudęa capta, templum ipsum spoliauit. Quare temporis illa duratio qua secundũ templum dicitur excessisse primum, non ei in gloriam, sed potius in opprobrium attribuenda est. Nec de ædificij amplitudine aut pulchritudine dictum R. Selomonis uerificari potest, cum inter templum primũ & secundũ, nulla potuerit esse cõparatio. Nam de primo quidem in 2. libro Parali. cap. 3. ita scribitur, ואת הבית הגדול

Gloria secundæ domus.

Duratio templi 1. & 2.

Templum quoties profanatũ.

חפה עץ ברושים ויחפהו זהב טוב ויעל עליו המרים ושדשרות ׃ ויצת את הבית
אבן יקרה לתפארת והזהב זהב פרוים ויחת את הבית הקורות הספים וקירותיו
ודלתותיו זהב ופתח ברובים על הקירות Quæ uerba sic interpretantur, Et
domus magna tecta fuit ligno abiegno. Texitq́ illud auro optimo, &
eleuauit uel sculpsit super illud palmas & cathenulas. Et operuit domũ
lapide precioso ad decorem. Porrò ipsum aurum, aurum purissimum.
Texit etiam domum, trabes, postes, & parietes eius, ac ostia eius auro.
Et sculpsit Cherubim in parietibus. Item de eodem templo in 3. Re. 6.
sic dicitur, ואת כל הבית צפה זהב עד תם כל הבית וכל המזבח אשר לדביר
צפה זהב Id est, Et totam domum operuit auro, usque ad consumma-
tionem totius domus. Et totum altare oraculi texit auro. Et post pau-
ca ita subiungitur, ואת קרקע הבית צפה זהב לפנימה ולחיצון Hoc est, Pa-
uimentum domus operuit auro intus & foris. Adhuc de ipsius primi
templi gloria in libro יומא yoma, id est Dierum, in capite שבעת ימים
Id est, Septem dies, fertur Rabbi חסיא Hassaya, ita dixisse. Cum ædifi-
caret Selomo domum sanctuarij plantauit in ea omnia genera fructuũ
ex auro, producebanturq́ fructus tempore suo. Cumq́ uentus flaret
in eos, defluebant. Sicut dictum est Psalmo septuagesimo secundo,
Contremiscet ut libanus fructus eius. Et de ipsis erat procuratio sacer-
dotibus. Quando autem intrauerunt gentiles in templum, siccæ factæ
sunt arbores scilicet aureæ. Sicut dictum est Nahum primo capite, Et
flos uel germen libani elanguit, uel emarcuit. Hæc ibi. Quæ & si me-
taphorice dicta sint, maxime tamen ad propositum faciunt. Ex his igi-
tur colligi potest, quanta fuerit primi templi gloria. Quare ut in primo
Ezræ libro, capite quarto legitur, expleto templi secundi opere, pluri-
mi sacerdotum atque aliorum, qui primum templum uiderant, cæte-
ris exultantibus, lachrymabantur, quòd templum illud secundum re-
spectu primi, nihil pene esset. Vasa quoq́ fere omnia quę in primo tem
plo aurea fuerant, in secundo facta sunt ænea. Vt Talmudistæ referũt.
Nec de Herodis opificio, & si (ut Iosephus ait) ingens fuerit, dictum ip
sius Rabbi Selomonis ueritatem habet. Cum Herodes neq́ in diuitijs,
neq́ in potestate, neq́ ulla in re cum Selomone conferri ualuerit. Nec
etiam dici potest, quòd illa gloriæ maioritas, qua secunda Dei domus
primam excedere debebat, ipsius loci sanctitas fuerit. Cum ut aiũt Tal
mudistæ, inter cætera sanctitatis primi templi indicia, quæ in secundo
defuerunt. Nec ignis qui in primo templo de cœlo descendens, holo-
causta cõburebat, in secundo unquam descendere uisus sit. Nec gloria
Dei quæ in primo templo in sancta sanctorũ inter Cherubim apparere
solebat, in secũdo unq̃ apparuerit. Nec spiritus sanctus qui in primo tẽ
plo ad loquendũ cũ prophetis sæpissime ueniebat, in secũdo uenire so
litus fuerit. Quæ omnia per Talmud optime probant̃. Nã in libro San
hedrin Ierosolymitano in ca. אלו הן הגולין Ellu hen haggolin, i. isti sunt
captiui,

Quinq; res defuerunt in templo secundo.

captiui, sic dicitur. Ait Rabbi Semuel, Quinq; res defuerunt in ultimo templo, quæ in primo fuerunt. Et unde probatur? Ex eo quod dictum est Haggæi primo capite, עלו ההר והביאתם עץ ובנו הבית וארצה בו ואכבר אמר יהוה Hoc est, Ascendite in montem, & afferte lignum, & ędificate domum, & cõtentabor in ea, & honorabor, Dixit Deus. ואכבר Veeccabda, id est & honorabor, uel honorabo scilicet eam, diminute scriptum est, sine litera ה he, quæ quinque designat, ad significandum quinq; res, in quibus sanctuarium ultimum fuit à primo diminutum. Videlicet ignem, arcam, אורים ותומים urim uethumim, id est lumina & simplicitates, hoc est, rationale iudicij, oleum unctionis, & spiritum sanctum. Glossa autem Rabbi Selomonis super uerbo ואכבר Veeccabda, id est & honorabo eam, sic dicit, Deest hic litera ה he, quæ quinque significat, ob quinque res quæ in secundo templo defuerunt, & in primo fuerant, Videlicet אורים ותומים Vrim uethumim, id est lumina & simplicitates, hoc est rationale iudicij, & arca, & ignis, & diuinitas, & spiritus. Item in libro יומא yoma, id est Dierum, sic legitur. Dixit Rabbi אחא Aha. Quid est quòd in uerbo ואכבר Veeccabda deest litera ה he. Quia per ipsam designantur quinque res, quæ fuerunt in primo templo, & defuerunt in ultimo. Hę autem sunt arca cum propitiatorio, cherub, ignis, שביניה sechina, id est diuinitas siue Dei gloria, spiritus sanctus, & urim uethumim, hoc est lumina & simplicitates, id est rationale iudicij. In Midras quoque Sir hasirim, id est in expositione Cantici canticorum, super illud octauo capite dictum, אחות לנו קטנה ושדים אין לה Id est, Soror nobis parua, & ubera non sunt ei. Ita dicitur, Soror nobis. Isti fuerunt ascendentes de captiuitate. Parua, quia fuerũt inopes in exercitibus. Et ubera nõ sunt ei. Hæc sunt quinq; res, in quibus ultima domus extitit à prima diminuta. In libro insuper יומא yoma sic dicitur, In sanctuario secũdo nõ fuit arca. Traditio enim est, quòd ex quo abscissa est arca, abscissa est cum ea urna mannæ, & lenticula olei unctionis, & uirga Aharon, & amigdalę eius, & flores eius, & capsella quam miserũt Philistæi munus Deo Israel. Sicut dictum est 1. Re. 6. Et omnia uasa quæ reddidistis ei pro delicto, ponite in capsella ad latus eius. Cum igitur Haggæus propheta dixerit, gloriam domus Dei ultimæ maiorem quàm primę futuram fuisse. Domusq; prima cum tæ glorię copia fulserit, ut nec in una quidem re domus secunda illi cõparari potuisset. Necessario dicẽdum est, maiorem hanc gloriã, quam domus Dei ultima magis q; prima habitura erat, aliã non fuisse, q̃ Messiæ præsentia, qua ipsa domus ultima plusq; prima honorari debebat. Nam si maioritas hæc gloriæ, neq; de temporis duratione, neq; de opificij excellẽtia, neq; de diuitijs, neq; de sanctitate (ut probatũ est) intelligi potest, de Messię pręsentia intelligat, necesse est. Cũ nulla alia assignari possit. Quare alterũ de duobus concedi oportet, aut Messiã templo secundo

secundo adhuc stante, uenisse, aut prophetam falsa uaticinatum fuisse. Sed cum ultimum absurdum omnino sit, primum necessario concedē. dum est. Ex huius igitur prophetiæ uerbis palam est, primi aduentus Messiæ tempus iam præterisse. Quoniam templo secundo adhuc stante, uenturus erat, quod tamen ita in urbis Ierosolymæ excidio, per Titum Vespasiani filium euersum fuit, ut ne lapis quidem super lapidem in eo remanserit.

Obiectionis Iudæorum confutatio, & prophetiæ ipsius Haggæi catholica explanatio, iuxta ipsorummet glossas. Ac rationis supradictæ confirmatio per Ieremiam. Caput X.

CAPNIO,

IVdæi nostri temporis cum sint durissimę ceruicis, omniumq; obstinatissimi, contra ea quæ dixisti, sese opponentes, aiunt: Cum propheta dicat, Adhuc unum modicum est, & ego commouebo omnes gentes. Et postea subdat uerba, quibus Messię aduentum iam præterisse ostendere conatus es. Ex ipsis eiusdem prophetæ uerbis, satis aperte apparet, quòd omnes cōmotiones istæ aut Messiæ aduentum præcessuræ erant, aut circa eius natiuitatem fieri debebant. Sed cum notum sit, huiusmodi cōmotiones nondum factas fuisse. Consequens plane est, nec prophetiam hanc adhuc impletam esse, nec dum Messiam ipsum aduenisse. Quare per eorum scripturas ipsos in hoc falsiloquos omnino esse, ostende. GAL. Has igitur omnes de quibus propheta loquitur, commotiones, circa Iesu Nazareni ortum, etiam secundum eos, fieri contigisse, probabimus. Nam si prophetiam hanc etiam iuxta eorum expositiones, explanare uoluerimus, ipsam totam tempore Domini nostri Iesu Christi adimpletam fuisse, comperiemus. Quam ob rem notandum est, quod cum pauloante Haggæus ipse Zorobabeli Iudæorum principi, & Iehosuæ Iehosedac Pontifici, hæc inter cætera dixisset: Et nunc confortare Zorobabel dicit Deus, confortare & Iehosua fili Iehosedac Sacerdos magne. Postea quasi rationem reddens, huiusce prophetiæ uerba subiecit, dicens: Spiritus meus erit stans in medio uestri, id est secundum glossam Rabbi Selomonis, Ego ponam, uel descendere faciam spiritum meum super prophetas uestros. Ne timeatis. Quoniam sic dicit Deus exercituum. Adhuc unum modicum est, id est secundum expositionem Rabbi Akibæ, quem עקיבא Akiua uocant. Adhuc breue tempus restat usque ad Messiæ aduentum. Et ego commouebo cœlum, & terram, & mare, & aridam, & commouebo omnes gentes. R. Selomo & R. Dauid quāuis prophetiam hanc modis quibuscunq; possunt à uero sensu extorquere cōtendant, ut ipsam de Messia nō intelligi, ostēdant,

ueritatem

ueritatem tamen non omnino tacere potuerunt. Nam Rabbi quidā Selomo dixit, cœlum & terram & reliqua miraculis commouenda fuisse, quibus Deum ipsum in templo illo secundo esse, omnes intelligerent. R. uero Dauid & si commotiones illas metaphorice intelligēdas esse dicat: quod quidem falsum esse, ex eo uel maxime patet, quòd propheta in tota hac prophetia nō metaphorice, neq; parabolice, sed aperto sermone loquatur. Ait tamen se in libro Iosephi scriptum inuenisse maximum terræmotū tempore Herodis Ascalonitæ in Iudæa factum fuisse. Gētes quoq; commotas fuisse: sic intelligendū esse inquit, Quod Deus eorum corda commouerit, ut à locis suis mouerentur, & ad uidendam huius templi gloriam uenirent, & non quidem manibus uacuis, sed cum suis desideratis rebus. Quæ quidem omnia neq; à ueritate prorsus aliena putanda sunt, ut mox in nostra expositione uidebitur. Dicimus ergo, cœlum & terram, miraculis ac prodigijs (uti R. Selomo exponit) circa Christi natiuitatem commota fuisse, dum & in cœlo & in terra plurima ac maxima uisa fuere miracula. Nam in cœlo quidē (ut omittā tres soles, qui circa Augusti tēpora, sub quo Christus natus est, Romæ simul exorti, paulatim in eundem orbem coierūt) nouo Christo nato, noua ac mirabilis stella illa apparuit, quę ab extremis Regionibus ad eius ortum tribus Regibus ducatū præbuit. De qua Chrysostomus super Timæum Platonis. Stella illa (inquit) non fuit morbum aut mortem denuncians, sed aduentum uenerabilis Dei. Quam cum Chaldæorum quidam uiri profecto excellētes, & in rerum cœlestium scientia admodum experti, inspexissent, recentis Dei ortum quasi dicuntur. Terra quoq; tunc mota fuit, non solum portentis, quæ eiusferme temporibus toto orbe facta sunt, bobus scilicet loquentibus, serpentibus per aera uolantibus, pueris ex matrū uteris uerba quædam proclamantibus, fœminisq; in masculinum sexum mutatis: ac Romæ eodem die quo Christus ipse natus est, fonte olei è terra abundē emanante, atq; in Iudæa de cuius terra specialiter propheta loquitur, ingenti terræmotu facto. Verum ob uictoriam quoq; quam Romani ubiq; terrarum obtinuerunt. Tunc igitur terra, tunc mare, hoc est maris insulæ, tunc & omnes gentes commotæ sunt. Quando Christo nascente, edicto à Cæsare Augusto egresso, ut uniuersus describeretur orbis, singuli in ciuitatem suam proficiscebantur. Deinde propheta subdit, Et uenient cum desiderio cunctæ gentes, id est iuxta R. Dauid glossam. Et uenient ad adorādum cum desideratis rebus suis. Quod nunquam in secundo templo factum legitur. Id ergo de tribus illis regibus magis intelligi oportet, qui ab oriente cum muneribus Christum adoratum uenerunt. Quemadmodum prænunciauerat Esaias 60. capite dicens, בלם משבא יבאו זהב ולבונה וישאו ותהלות יהוה יבשרו Hoc est, omnes de Sabba uenient, aurum & thus deferent, & laudes Dei nunciabunt. De quibus

Portenta circa Christi ortum contingentia.

quibus alibi latius dicemus. Post hæc sequitur in prophetia, Et replebo domum istam gloria. Quod ut Rabbi Akiba exponit, de Messia intelligitur, cuius præsentia templum secundum illustrandum erat. Quod & Malachias quoque apertius eodem tempore prædixit, dum ita capite tertio Hebraicè ait, הנני שולח מלאכי ופנה דרך לפני ופתאום יבא אל היכלו האדון אשר אתם מבקשים ומלאך הברית אשר אתם חפצים הנה בא אמר יהוה צבאות: Id est, Ecce ego mitto angelum meum, & præparabit uiam ante faciem meam. Et statim ueniet ad templum suum Dominus, quem uos quæritis, & angelus fœderis, quem uos uultis. Ecce uenit ait Deus exercituum. Vbi Malachias de secundo quoq; templo locutus est. Per tria ergo quæ ponit, Messiæ aduentum parum tunc distasse, significauit. In eo enim quod Ecce, dicit, rem quasi præsentem ostendit. In eo uero quòd statim ait, tempus admodum propinquum innuit. In eo autem quòd postremò, Ecce uenit, replicauit, tempus aduentus eius quàm breuissimum assignauit. Dixit autem ad templum suum, Vt duo simul quæ Iudæi negaturi erant, ostenderet. In hoc enim & eius diuinitatem insinuauit, nisi enim Messias Deus futurus fuisset, frustra eum ad templum suum uenturum, dixisset. Et aduentus eius tempus præfixit, cum stante templo illo, ipsum aduenturũ prædixit. Vbi Iudæorum nostri temporis refellitur error, qui asserunt Messiam cum uenerit, & templum desolatum, & eos in captiuitate dispersos inuenturum. Sed ad Haggæum reuertamur. Qui ne de temporali gloria quam templum illud secundum habiturum erat, se locutum crederent, hęc subiecit, Meum est argentum, & meum est aurum, dixit Deus exercituũ. Quasi diceret: Non argenti & auri copiam me in gloriam æstimare putetis, cum hæc ubicunq; sint, mea sint. Non ergo de temporali gloria propheta loquebatur, sed de spiritali, qua ob ipsius Messiæ præsentiam, templum illud replendum erat. Quare & subdidit, Magna erit gloria domus huius nouissimæ, magis quàm primæ. Quod de miraculis quoq; quæ Messias sua diuina uirtute in templo illo secundo facturus erat, nedum de ipsius prȩsentia intelligendum est. In hoc enim uel maxime secundi templi gloriam lõge maiorem, quàm primi extitisse, constat, Quòd Deus in primo quidem templo per prophetas populo loquebatur. In secundo uero per seipsum locutus est, per se ipsum turbas docuit, per se ipsum miracula fecit. Et notanter domus huius nouissimæ dixit, & non secundæ. Vt inde palam innotesceret, tertium templum ędificandũ non fuisse, templumq; quod per Messiam construendum erat, non materiale iuxta iuniorum Iudæorum errorem, sed spiritale futurum fuisse. Illud quoque quod postremo addidit, Et in loco isto dabo pacem. De temporali pace intelligi non potest, cum ab ipsius templi initio, usq; ad eius finem, uarijs semper bellorum ærumnis Iudęi ab alijs gentibus affecti fuerint. Quare de spiritali

pace, quam Meſsías daturus erat, intelligendum eſt. Quod Rabbi quoq; Akiba ſentit, ut in libro Sanhedrin capite Helec, liquido patet. Quæ cum ita ſint, ſatis clarum, atq; perſpicuum eſt. Quod non obſtante ludęorum obiectione, Meſsías ante ſecundi templi excidium uenturus erat. Quod ex eo quoq; neceſſario elicitur, quod Iere. 30. cap. legitur, ſi Targum, id eſt translatio Chaldaica quæ eo in loco habetur, diligenter inſpiciatur. Ieremias igitur ſic ibi ait, ושבתי שבות אהלי יעקב
ומשכנותיו ארחם ונבנתה עיר על תילה וארמון על משפטו ישב ויצא מהם
תודה וקול משחקים והרביתים ולא ימעטו והכבדתים ולא יצערו והיו בניו
כקדם ועדתו לפני תכון ופקדתי על כל לוחציו והוה אדירו ממנו ומושלו מקרבו
ויצא והקרבתיו ונגש אלי כי מי הוא זה ערב את לבו לגשת אלי נאם יהוה
eſt, Ecce ego conuerto conuerſionem, uel requietionem tabernaculorum Iacob (Quod ſub Zorobabel impletum eſt) & tabernaculorum ipſius miſerebor. Et ædificabitur ciuitas ſuper excelſo ſuo, uel ſuper aggere ſuo. Et armon, id eſt baſilica, ſiue templum ſecundum iudicium ſuum ſedebit. Et exibit ex eis laus, uel confeſsio, & uox ludentium. Et multiplicabo eos, & non diminuentur. Eruntq; filij eius, ſicut antiquitus, & cœtus eius coram me permanebit. Et uiſitabo ſuper omnes oppreſſores eius. Et erit Dux eius ex eo, & dominator eius de medio eius egredietur. Et appropinquabo, uel applicabo eum, & approximabit, uel adhęrebit, uel coniungetur mihi. Quis enim eſt iſte obligans cor ſuum, ut adhęreat, uel coniungatur mihi, dixit Deus? Hęc omnia idem propheta. Ea autem uerba, & erit Dux eius ex eo, & dominator eius de medio eius egredietur, Rabbi Ionathas ita in Chaldæum uertit, ויתרבא מלביהון מנהון ומשיחיהון מבניהון יתגלי Id eſt, Et nutriet ſe, uel ungetur Rex eorum ex eis, & Meſsías eorum de medio eorum reuelabit ſe. Ex prædictis igitur Ieremiæ uerbis, ſi quis diligenter attendat, aperte datur intelligi. Quod quando filiorum ludęorum qui à captiuitate Babylonica reuerſuri erant, templúmque ac ciuitatem condituri, ſtatus fuiſſet, ſicut antiquitus fuerat, quod Machabæorum tempore fuit, tunc naſciturus, ac reuelandus eſſet Meſsías. Quod Targum manifeſte oſtendit, cum inquit, Et Meſsías eorum de medio eorum reuelabit ſe. Quod quidem poſt diuinæ & humanæ naturæ unionem, quæ in Meſsía fieri debebat, futurum fuiſſe, propheta manifeſtat, cum in perſona Dei dicit, Et applicabo eum, & adhęrebit, uel coniunget ſemihi. Ex quibus aduentus eius tempus iam pręteriſſe, certum eſt.

Quòd prope finem ſecundi templi natus eſt Meſsías. *Caput* XI.

CAPNIO,

ET ſi optime quidem per ludęorum ſcripturas, Meſsíam templo ſecundo adhuc ſtante, quod Titus funditus euertit, uenturum fuiſſe, oſtenderis. Quia tamen quo tempore, templo illo

illo durante, uenturus fuerat, nihil determinate dixisti. Cum neque prophetæ quos induxisti, neque Iudæorum expositiones quas attulisti, id præcise asserant. Ideo rem perutilem facies, si ad planiorem huiusce ueritatis expressionem, tum per prophetarum, tum per Talmudistarum testimonia, quónam tempore templo secundo adhuc persistente, Messias ipse aduenturus erat, aperueris. GAL. Certum est mi Capnio, Messiam ipsum etiam secundum eos, prope finem templi secundi non modo aduenturum fuisse, uerumetiam aduenisse. CAP. Orem ad conterendam Iudæorum nostri temporis duriciem, maxime opportunam. Potést ne igitur quod ais, per eorum probari scripturas? GAL. Potest utique, & per propheticas & per Talmudisticas: Et primum quidem per propheticas. Isaiam igitur audiamus, ita capite ultimo dicentem, בטרם תחיל ילדה בטרם יבא חבל לה ותמליטה זכר ; מי שמע כזאת ומי ראה כאלה Hoc est, Antequàm parturiat, pariet, antequã ueniat partus ei. Et peperit masculum. Quis audiuit sicut hoc? Quis uidit sicut ista? Quam quidem prophetiam haud secus, ac Iudæorum doctores exponant, exponendam duco. Rabbi nanq; Moses Hadarsan in פירוש Perus, id est, in glossa Hebraica sic eam exponit, קודם שנולד מוליד ישראל בגלות האחרון גולד הגואל Id est, Antequam natus esset, qui redegit Israel in nouissimam seruitutem, natus est redemptor. Per hãc igitur glossam manifestũ est, ante Titi natiuitatem, qui Iudæos in hanc ultimam reduxit captiuitatem, templumq; atque urbem Ierosolymam solo æquauit, natum fuisse Messiam. Rabbi autem Ionathas Vzielis filius, in Targum, id est in Chaldaica translatione ita eandem propheriam exponit, עד כלא ייתי לה עסא תהפריס ועד בלא ייתי לה זועא בחבלין יתגלי מלכא משיחא Hoc est, Antequam ueniat ei angustia, saluabitur, & antequam ueniant ei dolores partus, reuelabitur Rex Messias. Ex quibus liquet, quòd Isaias in præmissa prophetia iuxta huius Chaldaici Doctoris expositionem, mulieri parturienti Iudæos comparat, ob uehementem angustiam, quam in urbis eorum templiq; excidio à Romanis passuri erant. Quoniam ut ait Rabbi Semuel in Beresith Rabba super illud Geneseos trigesimo capite, dictum: In omni feruore ouiũ. In ea hora qua destructa est domus sanctuarij, clamauerunt Iudæi ut mulier parturiens. Sicut dictum est Ieremiæ 4. cap. קול כחולה שמעתי צרה כמכבירה Id est, Vocem tanquam parturientis audiui, angustiam ut primo parientis. Sed ante angustiam illam (ut exponit Rabbi Ionathas) nasciturus erat Messias, ac per eius mortem humanum genus saluandum. Prophetico igitur testimonio ostensum est, circa finem templi secundi natum fuisse Messiam. Nunc per Talmudistas id ipsum probabimus. Legitur nanque in Beresith Rabba, id est, in expositione magna libri Geneseos, Quod dum Iudæus quidam ad excolendam

terram boues arãtes ſequeretur, bos magnum dedit mugitum. Quem
ut audiuit Arabs quidam, illac tranſiens dixit Iudæo, שור שוריך ואת בליו
ואל האחר בי תבלבם ואת קרשיכם חריב Hoc eſt, Solue boues tuos, & ap-
paratum eorum, & ne tardes, quoniam templi ueſtri, & ſanctuarij ue-
ſtri uenit finis. Quo dicto, alteroq; boue mugiente, ait iterum Arabs,
אסור שוריך ואת בליו וחבן עצמך בי נולד מלך משיח Id eſt, Liga boues
tuos, & apparatum eorum, & præpara te ipſum. Quia natus eſt Rex
Meſsias. Quod cum Iudæus audiſſet, miratus eſt, & dixit, משיח נולד
ומה שמו Hoc eſt, Meſsias natus eſt? & quod eſt nomen eius? Reſpon-
dit Arabs, מנחם Menahem, id eſt, conſolator. Iudæus iterum inquit,
ומה שם אביו Id eſt, Et quod eſt nomen patris eius? חזקיה Hoc eſt, He-
zechias, Dixit quoq; Iudæus, באי זה מקום Id eſt, Et in quo loco? Re-
ſpondit Arabs, בבית לחם יהודה Hoc eſt, In Bethlehem Iudæ. Haſce
nus traditio. Cui ſimile fere habetur in libro Berachoth, id eſt benedi-
ctionum Ieroſolymitano, in cap. היה קורא Haya kore, id eſt, Erat le-
gens, ſiue clamans. Et in Echa rabbeti, id eſt, in expoſitione planctus Ie-
remiæ, ſuper illud, Quia elongatus eſt à me conſolator. Vbi dixit R.
אבון Abon אמר לנו ללמוד מן הערבים והלא מקרא מלא הוא רבתיב והלבנון
באדיר יפול מה כתיב בתריה ויצא חטר מגזע ישי ונצר משרשיו יפרה Id eſt,
Quid nobis neceſſe eſt diſcere hoc ab Arabibus? quia iam textus cla-
rus eſt. Hoc eſt enim quod ſcriptũ eſt Iſa. 11. Et libanus in robuſto, id
per robuſtum cadet. Quid autem ſcriptum eſt immediate poſtea? Et
egredietur uirga de ſtipite Iſſai, & plantula de radicibus eius germina-
bit, uel fructificabit. Hæc ibi. Vbi libanus in uerbis Iſaiæ templum in-
telligitur, quod per robuſtum, id eſt per Nabuchdonoſor caſurũ erat.
Quamuis autem hæc quæ in traditionibus præmiſsis recitantur, litera-
liter intellecta, fabuloſa uideantur. Ex ipſis tamen quatuor contra Iu-
dæos noſtri temporis eliciuntur concluſiones. Et prima quidem eſt,
Quod Meſsias natus eſt pauloante templi ſecundi euerſionem. Secun-
da uero, quod nomen Meſsiæ eſt מנחם Menahem, id eſt conſolator,
eo quòd humano generi conſolationem attulerit. Tertia autem, quòd
Meſsias ſit Dei filius, eo quòd dicit nomẽ patris eius eſſe Hezechiam,
quod Dei fortitudo interpretatur. Quarta poſtremo, quòd natus
eſt in Bethlehem Iudæ. Ex quibus omnibus concluditur,
Meſsiam circa finem ſecundi templi natum
fuiſſe. Quod erat probandum.

Oppo-

Oppositionis Iudæorum improbatio, insaniæq; ipsorum redargutio. Qui Messiam diu iam natum fuisse fatentur, sed nondum uenisse aiunt. Caput XII.

CAPNIO,

RECentiores Iudæorum his autoritatibus conuicti, fatentur quidem, Messiam diu iam natum fuisse, eo quòd Talmudica testimonia per te nunc inducta, ipsum die illa qua templum dirutum fuit, natum asserant. Sed eum nondum uenisse aiunt. Hanc autem suam insaniam per ea etiam Isaiæ uerba, quibus Messiam ante templi urbisq; Ierosolymæ destructionem natum fuisse, optime probasti, ueram esse ostendere conãtur. Et ex eo potissimum, quòd in Beresith Rabba, id est, in exposition magna libri Geneseos super illud Geneseos, trigesimo cap. dictum, In omni feruore ouium, Legitur Rabbi Semuelem dixisse. Vnde probas, quòd ipsa die natus est Messias, qua destructa est domus sanctuarij? Ex eo, quod dictum est Isaiæ sexagesimosexto capite, Dum parturiret peperit, dum ueniret dolor ei, emisit masculũ. Quis audiuit sicut hoc? Quis uidit sicut ista? In hora enim qua domus sanctuarij destructa fuit, clamauit Israel ut parturiens. Et per hanc igitur Isaiæ autoritatem, & Talmudicas traditiones quas in præcedenti capite induxisti, iuniores Iudæorum probare nituntur, ea die natum fuisse Messiam, qua templum euersum fuit per Titum Vespasiani filium. Qua ex re inferunt, nos per easdem scripturas minime ostendere posse, Dominum nostrum Iesum Christum Messiam fuisse. Cum non ea ipsa die, qua templum corruit, natus fuerit, sed longe ante. GAL. Adhæc respondentes, primo quidem concedimus Messiam in præmissis Isaiæ uerbis ob omnimodam eius perfectionem masculum dici. Et quòd gens Iudaica eum peperit, cum de tribu Iuda secundum carnem natus sit. Sed die quo templum corruit, ipsum natum fuisse, omnino negamus, cum per annos circiter septuaginta quinque antè natus fuerit. Verbum enim illud טרם terem, in uerbis Isaiæ positum, non dum, uti recentiores Iudæorum accipiunt, sed antè significat. Ex quo patet, quòd cum non dum gens Iudaica parturiret, hoc est de templi destructione doleret, natus est Messias, sed antequàm parturiret. Quod triplici ratione constat. Quarum prima quidem est prophetæ ipsius admiratio, sic dicentis, Quis audiuit sicut hoc? Quis uidit sicut ista? Si enim dũ parturiret, peperisset. nihil mirabile extitisset, cum omnes fœminæ dum parturiunt, pariant. Vt ergo non sit frustra prophetæ admiratio, neque incongrua comparatio, concedere Iudæos oportet, ante templi ipsius euersionem Messiam fuisse natum. Secunda uero ratio est, quòd dictio hæc Hebraica טרם terem, tam in eisdem

Rationes tres.

Isaię uerbis, quàm omnibus fere alijs in locis, semper pro קודם kodem quod antequàm significat. Quod per Rabbi Kimhi excellentissimum apud eos uocabulorum expositorem, optime patet. Sic enim in libro Serassim inquit: Beterem parturiret, peperit. Sensus enim huius dictionis טרם terem est, קודם kodem, id est antequàm. Vt est illud in Samuele, hoc est, primi Regum tertio cap. ידע את יהוה וטרם יגלה אליו דבר יהוה Hoc est, Antequàm cognosceret Deum, & antequàm reuelaretur ei uerbum Dei. Ibi enim טרם terem, pro קודם Kodem quod idem est quod antequàm, sumitur. Alias quoque multas Rabbi Kimhi adducit authoritates, in quibus ponitur hæc dictio טרם terem, & semper in calce cuiuslibet ait, quòd terem non significat nisi kodem quod idem omnino est quod antequàm. Tertia demum ratio omnium fortissima est, quòd tam glossa Hebraica R. Mosis Haddarsan, quàm Targum hoc est Chaldaica translatio, dictionem hanc טרם terem non pro dum, sed pro antequàm (ut suprà uisum est) accipiunt. Exquibus sequitur, quòd non in die destructionis templi, Vt Iudæi deliramus, sed ante (ut Christiani asserunt) natus est Messias. Deinde pro Talmudistarum traditionibus, qui ea die natum fuisse Messiam dicũt, qua templum dirutum fuit, dicimus, Quod tripliciter dies accipi solet. Primo quidem pro tempore, quo sol est super orizontem, quem astronomi diem artificialem uocant. Secundo uero pro 24. horarum capitur spacio, quem & naturalem diem appellant. Tertio deniq; pro aliquo indeterminato tempore. Et tunc in fœminino duntaxat ponitur genere. Quo quidem modo sæpissime in sacra scriptura sumi reperimus. Et præsertim apud Isaiam innumeris penè in locis, dicentem, ביום ההוא id est in die illa, id est in tempore illo. Quod non nisi pro aliquo annorum curriculo accipi posse, certum est. Et sic diem accipiunt Talmudistæ, cum aiunt ea die natũ fuisse Messiam, qua templum corruit. Nam & si templũ illud quo ad structurã quidem, post Christum passum permanserit annis, quo ad sanctitatem tamen, eadem hora qua passus est, destructum fuit. Tunc enim (ut alibi diximus) sanctitatem omnem suam perdidit. Idcirco ipso Christo moriente statim in huius signum, uelum eius scissum est à summo usq; deorsum. Cuius quoq; rei ipsa miraculorum cessatio potissimum fuit indicium. Nam ut alibi per eorum scripturas ostendimus, miracula quæ in templo fiebant, per quadraginta annos ante ipsius ruinam penitus defecerunt. Ex his igitur dictis clarum est, non eodem die (ut Iudæi nostri temporis mentiuntur) quo templum euersum fuit, Messiam natum fuisse, sed ante ipsius templi euersionem. Vt iam probauimus. CAP. Si Messias (ut aiunt) eodem die quo templum destructum fuit, in Bethlehem natus est, cum necubi adhuc apparuerit. Vbi igitur eum tamdiu latitasse dicunt? GAL. Audi quæso ridicula quæ fabulantur. In Beresith enim Rabba, id

ba, id est in expositione magna libri Geneseos, super illud trigesimo capite, dictum, Et factum est in omni feruore ouium, sic ad uerbum legitur, Dixit Rabbi Semuel. Quod cum semel Elias bonæ memoriæ per uiam ambularet, in ipsa die qua domus sanctuarij destructa fuit, audiuit filiam uocis, id est uocem de cœlis clamantem, & dicentem, Domus sanctuarij sancta uadit ad destructionem. Quod cum audisset Elias bonæ memoriæ, opinatus est totum mundum fuisse destruendum. Iuit igitur, & inuenit filios hominum arantes, & seminantes, aitq; illis, Deus sanctus & benedictus contra mundum suum iratus est, uultq; domum suam destruere, atque filios suos inter gentes seculi captiuare. Et uos de uita temporali curatis, & soliciti estis? Egressa est autem filia uocis, hoc est, uox cœlestis, dixitque ei, חנח לחם שבבר גולר לישראל מושיע Id est, Dimitte eos, quia iam natus est Israeli saluator. Dixit Elias, Et ubi est? Ait uox, בביח לחם יחורח Hoc est, In Bethlehem Iudæ. Iuit ergo, & inuenit mulierem quandam, quæ in ostio domus suæ sedebat, filiúmque eius sanguine cruentatum coram ea iacentem. Et dixit ei, Filia mea filium peperisti? Quæ ait, Etiam. Et dixit ei, Quid sibi uult, quòd iacet ita sanguine cruentatus? At illa dixit, Malum est maximum, ipsa nanque die qua natus est, domus sanctuarij destructa fuit. Qui dixit ei, Filia mea constans esto, & curam illius habeto. Magna enim erit salus Israeli per manum eius. Et mox illa animata est, & curam illius egit. Elias autem dimisit eam, atque abscessit. Post quintum uero annum, dixit, Vadam, & uidebo saluatorem Israelis, utrum nutriatur in forma Regum, an in forma angelorum ministerij Dei. Iuit itaque, inuenitque mulierem in ostio domus suæ stantem. Dixitque ei, Filia mea, in quo statu est puer ille? Quæ respondens, ait, Rabbi, nónne dixi tibi, quòd malum erat nutrire ipsum? In die enim qua natus est, destructa est domus sanctuarij. Neque hoc solum, sed pedes habet, & non ambulat: oculos habet, & non uidet: aures habet, & non audit: os habet, & minime loquitur. & ecce quasi lapis iacet. Adhuc Elia loquente, flauerunt super eum uenti à quatuor mundi angulis, duxerúntque ipsum ad mare magnum. Elias autem scidit uestimenta sua, depilauitque sibi capillos, & clamauit, ac dixit, Heu perdita est salus Israel. Et egressa est filia uocis, id est reuelatio, dixitq; ei, Elia non est ita, ut ais: Sed quadringentis annis morabitur in mari magno. 80 in ascensu fumi apud filios Koræ, & octuaginta annis in porta Romæ, & residuo annorum reuertetur super omnes ciuitates magnas, usq; ad temporis finem. Hæc omnia ibi. In libro etiam Sanhedrin, in cap. Helec, ita quoq; scriptum est, R. Iehotis, id est in paradiso stantes, & ait eis, Venimús ne ad seculum uentu-

rum? Dixerunt ei, Etiam, si iste dominus uult. Dixit eis, Duos uidi & uocem trium audiui. Glossa Rabbi Selomonis, Diuinitas (inquit) erat cum eis. Dixit quoq; eis, Quando ueniet Messias? Dixerunt ei, Vade & quære ab ipso. Ait eis, Vbi moratur? Dixerunt ei, In porta Romæ. Et quod est signum eius? Sedet inter pauperes patientes infirmitates. Glossa Rabbi Selomonis, id est inter leprosos. Nam & ipse quoq; leprosus est: iuxta illud quod scriptum est Isaiæ quinquagesimo tertio, Et ipse plagatus est propter culpas nostras. Et iterum, Vere infirmitates nostras ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Et nos reputauimus eum leprosum. Leprosi soluunt unum uulnus, & ligant aliud. Ipse autem deligat plagam unam, & religat aliam, nec uult aliter, ne retardetur. Glossa Rabbi Selomonis, Messias autem unam plagam soluit, & abstergit, ac eam statim ligat. Et sic de alijs facit, & non soluit omnes simul. Veretur enim ne tardetur in ligando plagas omnes suas, si dicatur ei, Vt liberaret Israel. Iuit ergo ad eum (Glossa scilicet Rabbi Iehoshuas ad Messiam) Et ait ei, Salus super te Rabbi & Domine mi. Dixit ei, super te quoque sit pax fili Leui. At ille dixit ei, Quando uenies Domine? Respondit ei, Hodie. Venit igitur ad Eliam, & dixit illi, Mentiens mentitus est. Dixit enim mihi, hodie se uenturum. Respondit Elias, Hodie scilicet si uocem eius audieritis. Hæc omnia ibi. Quæ quidem uis uera non sint, nisi forte metaphorice ac spiritualiter intellecta, contra Iudæos tamen optima sunt. Per ea nanque conuinci possunt, & Messiam iam diu natum fuisse, & eum olim Romæ fuisse. Ea quoque Isaiæ uerba. Ecce intelliget seruus meus, cum reliquis, usque ad quinquagesimi tertij capitis finem, de Messia R. Selomonem intellexisse. Licet alibi ipsa ad populum Iudaicum retorquere nixus sit. Et quod iuxta Eliæ uerbum de Messia quoque intelligendum sit illud Psal. 95. ואנחנו עם מרעיתו וצאן ידו היום אם בקולו תשמעו אל תקשו לבבכם Hoc est, ut uerbum uerbo reddam, Quoniam ipse est Deus noster, nos autem populus pascuæ eius, & oues manus eius. Hodie si uocem eius audieritis, Ne obduretis corda uestra. Quod clarissimum testimonium est, Messiam esse Deum. Et quòd hodie miseri Iudæi Messiam haberent, Dominum nostrum scilicet Iesum Christum, si uocem eius obediendo, atque credendo, audire uellent, & corda sua non obdurarent.

Tertia ratio qua probatur primi aduentus Messiæ tempus iam præteriisse, sumpta ex loci assignati uastatione. Caput XIII.

CAPNIO,

SI Talmudistæ Messiam (ut in præmissis patuit) in Bethlehem Iudææ natum siue nasciturum dixerunt. Ideo non ab re quæritur. An ex assignato natiuitati Messiæ loco, tempus aduentus eius

eius iam præteriſſe, probari poſsit. GAL. Poteſt utique. Nam Micheas quidem, quem (ut pauloante uiſum eſt) ueteres Talmudiſtæ ſequuntur, ipſum in Bethlehem naſciturum prædixit, dum ita capite quinto ait, ואתה בית לחם אפרתה צעיר לחיות באלפי יהודה ממך לי יצא לחיות מושל בישראל ומוצאותיו מקדם מימי עולם : Quæ uerba ſic Latine ſonant, Et tu Bethlehem Ephratha, paruula es in milibus Iuda. Ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael. Et egreſſus eius ex ante, à diebus ſeculi, id eſt ſecundum Rabbeni Haccados expoſitionem, ab æterno, & à diebus ſeculi. Quæ quidem prophetia non poteſt niſi de Meſsia intelligi. Tum propter Targum Rabbi Ionathæ, quæ uerba illa, Ex te mihi egredietur qui ſit dominator, ita Chaldaicè exponit, מנך קדמי יפוק משיחא Id eſt, Ex te coram me uel ex parte mea egredietur Meſsias. Tum etiam ob Rabbi Selomonis gloſſam, quæ hanc prophetiam ita explanat, Et tu Bethlehem Ephratha de qua egreſſus eſt Dauid. Sicut dictum eſt primi libri Regum, capite decimo ſeptimo, Filius ipſius ſerui tui Iſſai Bethlehemitis. Bethlehem quoque uocata eſt Ephratha. Sicut dictum eſt Genes. quadrageſimo octauo cap. In uia Ephrata, ipſa eſt Bethlehem. Paruula es in milibus Iuda. Propter ſtatunculum Ruth Moabitis, quæ fuit in te. Ex te mihi egredietur Meſsias filius Dauid. Sicut ipſe dicit, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, fuit in caput anguli. Hoc autem ſic tranſtulit Ionathas. Ex te mihi, id eſt ex parte mea egredietur Meſsias. Et egreſſus eius ante dies ſeculi. Sicut dictum eſt Pſalmo ſeptuageſimo primo, Ante ſolem, ינון yinnon, id eſt natus uel genitus uel filius nomen eius. Quod ſic tranſtulit R. Ionathas, ושמיה אמר מלר רמין בון קמי עלמיא Hoc eſt, Et nomen eius dictum eſt Rex ante dies ſeculi. Sequitur in prophetia, לבן יתנם עד עת יולדה ילדה Id eſt, Propter hoc dabit eos uſque ad tempus quo parturiens pariet. Magiſtri noſtri dixerũt, Hinc habetur filium Dauid, id eſt Meſsiam non fuiſſe uenturum, donec Regnum nequam, id eſt Romanum ſuper totum orbem nouem menſibus imperaſſet. Scriptura autem hæc myſtica eſt. Hæc Rabbi Selomo. Qui ſatis bene ac fideliter (ut uerum fatear) hæc uerba de Meſsia (quod rariſsime facit) expoſuit, hoc duntaxat excepto. Quod ubi de Meſſia dictum eſt, Et egreſſus eius ex ante, à diebus ſeculi, ſiue ab æterno & diebus ſeculi, uidetur ipſe de ſolo Meſſiæ nomine uelle intelligi, cum ait, Et nomen eius dictum eſt ante dies ſeculi. Nos autem à textus ueritate nullatenus recedentes, non abnuimus nomen Meſſiæ ינון yinnon ante ſolem, & ante dies ſeculi fuiſſe. Quod haud ſecus eſt, quàm Meſſiam ab æterno filium Dei extitiſſe. Siquidem ינון yinnon (ut alibi diximus) idem omnino Latinè eſt, quod natus ſiue genitus uel filius. Cum igitur prophetia iſta de Meſſia loquatur, clarũ profecto eſt ſecundũ eã, Meſſiã ipſum

in Beth.

in Bethlehem Iudæ fuisse nasciturum, tempore quo Iudæi adhuc in ea regione regnarent. Quare cum ipsa Bethlehem & omnis Iudæa desolata fuerit, Iudæique per orbem captiui permaneant, eos alterum deduobus concedere oportet, aut ante desolationem illam, Messiam natum fuisse, aut ipsos prius ad terram suam redituros esse. Sed cum secundum minime cum eorum expectatione stare possit, primum concedant, necesse est. Quod per priscos quoque Talmudistas probatur. Sic enim legitur in libro Sanhedrin, capite Helec, אמר רבי יהודה דור שבן דור בא ביה ועיר יהיה לזונות והגליל יחרב Hoc est, Dixit magister Iudas. Seculo quo ueniet filius Dauid, domus collegij erit meretricum, & Galilæa uastabitur. Cum autem à templi urbisque Ierosolymæ incendio huculque nullum fuerit iudicum collegium, immo ut alibi ostendimus, collegium ipsorum Sanhedrin siue iudicum per annos quadraginta ante ipsius templi euersionem penitus defecerit, & Galilæa cum uniuersa Iudæorum regione iamdiu uastata sit. Constat plane, ipsum filium Dauid siue Messiam iam diu uenisse. Cum tempus aduentus eius (ut nunc probatum est) iam diu præterierit. CAP. Quanquam omnes Iudæorum doctores prophetiam hanc de Messia exponant. Quidam tamen iuniores eorum ipsam non exponendo, sed magis peruertendo, duo omni conatu negare contendunt, quæ in ea maxime insinuantur, Messiæ scilicet diuinitatem, & Dominum nostrum Iesum uerum fuisse Messiam. Eapropter uellem, per ueterum Talmustidarum sententias, recentiorum in hoc refelleres errores. GAL. Rabbi Dauid inter cæteros sic eam deprauare nititur. Et tu (inquiens) Bethlehem, & si minima sis in milibus Iuda, ex te tamen egredietur mihi qui sit Dominator in Israel. Et hic est Rex Messias, qui de semine Dauid natus egressurus est. Pro quo dixit, Et egressus eius ab initio à diebus seculi. Egressus enim Messiæ à tempore Dauid fuerunt. Dixit autem ab initio à diebus seculi, propter temporis longitudinem, quod inter Dauid & Messiam esse debebat. Christianis autem qui Iesu Nazareno hanc prophetiæ partem attribuentes, ipsum & in Bethlehem natum esse: & Deum ab initio & diebus seculi fuisse, affirmant, ex eo responsum datur, Quod ipse in Israel dominator non fuit, sed magis illi de Israel dominati sunt ei. Et cum Messiam Deum esse probant, eo quòd à diebus seculi fuisse dicatur. Responde, eos in hoc falso argumentari. Cum ante mundi initium Deus fuerit, & per eos tunc ipsum creatum fuisse, sequeretur. quod absurdum est dicere. Quod si eam auctoritatem inducant. A seculo & usque in seculum tu es Deus. Et illam. A seculo unxi Regem meum. Dicas illas non à seculo, sed ante seculum intelligi debere. Hæc omnia perfidus ille Rabbi Dauid. Ad quorum confutationem, prius prophetiam hanc iuxta uetustorum Talmudistarum glossas, explanabimus. Deinde eius extortam, atque falsam expo-

expositionē refellemus. Exponimus igitur eam sic, Et tu Bethlehem Ephratha & si in milibus Iuda minima sis. Quia tamen primus Rex Iuda, id est Dauid ex te ortus est, Messias etiam qui ultimus erit, ex te mihi egredietur. Et recte egredietur, inquit, ut ipsum ex humano semine generari non debere, ostenderet. In hoc etiam geminam eius naturam diuinam scilicet & humanam mira breuitate insinuauit. Cum enim dixit, ex te, eius humanitatem demonstrauit. Cum uero ait, mihi, ipsius diuinitatem innuit. Mihi enim, inquit, ac si diceret, Is homo qui ex te egredietur, mihi hoc est diuinitati meæ uniri, dignus erit. Quod manifestius deinde expressit, dicens, Et egressus eius ab ęterno & à diebus seculi. Egressus quippe hoc in loco lingua Hebraica sicuti, & Latina pluralis est numeri. Sensus ergo est, Egressus, id est processus huius domi natoris siue Messiæ duo sunt. Vnus ab ęternitate, quo secundum diuinitatem à patre processit. Alter à diebus seculi, quo secundum humanitatem à matre prodijt. Quod utiq; cum illo Athanasij dicto optime conuenit. Deus est ex substantia patris ante secula genitus, & homo est ex substantia matris in seculo natus. Veruntamen Athanasius quidem in seculo dicit, Quia natiuitatem ipsam accepit, Propheta uero à diebus seculi ait, quia cum materia Adę formata fuit, mox eidem materię insuit uirginis glorioſę materia. & ipsius uirginis preciosissimo sanguini insuit Christi benedicti humanitas. Quæ quidem omnia Iudæi nostri temporis haudquaquam negare possunt. Cum ipsa fere eadem Rabbenus Haccados dicat, dum in libro גלי רזיא Gale razeya eandem prophetiam exponens, sic ait, Et egressus eius ab æterno, & à diebus seculi. Dicit propheta egressus, numero multitudinis, quia duo sunt Messiæ egressus. Vnus diuinitatis, quæ est ęterna, & ideo dicit ab æterno. Alter humanitatis, quæ in suæ matris substantia extat, quæ ab hora creationis mundi creata est. Et idcirco ait, à diebus seculi. Nam ut ibidem paulo superius idem dicit, mater Regis Messię, quia à Deo creata est, ut in ea sedeat ipse Messias, ad ostendendam gloriam maiestatis suę cunctis mortalibus. Ideo ipsa ostenditur esse prima creatura Dei in genere humano. Hæc Rabbenus ille Haccados, quem ipsi magistrum nostrum sanctum uocant. Ex his igitur quę dicta sunt, facile Rabbi Dauid peruersitas improbatur. Nam Messię quidē egressus quos ab ęterno & à diebus seculi fuisse, propheta asserit, à diebus Dauid Regis (ut ipse R. Dauid uult) fuisse dicere, & prauum & impium est. Esto enim quòd ab initio ut R. Dauid ipse falso exponit, & non ab ęterno propheta dicat, adhuc tēpus illud quod inter Dauid & Messiā esse dicit, minime ab initio & à diebus seculi fuit. Quam quidē prauitatem etiam autoritates (uide quanta eius sit cęcitas) quas Christianorū nomine adducit, clarius ostēdunt. Nam altera quidem Messiā Deū esse affirmat: altera uero egressum eius secūdū humanitatē simul cū mūdi

creatio-

creatione fuisse, quemadmodum ex sententia Rabbeni Haccados ex positum est. Cum autem ait, Christum Dominū nostrum super Israel non habuisse dominium, sed potius eos qui de Israel erant, ei dominatos fuisse, nimis certe longe à ueritate aberrat. Nam sicut frequentius sacræ literę prȩnunciant, Messias super Israel, id est super bonos & fideles suos ipsum recipientes, (Israel enim uir uidens Deum interpretatur) in primo aduentu dominaturus erat. Quamuis & circa mundi finem super Iudæorum quoque reliquias, quæ ad ipsum conuertentur, dominium sit habiturus.

Quarta ratio efficaciter demonstrans primi aduentus Messiæ tempus iam præteriisse, sumpta ex determinati temporis præteritione, per Danielis uaticinium secundum Talmudistarum expositiones. Et prima quomodo accipiendæ sint 70. Danielis hebdomades, tempus Messiæ præfixum continentes. Caput XIIII.

CAPNIO.

NOti Christianę rei publicę operęprecium te facturū arbitror, si ad iuniorum Iudęorum perfidia magis conuincendā, determinatum ueniendi tempus à prophetis Messiæ assignatum, iam prȩteriisse, per eorum scripturas ostenderis. GAL. Inter cęteros igitur qui præfixum Messiæ uenturi descripsere tempus, Danielem id præcipuè feciisse, te (ut puto) minime latet. Is nanque ita ait cap. nono, ועד אני מדבר בתפלה והאיש גבריאל אשר ראיתי בחזון בתחלה מועף ביעף נגע אלי כעת מנחת ערב: ויבן וידבר עמי ויאמר דניאל עתה יצאתי להשכילך בתחלת תחנוניך יצא דבר ואני באתי להגיד כי חמודות אתה ובין בדבר ובין במראה: שבעים שבעים נחתך על עמך ועל עיר קדשך לכלא הפשע ולחתם חטאות ולכפר עון ולהביא צדק עלמים ולחתם חזון ונביא ולמשח קדש קדשים: ותדע ותשכל מן מצא דבר להשיב ולבנות ירושלם עד משיח נגיד שבעים שבעה ושבעים ששים ושנים תשוב ונבנתה רחוב וחרוץ ובצוק העתים: ואחרי השבעים ששים ושנים יכרת משיח ואין לו והעיר והקודש ישחית עם נגיד הבא וקצו בשטף ועד קץ מלחמה נחרצת שממות: והגביר ברית לרבים שבוע אחד וחצי השבוע ישבית זבח ומנחה ועל בנף שקוצים משומם ועד כלה ונחרצה תתך על שומם: Hoc est, ut uerbum uerbo reddam: Et dum ego loquerer in oratione, uir Gabriel quem uideram in uisione à principio, cito uolans tetigit me in tempore sacrificij uespertini, & docuit me, & locutus est mihi, dixitq; Daniel nunc egressus sum, ut docerem te intellectionem. Ab exordio precum tuarum egressum est uerbum. Et ego ueni, ut indicarem, quia uir desideriorum tu es. Animaduerte autem sermonem, & intellige uisionem. Hebdomades 70. prȩcisum est (fore scilicet) super populum tuum, & super Vrbem sanctuarij tui, ad consuman-

consumandam præuaricationem,& ad finiendum peccatum,& ad delendam iniquitatem,& ad adducendam iustitiam seculorum,& ad cõplendam uisionem & prophetiam,& ad ungendum sanctuarium sanctuariorum.Scito autem & animaduerte,Ab exitu uerbi ad reuertendum,& ad ædificandum Ierusalem:uel ab egressu uerbi,ut iterum ædificetur Ierusalem,usq; ad Messiam Ducem,uel Principem,uel principalem,uel coram factum:Hebdomades septem,& hebdomades sexaginta & duæ.Reuertetur ipsa,& ædificabitur platea & fossatum,sed in angustia temporum. Et post hebdomadas sexaginta & duas,occidetur Messias,& non ei.Et ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus Ducis uenturi.Et finis eius in impetu,uel raptu. Et usque ad finem belli præcisi,desolationes.Confirmabit autem pactum multis hebdomada una.Et medium ipsius hebdomadæ deficere faciet decollationem,& oblationẽ.Et super abominationes desolatio.Et usq; ad finem & præfinitionem perseuerabit,uel conflabitur,uel liquefiet ipsa super desolationem. CAP. Quoniam ut uideo,prophetia hæc multa ac magna continet mysteria,eamq; recentiores Iudęorum ut contra ueritatem sibi fugam parent,multimodis extortionibus peruertere connituntur. Eapropter præ cæteris ipsam diligentius discutias,oportet. Et primo quidem quónam pacto hebdomades istæ accipiendæ sint. GAL. Fa- *Porphyrius Iudæus contra Danielem.*
ciam equidem,cum primum cuiusdam Iudæi ex Sadducæorum genere,nomine Porphyrij perfidam refellero impudentiam. Qui ne coge-
retur per hanc Danielis prophetiam ueritatem fateri, contra omnium
sententiam dicere ausus est,de Danielis huiusmodi uerbis non esse curandum, cum propheta non fuerit, nec inter prophetas numeretur.
Contra quem nos dicimus, Danielem ipsum non modo prophetam
fuisse,sed maiorem quoque quàm multi ex prophetis apud Hebræos
fere omnes haberi. Prophetam nanque eum extitisse in libro מגילה
Meghila,in capite מגילה נקראת Meghila nikreth,id est,Historia legi
tur,manifeste ostenditur. Vbi sic ad uerbum dicitur,Baruch filius Herię,& Sarias Mahasiæ,& Ieremias filius Hilchiæ,& Daniel uir desideriorum,& Mordochæus Balsan,& Haggæus,& Zacharias,& Malachias omnes prophetauerunt in anno secundo Darij. Hæc ibi. Cum
igitur Daniel hic prophetasse dicatur,atq; inter prophetas connume-
retur,ipsum prophetam fuisse,minime negari potest. Liber quoque *Liber Danielis quantæ sit autoritatis.*
ipsius apud Hebræos inter uiginti quatuor sacræ scripturæ libros,
unum per se obtinet gradum,semperq; apud eos inter ueraces habitus
est ueracissimus,Susannæ duntaxat,ac Belis,draconisq; historijs excep-
tis,quas secundum Hebræos Danielis uolumen respuit. Neq; apud
eos quisquam inuentus est unquam,tam uehementer insulsus,qui Da
nielis sanctitati & ueritati derogare præsumpserit, præter nequissimũ
hunc Porphyrium Sadducæum. Qui maluit conscientia reluctante,

Danielis autoritatem denigrare, quàm Dominũ Iesum Christum tam
claro eiusdem Danielis testimonio conuictus, confiteri. Eius tamen re
meritatem non homo, sed Deus ipse confutat. Dum apud Ezechielem
24. cap. ait, Fili Adam terra cum peccauerit. Et infrà, Fuerintq; tres uiri
isti in medio eius, Noas, Daniel, & Iob. Ipsi in iustitia sua liberabunt a-
nimam suam, dicit dominus Deus. Et rursus 28. ca. Fili Adam (inquit)
dic Principi Tyri (ironicè scilicet) Ecce sapientior es tu Daniele, nullũ
mysterium latuit te. Ex his igitur alijsq; quàm plurimis, satis liquet ad
huius impijssimi Sadducæi impudẽtiam improbandam, quanta apud
homines esse debeat Danielis autoritas, cuius talis ac tanta est apud
Deum. Nunc autem quomodo in hac Danielis prophetia accipiendæ
sint hebdomades, uidẽdum est. Quod ut paucis absoluam, dico, quòd
hic omnes tam Christiani, quàm Hebræi expositores in modo acci-
piendi hebdomades conueniunt. Accipiunt enim illi hebdomadẽ hic
pro septem annorum spacio, quemadmodũ & nos. Quamuis quidẽ
ex nostri seculi Iudæis si quando eos his Danielis sermonibus ad ueri-
tatem confitendam concuti, atque coartari contingat, hebdomadam
hoc loco non septem annorum, sed septem iubileorum, uel centenario
rum, seu decadum spacium intelligi debere asserunt. Quod nemo eo-
rum quantumcunq; peruersus, siue in Talmud, siue alibi scripsisse huc-
usq; compertus est. Horum autem impudentia Gabriel ipse angelus
obtundit, dum in præmissis ait: Et medium ipsius hebdomadis ultimæ
scilicet deficere faciet decollationem sacrificiorum scilicet, & oblatio-
nem cæterorum uidelicet omnium. Cum enim hęc sacrificiorum defe-
ctio siue cessatio, ante templi destructionem tam per Dominum Iesum
Christum, quàm per Romanos facta reperiatur. Ipsaq; sacrificiorum
decollatio nunquam ac nusquam ab Iudæis (ut ipsi fatentur) ex eo tem-
pore facta fuerit. Liquidò profectò constat septuaginta has hebdoma-
des ante templi euersionem omnino completas fuisse. Hanc enim
hebdomadem, cuius medium erat sacrificiorum sanguinolentam con-
geriem cessaturum, nouissimus locus quem tenet, postremam omnium
esse demonstrat. Ex quo necessario sequitur, hebdomades istas non
quidem iubileorum, nec centenariorum, nec decadum, nec alterius cu-
iusuis numeri, sed annorum tantum esse spacia, alioquin minime tum
temporis completæ fuissent. Cum à prioris templi incendio, usque ad
nouissimi excidium, non fuerint secundum eos, nisi septuaginta capti-
uitatis Babylonicæ anni, atq; quadringenti & uiginti quibus ultimum
templum in sua perfectione permansisse, aiunt. Ex quibus omnibus se-
ptuaginta has Danielis hebdomadas Iudæi constituunt, ut in sequen-
tibus latius patebit. Quod autem prædictæ Danielis hebdomadæ an-
norum sint, primo ex modis quibus sacra scriptura hebdomadas accipit, ostenditur. Non enim eas nisi dupliciter accipere solet. Nam uno
quidem

quidem modo hebdomadã accipit pro ſeptem dierum ſpacio, ut patet Leuit. 23. c. Vbi dicitur, quòd ſeptem hebdomadæ ſunt à feſto paſchæ accipiendæ, quæ 49. dies faciunt, & quinquageſima die feſtum eſt pentecoſtes. Altero uerò modo ſumit hebdomadem pro ſeptem annorũ curriculo. Vt eſt illud Leuit. 25. dictum, Numerabitis ſeptem hebdomadas annorum, quæ faciunt annos 99. Et quinquageſimus annus immediate ſequens, iubileus eſſe præcipitur, qui apud Iudæos remiſſionis erat annus. Cum igitur alius ab his duobus nõ inueniatur modus, quo hebdomada accipiatur in ſacris literis. Nec poſsit in prædictis Danielis uerbis hebdomada pro ſeptem dierum ſpacio accipi, quia ſic tota Danielis prophetia infra annum & dimidium completa fuiſſet. Pro ſeptem igitur annorum curriculo accipiatur, neceſſario cõſequens eſt. Hoc deinde per R. Abraham magnum apud eos gloſſatorem ac Doctorem, hoc modo probatur, cum ait, Dixit uenerabilis Magiſter noſter סריה Seadias, quod iſte ſeptuaginta hebdomades annorũ ſunt. Teſtis autem huius rei eſt illud Dan. 10. dictum, Poſt hoc ego Daniel fui lugens tribus hebdomadibus dierum, panem deſiderabilem nõ comedi. Et reliqua uſq; ad complemẽtum trium hebdomadûm dierum. Nõ autem numerauit cum ſeptuaginta hebdomadibus dies. Medium nanq; hebdomadis prẽmemoratum ſunt mille ducenti & uiginti dies. Sicut probatione ſufficienti probabo. Porrò medium poſsibile eſt, quòd non ſit medium perfectum, non habens minus nec plus, ut illud Num. 32. Et dimidium tribus Manaſſe. Et multa huiuſmodi. Scito autẽ quòd dies ſemper ſunt dies, & non anni in ſacra ſcilicet ſcriptura. Verũtamen poſsibile eſt, quòd cum dicitur dies, ſit dies annus perfectus, redeunte anno in iteratione dierũ, ut cum dicitur Exo. 13. מימים ימימה Id eſt, A diebus in dies, hoc eſt ab anno in annum, qui ſunt annus perfectus. Cum uero dies dicitur cum numero, ut duo dies, aut tres, non poſſunt dies eſſe anni, ſed oportet quòd ſint dies, quemadmodum dicuntur. Et propter hoc dictum eſt Leuit. 24. Et numerabis tibi ſeptem hebdomadas annorum. Et idcirco dixi, quòd dies mille ducenti & nonaginta ſunt medietas ſeu medium hebdomadis ſupradictę. Et hoc eſt illud Dan. 12. אשרי חמחכה ויגיע לימים אלח שלש מאות שלשים וחמשה Hoc eſt, Beatus, qui expectat & pugnat ad dies mille trecentos triginta quinq;. Si enim hic dies dicantur eſſe anni, quomodo uerum eſſe poterit, quòd homo expectet mille annos & perueniat, maxime cum ſcriptum ſit Pſal. 89. Dies annorum noſtrorũ in eis ſeptuaginta anni. Hæc R. Abraham ſuper Danielem. Ex quibus tria ſumuntur argumenta. Primum quidem eſt, quòd prædictæ Danielis hebdomadæ ſunt omnino annorum. Secundum uero eſt, contra Iudęos noſtri temporis, frequentius dicentes, Quod dies mille trecenti triginta quinq; de quibus meminit Dan. 12. ſunt anni, quibus uiſitari debent, & Meſsiam habere,

quos quidem annos ab ultimi templi destructione computant. Quod falsum esse, ex præmissa R. Abraham expositione, manifeste patet. Tertium demum est, quòd hi præmemorati dies sunt dimidium ultimæ hebdomadarum Danielis. Quo scilicet tempore Christus uenit ad baptismum, & prædicauit, ac discipulos ad se uocauit. Ex his omnibus clarum est, quòd in hac Danielis prophetia hebdomada non accipitur nisi pro septem annorum spacio. Quare septuaginta hebdomadæ illæ quadringentos & nonaginta continent annos. HOG. Quomodo accipiendi sunt harum hebdomadarum anni? Nam Beda quidem, & alij quidam ex nostris eos lunares esse aiunt, duplici potissimum ratione moti. Tum quia in textu hebdomadæ istæ abbreuiatæ dicantur. Quare cum anni lunares undecim diebus breuiores sint quàm solares. Annus enim solaris dies 365. & quadrantē unum, ac minutas 5. cōtinet. Lunaris uero ex 354. constat diebus. Sequitur plane harum hebdomadarum annos nō solares, sed lunares esse debere. Tum etiam quia cum angelus Danieli loqueretur qui Hebræus erat, Hebræi autem per annos lunares computarent, ipsum non de solaribus, sed de lunaribus locutum fuisse annis, credere par est. GAL. Qui hoc dicunt, nō parum errant. Non enim textus ipse (ut eorum respondeam rationibus) hebdomadas istas abbreuiatas dicit, Nam ubi nostra æditio abbreuiatæ sunt, habet: Hebraica litera dicit, נחתך Nehtach, quod idem est, quod præcisum, cum à uerbo Hebraico חתך hatach ueniat, quod proprie incidere, seu prȩcidere, ac determinare, & statuere significat. Quam ob rem hebdomadæ istæ iuxta Hebraicam ueritatem non abbreuiatæ dici debent, sed potius prȩcisæ, prȩfinitæ, uel prȩdestinatæ. Quia per 70. annos prȩdestinatę fuerunt anteq̄ per Gabrielē Danieli nunciatæ fuissent. Quod in libro qui סדר עולם Seder holam. i. ordo mundi appellatur, optime ostenditur, cum in calce eiusdem libri scriptū est, ita R. Iosè dixisse. Quid est dictu, hebdomadæ septuaginta prȩcisæ sunt? Per hoc docetur, quòd fuerūt præcisione præcisæ ante per septuaginta annos. Si præterea Iudæi annum undecim diebus breuiorem quàm sit solaris haberent, cum secundum eorum legem 14. die primi mēsis cuiuslibet anni pascha celebrare teneantur. Sequeretur profecto, quòd celebrando pascha, semper in unoquoq; anno celebrationem paschæ alterius anni per dies undecim anticiparent. Quod si esset, infra breue tempus pascha suum in unoquoq; mense celebrarent, neq; nobiscum in tempore celebrandi conuenirent. Quod falsum esse ex eorum usu liquido patet, cum semper eodem ferme tempore ipsum pascha celebrent. Quare manifestum est, eos per annos solares sicuti & nos tempora computare. Nam & si menses lunares habeant, tertius tamen quisq; annus apud eos tredecim menses siue lunationes habet, cęterorū uero unusquisq; duodecim duntaxat continet menses. Ita quòd per embolysmos temporum

Anni harum hebdomadarū an sint solares uel lunares.

porum adæquationes ipsi facientes, per annos solares quemadmodũ & nos tẽpora metiuntur. Habent enim & ipsi duodecim menses quos tam primo quàm secundo anno tribuunt, incipiuntq; annum à mense Martio, quem נִיסָן Nisan uocant. Sed ultimo mensi tertij anni, hoc est Februario, quem אֲדָר Adar nuncupant, alium addunt mensem quem וֵאֲדָר Veadar, id est, Et Februarium appellant. Eam ob rem & nos & illi in annorum computatione conuenimus.

Quòd præfixum 70. harum hebdomadarum tempus secundum Hebræorum computationẽ in domino nostro Iesu Christo præcisè impletũ sit. Cap. XV.

CAPNIO,

QVónam tempore hæ annorum hebdomadæ connumerari cœperint, & quousque peruenerint, nunc te dicere, opus est.

GAL. A quo termino hebdomadæ istæ inchoari debuerint, non est paucis absoluendum. Cum quicquid hic intenditur, ab eo maxime pendere uideatur, ac inter nos & Iudæos circa hoc diuersa sit opinio. Ipsi nanq; harum hebdomadarum numerum ab eo tempore inchoant, quo Ierusalem per Nabuchdonosor Regem Babylonis, ut 4. Reg. 25. & Iere. 52. legitur, diruta fuit. Ex eo suam fulcientes sententiam, quòd Dan. 9. c. ita dictum sit, In anno uno Darij filij Assueri de semine Madai, qui Rex effectus est super Regnum Chaldæorum, in anno uno Regni eius, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, quorum factus est sermo ad Ieremiam prophetam, ut complerentur desertis uel dirutis Ierusalem septuaginta anni. Ex horum igitur uerborum fine astruere nituntur, quòd 70. anni per Ieremiam dicti inter ipsas hebdomadas computari debeant. Nam si ipsis addantur 420. anni illi quibus ultimum templum durasse aiunt. 70. istæ Danielis hebdomadæ, hoc est, anni 490. perficiuntur. Quod in libro qui apud eos סֵדֶר עוֹלָם Seder holam. i. ordo mundi dicitur, probare nituntur. Sed facile est, ostendere ipsos in hoc insania nimia laborare. Non solum ex eo, quòd in antedictis Danielis uerbis, super quæ supputationis suæ fundamenta insipienter iaciunt, de his hebdomadibus nulla facta sit mentio, sed de cõplendis tantummodo captiuitatis Babylonicæ annis. Quod in primo Cyri Regis anno completum fuisse, in sui libri principio Ezras docet. Verum ex eo quoq;, quòd Gabriel angelus in suis uerbis, in quibus ipsi impudenter proteruiũt, cum Danieli dixit, Scito autem & intellige. Ab exitu uerbi ad reuertendum, & ædificandum Ierusalem, usque ad Messiam Ducem, hebdomadæ septem, & hebdomadæ septuaginta & duæ, non dixit ab exitu uerbi destructionis Ierusalem, sed ab exitu uerbi ad reuertendum & ędificandum Ierusalem. Quibus ex uerbis manifeste patet Iudæorum insania. Qui dum à primi templi excidio harum hebdomadarum supputationem incipientes, septuaginta annos quibus primi tẽpli destructio durauit, & 420. quibus secundũ templum

Falsa Iudæorum opinio.

Confutatio.

conſtructum permanſit, computant. Nulla temporis quo ipſum templum ſecundum ædificatũ eſt, mentione facta, & à uerbis ipſius angeli diſſentanea, & à ueritate prorſus aliena aſſerunt. Non animaduertẽtes miſeri (quide quanta contradicendi Chriſto cupiditate excæcãtur) quã repugnantia quamq; impoſſibilia ſint, quę loquuntur. Quod R. Abraham Auen Ezra aduertens, ſic ſuper Danielem ait, Miror ſuper uerbis expoſitorũ, quomodo cõnectatur templi deſolatio, & ſtatus eius perfectio in numero uno. Hæc expoſitio neq; ſaporem habet neq; odorẽ. Hæc R. Abrahã, qui magnæ apud eos eſt autoritatis, contra ipſorũ cõputationẽ quam à primi tẽpli euerſione inchoant. Neq; tamẽ propterea ab obſtinata fatuitate ſecedunt. CAP. Cum igitur in hoc lacertę ſimillimi fiant, quæ ab eo quod momorderit, niſi cum pane miliaceo, nunq; recedit. Velis obſecro eos in hac eorũ ſupputatione falſiloquos ac ſuares arguere, ori eorum ſcripturas ipſorum, uelut quendã panem miliaceum calidum apponendo. GAL. Illud itaq; in primis loco panis miliacei afferã, quod in libro מגילה Meghila, in cap. מגילה נקראת Meghila nikereth, i. Hiſtoria legit, hoc modo ſcriptum eſt, Et unde habeq; Nabuchdonoſor Regnauit 45. annis? Ex eo habetur, q; in captione Iehoiachin Regis Iuda, erat octauus annus Nabuchdonoſor. Iuxta illud 4. Reg. 24. dictũ, Et ingreſſus eſt Iehoiachin Rex Iuda. Et poſt pauca, Et cœpit eum Rex Babel anno 8. regni ſui. Scriptum quoq; eſt Iere. ultimo, & 4. Reg. ult. Factũ eſt autẽ in 38. anno captiuitatis Iehoiachin Regis Iuda in duodecimo menſe in uigeſima quinta mẽſis, & eleuauit Euilmerodach Rex Babel in anno primo Regni ſui caput Iehoiachin. Si iſtis triginta ſeptem annis addas octo paulo ante dictos, habebis 45. annos, quibus Nabuchdonoſor regnauit. Habetur quoque per גמרא ghemara. i. per traditionem in Talmud. Euilmerodach eius filium triginta tribus regnaſſe annis. Quod ita neceſſario fuiſſe, per ea quæ Iere. 27. c. dicta ſunt, liquido patet. Sic enim ibi dicitur, Ego dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchdonoſor Regis Babylonis ſerui mei. Et paulò poſt, Et ſeruient ei omnes gentes, & filio eius & filio filij eius. Quãto autem tempore id durare debuerit, oſtenditur Iere. 25. c. ſic dicentis, Et ſeruient omnes gentes iſtæ Regi Babylonis ſeptuaginta annis. Quod niſi Euilmerodach uiginti tribus (ut dictũ eſt) regnaſſet annis, uerum haud quaquam eſſe potuiſſet. Poſtea in eadem traditione ita ſubditur, Balthaſar eius filius tribus regnauit annis. In anno enim inquit Dan. 8. cap. tertio. Regni Balthaſar, Darius autem qui ipſum occidit, duobus regnauit annis. Cyrus uero nepos eius ſecundum eos tribus regnauit annis. Aſſuerus autem qui & Artaxat, annis regnauit 14. De quibus duo quidem per traditionem habentur. 12. uero ex libri Eſter 3. cap. Denicq; in anno ſexto Darij ſecundi Regis, domus Dei ſecunda conſumata eſt, atq; perfecta. Vt legitur in libro ערבין Arachin. i. preciorum, in cap.

cap. אין נערבין En naarachin.i.Non ordinabunt,ubi ſic dicitur, בית שני במה עמד ארבע מאות ועשרים שנה Hoc eſt, Domus ſecunda quantum ſtetit? 420 annis.In libro quoq; עבודה זרה Auoda zara.i.ſeruitus aliena,in cap. לפני יריחו liphne edehen.i.ante eorum feſta,ſiue ſolennitates.Legitur R.Ioſe ita dixiſſe,Regnum Perſidis durauit domo Dei durante,annis 33.Regnum uero Grecorum permanente eadem domo durauit annis 180.Regnum autem Machabæorū 103.Regnum poſtremo Herodis ſimiliter 103.Gloſſa R.Selomonis cum annis(inquit)ſcilicet 30.quibus Barcozba cum Agrippa regnauit. Ex quibus omnibus 420.quibus domus Dei ſecunda durauit,habentur anni. Hæc omnia ex præmemoratis Iudeorum libris.Ex quibus hos annorum numeros quàm breuiſsime potuimus,excepimus, ſuperfluis quibuſdã quæ ad rem nihil pertinẽt, omiſsis. CAP. Quantum uideo,nemo Chriſtiano rum numeros iſtos tam ſacræ ſcripturæ teſtimonijs,quàm Talmudicis traditionibus roboratos,contemnere debet:quinimmo ſuper aurum, & topacium,omnemq; lapidem precioſum eos amplecti,atq; diligere. Cum nihil compendioſius,nihil efficacius, nihilq; magis neceſſarium inueniri poſsit,ad demonſtrandum contra Iudæos 70. has Danielis hebdomadas in morte Chriſti fuiſſe completas. In his nanq; numeris neq; ſolaris & lunaris nimiũ Iudæis ridiculoſa requiritur collatio,neq; alia plurima,quibus peritus etiam Theologus ſæpe confundit̃,per eos quoq; Iudæorum iuniorum obſtinata impietas tum de mẽdacio,tum de furto criminaliter conuincitur.Et uſq; adeo quidem,ut nulla ſe tergiuerſatione defendere queant.Quam ob rẽ quod cœpiſti clarius quę ſo proſequere. GAL. Didicimus itaq; ex ſacrę ſcripturę uerbis,ex lere. ſcilicet 52.c.& 4.Reg.25.anno regni Nabuchdonoſor 19.primum tem plum dirutum atq; ſolo æquatum fuiſſe.Cum igitur Nabuchdonoſor ipſe 45.regnauerit annos,ut iam dudum probatũ eſt. Ipſum profecto poſt eiuſdẽ templi euerſionẽ 27.ſuper regnaſſe annos,conſequens eſt. Nec obſtat q; primus annus imperfectus fuerit.Moris etenim ſcripturæ fuiſſe docet Talmud,nõ ſolũ 7.menſes abſq; 10.diebus,quos annus ille habuit,p anno uno ſupputare,ſed etiã diẽ unũ quandoq; pro anno ponere,ut in lib. ראש השנה ros haſſana.i.capitis anni,cap. ארבעה ראשי השנה .i.Quatuor principia anni ſunt.Ibi enim ſic legit̃, אמר מר יום אחד בשנה נחשב לפעמים לשנה Hoc eſt:Dixit Mor,Dies una in anno cõ putata eſt quãdoq; pro anno.Si his igit̃ 27. annis quibus Nabuchdonoſor poſt primi tẽpli excidiũ regnaſſe,oſtẽſum eſt. 23 anni illi quibus Euilmerodach filius eius poſt eũ regnauit (ut p Talmudiſticã eorũ traditionẽ ꝓbatũ eſt)addant̃.50.pręciſe habent̃ anni.Si hoc etiã modo re liquos prædictæ traditionis ꝓſecutus fueris annos:tres uidelicet q̃bus Balthaſar poſtmodũ regnauit,ac duos Darij:tres quoq; ſecũdũ eos Cyri,quẽ ipſi cores uocãt,atq; 14.Aſſueri,& ſex Darij,ſub quo ſecũdũ tẽ.

plum completum est, cum quinquaginta antedictis cõnectantur, à primi templi subuersione, usq; ad secundi consummationẽ. 78. computabuntur anni. Ex quo eos 8. nobis secundum eorum supputationem furari annos, adeo manifestum est, ut nulla ualeant excusatione negare. Et quemadmodũ 8. antedictos in oculis hominũ insensibiliter surripere nituntur annos. Ita quoque de 30. quibus Cyrus regnauit annis, furtim nobis 27. subtrahere conantur, tribus duntaxat eum regnasse asserentes. Nam cum Eusebius Cæsariensis, Paulus Orosius, Hieronymus, & Beda, ac alij quoq; omnes historici tam Græci quàm Latini, Cyrum ipsum triginta regnasse annos dixerint, liquet plane, Iudęos ipsos falsiloquos, atq; fures esse, & frustra ante pennatorum ac uidentium oculos, falsitatis suæ iacere retiacula. CAP. Vt magis igitur huius furti rei deprehendãtur, uellem per eorum quoq; historiographos, Cyrum ipsum probares triginta regnasse annos. GAL. Iosephus quem ipsi Ioseph ben Gorion appellant, id ipsum apud eos aperte asserit. Idẽ quoq; & Iosephon ipsius Iosephi abbreuiator, manifeste ostẽdit, dum ita Hebraicè loquitur, Tunc ut Cyrus audiuit, quòd eunuchus quidam interfecerat Balthasar Babylonis Regem, uotum uouit ædificare templum Domini in Ierusalem, ac uasa templi remittere. Et post pauca, Factum est inquit, ut Darius Medorum Rex ęgrotaret ad mortem. Vocauitq; Cyrum generum atq; propinquum suum, & eum Regem pro se constituit. Sicq; factum est unum Persarum atq; Medarũ Regnum. Et infrà, Pugnauit autem Cyrus in oriente, & cepit eos qui sunt ultra Indiã, & in australi plaga, omnemq; terram Æthiopiæ, & omnes habitantes in finibus austri, ac in occidẽte etiam usq; ad terram ספרד Sepharad. i. Hispaniæ. Et in aquilone omnem terrã Macedoniæ, & Cappadociæ, & Scythiæ. Omnemq; terram Elan, & Elazar, ac montes Eltahu, & Hazar, usq; ad montes niuis, qui transiri non possunt. Reliqua uero gesta Cyri nónne scripta sunt in libro Regum Medorum atq; Persarũ? Et in libro Iosephi filij Gorionis, quẽ Titus Vespasiani filius captiuauit? Et paulò post, Pugnauit adhuc Cyrus contra Regẽ Setim. i. Scythiæ. Verterũtq; terga uiri Setim, & cecidit Rex eorum, omnesq; fortes eorum. Cæteri autem ad ciuitates confugerunt, cum Tamyra Regina & eius filio. Quod cum Cyrus uidisset, fugam simulauit. Quod uidentes uiri Setim, post eum exierunt ad planiciem. Cyrus autem in eos reuersus, plurimos ex ipsis interfecit. Fugerunt itaq; reliqui uiri Setim cum Regina ad mõtes. Cumq; uidisset Tamyra, quòd filius suus mortuus esset, uehementer doluit, occupariq; fecit montium transitus. Cumq; Cyrus nullum iam timens aduersariũ, securus & confidenter de finibus terræ Setim egrederet, exiuit omnis exercitus. Ipse aũt cum paucis remanẽs, nocte illa inter duos montes cõmoratus est. Tamyra igitur morti se exponens, subito in castra Cyri irruit, percussitq; ducenta milia uirorum fortium

Cyri regnum & uictoria.

Cyri mors.

fortium Persarum: cœpitq; Regem Cyrum. Succinxit autem se Regina, & quasi fera raptis sibi catulis uenit ad cadauer Cyri. Absciſſumq; caput eius proiecit in puteum occisorum sanguine plenum, dicens, Bibe Cyre, & satiare, atq; inebriare sanguine quem sitisti. Triginta etenim annis sanguinem absq; mensura sudisti. Rex igitur Cyrus inuenit uitæ suæ terminū in terra Setim, & regnauit Chambises filius eius pro eo. Hæc omnia Iosephon Hebræus. Ex quibus aperte patet, Cyrū post Darium triginta regnasse annis, in quibus iuxta Tamyræ Reginæ dictum, sanguinis effusioni operam dedit. Neq; enim possibile, neq; uerisimile est, quòd in trium annorum spacio quo ipsum Iudæi regnasse aiunt, tot orientis, & occidentis, & austri, atq; aquilonis Regna sibi subiicere potuisset. CAP. Vnde igitur Iudæi tanti erroris accipiunt occasionem, ut tres tantum annos ipsi Cyro tribuant? GAL. Quemadmodum Dan. 11. cap. scribitur, in primo Darij anno eidem Danieli Gabriel angelus huiusmodi uerba dixit, Adhuc tres Reges stabunt in Perside, & quartus ditabitur opibus nimijs super omnes. Et reliqua. Horum ergo trium Regum, secundum Hebræos primus Cyrus fuit, qui & Darius, & Artaxerses dictus est, ut dicitur in libro ראש חשנה Ros hassana, id est capitis anni in capite, quod incipit, ארבעה ראשי חשנה הן Id est, Quatuor capita anni sunt. Vbi sic ad uerbū legitur, Cyrus ipse est Artaxerses, ipse est & Darius. Cyrus autem dictus est, quia Rex rectus fuit. Artaxerses uero appellatus est, propter eius Regnū. Et quod erat nomē eius, propriū scilicet? Darius erat nomē eius. Secundus uero horum Regum fuit Assuerus maritus Ester. Qui etiam & Artaxerses & Chambises nuncupatus est. Tertius autem Darius extitit. Qui Artaxerses etiam dictus est, quemadmodum plures alij Persarum Reges Artaxarses sunt appellati. Iudæi ergo idcirco Cyrum non nisi tribus annis regnasse aiunt, quia pluribus ipsum regnasse in Danielis libro non inuenerunt. Quare piscatori persimiles censendi sunt, qui in mari tribus piscibus hamo captis, plures in mari pisces non esse asserebat, atq; contendebat, eo quòd plures ibi ipse inuenire nesciuerit. Concedant igitur Cyrum triginta regnasse annos, & si omnes in textu scripturæ nō habeantur, sicuti Assuerum eius filium quatuordecim regnasse affirmant, quanquam duodecim tantum ex eis in textu comperiant. CAP. Optime quidem demonstrasti, Iudæos septuaginta harum hebdomadarum numerum male inchoasse, peius deduxisse, ac pessime consumasse. Perparum tamen (mihi parce) te fecisse dixerim, nisi numerū ipsum & bene incipere, & melius prosequi, & optime finire, per eorū scripturas docueris. GAL. Necessariū igitur est 70. harū hebdomadarū Danielis numerū, absq; Iudęorū calūnia & remorsu bene inchoare cupiēti, diligētius attēdere, quid ipsius Danielis auribus ex ore Gabrielis angeli uerbū dei pſonuerit, dū dixit, Scito aūt & aīaduerte, ab egressu

Cyrus, Artaxerses dictus & Darius.

Assuerus, Artaxerses dictus & Chambises.

egreſſu uerbi ad redeundum,uel de reditu,& ad ædificandam uel de
ædificanda Ieruſalem,uſq; ad Meſsiam Principem,uel coram factum,
hebdomadæ ſeptem & hebdomadæ ſexaginta & duæ. Vbi ualde no-
tandum eſt,quàm uigilanter Gabriel Danielem hortetur,ſcire atq; ani-
maduertere tempus egreſsionis uerbi de reditu populi Dei ex Babylo-
nica captiuitate,ab eoq; tempore earundem hebdomadarũ numerum
incipere. Nuſquam autem huius uerbi egreſſus inuenitur expreſsius,
immo nuſquam tam euidenter reperiri poterit,quàm apud Ieremiam
29.c. ſic dicentem, כי כה אמר יהוה כי לפי מלאת לבבל שבעים שנה אפקד
אתכם והקימותי עליכם את דברי הטוב להשיב אתכם אל המקום הזה Id eſt,
Sic dicit Deus,Cum fuerint completi in Babylonia 70.anni, uiſitabo
uos,& ſtatuam,uel erigam ſuper uos uerbum meum bonum,& reuoca-
ti faciam uos ad locum iſtum. Et rurſus poſt pauca, וקבצתי אתכם מכל
הגוים ומכל המקומות אשר הדחתי אתכם שם נאם יהוה והשבותי אתכם אל
המקום אשר הגליתי Id eſt,Et cõgregabo uos de uniuerſis gentibus,&
de cunctis locis,ad quę expuli uos,dicit Deus.Et reuerti faciam uos ad
locum,à quo uos trãſmigrare feci.Et tandẽ poſt multa ſic 30.ca. inquit,
כה אמר יהוה הנני שב שבות אהלי יעקוב ומשכנותיו ארחם ונבנתה עיר על תלה
וארמון על משפטו ישב Hoc eſt,Sic dicit Deus,Ecce ego conuertam re-
quietionem tabernaculorum Iacob,& habitaculorũ ipſius miſerebor.
Et ædificabitur ciuitas ſuper excelſo uel aggere ſuo,& templum iuxta
iudicium ſuum ſedebit.Siquis aduerterit prioris harum autoritatũ ſen-
nem,atq; ſecundæ,totamq; tertiæ continentiam,atq; Gabrielis uerba
paulò ſuperius dicta,iſtaq; cum illis contulerit,negare minime poterit
egreſſum uerbi ex ore Ieremiæ de populi reuerſione,deq; Ieruſalem &
templi reædificatione ibi fuiſſe.A quo quidem uerbi egreſſu 70. hare
hebdomadarum numerum inchoandum fuiſſe oſtendit. Quod ſiquis
negare uellet,non ſatis uideo quomodo poſsit ſui eſſe defenſor,quin
ſit uel mentis inops, uel mentis inopis impudens imitator. Qui uero
ſcire uoluerit,quónam tempore hoc uerbum fuerit ex ore Ieremiæ
greſſum 28.libri eiuſdem prophetæ caput legat. Quod ita incipit,
בראשית ממלכת צדקיה מלך יהודה בשנה הרביעית בחדש החמישי
Hoc eſt,Et factum eſt in anno illo in principio Regni Sedechiæ Regis
Iudæ in anno 4.in menſe 5.Cumq; alium nullum annorum numerum
propinquiorem cẽq; iſtum ſupradictis inuenire poſſit,perſpicue ſibi pa-
tebit,in quarto regis Sedechiæ anno,uerbũ hoc de populi reditu, de
Ieruſalẽ & tẽpli reædificatione,ex ore Ieremię fuiſſe egreſſum. Quartus
aũt Sedechiæ annus fuit 12.Nabuchdonoſor.Sedechias qppe 11.regna-
uit annis,ut habetur 4.Reg.24.& Ierem.52.Cum capta atq; combuſta
fuit urbs Ieroſolyma,& templũ,anno ſcilicet Nabuchdonoſor (ut pu-
tet eiſdẽ locis) 19. Si ergo Talmudiſticã traditionẽ ſequamur, quę in
מגילה Meghila,cap.1.ex ſacræ ſcripturæ uerbis colligit,Nabuchdo-
noſor

for annis regnasse 45. cuius anno 29. ac mense 5. (ut dictum est) templum dirutũ fuit, habebimus sane, Nabuchdonosor ipsum ab eo tempore quo uerbum de populi regressu, & Ierusalem ac templi reædificatione ab ore Ieremiæ egressum est triginta quatuor regnasse annis. Quorum & si unus imperfectus sit, cum tamen maiorem anni partem habuerit, pro integro computatur. Deinde uero prædictam traditionem diligentius prosequentes, his 34. annis ipsius Nabuchdonosor 23. addamus, quibus Euilmerodach filius eius regnauit. Et 57. habebimus annos. Quibus si tres ipsius Balthasar filij Euilmerodach iungantur, 60. habentur anni. His quoq; si duo anni Darij, & 30. quibus Cyrus nepos eius regnauit, accedant, anni erunt 92. Porrò si istis & anni 14. Assueri, & sex Darij, sub quo templi structura consummata est, adiungantur: clarum est quòd ab egressu uerbi sæpius dicti, usq; ad templi secundi completionem, secundum Iudæorum scripturas, 112. fluxerunt anni. Quibus si addantur anni 420. quibus templum secundum constitisse indubitanter ab eis asseritur, habebuntur ab egressu uerbi ex ore Ieremiæ de populi reditu & de Ierusalem templiq; reædificatione, usq; ad eiusdem urbis templiq; excidium anni 532. De quibus si 42. qui post Christum passum præterierũt, subtraxeris anni 490. remanebunt, qui 70. Danielis hebdomadas perficiunt. Quæ cum ita sint, satis ut arbitror abunde per Iudæorum scripturas patuit, has 70. Danielis hebdomadas in domino nostro Iesu Christo præcise completas fuisse. Quod longe clarius in sequentibus patebit.

Quòd secundum nostras quoq; historias tam Græcas quàm Latinas, præfixum Messiæ tempus in 70. his hebdomadibus contentum, præcise in Christi morte consummatum sit. Caput XVI.

CAPNIO,

Gaudeor quidem quòd Talmudistarum sequentes computum, per eorum scripturas contra recentiores Iudæorum, propositum nostrum concludimus, quòd scilicet harum hebdomadarum tempus in Christi morte (ut iam probasti) completum fuerit. Sed minime tamen (ut arbitror) hoc assequi ualebimus, si nostras historias tam Græcas, quàm Latinas in harum hebdomadûm supputatione sequi uoluerimus. Sumus enim nos & illi, circa Medorum & Persarum Græcorumq; atque Romanorum historias, admodum diuersi. Quare non parum te feciſſe existimabo, si per nostras quoq; historias, præfixum Messiæ temptus in 70. his hebdomadibus contentũ, in Christi passione consummatum fuisse, ostenderis. GAL. Sumus profectò nos & Talmudistæ in annorum computatione (ut ais) longe diuersi. Nam à quarto Sedechiæ anno, usq; ad Christum passum, secundũ eorum

rum quidem historias anni 486. ac menses sex (ut ostendimus) fluxerunt. Qui hebdomadas 69. cum dimidia perficiũt. Secundum nostras uerò tam Græcas quàm Latinas, anni 125. plures decurrerunt. Itẽ iuxta eorum computationes templum secundum ab eo tempore quo perfectum fuit, usq; ad sui ruinam, annis 420. permansisse reperitur. Iuxta nostras autem temporum supputationes, templum illud annos circiter 559. perdurauit. Quapropter qui uolunt Iudæos per eorum scripturas conuincere, ab eo tempore quo uerbum Dei, regressum populi pollicentis, ex ore Ieremiæ egressum est, à quarto scilicet anno Sedechiæ, harum hebdomadarum computationem inchoare debent. Vt in præmissis latissimæ ostendimus. Qui uero per nostras quoq; historias ueritatem hanc nancisci cupiunt ab alio eos tempore computationem hanc incipere oportet. Quod facilius facere poterunt, si uerba ipsa angeli diligentius discusserint, cum ait, Ab egressu uerbi, ut iterum ædificetur Ierusalem, usq; ad Messiam Ducem. Quasi dicere uellet, Eo quidem tempore erit harum hebdomadûm inceptio, quo uerbum de urbe Ierusalẽ iterum ædificanda egredietur, & usq; ad Messiã peruenient. Cum igitur in his uerbis de urbis Ierusalẽ reędificatione mentio fiat, ab eo prorsus tempore 70. istæ hebdomadæ inchoari debent, quo uerbũ de urbe Ierusalem iterum ædificanda egressum est. Quod anno 20. Regni Artaxerxis Longimani Persarum Regis, qui facultatem & libertatem reędificandæ Ierusalẽ Iudæis dedit, factum fuisse constat. Sic enim 2. cap. libri Nehumię ad uerbum legitur, Factum est in mense, ניסן Nisan, id est Martio anno 20. Artaxerxis Regis. Et uinum erat ante eum, & ego scilicet Nehumias leuaui manum, & dedi Regi. Eram autem quasi languidus ante faciem eius, dixitq; mihi Rex, Quare uultus tuus tristis est, cum te ægrotum non uideam? Non est hoc frustra, sed malũ nescio, quod in corde tuo est. Et timui ualde, ac nimis, dixiq; Regi, Rex in ęternum uiue. Quare non mœreat uultus meus, cum ciuitas domus sepulchrorum patris mei deserta sit, portæq; eius combustę igni? Et dixit mihi Rex, Pro qua re postulas? Et oraui Dominum cœli, & dixi ad Regem. Si uidetur Regi bonum, & placet seruus tuus in cõspectu tuo, obsecro ut mittas me in Iudæam, ad ciuitatem sepulchri patris mei, & ędificabo eam. Dixeruntq; mihi Rex, & Regina, quæ iuxta eum sedebat, Vsq; ad quod tempus erit iter tuum? Et quando reuerteris? Et placui ante faciem Regis, & misit me. Hæc ibi. Et tunc primum data fuit Iudęis libertas & facultas ędificandę iterum urbis Ierusalem. Nam & si prius à Cyro & redeundi à captiuitate, & construendi templi libertatem accepissent, adhuc tamen neq; facultatem condendę denuo Vrbis prędictæ acceperant, neq; templum quod Zorobabele Principe erigere cœperant, perficere potuerũt. Ex quo manifeste patet, quòd iuxta angeli instructionem à 20. anno Artaxerxis Lõgimani, à quo primum exijt

exiſt uerbum, ut Ieruſalem iterum ædificaretur, harum hebdomadûm connumeratio inchoare debuit. Quod autem hebdomades iſtæ uſq; ad Chriſtum paſſum peruenerint, ex Græcarum Latinarumq; hiſtoriarum concordantia atque connexu, facile uideri poteſt. CAP. Hoc eſt quod te maxime facere uelim. GAL. Artaxerſes itaque iſte poſtquàm ad reædificandam Ieruſalem miſit Nehumiam, regnauit adhuc annis uiginti. Poſt quem Xerſes ſecundus menſibus duobus. Deinde Sogdianus menſibus ſeptem. Deinde Darius ſecundus, qui dictus eſt nothus, id eſt ſpurius, annis 29. Deinde Artaxerſes Mnemon, qui & Aſſuerus & Arphaxat appellatus eſt, annis quadraginta. Poſtea Artaxerſes Ochus, eius ex Eſter Hebræa filius, annis 27. Poſt quẽ Arſanus eius filius annis quatuor Darius demum tertius, Arſani filius, in quo defecit Perſarum Regnum, annis 6. & ſic ab egreſſu uerbi, ut iterum ædificaretur Ieruſalem hucuſq;, Perſarum Regum tempora cõnumerando, habentur anni 126. minus tribus menſibus. Poſt Dariĳ uero mortem Alexander Macedo cognomento magnus in regno Græcorum ſex regnauit annis. Poſt quem Ptolomæus Lagi filius annis quadraginta. Deinde Ptolomæus Philadelphus annis triginta octo. Deinde Ptolomæus Euergetes primus annis uigintiquinq;. Deinde Ptolomęus Philopator annis ſedecim. Deinde Ptolemæus Epiphanes annis uigintiquatuor. Deinde Ptolomæus Philometor annis trigintaquinque. Deinde Ptolomęus Euergetes ſecundus annis uigintinouem. Deinde Ptolomæus Phyſcon annis decem & ſeptem. Deinde Ptolomæus Alexander annis decem. Deinde Ptolomæus Soter annis octo. Deinde Ptolomæus Dionyſius annis triginta. Denique Cleopatra in qua Grę corum Regnum finem accepit, annis uigintiduobus. A morte igitur Dariĳ tertiĳ hactenus trecenti colligũtur anni minus uno, quibus Græcorum Regnum perduraſſe conſtat. Octauianus uero Auguſtus poſt mortem Cleopatræ in Romanorum Regno annis imperauit quadragintatribus. Cui Tyberius ſucceſſit. Cuius anno decimo octauo paſſus eſt Chriſtus. Ab obitu ergo Cleopatræ uſq; ad Chriſtũ paſſum habentur anni ſexaginta unus. Quibus ſi addantur anni quos Perſarum Græcorumq; Regum tempora ſupputando, collegimus, habebuntur ab egreſſu uerbi, ut iterum ædificaretur Ieruſalem, ideſt à uigeſimo Artaxerſis Longimani anno uſq; ad Chriſtum paſſum, anni quadringenti octuaginta ſeptem, minus tribus menſibus, qui ſeptuaginta complent hebdomadas minus tribus annis tribusq; menſibus. Si quidem in dimidio ultimæ hebdomadis Meſſias occidendus erat. Ex quibus profecto palàm oſtenſum eſt, determinatum Meſſiæ tempus ab angelo Danieli retectum, in Domino noſtro Ieſu Chriſto præciſe impletum fuiſſe.

Contra obſtinatam R. Selomonis, & R. Leui, aliorumq; iuniorum temeritatem & inſaniam, impudentiſſime Danielis uerba peruertere conantium. Caput XVII.

CAPNIO,

QVanquam ob ea quæ dicta ſunt, Iudæi recentiores ſcripturis ſuis quaſi armis propriis deuicti, negare haudquaquam ualeant, Meſſiam iam ueniſſe, ipſumq; Dominum noſtrum Ieſum fuiſſe. Tanta tamen calumniandi atque contradicendi cupiditate obcæcantur, ut minime animaduertant, quàm abſurda, quàm impoſſibilia, quamq; diuinæ ſcripturæ diſſentanea ſint, quæ contra hanc Danielis prophetiam diuerſimode garriunt, pro uiribus oſtẽdere conantes, ea quæ Gabriel de Meſſia Danieli dixerit, non de uero Meſsia in lege & prophetis promiſſo, ſed de alio aliquo intelligi debere. Nam aliquidem Meſſiam primo in Gabrielis eloquio expreſſum, cum dicitur uſq; ad Meſſiam ducem, Cyrum fuiſſe aiunt. De quibus eſt Rabbi Selomo in expoſitione, quam ſuper Danielem ædidit. Alij uero Meſſiam ipſum Nehumiam extitiſſe dicunt. De quibus eſt R. Abraham Auen Ezra, ut eius expoſitio ſuper Danielem oſtendit. Alij autem Meſſiam ipſum Iehoſuam Sacerdotem magnum fuiſſe, aſſerunt. De quibus eſt Rabbi Leui, ut eius ſcripta ſuper Danielem indicant. Alij inſuper Meſſiam ipſum Zorobabelem fuiſſe affirmant. Quorum opinionem multi hodie ſectantur. Alij rurſus Meſſiam ſecundo ibi poſitum, ubi ſcriptum eſt, Et poſt hebdomadas ſexaginta & duas, occidetur Meſsias, ipſum Meſsiam Agrippam fuiſſe exponunt. Quos Rabbi Selomo etiam ſecutus eſt. Vt igitur magis eorum appareat inſania, uelim ſingulorum deliramenta reſponſione ueridica confutares. GAL. Recte eos in hoc, uti & in cæteris inſanire exiſtimas. Quid enim aliud in contradicendo tam euidenti Gabrielis teſtimonio, tam abſurda eorum diuerſitas oſtendit, quàm triſte illud Moſis pręſagium eis eueniſſe. Deut. 15. cap. de eis prophetatum, יכה יהוה בשגעון ובעורון ובתמיהון לבב והיית Hoc eſt, ממשש בצהרים באשר ימשש העור באפלה ולא תצליח את דרכיך Percutiet te Deus inſania, & cęcitate, ac ſtupore cordis. Et eris palpans in meridie, quemadmodum palpat cæcus in obſcuritate. Et non dirigęs uias tuas. Vbi igitur ab angelo Danieli dictum eſt, Vſq; ad Meſſiam Ducem, hebdomadę 7. & hebdomadę 62. Quicunq; ibi per Meſsiam alium quàm uerum Meſsiam in lege & prophetis promiſſum, eſſe aſſeuerant, ipſos & inſania & alias maledictiones paulo ante dictas incurriſſe, manifeſtum eſt. Cum nullus unquam in ſacra ſcriptura inueniatur Meſsias appellatus, qui uel ſacro illo corporali oleo, quo Reges & ſacerdotes ungebantur, uel ſpiritali, id eſt ſpiritus ſancti gratia (quod ſanctus Dauid Pſal. 45. oleum lętitiæ uocat) unctus non fuerit. Corpo-

Varius Iudæorum error circa Meßiæ acceptionem.

Confutatio.

rali autem oleo supradicto, neq; Cyrus, neq; Nehumias, neq; Iehosuas ipse Pontifex, neq; Zorobabel, neq; Agrippa, neq; alius illius temporis quisquam unctus dici potuit. Cum oleum illud in ultimo templo nunquam fuerit. Quod optime in libro Sanhedrin Ierosolymitano probatur, dum in capite אלו חן הגולים Ellu hen haggolim, id est, Isti sunt captiui. Ita ait Rabbi Semuel, Quinque res defuerunt in ultimo templo, quæ in primo fuerunt. Et unde probatur? Ex eo quod dictum est Haggæi primo capite, עלו החר והבאתם עץ ובנו הבית וארצה בו ואכבר Id est, Ascendite in montem, & afferte lignum, & ædificate domum, & contentabor in ea, & honorabor. Hic enim ueeccabda diminute scriptum est, absq; litera ה he, quæ quinq; significat, ad designandum quinque res in quibus sanctuarium ultimum fuit à primo diminutum, uidelicet ignem, arcam, אורים ותומים urim uethumim, id est lumina & simplicitates, hoc est rationale iudicij, oleum unctionis, & spiritum sanctum. Idem quoque in Midras Sir hassirim, id est in expositione Cantici canticorum aperte ostenditur, super illud 8 cap. dictum, אחות לנו קטנה ושדים אין לה Hoc est, Soror nobis parua, & ubera non sunt ei. Ibi enim sic dicitur, Soror nobis. Isti fuerunt de captiuitate ascendentes. Parua quia pauperes in exercitibus fuerunt. Et ubera non sunt ei. Hæc sunt quinq; res, in quibus ultima domus sancta à prima est diminuta, uidelicet ignis, arca, אורים ותומים urim uethumim, id est lumina & simplicitates, in quibus futura uidebãtur, oleum unctionis, & spiritus sanctus. Ex horum itaq; duorum testium ore, palam liquet, sacræ unctionis oleum tam corporale quàm spiritale in templo nouissimo defuisse, cum neq; spiritum sanctum, neq; oleum unctionis in eo tunc temporis fuisse dicant. Ex quo concluditur, neq; Cyrum, neq; Nehumiam, neq; Iehosuam Sacerdotem magnum, neq; Zorobabelem, neq; Agrippam, neq; alium quempiam illius temporis, præter Iesum Nazarenum, qui ut ait psalmographus, oleo lætitiæ unctus fuit, secundũ ueritatem Messiam dici potuisse. Cum Messiam oleo unctionis, aut corporali, aut spiritali, aut utroq; simul, unctum esse oporteat.

CAP. Hic Iudæi nobis possent obijcere, neutro oleo inunctos nõnun quam in sacris literis Messias uocatos fuisse. Dicitur enim Psalmo 105. אל תגעו במשיחי Id est, Nolite tangere Messias meos. Cyrum quoq; ipsum ab Isaia Messiam appellatum legimus, cum 45. cap. ait, כה אמר יהוה למשיחו לכורש אשר החזקתי בימינו Hoc est, Sic dicit Deus Messiæ suo Cyro, quem fortificaui in dextera sua. GAL. Veteres Talmudistæ eis respondeant, ipsosq; in hoc sicut & in cæteris falsidicos esse, ostendant. Nam Midras tillim, id est expositio Psalmorum super dictum illud, Nolite tangere Messias meos, dicit Messias eo in loco patres priscos intelligi. Abraham scilicet, Ishac & Iacob, quos spiritali oleo hoc est prophetiæ spiritu unctos fuisse, nemo it inficias. Cum ue-

Iudæorum iuniorũ obiectio.

Confutatio.

ro Isaias dixit, Sic dicit Deus Messiæ suo Cyro, quem fortificaui in dextera sua (ut arbitror) catholicæ asseuerandum existimo, Deum ibi nõ Cyro quidem Persarum Regi, sed uero Messiæ fuisse locutũ, prout in Talmud dicitur, eo in libro qui מגילה Meghila nuncupatur. Vbi sic ad uerbum legitur, Quid est quod scriptum est apud Isaiam, Sic dicit Deus Messiæ suo Cyro. Nunquid Cyrus Messias est? Nõ, sed Deus sanctus & benedictus dixit Messiæ. Oppono ego te Cyro, quem fortificaui in dextera sua. Et reliqua, quæ in eodem capite Isaiæ sequuntur. Rabbi quoque Selomo hunc Isaiæ locum exponens, ita ait, Dixerunt magistri nostri, quòd Regi Messiæ dixit Deus sanctus & benedictus, קובל kobel, id est oppono ego te contra Cyrum, sicut dicitur in libro מגילה Meghilla. Rabbi etiam Abrahã in expositione Danielis, super illud, Confirmabit autem pactum multis hebdomada una, sic dicit, Opinio eius qui dixit, Cyrum esse Messiam Domini, non est congrua. Ex his igitur clarum est, secundum ueteres Iudæorum, Cyrum in Isaia Messiam non esse uocatum. Quare quicunque ex Iudæis contrarium dicit, tanquam insanus in eorum autoritatem proteruit, quos ueridicos esse contendit. CAP. Et si omnes fere Iudæorum iuniores hanc Danielis prophetiam diuersimode deprauare conãtur, ut in libro qui apud eos עבורת זרה Hauoda zara, id est seruitus aliena, & in libro qui סדר עולם Seder holam, id est ordo mundi appellatur, liquido apparet. Quia tamen Rabbi Selomonis prauitas hoc in loco super cæterorum sententias penitus fundatur. Ideo ad maiorem clarioreḿꝙ ueritatis expressionem, uellem ipsius Rabbi Selomonis expositionem præ cæteris peruersam fideliter referres, ipsaḿꝙ ueraciter improbares, ut uno deuicto, cæteri omnes pariter deuincantur. GAL. Sic igitur ipse hanc ipsam Danielis uisionem siue prophetiam exponens, peruertere nitetur. Et ecce inquiens uir Gabriel cito uolans tetigit me, & docuit me, dixit́ꝙ, Daniel ab exordio precum tuarum egressum est Dei uerbum ad me, ut uenirem ad indicandum tibi ipsum. Tu autem animaduerte uerbum, & intellige uisionem. Nam septuaginta hebdomadas esse præcisum est, id est constitutum est, super Ierusalem à primi templi ruina, quæ Sedechiæ tempore fuit, usque ad destructionem secundam per Titum faciendam. Quæ quidem erit, & ut in ea captiuitate Iudæorum prænaricatio consumetur, & persecutionibus mediantibus, eorum peccatum ita finem accipiat, ut mundati ab iniquitatibus, mereantur, ut adducam eis iustitiam sempiternam, & inungatur sanctuarium sanctuariorum, id est altaria, & arca, aliaq́ꝙ sanctuarij uasa. Quę omnia per Regis Messiæ manus ipsis fient. Dicit præterea has septuaginta hebdomadas quadringentorum & nonaginta annorum tempus continere. Quod à Babylonica transmigratione computare incipit, atque in secundi templi destructione terminari dicit. Deinde suam peruersi-

R. Selomonis falsa expositio

mam expositionē exequens ait, Scito ergo & animaduerte, ab egressu uerbi. Quasi diceret Danieli angelus, Quod per uirtutem uerbi quod ab exordio precum eius à Deo egressum fuerat, ut illud ei nunciaret, id quod per dictum uerbum importatur, ipse scire & animaduertere poterat. Nam tempus quo à sui destructione Ierusalem iterum ædificabitur, usq; ad Messiam Ducem, hoc est usq; ad Cyrum Persarum regem, qui Messias Isaiæ 45. capite dictus est, hebdomadæ septem annorum erunt, Quæ quidem septem annorum hebdomadæ, numerum 49. annorum faciunt. Veruntamen tres anni supersunt, quos angelus non enumerauit, quia non nisi de hebdomadis completis mentionem fecit. Et sic annos duos & quinquaginta habemus. Et deinde hebdomadæ 62. quibus platea, id est ciuitas & fossatum rursus ædificabuntur, quæ tantum temporis permanebunt. In quibus 70. hebdomadarum numerus reperitur. Sed hæc ciuitatis & fossati, id est muri duratio in angustia temporum erit. Quia aut à Persis, aut à Græcis, aut à Romanis, aut ab aliis gentibus Iudęi continue uexabuntur. Et post hebdomadas 62. occidetur Messias, id est Agrippa, qui in Vespasiani bello & templi excidio, Iudæorum rex erit. Et non illi, hoc est, ipse Agrippa amplius non erit, per mortem enim de medio tolletur. Fuit autem hic Agrippa Messię nomine appellatus, quia idem quod princeps seu magnus, per hanc dictionem Messias denotatur. Et ciuitatē scilicet Ierusalem & sanctuarium dissipabit populus Ducis uenturi, id est, Titi Vespasiani filij, & finis eius in impetu uel raptu, populi scilicet Romani. Et usque ad finem belli Gog magog hę desolationes perdurabunt. Et confirmabit pactū multis hebdomada una, Titus scilicet Vespasiani filius ad pactum & inducias cum Principibus Iudæorum ueniet. Quas ob res infra illud septem annorum tempus, eis pacti spem dabit, & tamen in medio hebdomadis pactum suum irritum faciet, adeo quòd ciuitatem & templū dissipādo, decollationem & oblationem sacrificiorum deficere faciet. Et ultra hoc desolans iste loco sanctuarij abominationem, id est statuā idoli in templo ponet, & usq; ad consumationem & constitutionē ipsius desolantis, per Messiæ manus faciendam, perseuerabit desolatio. Tempus enim idoli desolationis & illi seruientium tunc erit. Hæc sunt quæ perfidus ille R. Selomo super hanc Danielis uisionem seu prophetiam dicit, Quę quantum ueritati consentanea sint, per ea quę eius peruersitatem refellendo, dicturus sum, facile unusquisq; iudicare poterit. Multa enim dicit, quæ ut uidebitur, ipsius angeli dictis manifeste repugnant. Error autem quem in annorum computatione committit, per ea quæ paulo superius diximus, improbatur. Nunc eos duntaxat errores qui ipsius propheticæ uisionis partes tangunt, satis sit confutare. Quorum primus quidem est, Quod ea omnia quę in prima angeli propositione continentur, preuaricationis scilicet consumatio, peccati deletio, iustitiæ sempiternæ adductio, & reliqua, post septuaginta illas

Expositionis confutatio.

R. Selomonis errores.

hebdomadas uerificanda fuisse affirmat, post scilicet templi excidium. Quod est manifeste falsum. Nam cum textus his omnibus septuaginta hebdomadarum tempus constituat, ea omnia infra septuaginta annorum hebdomadas necessario adimplenda erant. Dicit enim hebdomades septuaginta præcisum, id est prædestinatum fuisse, fore scilicet ad consumandam præuaricationem. Et postea hebdomadibus illis iuxta opera quæ in eis futura erant diuisis, tandem ad hebdomadā ultimam deueniens ait, Et post hebdomades septuaginta & duas, occidet Messias, cum cæteris, quæ sequuntur. Non obstante, quòd maledictus iste Rabbi ad sui propositi accommodationē, dictiones multas textui addere, coactus fuerit. Secūdus error est, cum ait dictum illud angeli, Ad consumandam præuaricationem, & ad finiendum peccatum, sic intelligendum esse. Quod in ea captiuitate in qua sunt, Iudæorum præuaricatio consumanda sit, peccatumq; eorū persecutionibus mediantibus, finem habiturum. Ab eo igitur quæro, de qua præuaricatione, de quo ue peccato intelligat? Nam si de ijs præuaricationibus & peccatis sentelligere dicat, quæ Iudæi tempore primi templi commiserunt. Nihil profecto dicit, cum eorum pœnas Iudæi secundi templi portare non debuerint. Quia iuxta ueterum Talmudistarū sententiam, filij patrum iniquitates ferre non debent, nisi cum patrum uitam sequuntur. Siue ro de peccatis quæ Iudæi tempore secundi templi admiserunt, se intelligere ait, Certe sic dicendo, Deum iniustum esse asserit. Cum peccata illa grauissima & importabilia, quæ ab Iudæis tēpore primi templi cōmissa fuerunt, puta idololatriam, tot prophetarum cædes, totq; nefanda scelera, sola septuaginta annorū captiuitate Babylonica deleuerit, qua in captiuitate & multa eis beneficia contulit, prophetas scilicet miracula, aliasq; dignitates. Et peccata tempore secundi templi cōmissa, quę respectu illorum leuia erant, tam diuturna captiuitate, totq; calamitatibus adhuc non deleuerit, nec aliquod beneficiorū, quę in Babylonica captiuitate eis concesserat, in hac unquā concesserit. Quapropter necessario cōcludendum est, de alia præuaricatione, de alioq; peccato, quàm de ijs quæ R. perfidus iste dixerit, angelum Danieli locutū fuisse. Tertius error est, cum arcam, aliaq; sanctuarij uasa per sanctuariū sanctuariorū, uel per sanctū sanctorū intelligi debere, affirmat. Quod expresse est contra sacrę scripturę sententiam. Quę apud Ieremiā dum de Iudęorū redemptione loquit, ita ca. 3. ait, בימים ההם נאם יהוה לא יאמרו עוד ארון ברית יהוה ולא יעלה על לב ולא יזכרו בו ולא יפקדו ולא יעשה עוד i. in diebus illis ait Deus, nō dicēt ultra, arca testamēti Dei, neq; ascēdet sup cor, neq; illius recordabunt, neq; uisitabit, neq; fiet ultra. Quia, ut alio in loco dicemus, omnes ueteris testamenti cerimoniæ post Messiæ passionē, omnino cessaturæ erāt. Ex quo liquido patet, q; particula illa sanctuariū sanctuariorū, siue sanctus sanctorū, neq; de arca, neq; de alijs sanctuarij uasis, intelligi potest. Quartus error est, dum super particu-

lam

lam illam, Scito ergo, & animaduerte, ab egressu uerbi. Vult quòd hęc præpositio, מן min, id est ab, pro Per prępositione ponat. Non enim uult ipsum terminum à quo significare. Cuius oppositum per ipsius angeli uerba aperte uidemus, qui terminum etiam ad quem subsequenter posuit, cum usque ad Messiam Ducem, subiecit. Quintus error est, cum per hunc Messiam Ducem Cyrum Regem Persarum intelligendum esse, dixit. Quod quidem falsum esse ratione multiplici manifestum est. Primo quidem, quia cum angelus usq; ad Messiam נגיד Naghid, id est principalem, dixit, & Cyrum, & omnem alium præter principalem Messiam, excluſit. Secundo uero, quia non septem tantũ hebdomadas usq; ad Messiam principalem futuras dixit, sed septem & sexaginta duas. Tertio autem, quia iuxta eorum etiam supputationem, hebdomadas illas septem, annos quadraginta nouem continentes, nõ usq; ad Cyrum, sed usq; ad Balthasar completas fuisse constat, ut suprà per Talmudisticam traditionem ostẽsum est, secundum quam dictum est, quòd post primi templi euersionem, unde ipsi hebdomadas istas numerare incipiunt, Nabuchdonosor uiginti septem regnauerit annis. Euilmerodach uero eius filius uiginti tres. Qui omnes quinquaginta sunt. Ex quo patet quòd antequam Balthasar regnare cœpisset, ipsę septem annorum hebdomadæ completæ fuerant. Deinde Balthasar ipse annis regnauit tribus. Post quem Darius duobus. Deinde Cyrus ipse regnare cœpit. Quare perspicuum est, secundum Talmudistarum cõputationem, angelum haudquaq; de Cyro locutum fuisse, cum usq; ad Messiam Ducem dixit. Sextus error est, cum Messiã hunc occidendum Agrippã fuisse dicit, quem in secundi templi excidio per Romanos interfectũ fuisse, asserit. Cuius contrariũ in lib. de bello Iudaico Iosephus refert. Cum ait Agrippã ipsum se Romã contulisse, & bello illo durante, cũ Romanis fœdus pepigisse. Septimus deniq; error est, cũ dicit particulã illã, Cõfirmabit aũt pactũ multis hebdomada una, & dimidiũ hebdomadæ deficere faciet decollationẽ & oblationẽ sacrificiorũ, de Tito Vespasiani filio intelligendã esse. Quia scilicet Titus ipse fœdus cũ Iudęorũ Principibus percussum, in dimidio ipsius hebdomadę soluere atq; delere debebat. Quod ueritati omnino repugnat. Nã ut Iosephus eodẽ in libro inquit, Titus ipse ad urbis Ierosolymæ ac tẽpli excidiũ non libens, sed inuitus accedebat. Quã ob rem pluries nunc per se, nunc per alios, Iudæis persuadere nitebatur, ne uellent loci illius destructionis causa esse. CAP. Optime mi Galatine Rabbi Salomonis peruersam expositionem, cui cæteri Iudæorum recentiores maxime adhærent, per antiquorum suorum scripturas refellendo, eius errores detexisti. Sed quia Rabbi quoque Leui expositio non minoris apud eos est autoritatis. Eam ob rem ut magis adhuc ipsorum perfida cæcitas omnibus pateat, hanc etiam te confutare opus est.

GAL. Et hoc mi Capnio libenter faciam. Sed quo melius fiat,

R. Leui falsa expositio.

prius eius uerba referam, quæ hęc ipsa sunt. Hebdomadas (inquit) 70 præcisum esse, id est constitutũ est fore super populũ tuum. Et reliqua. Imaginabile autem est, quòd ideo hæc angelus Danieli dixerit, quia co gitabat ipse Daniel, ad hoc sua oratione preces suas accommodare. V reuersio illa Israel talis esset, quòd templum nunquã amplius destrue retur. Putabat enim idcirco posse id licite fieri, quòd eorũ peccata pu nitionibus iam habitis deleta essent. Angelus autem nõ secundum co gitationem eius rem processurã fuisse, ei notificauit. Non enim templũ illud permanere debebat, nisi hebdomadibus 70. à primi tẽpli destru ctione incipientibus, quæ sunt anni 490. Vel forte in hoc angelus signi ficare uoluit, quòd nõ propterea ad tempus longum sua oratione Da niel se extenderat, Vt sciret, quòd secundi templi structura ultra consti tutum 70. hebdomadarũ tempus excedere non deberet, eo ꝙ sic apud Deum ordinatũ esset, sed ut hac diuturna captiuitate peccatum Israel nem acciperet, in tantũ ꝙ iustitiã sempiternã quæ per quintũ Regnũ Daniele Nabuchdonosori interpretata fuit, recipere merent, quę qui dem iustitia sempiterna ipse Messias est, per cuius aduentũ uisio & pro phetia omnis implebitur. Et ad ungendũ sanctuariũ sanctuariorũ. Tu enim sancta oleo quod abscõditũ in tẽplo secũdo fuit, inunget. Fuitaũ id à Deo factũ propter breuẽ secundi tẽpli durationẽ. Scito ergo & a nimaduerte, ab egressu uerbi, quod ut Israel reuerteretur, & Ierusalẽ & templum iterum ædificaretur, egressum est, usq; ad Messiam Ducem, id est usq; ad tẽpus quo Messias, qui est dux hoc est sacerdos magnus, cũ eis erit, quod quidẽ erit post completũ ædificiũ, hebdomadæ septẽ erũt. Hi enim sunt anni qui à tẽpli primi destructione fluxerũt. Vbi de annis qui his supersunt, angelus nõ curauit, quia hoc Danieli notũ fac re nõ oportebat, cũ id totũ illi iã notũ esset. Hic aũt sacerdos magnus Iehosuas Sedechiæ filius fuit. Et hebdomadæ 62. Et reliqua. i. hebdoma dis 62. Ierusalẽ in sua structura cũ platea & muro à principio ędificij per seuerabit. Sed hoc in angustia temporũ. Nã Iudæi à pluribus uexabun tur. Et post hebdomadas 62. occidet Messias, hoc est truncabitur, qui magni sacerdotis officio finis dabit. Et ciuitatẽ & sanctuariũ dissipabit populus Ducis uenturi. i. Titi filij Vespasiani. Dixit aũt populus Du cis, quia Titus, ut narrant historiæ, destructioni ciuitatis & sanctuarij nõ assentiebat. Et finis eius in impetu, uel raptu eius scilicet ciuitatis. Et usq; ad finẽ belli desolationes erunt, & non paucæ quidẽ. Durãte enim bello intra Ierusalem, factiones exortæ sunt, quã ob rem inter se infiniti sunt interfecti. Confirmabit autẽ pactũ multis hebdomada una. Titus scilicet, qui pacẽ eis prædicabat, suadebatq;, ne ruinæ ciuitatis & tẽpli causa existerẽt, sed tantũ tributũ Romanæ gẽti redderẽt. Quod quidẽ hebdomada una durauit. In dimidio aũt nouissimę hebdomadę sacrifi ciũ & oblationẽ à tẽplo deficere fecit. Et propter abominationes quas Manasses & alij Reges ei similes, in templo posuerunt, Dux iste istud desolans

desolans erit, quousque Israel qui desolatus erit desolatione ultima desolabitur. Hæc sunt quæ & perfidus iste Rabbi Leui super hanc Danielis uisionem perfide dicit. Quæ si recte inspiciantur, duo potissimum contra eum in ipsis comperiuntur. Primum quidem est, quòd inter cætera quæ de angelo & de Daniele uaniloquia asserit, ipsius prophetiæ uel uisionis intellectum quem fugere credit, præter suum propositum concludit. Alterum uero est, quòd dum inconueniens approbat, quod euitare nititur, in plura alia incidit inconuenientia. Dum ea igitur quæ in prima angeli propositione continentur mysteria, infra septuaginta hebdomadarum tempus euacuanda fuisse, ait, ueritati quidem adhæsisse uidetur. Sed cum uideret id falso suo proposito contrare, ad ipsorum mysteriorum enucleationem praua cautela descendere noluit: & pro uulgi satisfactione, omissa prima expositione, ad secundã deuenit. In qua quidem cum Rabbi Selomone cõuenit, paucis duntaxat demptis. Nam clausulam illam, Ad adducendam iustitiam sempiternam, uero & proprio Messiæ assignat. Dicens mysterium hoc in somnio Nabuchdonosor à Daniele interpretato, figuratum fuisse. Ex quo quintum illud Messiæ Regnum infra harum 70. hebdomadarũ tempus oriturum fuisse, necessario cõsequens est. Nam si infra tempus illud omnia mysteria hic contenta, consumanda erant, & per iustitiam sempiternã quintum Mesiæ regnũ (ut ipse ait) intelligitur. Mesiã igitur infra tempus illud uenturũ fuisse, absq; dubio ex uerbis eius sequit. Cum autẽ in hebdomadarũ diuisione, de annorũ superabundãtia, dũmodo mysteria uerificarent, angelũ non curasse ait, ridiculũ proculdubio est. Quorsum enim angelus tẽpus illud in partes diuisisset, ac mysteria in unaquaq; parte cõsumãda, ab inuicẽ distinxisset, si absq; tẽporis delectu, omnia in quocunq; indeterminato tẽpore contingere potuissent. Cum præter ea per Messiã ducem, sacerdotẽ magnũ intelligendũ dicit, qua ratione moueat, non satis ipsemet intelligit. Cum duæ hæ dignitates, regia & sacerdotalis nemini in sacra scriptura, nisi Messiæ attribui soleant. Nã & illud Dauid in Psal. 110. dictũ, אתה כהן לעולם Hoc est, Tu es sacerdos in ęternũ. Et illud Isa. 55. scriptũ, הן עד לאומים נתתיו נגיד ומצוה לאמים Id est, Ecce testem populis dedi eum, Ducem & præceptorem gentibus. Vtrunq; de Messia dicitur. Quare de Iehosua sacerdote magno (ut ipse affirmat) angelum locutum fuisse, dici minime potest. Præsertim cum has ambas dignitates illum habuisse, nusquam legamus. Id deniq; quod super eam clausulam, Occidetur Messias, & non erit ei, dicit, directe contra ipsum uenit. Illam enim de Regni truncatione & fine loqui uult. Ex quo sacerdotale officium tunc finem habuisse, necessario sequitur. Cum per Messiã ducem, sacerdotẽ magnũ intelligat. Quod per ultimã quoq; pphetię particulã cõfirmat, cũ ait, Iudaicum populũ per Titum ultima desolatione desolari debuisse. Quæ

Prædictæ expõsitionis confutatio.

cum

cum ita sint, facile poterit unusquisque iudicare. Quanta sit iuniorum Iudæorum perfidia, atque peruersitas, qui ne ueritatem fateantur, se contradictionibus implicant.

Vera atque catholica ipsius prophetiæ Danielis explanatio, per Iudæorum scripturas. Caput XVIII.

CAPNIO,

RElíquum nunc est, ut huius uisionis siue prophetiæ iuxta ipsorummet sententias, ueram, atque catholicam expositionem aggrediaris. GAL. Prius itaque animaduertendum duco. Quod cum Danieli quintum Regnum Messiæ quod fine nunquam cariturum erat, & per somnium Nabuchdonosor, & per uisiones quas ipsemet uiderat, reuelatum fuisset. Cumq; ipse Daniel bello Gog magog, id est antichristi post quod Israelis saluandæ sunt reliquiæ, præuidisset, atque ipsius Dei uerba apud Ieremiam 29. & 30. capite, reuersionem Israel ex Babylonica captiuitate pollicentis, secum mente uoluaret, horum mysteriorum processus intelligere summopere cupiebat. Quam obrem se orationi dedit, Deum toto corde deprecans, ut pro sua clementia, desiderio eius dignaretur facere satis. Quod utique in hac uisione exorare meruit. Non enim solum pro populi reditu, proq; Ierusalem templiq; reædificatione (ut recentiores Iudæorum asserunt) orabat. Cum ad altiora quoque mysteria, atque ad longiora tempora (ut ait Rabbi Leui) se eius oratio extenderet. Quod ipse quoque Daniel in huiusce capitis principio innuit. Dum ego Daniel (inquit) intellexi in libris, hoc est meditatus sum mysteria, quæ in libris continentur. Et hanc ob rem dixit ad eum angelus: Daniel nunc egressus sum à Dei scilicet conspectu. Vt docerem te intellectionem, mysteriorum scilicet quæ tantopere scire optas. Ab exordio precum tuarum egressus sum est uerbum, hoc est, sententia diffinitiua à Deo exijt. Et ego uenio, ut indicarem, tibi scilicet illam, quia uir desideriorum tu es. Animaduerte autem uerbum, quod scilicet à Deo egressum est, & intellige uisionem, hanc scilicet quæ magna complectitur mysteria. Hebdomades septuaginta, hoc est 490. annos præcisum est, id est præfinitum uel prædestinatum est (à Deo scilicet fore) super populum tuum, & super urbẽ sanctuarij tui, ad consumandã præuaricationẽ, & ad finiendũ peccatũ, & ad delendam iniquitatẽ. Hoc autem cum (ut paulò superius Selomonis improbãdo errores, uisum est) de peccatis tempore primi tẽpli siue secũdi cõmissis uerificari nullatenus possit, de primorũ parentum prꝫuaricatione, deq; originali peccato, atq; totius humani generis iniquitate, quę per Messię mortẽ delenda erant, necessario intelligi debet. Quod etiã ex modo loquẽdi ipsius angeli manifeste insinuat, dum

non

non peccata,ſed peccatum ſingulariter dicit:Nam ut Rabbenus Haccados,in libro qui גלי רזייא Gale razeya,id eſt,Reuelator arcanorum dicitur,optime teſtatur,Meſsias ad relaxandum originale peccatum, & ad inferendas animas in paradiſum, uenturus erat. Deinde ſubdit angelus,Et ad adducendam iuſtitiam ſeculorum, id eſt, Legem euangelicam,quæ omnium ſeculorum iuſtitiam contentura erat,& à Meſſia dari debebat.Immo ut Rabbi Moſes Hadarſan,& Rabbi Leui hoc in loco exponunt,iuſtitia ſeculorum uel ſempiterna,non eſt niſi Meſſias,de quo ſcriptum eſt Iſaiæ 56.cap. שמרו משפט ועשו צדקה כי קרובה ישועתי לבוא וצדקתי להגלות Hoc eſt,Cuſtodite iudicium,& facite iuſtitiam,quia proxima eſt ſaluatio mea,ut ueniat,& iuſtitia mea,ut reueletur. Vbi ſic ait Rabbi Berachias,Cuſtodite iudicium,& facite iuſtitiã. Hæc ſunt mandata & opera bona. Quia proxima eſt ſaluatio mea,ut ueniat,& iuſtitia mea,ut reueletur.Iſte eſt Meſsias,de quo ſcriptum eſt Dan.9.capite,Et ad adducẽdam iuſtitiam ſeculorum, id eſt Meſsiam. Hæc ille.Et ad complendam uiſionem,& prophetiam,quæ ſcilicet de Meſſia loquebantur,per cuius aduentum iuxta Rabbi Leui gloſſam, omnis uiſio & prophetia implenda erat.Et ad ungẽdum ſanctuarium ſanctuariorum,quod ſecundum ueterum Talmudiſtarum ſentẽtiam, non eſt niſi Meſsias ſanctificatus.Quos Rabbi Moſes filius Nahman Gerundenſis ſecutus,ſic hoc in loco inquit, קדש קדשים הוא המשיח משקודש מבני דוד Id eſt,Sanctuarium ſanctuariorum eſt ipſe Meſsias ſanctificatus de filijs Dauid.Necꝙ tamen ab re hoc in loco Meſſias ſanctuarium ſanctuariorum appellatus eſt,cum futurum eſſet,ut in eo ſecundum humanitatem omnes theſauri ſapientiæ & ſcientię Dei reconditi requieſcerent.Eratꝙ ſuper omnem creaturam oleo gratiæ, ac beneplaciti Dei ungendus. Vnde & merito dictus eſt Meſsias Hebraicè, quod idem eſt quod χριστὸς Græcè,& unctus Latinè,ut alibi latius diximus. Deinde uolens angelus,Danielem certum reddere,ex quó nam tempore harum hebdomadarum initium accipiendum eſſet, & quouſꝙ peruenturæ erant.Scito (inquit) & animaduerte,ab egreſſu uerbi ad reuertendum,& ad ædificandum Ieruſalem,uel de reditu, populi ſcilicet & de reædificanda Ieruſalem. Hoc eſt, Ab eo tempore hæ annorum hebdomadæ inchoari debent, quo ex Ieremiæ (ut ſuprà oſtenſum eſt) egreſſum eſt Dei uerbum, de reditu populi ex Babylonica captiuitate, & de reædificanda urbe Ieruſalem. Quod quidem (ut in præcedentibus latius probauimus) anno quarto Regni Sedechiæ Regis, Regni uero Nabuchdonoſor Regis Babylonis duodecimo fuit. Tunc enim ex ore Ieremiæ (ut in ſuperioribus diximus) exijt Dei uerbum, quòd completis ſeptuaginta Babylonicæ captiuitatis annis, Iſraeliticus populus ex captiuitate illa reuerſurus eſſet, ac urbs Ieroſolyma reædificanda. Ab illo ergo tempore,

Lex euãgelica.

Meßias dicitur ſanctuarium ſanctuariorum

Hebdomadarũ termini.

tempore, id est à quarto Sedechiæ Regis & duodecimo Nabuchdono-
Naghid dictio. sor, iuxta angelicum documentum, harum hebdomadarum comput-
tio inchoanda erat, & tempore Messiæ terminandæ. Ideo subiecit usq;
ad Messiam נגיד Naghid, id est Ducem, uel Principem, uel Princip-
lem, uel coràm factum. Hæc enim Hebraica dictio נגיד Naghid (ut ait
Rabbi Kimhi in libro Serassim) à נגר neghed, quod proprie coràm si-
gnificat, deriuatur. Et inde dictum est primi Regum XVI. capite,
Nunquid נגר neghed, id est coram Domino Messias eius. Et inde di-
ctus est Princeps נגיד Naghid, iuxta illud 2. Reg. 5. capite, dictum
ואתה תהיה לנגיד Hoc est, Et tu eris in principem uel coram factus. Hinc
etiam nobilia & preciosa dicuntur נגידים Neghidim, id est principa-
lia, ut illud Prouerb. cap. 8. שמעו כי נגידים אדבר Id est, Audite quia
principalia loquar. Inde quoq; dictum est Isaiæ 58. ca. נגד לעמי פשעם
Hoc est, Annuncia, uel coràm fac populo meo scelus eorum. Hæc Rab-
bi Kimhi. Ex quibus patet, quòd נגיד Naghid, idem quod Dux, Prin-
ceps, Principalis, coràm factus, & annuncians. Postea angelus has heb-
domadas in tres diuidit partes, in septem scilicet hebdomadas, in sexa-
ginta duo, & in unam, quę postremo remanet, propter specialia opera
quæ in unaquaque harum partium fieri debebant, dicens, Hebdoma-
dæ septem, & hebdomadæ sexaginta & duæ. Septem enim hebdo-
madæ priores quadraginta nouem efficiunt annos. Sexaginta autem
& duæ quę sequunt̃, quadringentos triginta quatuor annos reddunt,
quibus si septem priores addãtur quadringentos octuaginta tres an-
nos constituunt. Omnes uero septuaginta hebdomadæ quadringen-
tos nonaginta (ut alibi diximus) cõtinent annos. Deinde ea quæ in pri-
mis septem hebdomadibus futura erant, insinuare uolens, ait, Reuerte-
tur ipsa, & ædificabitur platea, id est urbs Ierosolyma, quam ob sui am-
plitudinem, plateam uocauit, & fossatum, id est murus scilicet eius. Vi-
Rabbi Selomo, & Rabbi Leui, ac cęteri pene omnes exponunt. Sed in
angustia temporum inquit, finitimas scilicet ob gentes, à quibus Iudę-
assiduis bellis uexandi erant, ut Ezras, & Nehumias attestantur. Sequi-
tur in prophetia, Et post sexaginta & duas hebdomadas, occidetur
Messias. CAP. Hic Iudæi nostri temporis obstant, quia uerbum כרת
iccareth, quod hic ponitur, uenit à uerbo כרת carath, quod non occi-
dere, sed proprie abscindere significat. Quare (ut aiunt) textus hoc in
loco non dicit occidetur Messias, sed abscindetur Messias. CAP.
Quamuis uerbum יכרת iccareth, prima sui institutione abscindere si-
gnificet, frequentius tamen in sacra scriptura pro occidere ponitur. Vi-
illud Gen. 9. והקימותי את בריתי אתכם ולא יכרת כל בשר עוד במי המבול
Id est, Et statuam pactum meum uobiscum, & non iccareth, id est non
occidetur omnis caro ultra ab aquis diluuij. Item apud Ezech. 21. cap.
והכרתי ממך צדיק ורשע Id est, Et occidam ex te iustum & impium. In
tertio

tertio quoq; libro Regum cap. 18. ita legitur, ויהי בחברית איזבל את נביאי יהוה Id est, Et factum est, dum occideret Izebel prophetas Domini. Quod autem hoc sensu uerbum hoc ibi sumatur, per id quod statim subijcitur manifeste patet, sequit enim sic, הלא הגד לארני את אשר עשיתי בהרג איזבל את נביאי יהוה Id est, Nunquid (ait Abdias Eliæ) non est annunciatum Domino meo id quod feci, cum occideret Izebel prophetas Dei? Ex quibus clarum est uerbum hoc יכרת iccareth, pro eo quod est occidetur, hoc loco accipi. Quod autem ipsi occi- *Iudæi Messiã occisuri.*
furi essent Messiam, in sequentibus ubi de morte Messiæ agetur, per ueteres eorum Doctores latissime patebit. Nunc uerba Rabbi Symeonis filij Iohai in libro מחקר חסורות Mehkar hassodoth, satis sit inter cætera refert, quod Rabbi audire. Ibi enim Hoseyas flens dicebat, Veh illis, ueh illis, ueh illis impijs, iniquis, homicidis Israel, ob quorum amorem ut peccatum eis dimittat, Deus mittet filium sanctum suum, & carne humana se induet. Veh illis, quia propter suas prauas actiones, rebelles erunt huic Messiæ, nec respicient dicta, quibus imperabit, ut mundificentur aqua mundificationis, ad expianda peccata sua, nec incedent in uijs Deo gratis, nec facient eius uoluntatem, sed ingenti iracundia perciti, ipsum occident. Subinde cum dixisset angelus occidetur Messias, protinus subiunxit, ואין לו Veen lo, id est, Et non ei. Quod autor nostræ editionis transtulit, Et non erit eius populus qui eum negaturus est. Textus tamen dicit, ואין לו ueen lo, id est, Et non ei. Hoc est, non erit ei, quod Iudei perfidi autumabũt. Vt uidelicet crucifixus occumbat, & postmodum non resurgat. Quin potius licet Messias occidatur, resurget tamen tertia die, ad cœlosq; ascendet, ac spiritum sanctum super credẽtes mittet. Deinde exequitur angelus. Et ciuitatem scilicet Ierusalem, & sanctuarium dissipabit populus Ducis uenturi, id est Titi filij Vespasiani. Et finis eius in impetu uel raptu, populi scilicet Romani. Hoc autem infra hebdomadas istas non accidit, sed annis quadraginta pòst elapsis. Sed ideo angelus mox ut de Messiæ nece locutus est, illud adiecit, ut in mortis Messiæ pœnam Iudæis euenturam ostenderet. Dixit autem populum Ducis uenturi, & non ipsum Ducem, ciuitatem & sanctuarium dissipaturum. Vt aperte innueret, Titum iuxta Rabbi Leui glossam ad id non libenter, sed inuitum interuenturum, ipse enim (ut ait Iosephus in libro de bello Iudaico) ne urbis & templi deletio fieret, & cum Iudæis primum, & demum cum militibus maximam adhibuit operam. Quod minime tamẽ obtinere ualuit, cum ob Christi cædem uastitas illa subsecutura esset. Et usq; ad finem belli præcisi, id est statuti uel prædestinati Gog Magog scilicet, hoc est antichristi, desolationes (supple) perdurabunt. Post hæc reuertitur angelus ad ultimã hebdomadam, ut quæ in ea fieri debebant, referaret, dicens, Confirmabit autem, Messias scilicet pactum,

id est legem suam euangelicã. Legẽ enim sacræ literæ plerunq; pactum uocant, multis qui scilicet in eum credituri erant, legemq; eius recepturi. Hebdomada una, id est septem annis. Tres enim anni illi cum dimidio quibus Christus docuit, & tres alij cum dimidio quibus post eum apostoli in Iudæa prædicarunt, hebdomadam unam perficiunt, in qua Messias & per se primum, & deinde per discipulos suos legem suam opere & uerbo confirmaturus erat. De qua quidem lege sic apud Ieremiam 31. prædictum fuit, הנה ימים באים נאם יהוה וברתי את בית ישראל ואת בית יהודה ברית חדשה לא כברית אשר כרתי את אבותם ביום החזיקי בידם להוציאם מארץ מצרים אשר המה הפרו את בריתי ואנבי בעלתי בם ׃ Quæ quidem uerba sic in Latinum uertuntur, Ecce dies uenient dicit Deus, Et scindam cum domo Israel, & cum domo Iuda pactum nouũ, id est legem nouam. Non sicut pactum quod scidi cum patribus eorũ, id est non sicut legem quam dedi patribus eorum in die, qua confortaui manum eorum, ut ducerem eos de terra Ægypti, qui disturbauerũt pactum meum, & ego reprobaui, uel neglexi, uel dereliqui eos. Quare cum dicitur hic, Confirmabit autem pactum multis hebdomada una, pactum pro lege capitur, Quamuis enim ברית Berith, sit fœdus uel pactum, uel quinq; firmamentum. In plerisq; tamen sacræ scripturæ locis pro lege accipitur. Vt in præmissis Iere. uerbis manifeste patet. Quod etiam in libro מכילתא Mechilta, super illud Exo. 12. dictum, In decimo mensis huius, aperte probatur, Cum dicitur, אלה דברי הברית אשר צוה יהוה את משה לברות את בני ישראל בארץ מואב מלבד הברית אשר ברת אותם בחורב Hoc est, Non est berith nisi lex, Sicut scriptum est Deut. 29. Ista sunt uerba berith, id est pacti hoc est legis, quod mandauit Deus Mosi, ut scinderet cũ filijs Israel in terra Moab, præter pactum quod scidit cum eis in Horeb. Hæc ibi. Ex quibus palam liquet, pactum pro lege accipi. Quod autem proprio ore tribus annis cum dimidio Messias docere debebat, per Talmudistas liquido patet, Legitur enim in Midras tillim. i. in expositione Psalmorum, sic R. Iohanan dixisse, שלשה שנים ומחצה היתה שבינה עומדת ומברזת בהר הזתים דרשו את יהוה כהמצאו קראוהו בהיותו קרוב Id est, Tribus annis cum dimidio stetit præsentia Dei in monte oliueti, dans uoces, ac dicẽs, Quærite Deum, dum inueniri potest, inuocate eum, dum prope est. Quod etiam in beressith rabba. i. in expositione libri Gen. confirmatur. Vbi R. Moses Hadarsan sic dicit, Quid dicere uoluit Selomo in cantico canticorum, cum ait, Exultabimus & lætabimur in te? אימתי אנו שמחים כשעמדו רגלי שבינה על הר הזתים Hoc est, Quando lætabimur? Quando stabunt pedes Dei in monte oliueti. Et sunt uerba R. Iohanã filij Zaccai. Ex quibus manifeste apparet, hos tres annos cum dimidio, eos esse, in quibus iuxta uerbum angeli Messias per se ipsum opere & uerbo ac miraculis legẽ suam cõfirmaturus erat. Ita enim omnino factum fuisse, certum est. Saluator nanq; ipse 30. annos natus, baptis-

Berith dictio.

Tribus annis cum dimidio Messias docturus.

baptiſmum ſuſcepit,& inde uſq; ad eius paſſionem tres anni fere cum dimidio præterierunt. In quibus & Galilæam & Iudæam perambulãs, ac ſæpenumero ſuper montem oliueti commorans,atq; docens,opere & uerbo legem ſuam confirmauit. Merito igitur angelus hebdomadã iſtam in qua hæc & alia quàm plurima diuina opera futura erant, tanquam omnium complementũ,poſtremo loco collocauit. Et quia in dimidio huius nouiſsimæ hebdomadæ Meſsias diuino decreto mortem obiturus erat,per quã omnia ueteris legis ſacrificia finem habitura erant,eo quòd uerum illud ſacrificium quod Meſsias ipſe ſuum ſanctiſsimum corpus in ara crucis patri offerens,pro peccatorum humani generis remiſsione,facturus erat,præfiguraſſent. Idcirco angelus ſubiecit,Et dimidium hebdomadæ deficere faciet decollationem (ſacrificiorum ſcilicet) & oblationem(cæterũ uidelicet omnium quæ in templo offerebantur)quæ omnia in morte Meſsię quo ad ſignificatũ ceſſare debebant. In cuius rei ſignum,in ipſa mortis Chriſti hora,& uelum templi à ſummo uſq; deorſum ſciſſum eſt,& cuncta quæ in templo fiebant miracula,finem acceperunt,prout ſuprà abunde diſſeruimus. Et tandem concludens ait, Et ſuper abominationes, id eſt propter abominationes,quæ contra Meſsiam fient,deſolatio erit. Et uſq; ad conſummationem & præfinitionẽ perſeuerabit ſcilicet deſolatio ſuper deſolationem. Ex quo patet,Iudæos nunquam leroſolymã ex captiuitate hac nouiſſima eſſe redituros,niſi forte poſt antichriſti bellum, cum fidem Chriſti receperint. Omnia igitur quæ ſuper hanc Danielis prophetiam in quinq; pręmiſsis capitibus latiſsime diximus,in rationis formã reducentes,ſic denic̃ concludimus,Cum angelus Gabriel Danieli dixerit,quòd ab egreſſu uerbi de populi reditu,uſq; ad Meſsiam principalem coram factum,hebdomadæ 7.& 62. futuræ eſſent,ac numerus iſte anno ante templi ſecundi incendiũ 40. completus fuerit. Nullusq; pręter dominũ Ieſum,tũc ſiue poſtea,hucuſq; extiterit,qui principalis, ac ueri Meſsiæ ſigna habuerit. Vt etiam ab ipſis aduerſarijs cõceditur. Quinq; poſt ipſas 7.& 62. hebdomadas tam docendo,quàm opera ſoli Deo poſsibilia,faciendo,coram factus,occiſus fuerit. Illum profecto principalem,ac uerum fuiſſe Meſsiam,apud omnes qui rationis non ſunt expertes,neceſſario conſequens eſt.

Rationis concluſio.

Quòd tempus determinatũ aduentus Meſsiæ ab Iſaia inſinuatum,iam præterierit,& in Domino noſtro Ieſu Chriſto completum ſit. Cap. XIX.

CAPNIO,

HÆc quidem omnia quæ dixiſti, optima ſunt,ac talia,quòd minime ab Iudæis noſtri temporis negari poſſunt. Vt tamen magis adhuc eorum ceruicoſa perfidia cõuincatur. Velim & per aliquem alium prophetarum,confirmares,pręfixum aduentus Meſſiæ

tempus iam præteriſſe,& in Domino noſtro Ieſu conſumatum fuiſſe,
ſicuti per Danielem efficaciſſime nunc oſtendiſti. GAL. Id etiam per
Iſaiam optime probatur.Et primum quidem ex eo,quòd 9. cap. poſi-
tis 8.Meſſiæ nominibus,quę ſunt.Admirabilis,conſiliarius,Deus,for-
tis,pater,ſempiternus,Princeps,pax,in fine omnium ubi dicit, למרבה
המשרה lemarbe hamiſra,id eſt ad multiplicandum eius principatum,
In medio dictionis למרבה lemarbe,contra naturã ſcribendi,contra
orthographiæ legem,ponitur mem clauſa,cum aperta ponenda eſſet.
HOG. Hæc ego niſi declares,intelligere nequeo. GAL. Duplicem
mem literam Hebræi habent.Alteram quidem apertam, cuius hic eſt
character מ , quæ nuſquam in calce dictionis,ſed ſemper in princi-
pio,& in medio ponitur.Alteram uero clauſam,quam ſic figurant ם,
& nō niſi in fine dictionis ſcribere ſolent.In hac igit dictione למרבה lc
marbe,cum ſit in medio,non clauſa,ſed aperta eſſe deberet, & tamen
clauſa ibi præter morem ponitur.Quod alibi profecto nuſquam inue-
nitur.Idcirco abſq; myſterio hoc factum fuiſſe,haudquaquam credeu-
dum eſt.Vt enim in libro שבת Sabbath,id eſt de ſabbato,in ca. הביצה
Habbone,id eſt Ædificans,dicitur, מם סתומה רבר סתום רומן Hoc eſt,
Mem clauſa,uerbum clauſum,uel rem clauſam,id eſt occultam ſignifi-
cat.Voluit enim per hoc Iſaias ipſe à prudẽtibus intelligi,impijs uero
occultum fieri.Eam ob rem in libro Sanhedrin,in cap. בל ישראל Col
Iſrael,id eſt,Totus Iſrael,fertur.Quod cum R.Tanhum quæreret,quę
nam eſſet ratio.Quod cum omnis mem in medio uocabuli poſita,a-
perta ſit,hæc ſola inueniatur clauſa,ſtatim in illa hora exiuit filia uocis,
id eſt reuelatio ſiue uox de cœlo,dicens, רזי לי רזי לי Id eſt,Secretum
meum mihi,ſecretũ meum mihi.Quod exponẽs R.Selomo ait,Deum
dixiſſe hoc ſecretum de Meſſiæ aduentu meum eſt.Attamen ut prilci
Iudæorum ſpiritu ſancto illuſtrati dixerunt,per mem hoc in loco clau-
ſam,multa deſignãtur arcana,& præſertim ut alibi probabimus,quòd
ipſe Meſsias de uirgine clauſa,quæ Maria uocanda erat,præter cõmu-
nem naſcendi modum,præterq; naturæ ordinem,naſciturus fuerat.
Nunc autem per ipſam mem clauſam tempus aduentus Meſsiæ præſi-
xum ſignificari oſtendemus.Per hoc enim quòd mem huiuſmodi clau-
ſa apud Iudæos in numeris ſexcentenarium,deſignat, oſtenditur pro-
culdubio,quòd ab huius prophetiæ tempore uſq; ad Meſſiæ natiuita-
tem ſexcenti anni futuri eſſent.Quod rei poſtmodum probauit euen-
tus.Hoc autem ſic probatur,Prophetia nanq; iſta eodem tempore ex
ore Iſaiæ egreſſa eſt,quo idem propheta prophetauit,dicens, Ecce uir-
go concipiet,cum reliquis.Sunt enim ambæ hæ prophetiæ in uno eo-
demq; contextu.Anno igitur 4.regni Achaz Regis prophetia hæc fa-
cta eſt,ut ait R.Selomo.Quod hoc modo ſuper 4.Reg.15.probat,Cũ
ſcriptũ eſt (inquit) in anno 20.Ioathan filij Oziæ,dicendũ erat in anno
4.Achaz.

4.Achaz.Ecce enim omnes dies Regis Ioathan ſexdecim anni ſunt. Sicut enim dictum eſt 4.Reg.15.Ioathan filius Ozię Regis Iuda 25.annorum erat,cum regnare cœpiſſet,& ſexdecim annis regnauit. Sed quoniam Achaz impius fuit, placuit ſcripturæ 4.annos cõputare in annis Ioathan in ſepulchro exiſtentis,& non in annis Achaz exiſtentis uiui. Vt dicitur in libro qui appellatur סדר עולם Seder holam,id eſt ordo mundi.Hæc R.Selomo.Quod autem ab eiuſdem prophetiæ egreſſu uſq; ad Chriſti ortum anni ſexcenti tranſierint,ſic oſtenditur. Si enim Achaz 16.regnauit annis,ut habetur 4.Reg.15.Et 4.anno Regni eius, hæc prophetia(ut R.Selomo inquit)facta fuit,Sequit̃ quòd poſt prophetiam iſtam Achaz ipſe 12.regnauerit annis, poſt quem Hezechias filius eius annis regnauit 29.Vt legitur 4.Reg.16.Manaſſes autem annis regnauit 55. ut habet̃ ex 4.Reg.18.Amon uero regnauit annis duobus,ut dicitur 4.Reg.21.ca.Ioſias autem annis triginta uno,ut patet 4.Reg.21.cap.Ioachaz uero menſibus tribus,ut fertur 4.Reg.22. Iehoiakim autem annis undecim,ut ex 4.Reg.23. cap.colligitur. Iehoiachin uero menſibus tribus,ut habetur ibidem.Sedechias demum undecim regnauit annis, ut patet 4.Regum uigeſimoquarto cap. Horum annorum ſumma annos continet 151.& dimidium.A quinto enim Regni Regis Achaz anno,uſq; ad undecimum Sedechiæ, Iudæorum Reges regnauerunt annis 151.Deinde ab undecimo Sedechiæ anno,qui fuit 19.Nabuchdonoſor,ut ex Iere. ultimo cap.& ex 4.Reg.25.aperte colligitur.Nabuchdonoſor ipſe annis regnauit 26. Euilmerodach uero filius eius annis uiginti tribus,ut ſupra oſtenſum eſt,Balthaſar autem annis tribus. Darius duobus.Cyrus triginta.Aſſuerus quatuordecim. Poſt quem ſucceſſit Darius.Cuius Regni anno ſexto templum conſummatum,atque perfectum eſt.His additis ſupradictis 151. annis cum dimidio,quibus Reges regnauerunt,inſuper & quadringentis & uiginti,quibus templum ſecundum duraſſe aiunt.Habentur à quarto anno Regis Achaz uſque à templi ſecundi excidium anni ſexcenti ſeptuaginta quinque , & dimidius . A quibus ſi quadraginta duo demantur anni,qui à Chriſti paſsione uſque ad urbis Ieruſalem templiq; euerſionem fluxerunt,& 33. fere cum dimidio,quibus Chriſtus ipſe inter homines uixit,habebunt̃ ab eo tempore quo Iſaias de Meſsiæ conceptu & ortu uaticinatus eſt,uſq; ad ipſius Chriſti natiuitatẽ,anni prę-ciſe ſexcenti, quos prædicta mem clauſa deſignat. Ad quod etiam probandum,ualde ad propoſitum facit illud eiuſdem prophetæ quinquageſimoquarto capite dictum, כי מי נח זאת לי אשר נשבעתי מיעבור מי נח עוד על הארץ כן נשבעתי מקצף עליך ומגערבך Hoc eſt, Sicut dies Noæ iſtud mihi.Cum iuraui,ne tranſire facerem aquas Noæ ultra ſuper terram.Sic iuraui ne iraſcar ſuper te,& ne increpem te. Quæ quidem Rabbi Ionathas ſic in Chaldæum uertit, ארי ביומי נח רא קדמי

כמימרי דלא ישרון מי טופנאה די הוו ביומי נח עוד על ארעא כן קיימית במימרי דלא ייחול רוגזי אלך Id eſt, Quoniam ſicut dies Noæ corã me cum ſtatui in uerbo meo, quòd non tranſirent aquæ diluuij, quæ fue runt in diebus Noæ ultrà ſuper terram. Sic ſtatui Noæ, ut non deſcen dat furor meus ſuper te. Hæc ille. Vbi omni animi diligentia anima uertendum eſt, quòd iuxta expoſitionem R. Nahman in libro Sanhe drin, in cap. Helec, dies Noæ ad dies Meſſiæ referẽdi ſunt. Idcirco cum propheta ait, Sicut dies Noæ iſtud mihi, hoc pronomen iſtud, ad illud quod in præcedentibus dixit, referri debet. Ad totũ illud ſcilicet, quod à quinquageſimoſecundo capite, cum inquit, Ecce intelliget ſeruus meus, hucuſq; propheta dixerat. Quod ferè totum ab antiquis Iudæo rum de Meſſia dictum accipitur. Nam uerba illa eiuſdem capitis, Ecce intelliget ſeruus meus, ſic R. Ionathas Chaldaicè traduxit, atque expo ſuit, הא יצלח עברי משיחא Hoc eſt, Ecce proſperabitur ſeruus meus Meſſias. Quod Rabbi quoque Selomo atteſtatur, dum locum hunc exponens, ita haud inepte ait: Magiſtri noſtri affirmant hæc de Meſſia dici. Dies autem Noæ cum diluuium ceſſaſſet, ſexcenti anni erant. Ab eo ergo tempore quo Iſaias hoc uerbum protulit, uſque ad Meſsiæ ad uentum, ſexcenti anni futuri erant. Quæ omnia per Hebræorum ſcri pturas optime probantur. Quod enim Noas ſexcentorum eſſet anno rum cum diluuium ceſſaſſet, primum patet per id quod in Bereſchith Rabba minori dicitur, ſuper illud, Noas filius ſexcentorum annorum erat, & diluuium aquæ erat ſuper terram. Vbi Rabbi נחמיה Nehe mia ſic dicit, Annus diluuij aſcendens eſt de numero, id eſt de nume ro eſt cum emboliſmis & computis. Deinde ex eo hoc idem oſtendi tur, quod Geneſis nono capite ſic ſcriptum eſt, ויחי נח אחר המבול שלש מאות שנה וחמשים שנה ׃ ויהיו כל ימי נח תשע מאות שנה וחמשים שנה וימת Id eſt, Et uixit Noas poſt diluuium trecentis & quinquaginta annis. Fuerunt autem omnes dies eius noningenti & quinquaginta anni, & mortuus eſt. Si igitur omnes dies uitæ Noæ fuerunt anni no ningenti & quinquaginta anni, & poſt diluuium uixit annis trecentis quinquaginta, neceſſario certe ſequitur, quòd annus ipſe diluuij fuerit prædictorũ 600. ultimus. Quare palã profecto oſtenſum eſt, dies Noæ cum diluuium ceſſaſſet, ſexcẽtos annos fuiſſe. Quod autem & totidem anni fuerint ab eo tempore quo Iſaias uerba illa protulit, uſq; ad Meſ ſiæ aduentum, per ea quæ nunc dicta ſunt in expoſitione mem clauſæ in dictione למרבה Lemarbe poſitæ, clare patuit. Iſaias enim (ut oſten ſum eſt) in fine quarti anni, uel in principio quinti Regni Achaz, de Meſſię conceptione ac natiuitate prophetare cœpit, dicens, Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, cum cæteris. Ab illo autem tempore uſque ad Chriſti natiuitatem (ut probatum eſt ibidem) ſexcenti præciſe flu xerunt anni. Et totidem (ut oſtendimus) ceſſante diluuio, fuerunt dies

Noæ

Noæ. Quare Messiam iam uenisse, ipsumq; Dominum nostrum Iesum fuisse (cum talis nemo alius, qualis per prophetas Messias descriptus est, tunc natus fuerit) concedatur necesse est.

Quòd tempus quoque aduentus Messiæ præfixum, à priscis Talmudistis traditum, tam transierit, ac in Domino nostro Iesu Christo consummatum sit. Caput XX.

CAPNIO,

QVanquam in præcedentibus per tempus determinatum à prophetis aduentus Messiæ assignatum, Messiam ipsum iam uenisse secundum Hebræorum expositiones, satis abunde probaueris. Vt tamen magis Iudæorum nostri temporis obstinata prauitas deprehendatur, ac magis magisq; catholicæ fidei ueritas innotescat, haud inutile quidem esset, si hoc ipsum per præfixum quoq; tempus quod aduentui Messiæ à ueteribus Talmudistis assignatum legitur, euidentius ostenderes. GAL. Hoc etiam gratanter faciam. Illud itaq; in primis, quod in libro Sanhedrin, in capite helec scribitur, adducam תנא רבי אליהו שתא אלפי שני חרי עלמר וחר חריב ב' אלפי תוחו ב' אלפי תורה ב' אלפי ימות המשיח Id est, Sententia ex domo Heliæ. Sex milia annorum erit mundus, & iterum destruetur. Duo milia inanitatis, duo milia legis, duo milia dierum Messiæ. Vnde contra iuniorum Iudæorum perfidiam, duo quæ maxime negãt, colligi possunt. Vnum quidem est, quòd lex Mosaica non erat nisi usque ad dies Messiæ permansura. Alterum uero est, quòd aduentus Messiæ tempus iam præteriit. Ad quod probandum, antequam aliquid dicam Rabbi Salomonis glossam afferam, quæ sic eadem uerba exponit. Sex milia annorum erit mundus, id est tantum durabit. Horum uero duo milia fuerunt inanitatis. Quomodo autem ab Adam usque ad quinquagesimum secundum annum Abrahæ duo milia annorum fuerint, scriptura instruit. Postquam enim hæc duo milia annorum fuerint, scriptura instruit. Postquam enim hæc duo milia annorum completa sunt, studuit Abraham in lege. Sicut scriptum est Geneseos duodecimo capite, Et animam quam fecerũt in Aram. Quod interpretati sunt, Et animam quam fecerunt cum lege in Aram. Dixerunt autem magistri, in libro עבודה זרה Hauoda zara, quòd tunc temporis Abraham duorum & quinquaginta erat annorum. Duo milia uero legis usq; ad aduentum Messiæ, hoc modo habentur. Quadraginta & octo anni fuerunt usq; quo natus est Ishac. Sexaginta uero anni à natiuitate Ishac, usque ad natiuitatem Iacob. Qui centum & octo annos efficiunt. Deinde centum & triginta anni qui fuerunt Iacob, quando ingressus est Ægyptum. Ecce anni ducenti trigintaocto. Et ducenti decem quibus morati sunt filij Israel in Ægypto. Ecce 448. anni. Porrò ab egressu ex Ægypto

Traditio discipulorum Eliæ.

usq; quo ædificata est domus sancta prima, fluxerunt anni 480. Sicut scriptum est in libro ultimo Regum sexto capite, Fuit autem in anno quadringentesimo octuagesimo. Et reliqua. Et ædificata est domus domini. Ecce igitur noningenti & uiginti octo anni. Rursum quadringenti & decẽ anni quibus domus prima durauit, ut probatur per scripturas annorum Regum. Et septuaginta anni captiuitatis Babylonicæ. Et quadringenti uiginti quibus domus secunda permãsit. Ecce habes ex una parte annos nongentos, & ex altera parte, nongentos uiginti octo. Et sic habentur duo milia annorum, minus centtum septuaginta duo. Per centum septuaginta duo igitur annos ante consummationem quatuor milium annorum ab initio mundi destructa est domus Dei. Et in fine prædictorum 172. annorum, completa fuerunt duo milia annorum legis. Non tamen tunc euacuanda erat lex, ut dicebat Magister meus. Sequitur, Et duo milia annorum dies Messiæ. Nam post duo milia legis, erit iudicium eius, ut ueniat Messias, & euacuetur Regnum nequam, id est Regnum Romanorũ. Hucusq; glossa Rabbi Selomonis. Qui & si in annorum computatione etiam secundũ Talmudistas non parũ errauerit, ut per ea quæ in præcedentibus dicta sunt, facile patet. Ex dictis tamen eius Messiam iam uenisse, necessario sequitur. Nam si iuxta eius expositionẽ ex sententia siue traditione Eliæ ac discipulorum eius, in fine quatuor milium annorũ mundi Messias uenturus erat, & secundum Iudæorum computationem à mundi initio usq; ad præsentem annum, qui est annus Christi millesimus quingentesimus decimusextus, quinque milia ducenti ac septuaginta sex, transierunt anni (tametsi secundũ nostram multo plures, ut paulò inferius probabitur) necessario certe cõcluditur, Messiæ aduentum per annos secundũ eos mille ducentos & septuaginta duos iam præteriisse. CAP. Iuniores Iudæorũ fatentur quidem, quòd secundũ Talmudisticã hanc traditionẽ, Messias in fine quarti millenarij uenturus esset, sed propter eorũ scelera ipsum nondũ uenisse, aiũt. Quod per eandẽ quoq; traditionẽ probare nituntur, eo q; in calce eiusdẽ traditiõis sic immediate sequatur: ובעונותינו שרבו יצאו מהם מה שיצאו Hoc est, Propter peccata autẽ nostra, quę creuerũt, exierunt ex eis scilicet annis: qui exierunt. Vbi glossa R. Selomonis ita dicit, Verũtamen propter peccata nostra quę multiplicata sunt, non uenit Messias in fine quatuor miliũ annorũ. GAL. Mentiuntur plane. Quare ut mendacij arguãtur, duplicem eis damus responsionem. Et primum quidem dicimus, uerba hęc eiusdem traditionis nõ esse, cum neq; Eliæ, neq; discipulorũ eius fuerint. Quod satis ex ipsorum uerborũ natura patere potest. Sed ab aliquo R. Iudaicam perfidiam protegere uolente, eidem traditioni uerba ipsa addita fuisse. Cuius rei maximum est indicium, quod in libro תכורת זרה Hauoda Zara, id est seruitus aliena, ubi hæc eadem traditio ponitur, nõ ita

Obiectio Iudæorum iuniorum.

dem omnino uerbis huiuſmodi cauda ipſi traditioni inſeriẽt. Ibi enim in cap. לפני אידיהן Liphe edehen, id eſt ante feſta eorum legitur, Tradidit domus Eliæ. Sex milium annorum durationem fore mundi. Horumq; duo milia eſſe uanitatis uel inanitatis, duo milia legis, & duo milia dierum Meſſię. Propter peccata uero noſtra, quę multiplicata ſunt, egreſsi ſunt ex eis ſeptingenti & quatuordecim. Hæc ad uerbum traditio ipſa. Per ſe igitur patet, quòd poſtrema hęc uerba, quibus Iudæi recentiores ſuam conantur uelare perfidiam, non ſunt eadem hic & ibi, ſed longe diuerſa. Ibi enim nullum certũ ponitur tempus, hic uero annorum qui iam præterierant, certus apponitur numerus. Quod eſt falſitatis Iudaicæ efficax argumentum. Deinde eis obiicimus, quòd aduẽtus Meſsiæ accelerari quidem potuit, retardari uero minime. Quod in lib. Sanhedrin cap. Helec optime probatur. Vbi ſic legitur, אמר רבי אליעזר אמר רבי יהושע בן לוי חרי בתיב אני יהוה בעתה אחישנה וכו אחישנה ולא זכו בעתה Id eſt, Dixit R. Alexandri. Dixit R. Iehoſuas filius Leui. Scriptum eſt Iſaiæ ſexageſimo cap. de ſaluatione ſcilicet quæ per Meſſiæ aduentum futura erat. Ego Deus in tempore ſuo accelerabo eam. Si meruerint, accelerabo eam, ſi non meruerint, in tẽpore ſuo (ſupple) faciam eam. Ex his Iudæi dicunt, quòd Meſsiæ aduentus minime retardari poterat, quin in tempore ſuo eſſet, ſed accelerari quidem bene potuiſſet, dummodo exiſterent qui illum mererentur. Item ſuper eadem uerba Iſaiæ, אני יהוה בעתה אחישנה Hoc eſt, Ego Deus in tempore ſuo accelerabo eam, פירוש Perus, id eſt gloſſa ita dicit, אם יהיו טובים בפני זמנו ואם לא בזמנו Id eſt, Si fuerint boni, ante tempus eius. Sin autem, in tempore ſuo. Sed gloſſa iſta ſecundum Hebræorum Doctores de Saluatione per Meſsiam facienda loquitur. Ergo ſi Iudæi boni erant, propter eorum bonitatem Deus aduentum Meſsię accelerare debuit. Si autem mali erant, propter eorum peccata, prætermittere non debebat, ipſum tempore ſuo determinato mittere. Quare neceſſario Iudæi concedere debent, eorum peccatis non obſtantibus, eum ſaltem tempore determinato iam ueniſſe. CAP. Adhuc Iudaica prauitas ſi Meſſias (inquit) in fine quatuor milium annorum mundi uenturus fuerat, minime nos ex hoc inferre poſſet, Dominũ noſtrũ Ieſum uerum fuiſſe Meſſiam, cum quatuor hæc annorũ milia, anno poſt templi ultimi excidium ſecundum R. Selomonem 172. ſecundum uero alios, centeſimo trigeſimo ſexto completa fuerint. Vt ex temporũ ſupputatione, quam per Hebræorũ ſcripturas paulò ſuperius feciſti, colligi poteſt. Ipſe uero Dominus Ieſus anno ante eiuſdem templi euerſionem quadrageſimo ſecundo paſſus fuerit. GAL. Hæc eorum fuga nihil eis ſuffragari poteſt. Tum primo, quia ut nunc diximus, aduentus quidem Meſſiæ & ſi non retardari, accelerari tamen potuiſſet, ac debuiſſet, dum modo eſſent, qui illũ mererent. Quare haud incõgrue dicere poſſumus, q̃d.

uentus

uentus Messiæ accelerationem multa meruerint. Videlicet sanctorum patrum in inferno existentium miseranda captiuitas, ac apostolorum aliorumq; Christi discipulorum bonitas iam præuisa. Sed maxime Mariæ uirginis sanctitas, atq; humilitas, necnon sanctissimum ac singulare uirginitatis seruandæ propositum. Quæ præcedentium omnium sanctitatis humilitatisq; suppleuere defectum. Tum deinde, quia dato quòd mors Messiæ circa quam dies Regni eius incipere debebant, eo tempore punctualiter non fuerit, quo à mundi conditione annorum quatuor milia defluxerant, id eis minime mirum uideri debet. Quandoquidem in sacris literis longe maior quàm hęc inueniatur temporis supputatio. Scimus enim Deum (ut cætera omittam) Abrahæ præ dixisse, semen eius quadringentis annis captiuum in terra aliena futurum. Et tamen omne tempus quo filij Israel fuerunt in Ægypto, de cuius captiuitate Deus locutus fuerat, nõ fuit nisi annorum ducentorum & decem, ab eo scilicet anno, quo Iacob descendit in Ægyptum, usque ad liberationem per Mosem factam. Vt ex sacræ scripturæ textus clare habetur, & R. Selomo etiam testatur. Quocirca mirandũ non est, si discipuli Esaiæ post quartũ mundi millenarium completũ, Messiam regnaturũ prædixerint. Et tamen Christus anno 136. ante eiusdem millenarij cõpletionem, iuxta Hebręorũ supputationem, mortuus fuerit.

Responsio secunda.

Responsio tertia.

Tum deniq;, quia si ueritatẽ iuxta historiarũ fidem, sequi uoluerimus, inueniemus Christum in fine quarti millenarij, siue completis quatuor annorum milibus à mundo condito, passum fuisse. CAP. Id retegas obsecro. GAL. Faciam. Anno igitur 15. mundi, Adam genuit Cain, & 30. Habel. Anno uero 100. mundi, Cain occidit Habel, & tunc natus est Seth. Seth autem anno 15. ætatis suæ genuit Enos, qui nomen Dei inuocare cœpit, Enos anno 90. genuit Kenan, qui nostra æditione Cainan dicitur, Kenan anno 70. genuit Mahallalel, Mahallalel anno 65. genuit Iared, Iared anno 162. genuit Hanoch, qui trãslatus est, & à nostris Enoch appellat̃, Hanoch anno 65. genuit Methusalẽ, quẽ nos corrupto uocabulo Mathusalem dicimus, Methuselas (qui plus cæteris uixit, annos scilicet 969) anno ętatis suę 187. genuit Lamech, Lamech anno 182. genuit Noam. Cuius anno 600. factus est cataclismus, ut per Talmudicam traditionem in 19. huius libri cap. probatum est, Ex quibus omnibus secũdum Hebręos à mundi creatione usq; ad tempus illud, quo diluuium cessauit, colligunt̃ anni 1656. Sem deinde anno secundo post diluuiũ genuit Arpaxad, Arpaxad anno ętatis suæ 35. genuit Sale, Sale anno trigesimo genuit Heber, à quo Hebræi, Heber anno trigesimo quarto genuit Paleg. Tunc Nemrod filius Cus filij Ham, Assur de terra Senaar expulso, primus regnare cœpit. A quo & Babylon urbs & Turris in campo Senaar ædificatur, & tunc septuaginta duarum linguarum facta est diuisio, Vt Abidenus quoque & Estiæus historici testan-

Discursus temporum à mundi initio usque ad Christi passionem.

testãtur, tunc etiam idololatria incepit, cum Nemrod homines ignem adorare cogebat, Paleg anno trigesimo genuit Reu, Reu anno uigesimoquinto genuit Serug, Serug anno trigesimo genuit Nahor, Nahor anno 29. genuit Taram, Taras anno septuagesimo genuit Abraham, anno scilicet regni Nini filij Beli secundi quadragesimotertio. Quo tempore Niniue à Nino conditur, & Belus secundus ab Assyrijs pro Deo colitur, Abraham anno quinquagesimo secundo (ut ait R. Selomo) in lege studere cœpit. Et tunc secundũ ipsum cõpleta sunt à mundi principio, duo annorũ milia. Nam à diluuio hucusq; 344. colligũtur anni. Sed supputatis annis mille sexcentis quinquaginta sex ante diluuium transactis, habẽtur à mundi initio hucusq; duo milia annorum præcise. Quæ quidem discipuli Eliæ in traditione præmissa inanitatis, siue uacuitatis tempora appellant, eo quòd humanũ genus nullam aliã præter naturæ legem habens, inane & uacuum ab omni alia lege per ea tempora uixit. Alia autem duo annorũ milia legis nuncuparũt. Tum, quia in principio eorũ Abrahã (ut dixit R. Selomo) legis studio uacare cœpit. Tum quia Abrahã ipse eo fere tẽpore circũcisionis legẽ accepit. Tum etiã quia infra illa tẽpora lex data fuit. Terminari autẽ debebant duo hæc annorum milia in legis antiquæ desitione, atq; in nouę quam Messias laturus erat, datione siue promulgatione. Probatur autem horum duorum milium annorum discursus, hoc modo: Ab eo tempore quo Abraham secundũ R. Selomonis expositionem, legi studere cœpit, usq; ad natiuitatem Ishac, anni fluxerunt 48. Ishac autem cum esset annos sexaginta natus, genuit Iacob. Iacob autem cum esset annorum centum & triginta, ingressus est Ægyptum. Filij uero Israel commorati sunt in Ægypto annis 210. Moses rexit populum annis 40. Iehosuas annis 27. Iudices gubernauerunt annis 299. Sacerdotes autem annis octuaginta, computatis ijs, quibus Saul una cum Semuele regnauit. Reges uero annis regnauerunt 492. à Dauid incipiendo, usq; ad undecimum Sedechiæ annum, qua tempestate templi primi, & urbis Ieruslem excidium fuit. Nabuchdonosor autem post Ierosolymorum euersionem, regnauit annis (secundum Talmudistas) 27. in quo defecit regnum Chaldæorũ. Post quem Regnum Persarum durauit annis 241. Nam à sui principio usq; ad uigesimũ Artaxersis Longimani annum, fluxerunt anni 115. Et deinde usq; ad sextũ Darij tertij annum, ut in præcedentibus uisum est, decurrerunt anni 126. Regnum uero Græcorum ab Alexandro magno, usq; ad 22. Cleopatræ annum, ut etiam in præmissis patuit, perstitit annis 300. minus uno, ut in superioribus probauimus. Octauianus autem post mortẽ Cleopatræ, imperauit annis 43. Christus tandẽ anno Tyberij 18. passus est. Ex quibus omnibus colligitur, ab eo tempore quo Abraham iuxta R. Selomonem in lege studere cœpit, hoc est à 52. anno Abrahæ, usq; ad Christi passionem, duo milia

annorum

annorum & quindecim annos præciſe decurriſſe. Et tunc dies Meſſiæ, hoc eſt duo milia annorum quibus Meſſias regnaturus erat, incipere debebant per legis ipſius Meſsiæ promulgationem. Quibus ex omnibus palam oſtenſum eſt ſecundum ueras temporum ſupputationes, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum quatuor milibus annorum poſt mundi creationem completis, paſſum fuiſſe. Et tunc proprie incepe-runt dies Regni eius, cum lex Euangelica ab apoſtolis circumquaque per orbem prædicari cœpit, mundusq; ad ipſum conuerti. Vtrum autem mundus per duo alia duntaxat annorum milia, qui dies Meſsiæ in traditione antedicta dicuntur, duraturus ſit, id ego nolo diſcutere. Non enim propterea traditionem hanc Talmudiſticam induxi, ut per eam mundi finem determinarem, aut ut ipſam approbarem. Sed ut potius per approbatas eorum ſcripturas, Iudæorum noſtri ſeculi perfidiam conuincerem, qui tam pertinaciter Meſsiam ueniſſe negant. Ad quorum etiam duritiem conterendam, illud Eliæ teſtimonium adducam, quod in eodem libro Sanhedrin, capite Helec, hoc modo ponitur, אמר אליהו לרב יהורת אין העולם פוחת משמונים וחמשה יובלות ורביובל אחרון בן דור בא Id eſt, Dixit Elias Magiſtro Iudæ, Non erit, id eſt non durabit mundus minus quàm quinquagintaquinq; Iubileis, & in ultimo Iubileo filius Dauid ueniet. Vbi Rabbi Selomonis gloſſa ait, והיונו ר׳ אלפים ומאתים וחמשים שנה Hoc eſt, Hi Iubilei continent annos quatuor milia 250. Si igitur iuxta hanc Eliæ traditionem Meſsias anno ab orbe condito quater milleſimo ducenteſimo quinquageſimo, hoc eſt anno poſt Chriſtum paſſum circiter ducenteſimũ quinquageſimũ, quo tempore gratia eius per mundi conuerſionem in plenitudinem uergere cœpit, uenturus erat. Ipſum iam ueniſſe, nemo niſi ratione prorſus carens, negare poſſet. Hoc idem per illud quoq; quod in Midras tehilim, id eſt in expoſitione Pſalmorum ſuper titulum Pſalmi uigeſimiprimi legitur, manifeſte oſtenditur. Vbi ſic ad uerbum dicitur, למנצח על אילת השחר Id eſt, Victori ſuper cerua auroræ. Hoc eſt quod ſcriptum eſt Pſalmo quinquageſimo ſeptimo, עורה כבודי עורה הנבל וכנור אעירה שחר Hoc eſt, Surge gloria mea, ſurge pſalterium & cithara, ſurgam mane uel diluculo. Et iterum Pſalmo centeſimooctauo. עורה הנבל וכנור אעירה שחר Id eſt, Surge pſalterium & cithara, ſurgã mane uel diluculo. Loquar de quatuor Regnis, Surge in Bethel, ubi ſuſcitaſti nobis Miſſael, Ananiam, & Azariam. Surge in Media, quia ibi aſtare feciſti nobis Mordochæum, & Eſter. Surge in Græcis, quia ibi aſtare feciſti nobis חשמונאי Haſmonai, id eſt Machabæos, Mathathiam ſcilicet & filios eius. Surge in Edom, id eſt in Romanis, cum futurum eſt, ut aſtare nobis facias Regem Meſſiam, de quo ſcriptum eſt, Surgã diluculo. Hæc omnia traditio. Ex qua luculentiſsime patet. Quod tempore quarti Regni, id eſt Romanorum, cum ſcilicet

Meſsias uenturus Romanis dominantibus.

scilicet uniuerso orbi dominaretur. Messias uenturus erat. Quod in libro quoq; Sanhedrin, cap. Helec, optime cõfirmatur, dum ita legitur, Dixit R. Nõ ueniet filius Dauid, donec dominetur Regnum nequam (Glossa R. Selomonis, id est Romanũ) super Israel nouem mensibus. Sicut dictum est Micheæ 5. cap. Propterea dabit eos (Glossa R. Selomonis eos, id est Israel) usque ad tempus quo parturiens pariet. Glossa R. Selomonis, Et hi sunt nouem menses. Idem in libro etiam qui יומיא loma, id est dierum appellatur, hoc modo habetur, Non erit filius Dauid ueniens, donec dominetur Regnum nequam, id est Romanum uniuerso orbi nouem mensibus. Sicut scriptum est Micheæ quinto cap. לכן יתנם עד עת יולדה ילדה וייתר אחיו ישובון על בני ישראל Hoc est, Propterea dabit eos usque ad tempus, quo parturiens pariet. Et residuum fratrum suorum conuertetur ad domum Israel. Quod autem Romani super Iudæos regnarint, habetur in libro qui עבודה זרה Auoda zara dicitur, in capite לפני אירחן liphne edehen, id est, Ante eorum festa. Vbi sic scriptum est, Dixit Abba, Per 180. annos ante destructionem domus sanctæ dominatum est regnum nequam, id est Romanũ, super Israel, hoc est super Iudæos. Cum igitur Messias tunc uenire debuerit, cum Romani nouem mensibus super Iudæos, uniuersumq; orbem dominati fuissent, Romani autem cum maxime temporibus Cæsaris Augusti, sub quo Christus natus est, & Iudæis & uniuerso orbi imperauerint, Messiam tũc uenisse, manifestũ & certum est. Cum igitur nemo alius (ut omnia prẽmissa concludamus) prẽter Iesum Dominũ nostrũ, aut in fine quarti millenarij mundi apparuerit, aut sub Cæsare Augusto natus fuerit, qui ueri Messiæ signa habuerit, cuiq; prophetarum oracula, & præsertim aduentus ipsius tempus determinantia, ipsumq; acgesta eius describentia, recte cõgruant. Ipsum procul dubio Dominum Iesum uerum fuisse Messiam, apud omnes quos perfidia, uel odium non ob cæcat, necessario consequens est.

De duobus falsis Messijs, quos Iudæi ob temporis præfixi aduentus Messiæ præteritionem, post Christum passum receperunt. Et quam ob rem primum à Vespasiano & Tito, deinde ab Hadriano tam acriter puniti fuerint. Caput XXI.

CAPNIO,

Hanc ob causam arbitror, Iudæos post Christum passum duos unum post alium falsos recepisse Messias. Quia scilicet determinatum aduentus Messiæ tempus, tum à prophetis, tum à priscis Talmudistis traditum, iam præteriisse uidebant. Quare non parum utilitatis afferes, si iniquam eorum semitam, qua post nostri Salua toris ascensum, præuaricati sunt, cunctis detegas, quónam pacto falsos

ipsos Messias receperint, referendo. GAL. Ipsi igitur cum uiderent tempus aduentus ueri Messiæ in scripturis designatũ, iam præteriisse, Christiq; fidẽ miraculis in eius nomine crebrescentibus, in dies augeri, duos sibi unum post alterum falsos assumpsere Messias. Nam paulo post Christi passionem, surrexit quidam Iudæus, cui nomen erat secundum quosdam בר כוזבא Bar cozba, secundum alios uero בן כוזבא Bencozba. Quæ quidem nomina idem omnino sunt. Nam בר Bar, quidem Chaldaicum nomen & בן Ben Hebraicum, idem sunt, quod apud nos filius. כוב Cazab autem mendacium interpretatur. Ideo Barcozba, uel Bencozba idem prorsus est, quod mendacij, uel falsitatis filius. Hic ergo pro Messia se ingerens, à Iudæis susceptus est. Vt legitur in libro Sanhedrin capite Helec. Vbi sic de eo inter cætera dicitur, Barcozba annis 30. cum dimidio regnauit. Dixit enim לרבנן Lerabbanan, id est Magistris אנא משיחא Ana Messiha, hoc est, Ego sum Messias. Et secundum R. Selomonis glossam ibidem, fuit cum Herodis Agrippæ Regno. Quare uerbum illud dominicum Ioannis 5. cap. dictum, tunc impletum est: Ego ueni in nomine patris mei, & nõ recepistis me. Si alius in nomine suo ueniet, recipietis eum. Venit igitur in nomine suo Barcozba mendacij filius, & ab eis receptus est. Et si ex ipso nomine saltem eum (si sensum habuissent) cognoscere certe debuerãt. Neq; enim solum uulgus ipsum recepit, sed sapientum quoq; eorum maxima pars. Inter quos R. Akiba unus fuit, qui de sapientioribus Talmud habitus est. Neq; signum ab ipso falso Messia fieri ullum quæsierunt, quemadmodum à Christo & quæsierant, & uiderãt. Vt in eorum scripturis latissime legitur, Nam R. Moses בן מימון ben Maimon, id est filius Maimonis, sic in sententijs Regum refert. R. Akiba sapiens fuit, & quidem de sapientioribus Talmud. Ipseq; ferebat arma Barcozbæ regis, & dicebat ipsum esse messiã. Ipse enim sic arbitratus est, omnesq; sapientes generationis suæ putabant eum esse Messiã, quouisq; ob scelera sua, fuit interfectus. Et non petierunt ab eo sapientes signum, neq; miraculum. Hæc R. Moses ille. R. igitur Akiba ut plebi suggereret ipsum Bencozbam Messiam esse, de eo dicta fuisse uerba prophetarum exponebat, & præsertim illud Haggæi 2. ca. dictum, Adhuc modicum unum est, & ego commouebo cœlum, & terram, & mare, & aridam, & commouebo omnes gentes, & uenient cum desiderio cunctæ gentes. Vt habetur in libro Sanhedrin cap. Helec. Sed in eo quidem, quòd R. iste Akiba prædicta Haggei prophetæ uerba de Messiæ diebus exponebat, optime quidẽ faciebat, cum de nullo alio, quàm de Messia conuenientius exponi possint. In eo uero quòd ad Bencozbã falsum Messiam ea referebat, pessime certe agebat. Huius itaque cæterorumq; magistrorum suasionibus, Iudæi prædictum falsum Messiam recipientes, à Romano defecerunt imperio. Quapropter Vespasianus cum fi-

Bencozba falsus Meßias à Iudæis receptus.

Vespasianus et Titus quare uenerunt contra Iudæos.

lio

lio Tito contra eos missus est. Vt sicuti Dei filium unà cum patre negauerant, dicentes, Non habemus Regem nisi Cæsarem. Ita patri & filio, Vespasiano scilicet & Tito meritò exterminandi traderentur. Qui in festo azymorum, in quo Iudæi ipsi perfidi Christi mortem perpetrauerant, innumeros fere eorum populos qui Ierosolymã ad ipsum festum celebrandum conuenerant, concluserunt. Et sicut tribus annis cum dimidio quibus Saluator mundi docuerat, Dei gratiam contempserant. ita tribus annis cum dimidio eos Romani ipsi Principes obsidione atroci atq; durissima afflixerunt. Cumq; obsiderentur tunc primum à Bencozba eorum falso Messia, ob cuius amorem aduersus Romanos insurrexerant, liberationis suæ signum fieri petierunt. Videntes tandẽ quòd miraculum nullum ad eorum liberationem facere poterat, eum neci tradiderunt. De cuius morte in libro Sanhedrin, in cap. Helec, legitur, quòd ita demum dixerunt ei Magistri. Scriptum est Isa. 11. ca. de Messia, Quod odorans erit & iudicans, hoc est, odoratu sentiet, quis innocens, quis ue reus erit. Videamus igitur an odorando id iudicare ualeas. Qui cum uidissent, quòd non esset odorans, & iudicans, ipsum interfecerunt. Hæc Talmud. Quibus tandem captis, Deo proculdubio disponente, eadem mensura qua Christo mensi fuerant, eis remensum fuit. Quemadmodum apud eos in libro expositionis planctus Ieremiæ, qui איכה רבתי Echa Rabbethi dicitur, latius continetur, cum super illud primo cap. dictum, היו צריה לראש אויביה שלו Hoc est, Facti sunt hostes eius in capite, inimici temere egerunt. Sic inter cætera legit, Facti sunt hostes eius in cap. Hic est Vespasianus Cæsar, Inimici temere egerunt. Iste est Titus nequam filius eius. Tribus enim annis cum dimidio obsedit Vespasianus Ierusalem. Erantq; cum eo quatuor Duces, Dux Arabiæ, Dux Phœnicis, Dux Alexãdriæ, & Dux Palestinæ. Erant & quatuor baiuli, quorum quilibet armatis ciuitatis decem annis prouidere poterat. Hęc in Echa rabbethi. Tanta autem fuit teste Iosepho, qui aderat, prostratorum multitudo. Vt undecies centena milia perempta fuisse dicantur, adeo, ut mortuorum corpora muris ciuitatis coæquarentur. Alios autem ad lusum reseruatos fuisse ait, adiunctis eorum ducentis milibus qui in captiuitatẽ ducti sunt. Tanta quoq; eodem in populo uilitas fuisse dicitur, ut quis uno argenteo dato triginta sibi emeret Iudæos. Quod nutu Dei factũ esse, nemo est qui ambigat, Vt qui Deum ac Dominum suum quasi uile mancipium uili precio uendiderant, uiliori precio & ipsi uenderentur. Verum enimuero Vespasianus dum acriter Iudæos obsidione premeret, in tantum Deo agente, Romanis placuit, ut mortuo Othone, ipsum absentem cõmuni consensu Imperatorem deligerent. Voluit quippe Deus, ut pro labore quo perfidos sacrilegosq; Iudæos deuastando, sibi seruierat, hoc illi præmium redderetur. Quam ob rem Tito filio in eadem obsidione

Mors prædicta falsi Messiæ.

Destructio Ierosolymæ.

relicto, Romam rediit. Titus autem quinto Idus Iulij, capta ac solo æquata ciuitate, & templo, atq; pace cum ijs qui in Iudæa remanserant, firmata, decreuit, ut nullus Iudæorum deinceps sabbatum seruaret, nullus à menstruata cõtineret. Vt in Talmud, eo in libro, qui מגילה Megilla, id est historia appellatur, abunde continetur.

De secũdo falso Messia.

Anno autem ab urbis Ieroſolymæ excidio 48. cum dimidio transacto, Iudæi ciuitatem nomine Bitter sibi metropolim fecerunt, ibiq; alium falsum Messiã sibi præfecerunt, non animaduertentes insani, ac mente capti, quòd Bencozba uel Barcozba quoq; sicut & ille quem prædecessores eorum in Ieruſalem receperant, propter quem & destructi fuerant, uocaretur. Adeo ut ipse quoque R. Akiba non obstante, quòd ab antedicto falso Messia Ieroſolymis turpiter delusus fuerat, hunc impudenter recipere non horruerit, quin potius eum uerum esse Messiam, autoritate sacræ scripturæ populis persuadere conatus sit. Nam ut legitur in Talmud Ieroſolymitano, in libro qui תענית Taanich, id est de ieiunio nuncupatur, in cap. quod incipit בשלשה פרקים Bisloſa perakim, id est in tribus capitulis. R. Akiba scripturam illam Num. 21. scriptum, דרך כוכב מיעקב Id est, Orietur stella ex Iacob. Ita exponebat, Orietur Barcozba ex Iacob. Et cum uideret ipsum Barcozbã, dicebat: En hic est Rex Messias. Id idem quoque in expositione planctus Ieremiæ, quæ איכה רבתי Echa rabbethi appellatur, clare habetur, super illud Tren. 2. dictum, Dissipauit Dominus, & nõ est misertus. Vbi dicitur, R. Iudam filium Elai dixisse, Quod R. Akiba exponens dictum illud, Orietur stella ex Iacob, dicebat, Non esse legendum כוכב cochab, id est stella, sed כזב cozab. i. mendacium, quod sui falsi Messiæ nomen erat. Quapropter

Iudæi ab Hadriano obsessi.

cum Iudæi aduersus Romanũ Imperium cum eo rebellassent, Hadrianus Cæsar transfretauit, & eos cum eodem falso Messia acriter obsedit in ipsa ciuitate Bitter, in qua innumerabilis Iudæorum erat multitudo. Nam in Bereshith rabba. i. in expositione magna libri Gene. eo in loco, ubi dicitur, Vox quidẽ, uox Iacob est, manus autem, manus sunt Esau. Sic ad uerbum legitur, Dixit R. Iohanan, Octoginta milia parium canentium tuba erant in Bitter, & unusquisq; eorum multis præerat exercitibus, qui ibi cum Barcozba erant. Cui & ducenta milia eorum erãt, qui abscissum digitum habebant. Qui scilicet unum de digitis sibimet quando probabãtur, abscinderant, uolentes hoc indicio suam audaciã animositatemq; ostendere. Quare ad ipsum Barcozbam sapientes miserunt, dicentes, Quousq; filios Israel mutilatos facies? Qui respõdens ait, Et quónam pacto periculum de eis faciam? dixerunt ei, Quicunque super equum suum insidens, cedrum de libano nõ euulserit, tyrocinio tuo non ascribatur. Fuerunt igitur ei & ducenta alia milia sic probatorum. Cumq; ad pugnam egrederetur, dicebat, Domine mundi, nõ fulgias nos, neq; præstes audaciam nobis. Nónne enim tu Deus repulisti nos?

nos? Nõ ergo egrediaris in exercitibus nostris. Hęc omnia ibi. Ex quibus non solum Iudæorũ ingens, ac pene infinitus patet exercitus, uerũ qualem sibi etiam Messiam elegerant, qui Deum cõtemnebat. Tertio deniq; obsidionis anno mense 6. Hadrianus ciuitatem cœpit cum maxima Iudæorũ strage. Vbi & ipse quoq; Barcozba falsus eorum Messias occisus est. Vt eodẽ in lib. Echa rabbethi uocato, eodẽq; in loco latissime dicit̃. Vbi hęc inter cętera leguntur, Tribus annis cum dimidio obsedit Hadrianus Bitter. Et post pauca subdit̃, Capta autẽ ciuitate, interfectus est Barcozba. Et allato capite eius coram Hadriano, dixit Hadrianus, Quis hũc occidit? Ait miles quidã, Ego eũ occidi. Dixit ei Hadrianus, Vade & adduc ad me eius truncum. Iuit ille, & serpentẽ collo eius inuolutũ inuenit. Quo allato, ait Hadrianus, Nisi Deus suus hunc occidisset, quis aliquid contra eum potuisset? Legitur enim de eis Deut. 32. אם לא כי צורם מכרם ויהוה הסגירם Hoc est, Nonne quia Deus eorũ uendidit eos, & Dominus conclusit illos? Neque interficientes cessabant, quousq; equus usq; ad os per sanguinem iret. Sanguisq; tantus erat, ut lapides maximos uoluens, duceret. Fluebatq; usq; ad mare, quod quatuor passuum milibus ab urbe Bitter distabat. Eratq; Hadriano uinea duodeuiginti milia passuum habens longitudinis, totidemq; latitudinis, quam sepiuit ex cadaueribus in Bitter occisorũ. Sepis autem altitudo, hominis statura erat, quam pedes & manus leuare poterant. Dura uit autem Bitter post domus secundæ sanctæ destructionem, annis 52. & destructa est. In lib. quoq; qui מסכת גטין Massecheth ghittin, id est tractatus diuortiorũ dicitur, in cap. המזיקין Hammezekin, id est Damna, ita ad uerbũ legitur, Tradidit R. Eliezer, duo flumina esse in regione Iericho, quorum unum hinc, & alterum inde protenditur. Æstimauerunt autem illa sapientes, & erat tertia pars eorum sanguis effusus. Per septem quoq; annos populi gentium uindemiauerunt uineas suas, ex simo sanguinis Iudæorum firmantes eas, absq; alio simo. Habetur præterea ibidem, Quod Hadrianus interfecit ex Iudæis in Alexandria qui dem Ægyptiorum septuagies decem milia, id est in duplo eorum qui tempore Mosis, de Ægypto egressi sunt. In Bitter uerò 4500000. Quidã tamen aiunt, quater millesies decem milia interfectorum in Bitter fuisse. Hæc ego an uera sint, non affirmo. Satis tamen sit, per eorum scripturas probasse, infinitam pene eorum stragem ab Hadriano Dei iudicio factam fuisse. Ad cuius confirmationem, Ezechielem prophetã adduco, qui destructionem hanc in Bitter futurã prędignans, ita Eze. 5. c. ait, ואתה בן אדם קח לך חרב חדה תער חגלבים תקחנה לך והעברת על ראשך ועל זקנך ולקחת לך מאזני משקל וחלקתם : שלישית באור תבעיר בתוך העיר במלאת ימי המציור ולקחת את חשלשית תכה בחרב סביבותיה והשלשית תזרה לרוח וחרב אריק אחריהם : ולקחת משם במעט במספר וצרת אותם בכנפיך ומהם עוד תקח והשלכת אותם אל תוך האש ושרפת אתם באש מבנו תצא אש

Vrbis Bitter captio, eiusdemq; falsi Messiæ interfectio.

Maxima Iudæorũ strages.

: אל כל בית ישראל Id est, Et tu fili hominis sume tibi gladium acutum, radentem pilos. Et assumes eum tibi, & duces per caput tuum, & barbam tuam. Et assumes tibi stateram ponderis, & diuides eos. Tertiã scilicet partem cõbustione cõbures in medio ciuitatis, iuxta cõpletionem dierum obsidionis. Et assumes tertiam, & percuties gladio in circuitu eius. Et tertiã sparges ad uentum, & gladiũ euaginabo post eos. Et assumes inde modicũ in numero, & ligabis eos in alis tuis. Et ex eis adhuc tolles, & mittes eos in medio ignis, & combures eos igni. Et ex eis egredietur ignis in omnem domum Israel. Hæc ille. Per tertiam igitur partem quam in ignem proiecit, eos qui de illo populo incendio uastati sunt, intelligere debemus. Per tertiã uero quam gladio feriri iussit, eos qui ferro interempti sunt, intelligimus. Per tertiã autem quam ad uentum dispersit, illi qui in captiuitatẽ ducti fuerunt, intelliguntur. Perreliquã uero, quam in summitatibus pallij ligati præcepit, eos qui ut conuertãtur in fine restant, designauit. De quibus apostolus ad Romanos scribens 11. cap. sic ait, Cæcitas ex parte contigit in Israel donec plenitudo gentiũ intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Ex his præmissis palam est, nullam aliam ob causam Iudæos tam per Vespasianum & Titum, quàm per Hadrianum tam multiplici ac sæuissima animaduersione percussos fuisse, nisi quia uero Messia reprobato, atq; atroci morte perempto, falsos Messias receperunt.

Quinta ratio qua ostenditur primi aduentus Messiæ tempus iam præterisse, accepta ex Israelitici populi punitione. Et quòd Iudæi in aduentu Messiæ ob mortem quam ei illaturi erant, multiplici pœna multandi essent. Caput XXII.

CAPNIO,

QVia ad probandum Messiam iam uenisse, nullum aduersus Iudaicam perfidiã, tam efficax argumentũ fieri posset, quàm per eorum scripturas ostẽdere, captiuitatem hanc nouissimã in qua sunt, in mortis Christi pœnã, eis cõtigisse. Eam ob rem haud incongrue nunc probandum esset, & strages istas quas tum per Vespasianum & Titum, tum per Hadrianum ex ipsis factas fuisse, commemorasti, & ærumnosas clades, quibus per orbẽ dispersi, crudelius in dies affligi nunquam desinunt, eos propter Messiæ mortem, quam inique atq; crudeliter patraturi erant, perpessuros fuisse. GAL. Omnia hæc longe ante per prophetas prænunciata fuerunt. Quod enim Iudæi in primo Messiæ aduentu, ob mortem quam ei inferre debebant, multis pœnis, multisq; flagellis puniendi essent. Hoc non modo angelus Daniheli retexit, ut superius in 70. hebdomadarum expositione dictum est, sed plerique etiã prophetarũ prædixerũt. Et præsertim Isa. hæc 28. dicẽs,

לבן שמעו דבר יהוה אנשי לצון מושלי העם הזה אשר בירושלם : כי אמרתם
כרתנו ברית את מות ועם שאול עשינו חזזה שיט שוטט כי עבור לא יבואנו כי
שמנו כזב מחסנו ובשקר נסתרנו : לבן כה אמר אדני יהוה הנני יסר בציון אבן
אבן בחן פנת יקרת מוסר מוסד המאמין לא יחיש : ושמתי משפט לקו וצדקה
למשקלת ויעה ברד מחסה כזב וסתר מים ישטופו : וכפר בריתכם את מות
וחזותכם את שאול לא תקום שוט שוטט כי יעבר והייתם לו למרמס : מדי עברו
יקח אתכם כי בבקר בבקר יעבר ביום ובלילה והיה רק זועה הבין שמועה :
קצר חמוצע מהשתרע והמסכה צרה בהתכנס : כי בהר פרצים יקום יהוה כבעמק
בגבעון ירגז לרשות מעשהו זר מעשהו ולעבר עבדתו נבריה עבדתו : ועתה אל
תתלוצצו פן יחזקו מוסריכם כי כלה ונחרצה שמעתי מאת אדני יהוה צבאות
על כל הארץ : Hoc est, Propter hoc, audite uerbum Dei homines illusores, dominantes populo huic, qui est in Ierusalem. Quoniam dixistis, Percussimus fœdus cum morte, & cum sepulchro fecimus pacem, flagellum inundans cum pertransierit, non ueniet super nos. Quia posuimus mendacium spem nostram, & falso protecti sumus. Ea propter sic dicit Dominus Deus, Ecce ego fundabo in Syion lapidem, lapidem fortem, angularem, precioſum, fundamentum fundamenti. Qui crediderit, non festinet. Et ponam iudicium in mensura, & iustitiam in pondere. Et subuertet grando spem mendacij, & protectionem aquæ obruent, & delebitur fœdus uestrum cum morte, & pax uestra cum sepulchro non stabit. Flagellum inundans cum pertransierit, eritis ei in conculcationem. Quandocunque pertransierit, tollet uos. Quoniam mane diluculo pertransibit, die noctúque. Et erit tantummodo commotio & tremor, intelligere auditum. Coangustatum est enim stratum, ut extendatur, & cooperimentum abbreuiatum est, ut dorso adhæreat. Nam sicut in monte diuisionum, surget Deus, sicut in ualle quæ est in Gabaon, irascetur. Vt faciat opus suum, alienum est opus eius. Vt operetur opus suum, extraneum est opus eius. Nunc autem nolite illudere, ne forte flagella uestra fortiora efficiantur. Destructionem ultimam audiui a Domino Deo exercituum super omni terra. Et reliqua usque ad uigesimi noni capitis finem. Super hanc prophetiam quicquid iuniores Iudæorum dicant, Dempto Rabbi Selomone, omnes delirant. Cum recte non nisi super Dominum nostrum Iesum aptari possit. Quamuis enim si ut decet intelligatur, per illa, Ecce ego fundabo in Syion lapidem, lapidem fortem, angularem, precioſum, fundamentum fundamenti. Reliqua tota prophetia facile ex se ipsa pateat. R. tamen Dauid tanquam is qui dummodo Christi mysterium, ueritatemq; fugiat, prophetias omnes à uero sensu peruertere non curat, partem hanc Hezekiæ Regi tribuit, sic dicens, Ecce ego fundabo in Syion lapidem, id est Regem bonũ, Hezekiam scilicet, Quem lapidi forti, qui in anguli fundamento ponitur, assimilauit, Per cuius manus

R. Dauid falsa expositio.

populus ab hoſte,& ab inimico liberabitur,propterea quia populũ ip
ſum ad bonum reducet,& impios malosq; perdet. Clauſulam quoq; il
lam,Qui crediderit non feſtinet,ſic accommodat,atque exponit.Cum
enim(inquit)maior eorum pars diebus Achaz uerbis prophetæ non
adhiberet fidẽ,idcirco his uti uoluit uerbis. Ac ſi diceret,Siquis in uo
bis eſt,qui prophetiam hanc uerificatam uidere cupiat,non feſtinet,id
eſt non putet ipſam ſic de proximo uenturam,& ſi eam omnino adim
Confutatio. pletam uideat. Hęc R. Dauid ille perfidus. Cuius quidem expoſitionis
falſitas quãquam ex ipſius prophetiæ proceſſu manifeſte appareat.Ex
ea enim colligitur Iudæos per hunc regem mala innumera paſſuros fu
iſſe,per Hezekiam autem ſicut etiam ipſe aſſerit,non tantum eos nulla
pati mala contigit,uerum ab hoſte quoq; Sennacherib liberati fuerũ.
Quam ob rem prophetiam hanc de ipſo Hezekia loqui, dici minime
poteſt. Cum etiam ex ea clauſula,Qui crediderit,non feſtinet, prophe
tiam de proximo uerificandam non fuiſſe,dicit,aperte ſibi ipſi contra
dicere uidetur. Nam ſi in diebus Achaz(ut ipſe ait)dicta fuit,poſt quẽ
Hezekias ipſe immediate ſucceſſit, nónne ſatis cito conſumanda erat
Conſtat igitur hanc prophetiæ partem non de Hezekia,ſed de Meſſia
neceſſario intelligi debere. Quod primo per Targum R. Ionathæ li
quido patet,qui ſic locum hunc Chaldaicè traduxit, atque expoſuit,
אמר יהוה אלהים הא אנא ממני בציון מלכא משיחא מלכא תקיף וגיבר Id eſt,
R. Selomonis expoſitio. Dixit Dominus Deus,Ecce ego conſtituo in Syion Regem Meſſiam,
Regem potentem,robuſtũ & fortem. Deinde per R. Selomonem,qui
prophetiam ipſam de Meſſia exponens,ita inquit,Ecce ego ſum qui in
Syion,id eſt in mente mea fundaui,id eſt decreui,Meſsiam regem con
ſtituere,qui lapis fortis,fundamentumq; fundamẽtorum erit. Ita quod
qui crediderit prophetiã hanc uenturã eſſe,nõ feſtinabit,hoc eſt aduen
tum eius non deſiderabit. Hæc ille. Qua quidem expoſitione ſtante,ex
Meſſiæ aduentu ultimã hanc Iudæorũ deſtructionẽ ſecuturã,per hanc
prophetiã prænunciatũ fuiſſe,abſq; dubio uidemus. Quare neq; pro
phetia ipſa de Meſsia,quem Iudęi falſo uenturum expectant,uerificari
poteſt,cum ab eo infinita bona ſe recepturos ſperent. Vt autem R. Da
uid aliorumq; recentiorũ qui prophetiam hanc ſubuertere cõtenduntꝫ
peruerſitas clarius uideat,in uera ipſius prophetiæ expoſitione,quam
nunc aggrediar,ſparſim eorum opiniones confutandæ recitabuntur.
Vera & catholica huius prophetiæ expoſitio. Dico igitur per prophetiã hãc,totum Ieſu Chriſti myſteriũ ſummatim
prænarratum fuiſſe. Cum enim Iudæorum temporibus Achaz exiſten
tium,opera praua propheta reprehenderet,myſterium hoc eis prædi
cere uolens,ut eis oſtẽderet,quo eorũ ſucceſſores uitam ipſorũ ſequen
tes,tandem peruẽturi eſſent. Audite inquit uerbum Dei homines illu
ſores,dominantes populo huic,qui eſt in Ieruſalem. Quoniã dixiſtis,
Percuſſimus fœdus cum morte,& cũ ſepulchro fecimus pacẽ. Hoc eſt,

Propterea

Propterea quòd uos maiores alijs causa mali estis, nolentes Dei mãdata seruare, neq; prophetarum eius monitis obtemperare, dicentes, Percussimus fœdus cum morte, & cum sepulchro fecimus pacẽ, ita quòd de nullo curamus. Idcirco sic dicit Dominus Deus, Ecce ego fundabo in Syion lapidem. i. Regem Messiam, ut R. Ionathas ex priscis, & R. Selomo ex iunioribus exponunt. Qui quidem Messias erit lapis angularis, preciosus, atq; fundamentũ fundamenti. i. fundamentorũ. Qui crediderit, non festinet. i. iuxta eiusdem R. Selomonis glossam, qui credi-derit prophetiam hanc uenturam esse, non festinabit. i. aduentum eius non desiderabit. Hoc est, Qui de Iudæis Messiam uenturum credide-rit, intelligens mala, quæ in eius aduentu super eos oritura sunt, aduentum ipsius festinare nõ desiderabit, quin potius Deum, ut ipsum differat, rogabit. Quæ quidem mala, propheta statim enumerat, dicens, Et ponam iudicium in mensura, & iustitiam in pondere, cum cæteris quæ sequuntur. Quæ ideo dicit, ut salutis siue damnationis eorum terminũ tunc ponendum fuisse denotaret, eo scilicet modo, quòd spes mẽdacij eos falleret. Vnicuique enim in aduentu Messiæ pro meritis siue gratia siue pœna retribuẽda erat. Et cum eos pro maiori parte in deterius declinaturos propheta uideret, antequam ad malorum quæ passuri erãt, expressionem ueniret, causam ipsorum quæ non alia quàm mors Messiæ futura erat, assignare uolens, ita subiecit. Et delebitur fœdus uestrũ cum morte, & pax uestra cum sepulchro non stabit. Quasi diceret, Fœdus cum patribus uestris, Abraham, Ishac, & Iacob, eorumq; semine iniui, cum morte scilicet Messiæ quæ per uos perpetranda erit, delebitur, soluetur q;. Vos enim per mortem quam ipsi Messiæ illaturi estis, fœdus illud irritum facietis. Simili quoq; modo & pax uestra à me uobis promissa, cũ sepulchro scilicet ipsius Messiæ non stabit. Ex eo enim infinitas perpessuri estis calamitates, uobisq; continue bellum geram. Cuius quidem expositionis ueritas ex eo maxime confirmatur. Quia si secus prophetia exponeretur, nequaquã ita bene coaptari posset, quin plura inconuenientia, pluresq; contradictiones inde sequerentur. Idcirco autem hoc loquendi modo usus est, ut ostẽderet, ipsos mysteriũ hoc suis uerbis quodammodo prophetasse. Perinde ac diceret, Quoniã dixistis, Percussimus fœdus cum morte, & cum sepulchro fecimus pacem. Et reliqua, Ideo uos recte locutos esse aio. Nam sic dicit dominus Deus, Ecce ego fundabo in Syion lapidẽ. i. constituã Messiam, per quẽ eloquia uestra uerificabunt. Eius enim causa passuri estis mala cuncta, atq; flagella, quæ super uos uenire nõ posse dixistis, necnõ & alia infinita. Quare immediate subdidit, Flagellũ inundans cũ transierit, ei in cõculcationẽ eritis, cũ reliquis, quæ subijciunt. Huius aũt expositionis ueritas ex eo potissimũ patet qd' dicit, Sicut in monte diuisionũ surget Deus, sicut in ualle, quę est in Gabaon, irascet, ut faciat opus suũ, alienũ

est

est opus eius. Vt operetur opus suum, extraneum est opus eius. Qui-
bus ex uerbis aperte colligitur, quòd ut R. Dauid ex patris sui senten-
tia testatur, opus illud quod cõtra Israel facturus erat, ideo extraneum
atq; alienum à Deo esse dicitur, quia Deus ipse sua uoluntate ad illud
uenire non debebat, cum eius propositum eo maxime tenderet, ut lapi-
dem illum pro bono eorũ, & non pro malo fundaret. Quod si contra-
rius secutus sit effectus, non Deo, sed ipsis ascribẽda est causa. Et ne tan
quam illusores quo nomine ipsos merito nuncupauerat, uerba hęc nul
la esse putarent, subsequenter adiecit. Nunc autẽ nolite illudere, ne for
te flagella uestra fortiora efficiantur. Destructionẽ enim ultimã sciui
uestrã audiui à domino Deo exercituũ super uniuersa terra. Ac si aper
te diceret, Nolite uerba mea ad maiorẽ uestri pœnã illudere, atq; irride
re. Fateor enim uobis atq; polliceor nouissimã uestri pernicieã à deo hac
de causa me audiuisse, neq; in Ierusalẽ, uel in Iudæa tantũ, sed in uniuer-
sa quoq; terra. Neq; enim uos in uniuersum terrarũ orbem dispersos, Deut.28.
flagella unquã quiescere sinent. Quod cum illo Mosis dicto
conuenit, ורגים תהם לא תרגיע ולא יהיה מנוח לכף רגלך Id est, In gen-
tibus quoq; illis non quiesces, neq; erit requies uestigio pedis tui. Per
hanc igitur prophetiam clarum est, tam ex his quæ iuxta Hebræorum
glossas exposita sunt, quàm ex reliquis quę in ea usq; ad 29. capitis finẽ,
inseruntur, Iudæos ob necem quam Messiæ illaturi erant, multiplici
pœna plectendos fuisse, atq; per orbem ultima destructione dispergẽ-
dos. Cum igitur propheta de hac nouissima captiuitate, quam ob Iesu
Nazareni mortem eis accidisse constat, locutus fuerit. necessario con-
cluditur, non solum aduentus Messiæ tempus iam præteriisse, uerum
ipsum quoq; Iesum Nazarenum uerum fuisse Messiam.

De peccatis Iudæorum tempore primi & ultimi templi commissis. Et de morte Zachariæ & Isaiæ prophetæ. Et quæ fuerit huius nouissimæ captiuitatis eorum causa. Deq; odio gratis, quo Christum persecuti sunt. Caput XXIII.

CAPNIO,

IVdæi nostri seculi id penitus negantes, aiunt captiuitatem
hanc nouissimam non in pœnam mortis Iesu Nazareni, sed
propter peccata patrum suorum sibi euenisse. GAL. Fa-
cile est, in hoc eos conuincere, atque falsiloquos esse, ostendere, si sce-
lera eorum primi & ultimi templi temporibus perpetrata, conside-
rantur. Quare in primis ea quæ in Talmud Ierosolymitano, in li-
bro יומא Ioma, id est Dierum, in capite שבעת ימים Sebath
yamin, id est septem dies, scribuntur, referam. Ibi enim Rabbi Iohã-
nan

nan ita dixisse, legitur, Inuenimus Silo (quod est proprium loci nomẽ propter Iordanem fluuium) nõ fuisse destructum, nisi propterea, quia prophanauerunt sanctuaria, & spreuerunt solennitates. Et inuenimus hoc non fuisse, nisi quia coluerunt idola, & reuelauerunt pudenda, effuderuntq; sanguinem. In secunda autem domo sancta, nouimus omnes eos fuisse laborantes in lege, monentesq; seruari præcepta, ac decimationes. Omnisq; mos & habitus, bonus fuit in eis, nisi quòd erant amatores pecuniarum, & odientes hi istos odio gratis. O quàm graue est odium gratis, quod præponderat reuelationi pudendorum, & idololatriæ, ac sanguinis effusioni. Dicitur præterea, quòd R. Ezra, & R. Iacob, ac Rab Huna erãt sedentes, ac dicentes, Quod fuit primo, fuit regedificatum: quod uero secundo fuit, non est regedificatum. Quia primi quidem egerunt pœnitentiam, secundi uero non egerunt. Dixit R. Elazar, Priores pœnitentiam egerunt, ideo & peccatum eorum reuelatum fuit, & finis captiuitatis eorum reuelatus quoque fuit. Nouissimi pœnitentiam non egerunt, idcirco neq; peccatum eorum reuelatum, neque finis captiuitatis eorum reuelatus est. Quæsierunt à R. Elazar, an generationes posteriorum Iudæorum digniores essent, quàm priorum. Et dixit eis, Testimonium eorum in domo electionis. Ipsa enim domus arguit hoc. Nam patres nostri abstulerunt inde tectum, nos autem parietes funditus euulsimus. Sicut dictum est Psal. 136. ערו ערו עד יסודה Id est, Diruite, diruite usq; ad fundamentũ in ea. Hęc omnia traditio. In eodem quoq; libro יומא yoma, in ca. שבעת ימים לפני יום הכפורים Sebath yamin liphne yom hakippurim, id est, Septem dies ante diem propiciationis, ita dicitur, Sanctuariũ primum quam ob rem destructum fuit? Ob tria, quæ ibi fuerunt. Fuit enim ibi idololatria, reuelatio pudendorum, id est luxuria, & effusio sanguinis. Fuit inquam ibi idololatria. Sicut scriptum est Isaiæ 28. קצר המצע מהשתרע והמסכה צרה בהתכנס Hoc est, Coangustatum est stratum ab extentione, & coopertorium abbreuiatum est, ut dorso adhæreat. Dixit Rabbi Ionathan, Coangustatum est stratum, sic scilicet, ut non ualeant se ibi duo socij simul extendere. Et coopertorium abbreuiatũ est, ita ut cooperire non possit. Illi ergo de quo scriptum est Psal. 32. Congregans sicut in utre aquas maris. Vos facitis coopertorium breue? Et de ipsis quoq; apud Ezechielem uigesimo tertio capite, dicitur, Filios etiam suos quos genuerunt mihi, assauerunt sibi ad comedendũ. Adhuc hoc fecerunt mihi. Polluerunt sanctuariũ meum in die illa. Glossa R. Selomonis. i. in die in qua immolabant filios suos idolis. Et hoc est etiam quod dicitur apud Iere. 7. Et ædificauerunt aras תופת Topheth (Idolo sic nuncupato) quę sunt in ualle filij הינום Hinno ad assandum filios suos, & filias suas igne. Quod nõ præcepi, nec ascẽdit sup cor meũ. Fuit quoq; ibi reuelatio pudendorũ. i. luxuria. Sicut dictũ est Isa. 3. cap. Et dixit

Peccata Iudæorum primi templi. Idololatria.

Luxuria.

dixit Dominus, pro eo quòd eleuatæ sunt filiæ Syion, & ambulabant extento collo, & annuebant oculis. Cum reliquis. Dixit R. Iehosua. Dictum est de tribu Iuda & Beniamin, quod non fuit dictum de Sodomitis. De Sodomitis quippe scriptum est Gen. 18. ca. Et peccatum eorum aggrauatũ est ualde. De tribu autem Iuda & Beniamin scriptum est Ezech. 9. cap. Et dixit ad me, Peccatum domus Israel & Iuda magnũ nimis ualde. Dixit R. Tanhuma. Aliam quoque scripturam habemus, quæ dicit Tren. 4. ca. Et magnificatum est peccatum filiæ populi mei, pluſquàm peccatum Sodomę ſubuersæ, quasi in momento, & non descenderunt in eam manus. Vbi dicit Targum, id est Chaldaica translatio. Et non descenderunt in eam ad prophetandum prophetę, qui eam reducerent per pœnitentiam. Fuit denique in primo sanctuario effusio sanguinis. Sicut scriptum est 4. Reg. 21. ca. Et sanguinem innoxium effudit Manasses multum ualde. Et Ieremias etiam dicit 2. cap. Deuorauit ensis uester prophetas uestros, ut leo dirumpens. Hæc omnia ad uerbum, ac alia multa ad propositum spectantia ponit ibidem traditio prædicta. De sanguinis etiam prophetarum effusione, in 4. Reg. libro legitur, Quod impleuerunt Ieruſalem sanguine prophetarum usq; ad os. Et inter cæteros Zachariam & Isaiam sanctissimos Dei prophetas, crudeli morte necauerunt. HOG. Dic obsecro quónam pacto hos prophetas occiderunt. Nam de Isaia quidem quòd medius sectus fuerit, sæpe legi. Zachariam uero inter templum & altare interfectum fuisse, apud Matth. 23. cap. à Domino nostro Iesu Christo dictum, inuenio. Veruntamen neque quomodo Isaias sectus fuerit, neq; quomodo Zacharias interfectus sit, hactenus inuenire potui. Nam & si Hieronymus, multa de hoc Zacharia dicat, quis tamen fuerit non asserit, sed dubius tandem remanet. De utriusq; igitur morte, si quid certi in uetustis Iudæorum libris inueneris, illud quæso patefacito. GAL. Referam igitur quæ de horum prophetarum mortibus apud ueteres Hebræorum inueni. De morte igitur Zachariæ dicam quæ uarijs in libris Thaanith, gi, & præsertim in Talmud Ieroſolymitano, in libro תעניות id est de Ieiunio. Et super planctum Ieremię, super illud 2. cap. dictum, Destruxit Dominus, & non pepercit omnibus preciosis Iacob. Et in Midras coheleth, id est in expositione Ecclesiastis, super illud 10. cap. His scriptum, Si spiritus dominantis ascenderit super te, cum cæteris. His omnibus in locis ita legitur, Scriptum est, Si spiritus dominantis ascenderit super te, locum tuum ne dimittas. Si datum fuerit tibi dominium desuper, ne derelinquas morẽ humilitatis tuæ. Vt docearis, quòd omnis qui dimittit humilitatem suam, inducit sibi mortem, & peccatum generi suo. Et à quo hoc discis? A Zacharia, de quo dictum est 2. Paral. 24. cap. Et spiritus Dei induit Zachariam filium Iehoiadæ sacerdotis. Stetitq; desuper populo. Et quid? Ambulabát ne super capita populi? Non,

Sanguinis effusio.

Zachariæ mõs

Non,sed quia uidebat se maiorem omni populo.Erat enim gener Regis,& sacerdos,& propheta,& Iudex.Cœpit igitur loqui grandia dicens,Sic ait Dominus.Cur uos transgredimini præcepta Domini? Idcirco non prosperabimini.Dereliquistis enim Dominum, & derelinquet uos.Quare ilico interfecerunt eum.Sicut dictum est 2.Para.24.c. Et conglobati sunt super eum,& lapidauerunt eum lapidibus ad impe rium regis,in ambitu domus Domini.Non autem occiderunt eum in atrio Israel,neq; in atrio mulierum,sed in atrio sacerdotum.Et non seruauerunt in sanguine eius ritum sanguinis damulæ,neq; ritum sangui nis cerui.De ceruo siquidem & damula scriptū est Leui.17.c.Et effundet sanguinem eius,& operiet ipsum humo . De sanguine autem hu: ius scriptum est apud Ezechielem 24.Sanguis enim eius fuit in medio eius,super limpidissimam petram posuit ipsum. Non effudit eum super terram,ut operiretur humo.Et hoc totum quare? Ad superinducendam indignationem,& ad ulciscēdam ultionem,dedit sanguinem super limpidissimum lapidem,ne operiretur. Septem transgressiones fecit Israel in die illo.Interfecit sacerdotem, & prophetam, & legalem iudicem,effuditq; sanguinem innocentem, ac polluit atrium domus Domini,atq; sabbatum,& dies propitiationis erat.Hactenus traditio.

Mors Isaiæ prophetæ.

De morte uero Isaiæ in libro יבמות yeuamoth,id est Fratriarum,in cap.quod incipit החולץ Haholez,id est Discalcians, ita ad uerbum scriptum reperi.Dixit Rabba,Manasses Isaiam iudicans iudicauit. Sic autē occidit eum.Dixit enim ei Moses Magister tuus ait de Deo Exo. 33.Non uidebit me homo,& uiuet.Tu autem dixisti 6.cap.Vidi dominum.Item Moses Magister tuus dixit Deut.4.cap. Qúæ nam est gens magna,quæ habeat deos appropinquantes sibi,sicut Dominus Deus noster omnibus inuocantibus eum. Tu uero dixisti 55.cap. Quærite Dominum,dum inueniri potest:inuocate eum,dum prope est. Præterea Moses Magister tuus dixit.Exo.23.cap.in persona Dei.Numerū dierum tuorum complebo. Tu autem dixisti 4.Reg.20.cap.Et addam super dies tuos quindecim annos. Dixit ergo Isaias, Scio ipsum talem esse,quòd non audiet,si quid ei dixero. Quare inuocauit nomen Domini,& à quadam cedro deglutitus est. Adduxerunt igitur cedrum, & simul cum ea secuerunt ipsum. Cumq; serra ad os eius peruenisset, emisit animam.Eo quòd dixerat sexto capite,In medio populi polluti ego habito.Hæc ibi.

De auaritia aliisq; sceleribus Iudæorum primi templi.

CAP. Prosequere nunc quæ de sceleribus Iudæorum tempore primi templi perpetratis adhuc dicenda sunt. GAL. De auaricia igitur,deq; aliis innumeris quibus Iudæi primi templi fuerunt immersi criminibus,in Echa rabbethi,id est in expositione planctus Ieremiæ,super dictum illud,Completa est iniquitas tua filia Syon: Sic inter cætera dicitur,Rabbi Simon dixit, Melior fuit terror sigilli Assueri in Media,quàm 60.milium prophetarum prædicatio,qui pro-

phetauerunt in diebus Eliæ, auaritiam scilicet ac cætera facinora Iudæo
rum reprehendentes. Abiecerant enim legem Dei, iuxta illud Isa. 5. ca.
dictum, Abiecerunt legem Dei exercituum, & uerbū sancti Israel con-
tempserunt. Propter hoc fortificata est indignatio Domini in popu-
Pauperibus quoque nihil erogabant, quin potius ab eis propria aufe-
rebant, iuxta illud Isa. 3. capite, dictum, Rapina pauperis in domibus
uestris. Quid uobis, quòd atteritis populum meum, & faciem pau-
ris demolitis? Quod autem pecuniam nimis amarent, habetur apud Ie
remiam 6. cap. ita dicentem, A paruo usq; ad magnum eorum, omnis
thesaurizans thesaurizauit, & à propheta usq; ad sacerdotem, uniuer-
sus facit dolum. Et alia infinita de sceleribus Iudæorum primi templi in
libris prophetarum inueniuntur. Sed ne plura ipse dicam, Ezechielem
in medium afferam 22. cap. hęc de eorum flagitijs promentē. Ecce prę-
lati Israel quilibet ad brachium suum fuerunt in te, ad effundendum
sanguinem, patrem & matrem uilipenderunt in te, aduenæ fecerunt
uiolentiā in medio tui, pupillum & uiduam seduxerunt in te, Sanctua-
ria mea spreuisti, & sabbata mea uiolasti. Viri detractores fuerūt in te,
ad effundendum sanguinem, fœditatem fecerunt in medio tui. Pudor
patris reuelatus est in te, immunditiam menstruatæ humiliauerunt in
te, unusquisq; cum uxore proximi sui fecit abominationem. Et quilibet
nurum suam polluit nefarie. Quisquis etiam sororem filiam patris sui
humiliauit in te. Munus clandestinum acceperunt in te, ad effunden-
dum sanguinem. Vsuram & superabundantiam accepisti, auare proxi-
mos tuos calumniabaris, meiq; oblita es, ait Dominus Deus. Et post
pauca. Congregatio inquit prophetarum eius, in medio eius, tāquam
leo rugiens, capiens prædam. Animam comederunt, facultatem & pre-
cium acceperunt, uiduas eius multiplicauerunt in medio eius. Sacer-
dotes iniquam fecerunt legem meam, & prophanauerunt sanctuaria
mea, inter sanctum & prophanum non fecerunt distinguere, & inter
pollutū & mundum non præbuerunt noticiam. Principes eius in me-
dio eius, uelut lupi prædantes prædam, ad effundendum sanguinem,
& ad perdendas animas, ut thesaurizaretur auaritia. Et rursus paucis
interiectis, ait: Populi terræ calumniati sunt calumniam, & rapuerunt
rapinam, & pauperem ac mendicum seduxerunt, uel afflixerunt, & ad-
uenam calumniati sunt absq; iudicio. Et quæsiui ex eis uirum, sepien-
tem sepem, & stantem in portello, ad faciem meam pro terra, ut non di
sperderetur, & non inueni. Hęc omnia ibi, ad uerbum ex Hebraico tra
ducta. Vbi super illud: Animam comederūt, glossa R. Selomonis ait,
Quia recipiebant clandestinum munus, confortantes manus maligno
rum ad occidendum, spoliādum, & diripiendum. Illud autem, Vt the-
saurizaretur auaritia. R. Ionathas ita Chaldaicè traduxit, atq; exposuit,
Vt acciperent auide ac fraudulenter diuitias. Ex his omnibus aperte
liquet,

liquet, quàm multiplicia, quàm magna, quamq́ enormia fuerint Iudęorum scelera, tempore primi templi admissa. Pro quibus omnibus non fuerunt nisi 70. annis in captiuitate Babylonica puniti. Iudæi autem secundi templi qui tot & tanta facinora non commiserunt. Quia ut dicitur in libro יומא yoma, id est Dierum, in cap. Septem dies, erant in lege, in mandatis Dei, ac in operibus misericordiæ studiosi, longissima hac & diuturna captiuitate absq́ misericordia animaduersi sunt. Quare cum apud Deum qui iustissimus est, pœna peccato correspondere debeat, huius nouissimæ eorum captiuitatis aliam causam, quàm peccata patrum suorũ Iudæi nostri temporis necessario assignare debent. Nam si Iudæi priores, quorum flagitia fuerũt destructionis primi templi causa, in summo gradu (ut dictum est) extiterunt idololatræ, prophetarum occisores, legis diuinę contemptores, atq́ abiectores. Luxuria, auaricia, odio, alijsq́ sceleribus innumeris pleni, ac pietatis operibus, alijsq́ bonis actionibus uacui. Vt nunc per eorum scripturas probatum est. Posteriores autem qui tempore secundi templi extiterunt, cõstat neq́ idololatras fuisse, neq́ prophetarum homicidas, neq́ adeo luxuriosos, neq́ ita auaros, neq́ tantis facinoribus infectos. quin immo in lege studiosissimos, uirtutibus præditos, cunctisq́ bonis moribus adornatos, ut eorum attestantur scripturæ. Idcirco aliam euersionis secundi templi causam, quàm posteriorum Iudæorum scelera, eos reddere oportet. Maxime, cum diuina iustitia unicuiq́ iuxta opera sua retribuat, & captiuitas hæc nouissima, respectu illius Babylonicæ, infinita penè sit. Illa enim propter omnia illa priorum flagitia 70. duntaxat durauit annos, hæc autem hucusque supra 1460. neq́ ullum adhuc finis, uel consumationis eius signum apparet. Quam ob rem rationabiliter aliam nullam ipsius possunt assignare causam, quàm Iesu Nazareni ueri Messiæ mortem, qui Deus & homo erat. Nam si purus homo fuisset, propter eius mortẽ, tam magna ac diuturna animaduersione percussi non fuissent. Quod Moses Ægyptius aperte fatetur, ita in libro sophrin, dicẽs, ישו הנוצרי נראה משיח ונהרג מבית הדין והיה סבה שישראל נהרב בחרב Id est, Iesus Nazarenus uisus est esse Messias, & interfectus est à domo iudicij, & fuit causa, ut Israel destrueretur gladio. CAP. Contra hæc Iudæi obijciunt, dicentes huius eorum destructionis captiuitatisq́ nouissimæ causam, non fuisse Iesu Nazareni mortem, sed odium gratis, hoc est sine causa, quod inter eos erat, quodq́ supradictis omnibus priorum flagitijs præponderabat. Ad quod probãdum Talmudisticam autoritatem adducunt. In libro enim יומא yoma, id est Dierum, in cap. quod incipit, שבעת ימים לפני יום הכפורים Id est, septem dies ante diem propiciationis, ita inter cætera legitur, Sanctuarium secundum de quo certi sumus, quòd erant studiosi in lege, & in mandatis, ac in operibus misericordiæ, quam ob rem destructum est.

Quæ fuit huius nouissimæ captiuitatis causa.

Obiectio Iudæorum iuniorum.

בסבת שנאו חנם Id est, propter odium gratis. Vt docearis, quòd odium gratis quod fuit inter eos, præponderat tribus sceleribus prædictis. Quæ fuerunt idololatria, reuelatio pudendorum, & effusio sanguinis.

Confutatio. GAL. Hęc eorũ obiectio nihil certe eis prodesse potest. Cum odium gratis inter priores illos etiam fuerit, quo tam maiores, quàm minores se inuicem petebant, inuicemq; interficiebãt. Nam eodem in libro, eodemq; cap. sic immediate sequitur, Et in sanctuario primo nónne fuit odium gratis? Ecce enim scriptum est Ezech. 21. c. Prostrati gladio fuerunt populus meus. Dixit R. Elazar. Hi fuerunt filij Adæ, qui inuicem comedebant, & bibebant. Et alter alterum gladijs linguarum suarum transfigebat. Et fortassis dices, Nunquid hoc erat in Principibus Israel? Etiam. Scriptum est enim (ubi suprà scilicet) Clama & ulula fili hominis, quia ipsa quæ fuit in populo meo, ipsa est in omnibus Principibus Israel. Vbi glossa R. Selomonis ait, Ipsa scilicet romphæa, uel spatha, quæ fuit in populo, modo est & in omnibus Principibus eius. Ex quibus manifeste patet, odium gratis in Iudæis quoq; prioribus tempore primi templi existentibus, acriter fuisse. Nullum præterea odium gratis quod in puros homines fieri solet, cum illo odio gratis conferri potest, quo Iudæi priores (ut dictum est) & Zachariam prophetam lapidauerunt, & Isaiam non obstante arboris ipsum suscipientis miraculo, medium secuerunt, & Ieremiam crudeliter afflixerunt, aliosq; innumeros Dei prophetas gladio peremerunt. Quapropter aliud odium gratis propter quod ultimum templum euersum fuit, ac Iudæi in nouissimam hanc captiuitatem dispersi sunt, in posterioribus Iudæis fuisse, dici necesse est, quod & antedicto duplici odio gratis, & cæteris omnibus priorum flagitijs præponderare potuisset. Siquidẽ ultionis grauitas, offensionis arguit grauitatem. Impossibile est autem (uti ex prædictis innotuit) huiusmodi odium gratis aliud in ultimis Iudęis fuisse, quàm illud, quo (ut pręmemorata testatur traditio, in principio huius capitis inducta) hi istos, hoc est, Iudæi nouissimi Saluatorem nostrum eiusq; discipulos gratis, id est sine causa & persecuti sunt, & persequuntur. Messias quippe quem ipsi occiderunt, Deus & homo fuit. Quare odium quo eum gratis & affecerunt, & adhuc afficiunt, merito omnibus priorum Iudæorum odijs, uniuersisq; sceleribus prępondérat. De quo cum pœnitẽtiam agere nolint, quamdiu in perfidia obstinati permanserint, nunquam eorum miserebitur Deus. Quocirca constat plane, impletum esse quod attestante Chrysostomo, ipse per propheram suum protulit, cũ ait, Psal. 35. אל ישמחו לי אויבי שקר שנאי חנם יקבצו עין׃ כי לא שלום ידברו ועל רגעי ארץ דברי מרמות יחשבון ויחריבו עלי פיהם׃ Id est, Non exultent mihi inimici mei mendaciter, odientes me gratis frangent oculum, id est annuent oculo. Non enim pacem loquentur, sed super minutijs terræ uerba fraudiũ cogitabunt. Et dilatabunt con-

Odium gratis, quo Christum Iudæi persecuti sunt.

tra

tra me os tuum. Cum cæteris quæ sequuntur. Et rursus Psal.68. רבו משערות ראשי שנאי חנם Id est, Multiplicati sunt super capillos capitis mei odientes me gratis. Quæ redemptor noster de se dicta fuisse, manifeste ostendit, dum dixit, Vt impleatur sermo qui in lege eorũ scriptus est, quia odio habuerunt me gratis. Quod autem Psalterium, & cæteri 24. sacræ scripturę libri, nedum Pentateuchus ipse, lex apud eos dicantur, satis Talmudistæ diuersis in locis attestantur.

Confirmatio præmissorum ex Messiæ uenditione & mercatione. *Caput* XXIIII.

GALATINVS,

PRopter Messiæ quoque ueri Dei & hominis uenditionem ac mercationem, Iudęos nouissimam hanc subijsse captiuitatem ex uerbis Amos prophetę optime probatur, ita cap. 2. dicens, כה אמר יהוה על שלשה פשעי ישראל ועל ארבעה לא אשיבנו על מכרם בכסף צדיק ואביון בעבור נעלים Hoc est, Ita dixit Deus, Super tribus sceleribus Israel, & super 4. non conuertam eum, uel non reducã eum, uel nõn transferam eum, eo quòd uendiderit, uel mercatus fuerit pro argento iustum, & pauperem pro sotularibus. CAP. Iudæi nostri temporis quoniam per hanc prophetiam, fateri ueritatem maxime coguntur. Ideo ut ueritatem ipsam effugiant, uerum ipsius prophetiæ intellectum multis cauillationibus peruertere nituntur. Quare uellem falsas eorum obiectiones ueridicis (ut soles) respõsionibus refelleres. GAL. Faciam equidem quàm libentissime. Vt igitur melius eorum arguãtur calumniæ, tu quidem eorum obiecta singillatim referes. Ego autem unumquodq; eorum priscorum gentis suę sententijs, confutare conabor. CAP. Primum itaq; sic obijciunt, Cum propheta prius de sceleribus Iudæ meminerit, deinde de sceleribus Israelis loquatur. Sceleribus autem in Iesum Nazarenum commissum, non ab Israel, sed ab Iuda patratum fuerit. Sane ex hoc textu nihil contra se inferri posse aiunt. GAL. Hæc obiectio nulla profecto est. Nam & si in tempore primi templi Israel ab Iuda separatus fuerit, in tempore tamẽ secundi templi ambo inter se uniti fuerunt, simulq; congregati. Quoniã omnibus tam de Israel, quàm de Iuda à Cyro Persarũ rege redeundi facultas è Babylonica captiuitate data fuerat. Vt patet Nehumiæ 7. & 18. ca. Omnesq; regressi, tempore secundi templi in suis ciuitatibus habitauerunt, atq; omnes Israel uocati sunt. Vt habetur in calce secundi capitis, & in principio tertij libri Ezræ. Quod ergo in prophetię textu, de sceleribus Iuda præmittitur, ad Iudęos qui ante primi templi destructionem erant, refertur, cum illi de Israel tunc ibi nõ essent. Quod autem de sceleribus Israel subiungitur, secundi templi tempora atq; excidium respicit, cum

Iudæorum obiecta.

Primum obiectum.

Responsio.

omnes de Israel & de Iuda tũc ibi existerẽt, omnesq; uno nomine Israel appellarentur. Peccatum præterea quod Iuda tantummodo fecit, peccatum Iuda dicitur, quod autem Iuda & Israel commiserunt simul, peccatum Israel appellatur. Cum igitur tunc Ierosolymis cum Iuda magna pars filiorum Beniamin & Leui fuerit, immo ex omni Israel qui ad paschæ celebrationem confluxerant, iure pars debuit totius suscipere nomen. Quare cum omnes fere morti Christi consenserint, non ab re iusce sceleris perpetratio toti Israeli attribuitur, totusq; Israel destruitur, atque totus per orbem nunquam reuersurus, dispergitur. CAP.

Secundum obiectum. Cum Israel Christum non uendiderit, sed ipsum à Iuda Scarioth solummodo emisse legatur, non recte nos Christianos sentire aiunt, cum propter iusti Iesu uenditionem, captiuitatem hanc nouissimam eis accidisse dicimus. Quia ipsi (ut dictum est) iustum hunc non uendiderunt, sed mercati fuerunt. *Responsio.* GAL. Ad hoc primum dicimus, quòd מכרם Michram Hebraicum uerbum, quod in hac prophetia ponitur, æquiuocum est, & tam mercationem, quàm uẽditionem significat. Si ergo illud in sensu mercationis (ut quibusdam placet) hic accipitur, aimus merito eis captiuitatem hanc euenisse, eo quòd mercati fuerint argento iustum. Sin autem in sensu uenditionis (ut frequentius sumitur) accipiatur, tunc dicimus, quòd cum Israel, ut Christus uenderetur, consensum, auxilium, consiliumq; pro uiribus adhibuerit, omnes de Israel non minus quàm ipsi uendidissent, scelus hoc admiserunt. Neq; enim idola unquam Selomo effinxit, sed quia uxoribus & concubinis effigentibus assensum, præbuit, eum effinxisse scriptura tradidit. CAP.

Tertium obiectum. Iudæorum recentiorum pars maxima scelus hoc propter quod capitalitas hæc ultima Israeli contigit, Ioseph iusti uenditionem fuisse asserit, *Responsio.* qui à fratribus argento uenundatus est. GAL. Hanc fugam nihil eis refragari posse, ex eo potissimum patet, quòd ubicunq; primum, secundum, tertium, & quartum memoratur scelus, inter ipsa profecto scelera ordinem secundũ prius & posterius esse oportet. *Quatuor Iudæorũ scelera.* Ordine igitur quo scelera Israel patrata fuerunt, procedẽdo, cõstat, quòd primum eorum scelus fuit, cum Ioseph fratrem suum 20. argẽteis uendiderũt. Ob quod in Ægypto annis 210. captiui fuerunt. Post quos ducibus Mose & Iehosua, ad terram eorum ipsos Dominus reduxit. Secũdum scelus fuit, cum promissionem de Messia sub nomine Dauid patribus factam, despexerunt, dicentes, Non est nobis pars in Dauid. Et cum duos sibi uitulos formantes, atq; adorantes, dixerunt, Hi sunt Dij tui Israel, & reliqua. Et ob hoc scelus captiuauit eos Dominus per Regem Assyriorũ. Tertium scelus fuit, cum uaria colentes idola, ipsis non solum bestias, uerum proprios quoq; filios immolabant, & cum prophetas qui eos de hoc alijsq; uitijs arguebant, occiderunt. Propter quod scelus à rege Babylonis 70. annis captiuati sunt. De utraq; autẽ captiuitate ista prædicta,

dicta, reduxit eos Dominus tempore Ezræ. Quartū denicp scelus fuit, quādo ut ait prophetia ista, iustū hoc est Messiā, argento uendiderūt, uel potius mercati sunt, & morti tradiderūt. Propter quod scelus à Romanis hac nouissima captiuitate captiuati sunt, à qua nunq; eos Dominus reducet, q̄diu scilicet tales fuerint. Cū igit uenditio Ioseph primū in ordine scelus fuerit, ob quod durissimā postmodū Pharaonis seruitutē subierūt, quartū propter quod hanc tam diuturnā sustinēt captiuitatē, minime dici potest, maxime cū diuina iustitia nunq; pro eodē crimine bis puniat. CAP. Quidam hac moti ratione, iustum illum ob cuius uenditionē captiuitatē hanc irreuocabilē subeunt, cōcedunt quidē Ioseph nō fuisse, nō tamē propterea ueritatē fatent, sed lōge magis negāt. Nō enim iustū illum Iesum Nazarenū extitisse aiunt, sed alium quendā iustū cuius nomen ignorat. GAL. Hoc certe dictum cp inane irrationabileq; sit, ex eo maxime apparet. Quod cū crimen illud tam grauissimū, tamq; Deo prę cęteris abominabile fuerit, ut adhuc & nulla ipsum secuta sit remissio, & diuina indignatio propter ipsum in totū Israel tā diu impacata sæuiat. Et tamen is in quē cōmissum fuit, mortales omnes lateat. CAP. Alij etiā nonnulli dicunt, pro iusto isto, iustitiā hoc loco intelligi debere. Tūc enim iudices ac iustitiæ ministri, pecunia (ut aiūt) corrupti, pauperū hominū iusticiā passim paruo precio uēdebāt. GAL. Peruersa quoq; est expositio ista. Tum quia iustus & iustitia apud Hebræos diuersa sunt nomina. Nā iustus quidē צדיק czadic, iustitia uero צדק czedec uocat. Et textus nō צדק czedec. i. iustitiā, sed צדיק czadic i. iustū dicit. Tum etiā, quia de iusti huius uēditione, siue mercatione & de pauperū oppressione, seorsum propheta meminit. Præmisit aūt iustū uenditionē seu mercationē, ut ex hoc aperte insinuaret, ideo Iudęos captiuitatē hanc ultimā passuros fuisse, quia iustū illum essent uendituri, uel potius mercaturi. Si pręterea pro iusto hoc uendēdo, pauperū iusticia, quæ uenalis futura erat, intelligēda esset, nequaq; in huius sceleris punitionē tāta ultio subsecuta fuisset. Nā si pro delicti mēsura pœna infligēda est, grauiora crimina grauius puniri debēt. Leuiora autē leuiori sunt pœna afficienda. Constat autem fratris uenditionē, idololatriā, atcp prophetarū cædem, grauiora fuisse scelera, cp iusticię pauperū uenditionem. Si igitur quartū scelus fuit (ut asserunt) iusticię pauperū uenditio, grauius primis tribus puniri nō debuit, pręsertim à Deo, qui sua pte natura pronior ac facilior est ad miserendū, quàm ad puniendum. Si ergo Israelitæ ob quarti sceleris patrationem longe grauius, longe acerbius, longeq; diutius, quàm propter trium præcedentium commissionem, puniti fuerunt: necessario profecto sequitur, quartū scelus aliud quàm iustitiæ pauperum uēditionem, multo grauius fuisse, cum eius pœna cæterorū pœnas quasi in infinitū excesserit. Nam & si iure humano minora peccata grauius quandoq; puniantur. In lege tamen

Quartum obiectum.

Responsio.

Quintum obiectum.

Responsio.

diuina pro peccati mensura est plagarum modus, ut Deut. 24. dicitur. Sed quod peccatum, aut fraterna uenditione, aut idololatria, aut prophetarum necatione, maius esse potuit? Certe aliud nullum, quàm ipsius Messiæ qui Deus & homo erat, ad mortem uenditio, seu mercatio. Quod ex eo quoq; patet, quia in Hebraico sermone huiusmodi reatus tali describitur uocabulo, quale ei qui Deum negauerit, imponitur, Puri autem hominis ad mortem uenditio, seu mercatio, Dei negationi æquari non potest. Quare iustum hunc ob cuius uenditionē uel mercationem pœnam hauc pœnarum omnium maximam incurrisse rant, Deum quoq;, nedum hominem futurum fuisse, necessario consequens est. CAP. Quærunt deniq;, si iustus hic argento uendendus, Messias intelligitur. Quis igitur fuit pauper ille, quem propheta ibidem pro sotularibus uenundandum dicit, cum ilico subiecit, ויעבור בעבור נעלים Id est, Et pauperem pro sotularibus? GAL. Vterq; non alius, quàm unus & idem uerus Messias. Quem prophetæ & iustum & pauperem in primo aduentu uenturum, prædixerant, & præsertim Zacharias sic 9. cap. dicens, הנה מלכך יבוא לך צדיק ונושע הוא עני ורוכב על חמור Hoc est, Ecce rex tuus ueniet tibi, iustus & saluator ipse, pauper sedens super asinam. Nequis ergo argentum illud, quo iustus ille uendendus erat, magni æstimaret, idcirco statim propheta subdidit, Et pauperem pro sotularibus. Ac si diceret, Argētum quo iustum & pauperem illum uendituri, uel mercaturi sunt, tanti erit, quòd precio sotularium æstimari poterit. Quod autem euidentius testimonium quærimus, Iudæos propter Messiæ ueri Dei & hominis uenditionem, seu mercationem, & mortem, hanc subijsse captiuitatē, quàm id, quod ipsi met apud se legunt? Nā ut in Talmud legitur, in ipso captiuitatis exordio, Hadrianus Cæsar decem ex Israel uiros, qui doctrina, dignitate, ac genere cæteros excellebant, captos in carcerem misit, sciscitans ut quid iustum uendidissent? Lex enim uestra (inquit) decreuit, Vt mortis sententia multetur, quicunq; Iudæum uendiderit. Et uos igitur secundum legis uestræ iudicium, mori debetis. Quare eiusdem legis decreto uarijs supplicijs eos interfici iussit. Non enim omnes una coercuit pœna, sed singulis singula sunt mortis genera proposita. Alius enim uiuus decoriatus est, alius ferrei pectinis unguibus laceratus, alius igni crematus, reliquos uero mors quæuis diuersa consumpsit. Quemadmodum mortes illas & Talmudicus codex exponit, & liber במחזור chazor, testat in orationibus quas faciūt בצום בפיר beczom chippur. i. in ieiunio propiciationis, quod luna decima mēsis Septembris, quem תשרי Tisri uocant, solenniter celebrant, על עשרה הרוגי מלכות מסיסר Hoc est, Super decem interfectos regni à Cæsare. Vnde hæc excerpsit, מחתלת גלות ישראל מסיסר לקח עשרה מגדולי ישראל שחיו רבי ישמעאל בן אלישע בתן גדול: רבן שמעון בן גמליאל חנשיא. רבי עקיבא. רבי חנינא בן תרדיון רבי

Sextum obiectum.

Responsio.

Confirmatio.

רבי חוצפית התורגמן·רבי יהודה בן חבינאי·רבי יהודה בן דמה·רבי ישבב הסופר·
רבי אלעזר בן שמוע·רבי יהודה בן בבא·ואמר להם דינו משפט צדק לאשורו כי
ימצא איש גונב נפש מאחיו מבני ישראל והתעמר בו ומכרו מה יהיה : הם
השיבוהו ומת הגנב ההוא השיב ואמר איה אבותיכם אשר אחיהם מכרו ואתם
קבלו דין שמים עליכם ואם היו חיים הבאתי דינם לפניכם ואתם תשאו עון
אבותיכם : Id est, In principio captiuitatis Israel, Cæsar cœpit decem de maioribus. Qui fuerunt R. Ismael filius Elisæi sacerdos magnus, Rabban Symeon filius Gamlielis Princeps, R. Akiba, R. Hanina filius Teradionis, R. Huspith interpres, R. Elazar filius Samua, R. Iudas filius Dama, R. Iessebab scriba, R. Iudas filius Hachinai, R. Iudas filius Baba. Et dixit eis, Iudicate iudicium iustitiæ recte. Si inuentus fuerit uir, qui furatus animam fratris sui ex filijs Israel, prodiderit eam, atque uendiderit, quid erit? Responderuut autem dicentes, Morietur fur ille. Respondit & ait Cæsar, Et ubi sunt patres uestri, qui fratrem suum uendiderunt? Et uos ergo recipite iudicium cœli super uos. Si autem ipsi uiuerẽt, ducerem eorum iudicium coram uobis. Vos igitur iniquitatem patrum uestrorum portabitis. Hæc omnia ibi. Et sic ob scelus in uendi tionem iusti à patribus eorum commissum, diuersis eos fecit interire supplicijs, ut latius ibidem continetur. Vbi ualde animaduertendum est, quòd uolens Cæsar eos per legem eorum conuincere, uerba Deuteronomij capite uigesimoquarto scripta, eis proposuit, dicens, Si inuentus fuerit uir, qui furatus animam ex filijs Israel, eam cum proditione uendiderit, quid erit? Illi autem proprio ore se ipsos condemnantes, uerba etiam Deuteronomij eodem in loco immediate sequentia responderunt, dicentes, Morietur fur ille. Quoniam autem ibi iusti huius, ob quem illi sunt ita puniti, non ponitur nomẽ. Tum quia illud forte Talmudistæ tacuerunt. Tum quia recentiores Iudæorũ quod uerius est, illud inde deleuerunt. Eam ob rem iuniorum ipsorũ glossæ dicunt ibidẽ, iustum illum Ioseph filiũ Iacob fuisse, quem fratres in Ægypto uendiderunt. Et propterea Cęsarẽ sanguinẽ eius ab illis exquisisse, eosq́ huiusmodi pœnis affecisse aiunt. Quare ne ueritatem fateãtur, in nephandissimã hęresim incidere compulsi sunt. Nam dum inter se quęrunt, Cur potius isti, quàm alij peccati fratrum Ioseph tulere pœnam? aliam rationem reddere nescientes, גילגול נפשות gilgul nephasoth, id est reuolutionem animarum fuisse, dicunt, Asserentes eam ob rem eos pro scelere fratrum Ioseph pœnas dedisse, quia illorum animæ in eis erant. Quod profecto tam absurdum est, ut cõfutatione non egeat. Est enim non solum contra fidem rectam, ac sacram scripturam, sed contra rationẽ quoq́ naturalẽ. Rationi etiam minime congruit, Cæsarem ab eis exigisse quod ad minus mille quingentis annis antè factũ fuisset, maxime cum ea tẽpestate, qua uenundatus fuit Ioseph, nulla lex esset, qua eos Cæsar mortis reos conuincere potuisset. Quo circa concludere necesse

Interfecti ab Hadriano Cæsare, ob iusti uenditionem.

ceſſe eſt, iuſtum hunc ob cuius uenditionem & mortem, iſti tam crudeli nece multati fuerunt, alium neminem, quàm Ieſum Nazarenum uerum Meſsiam uerumq; Deum & hominem fuiſſe, in cuius ultionē poſt eius mortem annis ferme 40. tranſactis, & Ieruſalem funditus euerſa eſt, & captiuitas hæc nouiſsima Iudæorum ſubſecuta. CAP. Quam ob rem non ſtatim poſt Meſſiæ necem ſecuta fuit ultio, ſed annis 40. poſt elapſis? GAL. Non ab re profecto id factum fuiſſe cenſendum eſt. Deus enim patienter agit, nolens aliquem perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti, ut demum ſalui fiant. Quare ut Iudæi poſt tantum commiſſum ſcelus, pœnitentiæ tempus haberent, uindictam hanc per annos 40. differre uoluit. Quod ueteres quoq; Talmudiſtę qui Chriſti anteceſſerunt aduentum, & ſenſerunt, & ſpiritu ſancto illuſtrati prædixerunt. Nam Rabbenus Haccados, in libro quem גלי רזיא Galerazeya, id eſt reuelatorem arcanorum nuncupauit, petitione 8. ſic ait 40. annis poſt paſsionem ſuam Deus deſtructionē prorogabit, ut uideat an ad eum conuertantur. Et poſt pauca, cauſam reddere uolens, cur Deus magis quadragenarium, quàm alium accepturus eſſet numerū, ad prorogandum punitionis tempus, hæc eadem uerba ſubiecit. Accipiet autem Deus numerum quadragenarium, ratione illorum 40. dierum, quibus factus homo, in peccato originali in utero matris ad membrorum compoſitionem moratur. Et quia Rex Meſsias uēturus eſt, ad relaxandum hoc delictum, ad inferendasq; animas in paradiſum, ideo 40. annos expectabit, unum annum pro unoquoq; die. Quemadmodum exploratores quos miſit Iſrael ad inquirendam terram promiſsionis, & ad ueritatem indagandam 40. dies in itinere morati ſunt, dicentes, quicquid Deus dixerat, falſum eſſe, ideoq; in eam ingredi nolebāt. Omne id de Iſrael figuratum eſt, qui obloquentur de Rege Meſsia, dicentq; falſas eſſe pollicitationes eius de ipſis in paradiſum inferendis. Et idcirco expectabit annos 40. ſicut alios 40. præſtolatus eſt Iſrael in deſerto, ne in Ieruſalem ingrederētur, annum unum pro quolibet die. Verumtamen ſicut qui poſt illos uenerunt, ingreſsi ſunt Ieruſalem inferiorem, qui corda non indurauerunt, ut patres eorum. Ita & illi qui ſeſe in necem Regis Meſsiæ inficient Ieruſalem ſupernam non ingredientur, his exceptis, qui ſubſequentur, ſi ad eum ſe conuertent, expectabuntq; annos quadraginta. Hæc omnia ad uerbum Rabbenus ille Haccados, quem Iudęi Magiſtrum noſtrum ſanctum appellant. Si igitur Iudæi in mortis Meſsiæ punitionem, captiuitatem hanc nouiſsimā in qua ſunt (ut in præmiſsis tribus capitibus abunde probatum eſt) ſubituri erant, neceſſario profecto ex his quæ dicta ſunt, cōcluditur, non ſolum primi aduentus Meſsiæ tempus iam præteriſſe. Verumetiam Meſsias ipſum iam ueniſſe, eumq; non alium quàm Ieſum Nazarenum fuiſſe.

Quare Iudæi non ſtatim poſt Chriſti mortē puniti ſunt, ſed captiuitatis poſt annos 40.

Sexta

Sexta ratio ostendens primi aduentus Meßiæ tempus iam præterisse, fundata super Romani imperij subiectionem. Et primum quòd Meßias Romanorum imperium sibi subacturus erat. Caput XXV.

CAPNIO,

PEr sextam nunc rationem temporis aduentus Messiæ præteritionem tibi probare uolenti, in primis Messiam ipsum Romanorum imperium sibi subiugaturũ fuisse, ostendere opus est. GAL. Id primo per uisionem Nabuchdonosor Chaldæorũ Regis pulcherrime probatur. Hic nanq; Rex (ut Danielis 2. cap. scribitur) quandam pergrandem uidit statuam, quæ ex uarijs compacta erat metallis. Eius enim caput ex optimo constabat auro, pectus & brachia ex argento, uenter & fœmora ex ære, tibiæ ex ferro, pedes autem partim ferrei, partim fictiles erant. Subinde uero Daniel somniorum Regis & index & interpres, ita Chaldaicè prosequitur, הוה חוית עד די התגזרת אבן די לא בידין ומחת לצלמא על רגלוהי די פרזלא וחספא והדקת המון Hoc est, Videbas ita, donec abscissus est lapis de monte sine manibus, & percussit statuam super pedes eius ferreos & fictiles, & cõminuit eos. Postea uolens Daniel ipse eidem regi quid statua ipsa designabat, exponere, hæc inter cætera subiecit, אנת הוא ראשה די דהבא : ובתרך תקום מלכו אחרי ארעא מנך ומלכו תליתיא אחרי די נחשא די תשלט בכל ארעא : ומלכו רביעיא תהוא תקיפה כפרזלא כל קבל די פרזלא מהדק והשל כלא וכפרזלא די מרעע כל אלן תדק ותרוע : ודי חזיתה רגליא ואצבעתא מנהון חסת די פחר ומנהון פרזל מלכו פליגא תהוה ומן נצבתא די פרזלא להוא בה כל קבל די חזיתה פרזלא מערב בחסת טינא : ואצבעת רגליא מנהון פרזל ומנהון חסת מן קצת מלכותא תהוה תקיפא ומנה תהוא תבירא : די חזית פרזלא מערב בחסת טינא מתערבין להון בזרע אנשא ולא להון דבקין דנה עם דנה הא כדי פרזלא לא מתערב עם חספא : וביומיהון די מלכיא אנין יקים אלה שמיא מלכו די לעלמין לא תתחבל ומלכותא לעם אחרן לא תשתבק תדק ותסת כל אלן מלכותא והיא תקום לעלמיא : Id est, Tu es caput aureũ. Et post te surget regnum argenteum aliud minus te. Regnum aliud tertium ęneum, quod imperabit in uniuersa terra. Regnum uero quartum erit robustũ uelut ferrũ. Quẽadmodũ ferrum cõminuit, & conterit ac domat omnia, ita omnia hęc cõteret & domabit. Et quòd uidisti pedes & digitos partim testã figuli, & partim ferrũ, regnũ diuisum erit. & de robusta uel cõstanti plantatione ferri habebit esse in ea, sicut uidisti ferrũ mixtũ cũ testa luti. Porro digiti pedũ partim ferrei, & partim testei, ex parte regnũ erit solidũ, & ex parte erit friuolum uel contritũ. Quod autem uidisti ferrum mixtum cum testa luti, commiscebunt se inuicem in semine hominis, & nequaquam erunt sibi adhęrentia istud cum illo sicuti ferrum non se miscet cum testa. Et in diebus regum illorum suscitabit, uel statuet Deus cœli Regnum quod in secula non dissipabitur.

Et regnum

Et regnum eius populo alteri non tradetur. Comminuet & consume
omnia ista Regna, & ipsum stabit in secula. In præmissis Deus magnus
Regi Nabuchdonosor per Danielem quatuor Regna sibi inuicem in
mundo successura, indicauit. Nam caput quidem aureum statuę quam
uiderat, ipsum ac regnum eius, hoc est, Chaldæorum Regnum signifi-
cabat. Pectus uero & brachia ex argento, Persarum atq; Medorum re-
gnum. Venter autem & fœmora ex ære, Grecorum Monarchiam. Por-
ro tibiæ ferreæ, Romanorum designabant imperium. Deinde ferri &
testæ in pedibus ac digitis statuæ mixtura, duorum regnorum fortis
scilicet & imbecillis, hoc est Romani ac Iudaici, orti ex ferri plantario,
id est ex Romani imperij permissione, societatem insinuabat. Per lapi-
dem postremo de monte absque manibus abscissum, qui percutiens
pedes statuæ ferreos atque fictiles, ipsam comminuit, ac in puluerem
redegit, Messiam qui Romanorum imperium sibi subacturus erat, de-
signari ostēdit. Mons autem de quo lapis iste abscissus est, ipsius Mes-
siæ matrem figurabat, quæ ob uirtutum suarum excellentiam, monti
non inepte comparatur. Sed quia Messias ex matre uirgine nasciturus
erat, ideo lapidem hunc per se sine manibus, id est absque humanis am-
plexibus, de monte abscissum dixit, ad designandum Messiæ corpus
absque uirili semine, sola spiritus sancti cooperatione, de purissimis uir-
ginis sanguinibus formandum fuisse. Cuius quidem Messiæ ortum
atque aduentum commixtione ferri & testæ durante, hoc est, societate
Romanæ atque Iudaicæ potestatis manente, futurum fuisse, ostendit,
cum ait, Et in diebus Regum illorum suscitabit, uel statuet Deus cœli
Regnum, quod in sæcula, id est in ęternū non dissipabitur. Et regnum
eius populo alteri non tradetur. Comminuet & consumet omnia ista
Regna, & ipsum stabit, id est durabit in secula, hoc est in æternū. Glo-
sa R. Abraham. Hoc est regnum Messię. Deniq; Daniel cōcludens ait,

כל קבל די חטתא אתגזרת אבן די לא בירין וחקרת פרזלא נחשא חכפא ורחבא
אלה רב חודע למלכא בוה די להוא אחרי רנת ויציב חלמא ומהימן פשרה ׃

Id est, Quemadmodum uidisti, quòd de mōte abscissus est lapis absq;
manibus, & comminuit ferrum, ęs, testam, argentum, & aurum, Deus
magnus notificauit Regi quod futurum est post hęc. Et uerum est som-
nium, & fidelis interpretatio eius. Quæ ex prædictorum explanatione
manifeste patent. Hæc autem per id quod in Midras tehilim, id est in
expositione Psalmorum super titulum Psalmi 17. optime confirma-
tur. Vbi sic dicitur, Quando Messias cum uelocitate ueniet, non erunt
dicentes canticum. Et infrà, Donec cadat coram ipso habens digitos,
scilicet Regnum nequam, id est Romanum, de quo dictum est Dan. 2.
Et digiti pedum ex parte ferrei & ex parte testei, & ex parte regnum
erit solidum & ex parte friuolum. Et in diebus Regum illorum susci-
tabit, uel statuet Deus cœli regnum, quod in æternū non dissipabitur.

Conteret

Conteret & consumet omnia ista Regna, & ipsum stabit in æternum. Quemadmodum uidisti, quòd de monte abscindit se lapis absq; manibus, & contriuit ferrum, testam, æs, argentum, & aurum. Iste est Rex Messias: sicut dictũ est in beresith rabba. Hęc omnia traditio. Quę etiã R. Selomonis sententia approbantur, super illud Isaię 8. dictum, Et erit ad sanctificationem, & ad lapidem offensionis, cum sic ait, Erit saluator Israeli ad præparationẽ & ad lapidem offensionis. Et offendet eum pedes statuæ ferrei & testei, hoc est, Regnum Romanorum & Iudæorũ. Si ergo in diebus horum Regum, Romanorum scilicet & Iudæorum, Deus cœli suscitare debebat Messiæ Regnum, sequitur plane, quòd in diebus Iudæorum, ipsis scilicet in terra sua existentibus, & potestatem habẽtibus, Messias uenturus erat. Quòd autem illud, Et digiti pedum partim ferrei & partim testei. Et ex parte Regnum erit solidum, & ex parte friuolum. Intelligendum sit de Romanorum Regno & Iudęorũ, Qui societatem inuicem inierunt, postquàm Machabæi Regnum Iudæorum de manu Græcorum extorserunt, patet per id quod in libro עבודת זרה Hauoda zara, in capite לפני איריחן Liphne edehen, id est, Ante eorum festa dicitur, Vbi ita legitur, R. דימי Dimi dixit, Trigin ta & duobus annis bellum gesserunt Romani cum Gręcis, & non prę-ualuerunt aduersus eos, quousq; associauerunt se Israeli, eo pacto. Vt quando essent Reges de illis, essent comites de istis, & quando essent Reges de his super Iudęos scilicet, essent comites de illis. Dixit R. בחנא Cahana. Cum ægrotaret R. Ismael miserunt ad eum, dicentes, R. expone nobis duo uel tria uerba, quæ dixisti nobis in nomine patris tui. Qui remisit ad eos, ita dicens, Dixit pater meus, quòd per centũ & 80. annos ante destructionem domus sanctę, potestatem habuit Regnum nequam super Israel. Hæc ibi. Regnum autem nequam in Talmud, Romanorum imperium intelligitur. De hac autem Romanorum Iudæorumq; societate primus Machab. lib. 8. latius meminit. Et sicut dies Regum istorum tunc esse cœperunt, cum primum facta est Romanorum Iudæorumq; societas, & postea quando coniuncta fuit uiri semine, sed non fœminæ, quod fuit cum Herodes cum puella mortua de genere Machabæorum flagitium perpetrauit (ut supra in 6. huius lib. cap. dictum est) & ideo non cohęserunt. Ita tunc dies eorundem Regum esse desierunt, quando Iudęi cum suo falso Messia in Romanum imperium insurrexerunt. Vt in 21. huius quoq; lib. capite late patuit. Quod uero Romanorum imperium per ferrum designetur, nullum est dubium. Quia ut prædictũ fuit à Daniele in uisionis declaratione, quemadmodum ferrum omnia metalla domat, Ita Romanorum imperium omnia domuit regna, Quod autem Iudæi testa figuli uocentur, Tren. Iere. 4. habetur. Vbi sic dicitur, בני ציון היקרים המסלאים בפז אויכה נחשבו לנבלי חרש מעשה ידי יוצר Id est, Filij Syion precioſi, amicti auro, quomodo

Romanorum fœdus cum Iudæis.

Iudæi, testa dicti.

computati sunt uasa testæ, opus manuum figuli. Id quoq; apud Isa. 49. aperte patet, dum sic ait, הוי רב את יוצרו חרש את חרשי ארמה Id est, Veh contradicenti fictori suo, uel formatori suo, testa de testis terræ. Ex his omnibus palàm ostensum est, quàm eleganter Nabuchdonosor regi reuelatum fuerit, non solum quòd Messias Romanorum imperium sibi subiecturus erat. Verum etiam & quónam pacto Messias ipse secundum carnem de matre absq; patre generandus esset, sub figura lapidis se ipsum de monte sine manibus abscindentis, & quo tempore nascituru erat, & quæ & qualia facturus. Si igitur Messias Romanorũ imperium sibi subacturus erat, & Iesus Nazarenus illud sibi subiecit, necessario profecto sequitur, Messiam iam uenisse, ipsumq; Iesum Nazarenũ fuisse. Cui hucusq; Romanorum subiectum est imperium.

Quòd Messias uniuerso orbi dominaturus erat, & de uniuersali Domini nostri Iesu Christi Regno. Cap. XXVI.

CAPNIO,

QVamuis Messiam uniuerso orbi dominaturum fuisse, satis ex his quæ nunc dicta sunt, insinuetur. Vt tamen hoc in domino nostro Iesu Christo adimpletum esse, clarius constet, id idem apertius probandum est. GAL. Hoc primo probatur ex commentarijs R. Mosis Hadarsan, in lib. Gen. super illud 49. c. eiusdem lib. dictũ, לא יסור שבט מיהודה ומחוקק מבין רגליו עד כי יבא שילה ולו יקהת עמים: i. Non recedet sceptrũ de Iuda, & scriba de medio pedũ eius, donec ueniat Silo. i. Messias. Et ei aggregabunt̃ populi. Ibi enim idem R. sic ait, אמר שבט ולא אמר מלך כי גלוי וידוע לפניו שלא יעמדו המלכים המיד עד כי יבא שילה והוא חבן הקטן העתיד להיות לו באחרית ימים רבים כמו שתרגם אנקלוס ובטילותה ובזעירותה כי אשר יקהלו אליו כל הגוים וימלוך עליהם מלכות שלמה כמו שנאמר וישתחוו לו כל מלכים כל גוים יאשרוהו ומשם ואילך דא יוסיף לברוע לפניזולתו אבל כולם לפניו יברעו ויפולו שנאמר לפניו יברעו ציים ואויביו עפר ילחכו: Hoc est, Dixit sceptrum, & non regem. Quoniam notum, & manifestum est apud eum, quòd reges eius non sunt semper mansuri, sed solum quousq; ueniat Silo, id est Messias, qui est filius paruulus, qui erit ei post multos dies, uti exposuit Ankelos de prophetia & de paruitate eius. Quoniam is est cui aggregabuntur omnes gentes, & regnabit super illas regno Selomonis, id est regno pacis. Sicut scriptum est Psal. 72. Et humiliabuntur ei omnes reges, cunctæ gentes seruient ei. Et postea ipse nemini humiliabitur, immo coram eo procident & prosternentur omnes. Et hoc est quod scriptũ est eodem in Psal. Corã eo procident Æthiopes, & inimici eius puluerẽ lingent. Hæc R. ille Moses Hadarsan. Ex quibus patet propositum, Id ipsum deinde per illud clarissime quoq; ostenditur, quod in præmissa uisione Nabuch-

Nabuchdonosor subijcitur Dan.2.cap.Sic enim ibi sequitur, ואבנא די מחת לצלמא הות לטור רב ומלה כל ארעא Id est,Et lapis qui percussit statuam,factus est mons magnus,& impleuit uniuersam terram. Quod de uniuersali Messiæ dominio prisci Talmudistæ intelligi uoluerunt. Nam in Beresith rabba,id est in expositione libri Geneseos,super illud Gen.42.c.dictum,Et Ioseph ipse potens factus est super terram.Ita ad uerbum legitur,Tradiderunt Magistri,decem Reges dominatos esse a mundi initio,usq; ad finem eius.Horum autem primus est Deus sanctus & benedictus,qui dixit & fuit mundus,hoc est,qui imperio uerbi sui mundum creauit.Secundus autem Rex fuit נמרוד Nemrod impius.Rex tertius fuit Ioseph,Rex quartus fuit Selomo Rex Israel,Rex quintus fuit Nabuchdonosor Rex Babylonis,Rex sextus fuit Darius, qui super Regnum Chaldæorum regnauit,Rex septimus fuit Cyrus, qui à fine orbis usq; ad finem eius dominatus est. Sicut dictū est Ezræ 1.cap.& Paralip.ultimo,Vbi sic de eo dicitur,Dixit Cyrus Rex פרס Paras,id est Persidis.Omnia Regna terræ dedit mihi Dominus,Rex octauus fuit Alexander Macedo,qui super uniuersum orbem dominatus est.Sicut dictum est Dan.8.c.Et ego fui intelligens, Et ecce hœdus caprarum,ueniens ab occidente,super faciem totius terræ. Rex uero nonus est ipse Cæsar Augustus,qui uniuerso orbi imperauit.Sicut dictum est Dan.2.Et Regnum quartum erit forte sicut ferrū.Quia sicut ferrum uniuersa hæc comminuet,& conteret. Rex autem decimus est Rex Messias,qui regnabit à fine mundi,usq; ad finem eius. Sicut dictū est Psal.72.Et dominabitur à mari usq; ad mare,& à flumine usq; ad terminos terræ.Item alia scriptura dicit Dan.2.c.Et lapis qui percussit statuam,factus est mons magnus,& impleuit uniuersam terrā. Et rursus ibidem,Et in diebus Regum illorum,suscitabit,uel statuet Deus cœli Regnum,quod in æternum non dissipabitur,& populo alteri non tradetur.Et comminuet & conteret omnia hæc Regna,& ipsum stabit in æternum.Et per Regnum hoc decimum,reuertetur Regnum ad Dominum suum.Atq; ita qui fuit primus Rex,erit ultimus Rex.Sicut scriptum est Isa.44.c. כה אמר יהוה מלך ישראל וגאלו יהוה צבאות אני ראשון ואני אחרון Id est,Sic dicit Deus Rex Israel,& redēptor eius Deus exercituum.Ego primus & ego nouissimus scilicet Rex,Et iterum Zachariæ illud ויהיה יהוה למלך על כל הארץ Id est,erit Deus Rex super omnē terram.Hæc omnia traditio,paucis quibusdam quæ ad rem non pertinent,omissis. Cum igitur in hac traditione dicatur, Rex decimus esse Messias,qui à fine mundi,usq; ad finē eius,regnaturus erat. Idcirco Iudæis dicamus,Christum Dominum nostrum non solum à fine mundi usq; ad finem eius,uerum in Regno quoque cœlorum in quantum ipse Deus est,dominari. Cum subsequenter ibi Dauidicum illud Psal.72. dictum ponitur, וירד מים עד ים ומנהר עד אפסי ארץ Hoc est,Et do-

Reges decem.

minabitur à mari uſq; ad mare,& à flumine uſq; ad terminos terræ.Id etiam ad literam de Chriſtianorum Regno intelligendum eſt. Quod nõ ſolum olim per uniuerſum orbem terrarũ fuiſſe,conſtat.Sed hodie quoq; à mari uſq; ad mare,& à flumine uſq; ad terminos terræ eſſe,re ẽte dici poteſt.Quandoquidem illud etiam hodie ſit à mari uſq; ad ma re,hoc eſt à mari mediterraneo uſq; ad mare Occeanũ,ſaltem Anglicũ. Et à flumine,id eſt à Danubio qui inter cæteros fluuios maximus eſt, & ultra Græciã in mare ponticum deſcendit,uſq; ad caput terræ,id eſt uſque ad Hiſpaniam quæ eſt caput terræ.Et licet Sarraceni ſiue Mach metani multa ac pene infinita Chriſtianorum loca occupent, in eiſdem tamen locis Chriſtus adhuc regnare non deſinit. Cum eum ipſi Meſ ſiam eſſe fateantur, ac ſpiritu Dei conceptum,& de uirgine ſine uiri li ſemine natum, & ſi diuinitatem eius negent. Quod uero dicitur in eadem traditione iuxta Danielis uaticinium. Et lapis qui percuſsit ſta tuam factus eſt mons magnus,& impleuit uniuerſam terrã. Tunc cer te adimpletum eſt.Cum apoſtolorũ,aliorumq; ſanctorũ ipſorum ueſti gia imitantium,prædicatione ac doctrina,idola Romanorũ atq; Gre corum,aliarumq; quàm plurimarum gentium per orbem uniuerſum inanita,atq; exploſa fuerunt. Quare tunc procul dubio lapis iſte, id eſt Meſſias mons magnus factus eſt.Non quidẽ,quòd maior fuerit quàm antea fuit,ſed quia gentibus ad ipſum conuerſis magis fuit cognitus.

Quod Chriſtus uere ſibi Romanorum ſubegit imperium. Et de Romani Pontificis atque Imperatoris uniuerſali dominio. *Caput* XXVII.

CAPNIO,

ET ſi omnia hæc tam uera ſint,ut ab Iudæis minime negari poſ ſint. Ad maiorem tamen eorum confuſionem,aliquo prophe tarum teſtimonio probandum eſt,ipſum Romanorum Impe rium. Domino noſtro Ieſu Chriſto ſubijciendum fuiſſe. GAL. Et Ro mam ipſam, & Romanorum imperium Domino Ieſu uero Meſſiæ ſubijci debuiſſe,Iſaias longe ante prædixit,cum uigeſimo ſexto cap.ait, עיר עזנו לנו ישועה ישית חומות וחל : פתחו שערים ויבא גוי צדיק שמר אמנים : יצר סמוך תצר שלום שלום כי בך בטח : בטחו ביהוה עדי עד כי ביה יהוה צור עולמים : כי השח ישבי מרום קריה נשגבה ישפילנה ישפילה עד ארץ יגיענה עד עפר : תרמסנה רגל רגלי עני פעמי דלים : Hoc eſt, Vrbs fortitudinis no bis Ieſus,ponet muros & ante murale. Aperite portas, & ingrediatur gens iuſta,cuſtodiens fidelitates. Creatura coniuncta ſeruabit pacem, pacem,quia in te eſt ſpes. Sperate in Deo in æternum,quoniam in do mino Deo eſt fortitudo ſeculorum. Quia incuruabit habitantes in ex celſo. Vrbem ſublimem humiliabit,humiliabit eam uſq; ad terrã, de ducet eam uſq; ad puluerem,calcabit eam pes pedũ pauperis, greſſus egeno-

egenorum. Horum uerborum expositionem aliam quàm R. Selomonis non quæramus. Sic enim eam ipse exponit, Vrbs fortitudinis erit nobis ישוע Iesus. i. Saluator siue saluatio. Et infrà, Vrbem sublimem humiliabit. i. Romã & Italiam, humiliabit inquam eam usq; ad terrã calcabit eam pes pedũ pauperis. i. regis Messiæ, de quo dictũ est Zach. 9. Pauper & equitãs super asinã. Gressus egenorũ. i. Israel. Hæc glossa R. Selomonis fidei nostrę multũ roboris affert. Tunc enim pes pedũ pauperis. i. regis Messię Romã atq; Italiã usq; ad terram humiliauit, cũ sublimitas Romani imperij cœlũ penè tangens, iugo Christianæ fidei humiliter collum submisit, usq; ad pauperũ & humiliũ uices Christi gerentiũ pedũ oscula. Tunc autem gressus egenorũ. i. Israel iuxta R. Selomonis glossam, Romã ipsam calcauit, cum ad prædicationẽ apostolorũ Christi Petri & Pauli, idololatriæ cultũ, uoluptatesq;, ac delicias quas Christiana religio respuit, prorsus dimittendo, sese Christo subiecit. CAP. Quando quæso Christus Romanũ sibi subiegit imperiũ? GAL. Tunc certe potissimũ cum Constantinus Romanorũ imperator, orbisq; Monarcha, baptismi sacramento suscepto, à lepra mundatus, sanitateq; diuinitus recuperata, ipsum Iesum Christum mundi redemptorem, ac saluatorem, uerum regem regum, atq; unicum cœli & terrę Dominũ esse cognoscens, sponte se ipsum, uniuersumq; Romanum imperium eidem subiecit. In cuius quidem subiectionis signum, Lateranense imperiale palatium, capitis sui coronam ex auro purissimo & lapillis preciosis ac margaritis cõstructam, phrygium. i. mitram, superhumerale hoc est lorum, quod imperiale collum circumdare cõsueuit, purpureã chlamydem, coccineã tunicã, & imperialia omnia indumenta, imperialiũq; præsidentiũ equitum dignitatẽ, ac imperialia sceptra, simulq; cuncta signa, atq; banna, diuersaq; imperatoria ornamẽta, & omnẽ in processionibus imperatorij culminis gloriã, ac potestatẽ, beato Syluestro tunc Christi uicario, cunctisq; eius successoribus, dono contulit. Eiusq; sacratissimo uertici propriis manibus Phrygium imponẽs, atq; equi cui Pontifex ipse insidebat, frena detinens, stratoris officiũ illi exhibuit. Et ne sacer Christi Senatus minori fulgeret gloria, quàm imperialis, præcelsis patribus sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, multas ac maximas instituit dignitates. Et tandem tam Roma Vrbe, quę & mundi caput, & imperij sedes erat, cęq; multis occidentaliũ regionũ prouincijs, ciuitatibus, ac locis, Syluestro Pontifici maximo tanquã Christi uicario, & beatissimo Petro successori, eiusq; successoribus perpetuo cõcessis, se Byzantium conferens, Romanũ imperium quod Christo subiugauerat, ad orientales transtulit regiones, prout in eius imperiali edicto hæc omnia, ac alia permulta latissime cõtinentur. Si igitur Romanorũ imperator qui super omnes reges est, super omnesq; nationes. 7. q. 1. c. In apibus, Et 11. q. 1. §. Hadrianus. Est enim mundi princeps ac do-

Constantinus imperator se ac Romanorũ imperium Christo subiecit. Eiusdem donatio Christi uicario facta.

Romanorũ imperator super uniuersum orbem dominium habet.

minus. ff. Ad legem Rhodiam. L. Deprecatus. Vnde & Græci ipsum κυριοκρατωρα aptissime uocãt, quòd per se dominetur, eiusq; dominium à nullo dependeat, Domino nostro Iesu uero Messiæ uere subijcitur. Quis recte ire poterit inficias, ipsum Dominum nostrum Iesum Christum, qui & eidem imperatori, & uniuerso Romano imperio præest, super uniuersa regna, uniuersasq; gentes, ac prouincias, principatũ habere, uerumq; totius orbis monarcham esse, ac regem regum, & dominum dominantium, uere & dici & esse? Verum enim uero œcomenicum hoc totius orbis dominium, Romanorum imperator in temporalibus habet, & Romanus Põtifex in spiritualibus. Quocirca de utroq; haud incõgrue dictum arbitror illud Gen. 1. cap. scriptum, Fecit Deus duo magna luminaria, luminare maius ut præesset diei, & luminare minus ut præesset nocti. Quid enim aliud per duo hæc magna luminaria mystice designatur, quàm summus ipse Pontifex atq; imperator? Quorum alter tanquam sol, diei, id est spiritualibus, alter uelut luna, nocti, hoc est temporalibus præest, imperat, moderatur. Vnde palàm ostenditur, utriusq; super uniuersum orbem uniuersale dominium. Si ergo Romanorum imperium non nisi à Messia subiugari debebat, & ipsum Domino nostro Iesu Christo diu subditum fuisse constat, ut iam probatum est, Consequens profecto est, Dominum nostrum Iesum Christum uerum esse Messiam.

Conclusio.

Iudaicæ oppositionis improbatio. Caput XXVIII.

CAPNIO,

QVanquam Iudæi tam manifestæ ueritati haudquaquam contradicere possent, ipsam tamen impugnare non desistunt. Nã fatentur quidem quartum illud regnum per ferrum designatum, Romanorum esse imperium, in cuius fine Messiam uẽturum atq; regnaturum asserunt. Sed ipsum Romanorum regnum adhuc defecisse omnino negant. Cum enim Roma ipsa eiusdẽ regni caput sit, & Papæ sedes, atq; ecclesiæ Christianæ caput, ideo & nos Christianos ex ipsius urbis nomine, Romanos nuncupãt, & ipsum Romanorũ regnum quamdiu in urbe Roma regnauerint Christiani, stabile fore aiunt. Credunt q; Romanorum gẽtem esse Edom. Quia cum Iulium Cæsarem de Edom esse putent, tã eos qui Romæ post eum regnauerunt, quàm Romanos ipsos de Edom esse dicũt, Quare cum Christianos (ut dixi) Romanos uocent, ipsos etiam de Edom esse asserunt. Et ad sui erroris confirmationem, illud Ieremiæ Tren. 4. dictũ adducunt, שישי רשמחי בת אדום ישבת בארץ עוץ גם עליך תעבור כוס תשברי והתערי ! תם עונך בת ציון לא יוסיף להגלותך פקד עונך בת אדום גלה על חטאתיך. i. Gaude & lætare filia Edom quæ habitas in terra Hus, super te quoq; transibit calix, inebriaberis, & nudaberis. Completa est iniquitas tua filia Siyon. Non addet,

addet, ut transmigret te. Visitabit iniquitatẽ tuam filia Edom, discooperiet peccata tua. Ex quibus inferunt, Quod ab hac nouissima captiuitate per Messiam redimi non debent, nisi illorũ de Edom quos Romanos qui Iesu Nazareni legem seruant, esse aiunt, contritio, ac destructio prius fiat. Vnde super prædicta Ieremiæ uerba, Rabbi Selomo dicit, Quod Ieremias ibi Romani imperij destructionem prædixit, quæ idcirco Romanis accidere debet, quia ipsi tempore Titi templum urbemq; Ierusalem euerterunt, atq; Iudæos per orbem captiuos disperserunt. Et sic per filiam Edom Romam seu populum Romanum intelligentes, ita eadem uerba exponunt, Gaude & lætare filia Edom. Ac si diceret, Gaudium illud quod in urbis Ierusalem templiq; subuersione habuisti, tibi in tristitiam conuertetur. Quia super te quoq; transibit di uinæ uindictę calix. Ex quo cum Romanũ imperium nondum destructum arbitrentur, idcirco Messiam necdum uenisse, opinantur. Et hoc argumẽtum inter cætera eos in perfidiæ errore maxime roborat. Quo fit, ut eo magis Romani imperij destructionem in dies expectẽt, ac desiderent, quo magis ex hoc argumento se certos reddi opinantur. Quod statim post ipsius Romani imperij defectionem, & Messias uẽturus sit, & ipsi à captiuitate liberandi. Eapropter mi Galatine maxime hoc in loco tibi connitendum est, ut hæc eorum ratio funditus euertatur. GAL. Hoc facile mi Capnio profecto erit. Si primum per filiam Edom, hoc in loco Romam, siue populum Romanum intelligi, falsum prorsus esse, ostenderimus. Falsum quippe est, Romanos Edom esse gentem, quia homo qui fuit de Edom, super eos regnauerit. Sicut nec ipsi Iudæi appellantur Romani, aut Edomitæ, eo quòd Herodes qui fuit de gente Edom, eis dominatus sit. Edom præterea alio nomine Esau dictus fuit, ut habetur Gen. 25. Ex quo patet, Edom ipsum de Sem filio Noæ, per Ishac cuius filius fuit Esau, descendisse. Cum tota igitur Europa in qua urbs Roma sita est, à filijs Iapheth primum habitata fuisse, dicatur, nulla ratione dici potest, per Edom Romanum imperium significari. Certum quoq; est, terram Edom eam esse regionem, quam Græci Idumæã denominarunt. Ad quam filij Israel ex Ægypto egressi, ac per desertum transeuntes, deuenerunt. In qua montes Sinai & Hor esse referuntur. Vbi & Aharon diem clausit extremum, Ex his igitur clarum est, filiam Edom Romam, siue populum Romanum dici, falsum omnino esse. CAP. Quare ergo Talmudistæ Romanos filios Edom & Esau sæpissime uocant? GAL. Verum quidem est in Talmud locis pene innumeris, Romanos ipsos quandoque Edom, quandoque Esau, quandoque Seir, quandoque etiam filios Edom, seu Esau, mystice nuncupatos esse, & Romam ipsam monte Seir, atque monte Esau olim dictam fuisse. Quod neq; absque fidei nostræ mysterio, factum esse, censendum est. Ad cuius quidem rei probationem,

Iudæorum iuniorum falsa expositio.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

pauca quędã ſubnectam. Et primo illud apud Abdiam ult. c. ſcriptum adducam, ועלו מושיעים בהר ציון לשפוט את הר עשו והיתה ליהוה המלוכה Hoc eſt, Et aſcendẽt ſaluatores (.i. apoſtoli ſecundũ gloſſam noſtrã) ad montẽ Syion, ad iudicandũ mõtem Eſau, & erit dño regnũ. Gloſſa R. Selomonis. Docet te inquit, Quod nõ erit regnũ eius. ſ. Dei perfectũ uel pacificatum, donec de impio Eſau uindictã nõ fecerit. Montẽ uero Eſau in prædictis Abdiæ uerbis, caſtrum maximum Eſau, R. Ionathas Chaldaicè interpretatus eſt. Gloſſa Rab. Selomonis dicit, Et ipſum eſt Roma. In lib. etiã qui פסח שני Peſa ſeni. i. Paſcha ſecundũ, dicit: ita ſcriptum eſt, Futurum eſt, ut Ægyptus afferat munus Meſſiæ. Sicut dictum eſt Pſal. 68. יאתיו חשמנים מני מצרים .i. Venient inclyti ex Ægypto. Aſſumet tunc Æthiopia pro ſe argumentum à minori, quod Hebraï קל וחומר Kal uahomer uocant, dicens, Si iſti qui ſeruire fecerunt Iſrael, &c. faciunt, & à Meſſia recipiunt, quanto magis nos, ſupple ſi ſic fecerimus, ab eo recipiemur? Et hoc eſt quod mox ſcriptum eſt eodẽ in Pſal. כוש תריץ ידיו לאלהים Hoc eſt, Æthiopia currere faciet manus ſuas Deo. Sumet quoq; regnum nequã. i. Romanũ ſecundũ R. Selomonis gloſſam. Iocum uel argumẽtum à minori pro ſe dicẽs, Si iſti qui nõ ſunt fratres, ſic facientes à Meſſia admittunt, quanto magis nos qui fratres ſumus? Hoc autẽ eſt quod ſcriptũ eſt Micheæ 5. ויתר אחיו ישובון על בני ישראל .i. Et reſiduum fratrum eorum reuertent ſuper filios Iſrael. Hæc omnia traditio. Ex cuius fine ſatis habet, Romanos filios Eſau apud Hebræos, myſtice appellatos fuiſſe, eo q; hic fratres Iſrael dicantur, ac tempore Meſſiæ ad eos cõuertendi eſſent. Quod tunc proculdubio impletum eſt, cum per apoſtolorum Petri & Pauli prędicationẽ, & maxime tempore Sylueſtri, ad Chriſti fidem ſunt conuerſi. In libro quoq; qui ירמיה yoma. i. Dierum dicitur, ita ad uerbum legitur, Dixit R. Futurum eſt, ut Roma cadat in manu Perſidis. Sicut ſcriptum eſt Iere. 49. שמעו עצה יהוה אשר יעץ על אדום ומחשבותיו אשר חשב על יושבי תימן אם לא יסחבום צעירי הצאן אם לא ישים עליהם נויהם : Hoc eſt, Idcirco audite cõſilium Dei quod iniit de Edom, & cogitationes eius quas cogitauit de habitatoribus Teman. Niſi traxerint eos minores ouium. Sinõ dilapauerit ſuper eos manſiones eorum. Hęc traditio. Ex qua manifeſtetur, Romanos in ſacra ſcriptura Edom interdum uocari. Gloſſa autẽ R. Selomonis dicit, minores ouium in eadem traditione Perſas eſſe, à quibus Romani trahẽdi erãt, quia Perſeus in filijs Iapheth minor fuit. Sed cum hoc nunq; uerũ fuerit, per minores ouiũ apoſtolos cęteroſq; Chriſti diſcipulos intelligi oportet. Quiſuę prędicationis miraculorũq; uirtute, Romanos ad Chriſti fidẽ traxerũt. Hi enim minores hoc eſt iuniores ouium Iudęorũ fuerunt. Quia Iudęi oues appellati ſunt, iuxta illud Ezech. 34. c. dictum, ואתן צאני מרעיתי ארם אתם אני אלהיכם נאם ארני יהוה Id eſt, Et uos oues meę oues paſcuę, homines uos eſtis, ego Deus ueſter,

R. Selomonis expoſitio.

Vera expoſitio

uester, dicit dñs Deus. Ex his igitur palam liquet, nõ iniuria Romanos mystice & metaphorice filios Esau, & Edom olim nuncupatos fuisse.

CAP. Quã ob rem Romani metaphorice Edom & filij Esau sunt olim appellati? GAL. Propter imitationẽ inquam. Non enim ipsi solũ, sed omnes quoq; alij qui populũ Dei persecuti sunt, & idolis cultũ exhibebant, Edom & Esau secundum carnem à ueteribus Iudęorũ dicti sunt, quia eorũ imitabantur opera. Quod satis ex eo uidetur, quod in libro עבודה זרה Auoda zara, id est seruitus aliena, siue idololatria, ita legitur, super illud Abdiæ ult. dictũ, ולא יהיה שריד לבית עשו Hoc est, Et non erit residuũ domui Esau. i. facientibus opera Esau. Traditũ est etiã sic, Et non erit residuũ domui Esau. Potest ne omni dici? Docet dicendũ. Domui Esau. i. omni operanti opus Esau. Hęc traditio. Ex quibus satis manifestũ est, Iudæos nostri temporis mentiri, qui Christianos Edom, uel filios Esau uocant, cum eorum opera minime imitẽtur. Immo tunc Romani ipsi Edom, atq; filij Esau esse desierunt, cum Christiani effecti sunt. Tunc enim illud Micheæ 5. dictũ, adimpletum fuit. Et residuũ fratrum eorũ conuertẽtur ad domũ Israel. Quapropter ut ad præmissam Ieremiæ prophetiã redeamus, dicimus in eadẽ secundũ ueritatem filiã Edom esse regnũ Idumææ, ab eodẽ Edom sic denominatũ, & Hus esse ciuitatẽ in eodem regno sitã. Ideoq; Edom habitare dicit in terra Hus. Quia ciuitas illa Hus in toto illo regno celebris erat. CAP. Si Iudæus forte diceret, Ex quo filia Edom est proprie Idumææ regnum, & uos Christiani dicitis, prophetiã hanc cõpletam fuisse. Quando ergo completa est? GAL. Prisci Iudęorũ dicunt, prophetiam istam tẽpore regis Hircani Machabæi impletã fuisse. Tunc enim tota terra illa destructa fuit. Ex qua Hircanus ipse inter cæteros 4000. captiuorum eduxit, qui muros urbis Ierusalẽ custodirent. Quare ut ait Iosephus in illa die magna ab Iudęis facta fuit lętitia. Adeo, quòd ut R. Iehosuas filius Leui refert, nulla unquã maior illa fuit in templo lætitia. Eo quòd Bethsean cæteræq; Idumęorũ ciuitates, quæ nec tempore Iehosuæ, nec iudicũ, nec tempore regum Israel & Iudæ uinci potuerunt, tempore huius regis Hircani uictæ, ac ditioni Iudęorũ subiugatæ fuerunt. Dicit prętera Iosephus, quòd illi de Edom filij Esau tempore prędicti regis Hircani, ad Iudaismum sunt conuersi, fueruntq; circumcisi, nec à Iudæis tempore Vespasiani & Titi recesserunt, sed semper deinceps Iudæi permanserunt. Propterea dicimus, peccatũ Iudæorũ filiorũ Esau tunc rememoratum fuisse, eosq; in captiuitatem cecidisse, quãdo iniquitas filiorũ Iuda qui in aduẽtu Messiæ Iesu Nazareni iusti permãserunt, cõpleta fuit. *Conclusio.* Ex quibus omnibus sole clarius cõstat, nimis extortã, ac omnino falsam esse prophetię supradictę expositionẽ, quã iuniores Iudęorũ faciũt, expectãtes Romani imperij destructionẽ, ac Messię aduẽtũ, falsum quoq; penitus esse, quòd Christiani (ut aiunt) de Edom descenderint. Quin

potius

potius econtra aimus, ipsosmet Iudæos de Edom esse, qui ex Edom ad eos conuersi fuerunt, & qui mali sunt, & peccatores, ac simul cum eis perpetuam receperunt punitionem, in qua nunc sunt, eruntq; usq; ad mundi finem. Christianos autẽ dicimus filios Syion, ac bonos Iudæos esse, qui ad Christum conuersi sunt, in quibus & iniquitas cõpleta fuit, hoc est peccatum atq; captiuitas cessauit, ipsiq; perpetuoq; liberi erunt. Vt in prædicta prophetia liquido patet. Illis enim de Edom ad Iudaismum conuersis, cæterisq; Iudæis Christum negantibus, ait propheta. Ad te quoq; peruenit calix, id est pœna diuinæ ultionis. Inebriaberis, id est ad plenum punieris, & nudaberis, hoc est honore, dignitatibus alijsq; bonis priuaberis. Quemadmodum per Titum Romanorũ principem factum fuisse, certum est. De bonis autem Iudæis qui Iesum Nazarenum uerum Messiam receperunt, quiq; uere filij Syion dicuntur, subdit propheta ipse, Completa est iniquitas tua filia Syion, in aduentu scilicet Christi. Quia nunquam amplius populus ille Syion credens in Christum, fuit alicui captiuitati subiectus, loquendo de populi uniuersalitate, sicuti de populo Iudæorum ter iam factum est. Ideo subsequenter ait, Non addet ultra, ut transmigret te, à libertate scilicet in seruitutem. Sequitur de malis Iudæis filijs Edom. Visitabit iniquitatem tuam filia Edom, eam scilicet iuste puniẽdo. Discooperiet peccata tua, pœnam scilicet manifestã omnibus inferendo. Quia eorum captiuitas & seruitus in toto mundo publica est. Vbicunq; enim Iudæi morãtur, siue inter Christianos, siue inter Sarracenos, semper captiui, semperq; in abominationem habiti sunt. Ex his patet solutio ad Iudæorũ argumentum. CAP. Iudæi adhuc instant. Quia cum Romanorũ regnum inter cætera regna à Daniele prænunciata, quartum sit, post quod regnum Messiæ nunquã fine carituru succesluru erat, Romanorumq; imperium adhuc perseueret, quia nunquã cessauerunt Romanorũ imperatores & reges. Idcirco nondum Messiã aduenisse concludunt. GAL.

Iudæorum recentiorum obiectio.

Responsio. Quemadmodũ intentio Danielis prophetæ regni Chaldæorũ defectionẽ prædicentis, non fuit, quòd nemo amplius in Babylonia regnaret. Sed quòd nemo de genere Nabuchdonosor, nec de gente eius ibidem deinceps regnaturus esset. Quare dictum est regnum Chaldęorũ tunc defecisse. Ita & in cessatione regni Medorũ & Persarũ, intentio ipsius prophetę non fuit, quòd nemo in Media & in Perside deinceps regnaret, sed quòd nullus de cętero de genere uel de gente Darij quo ad regnũ Persarum, regnaturus foret. Sic & in defectione regni Græcorũ, intentio eiusdem prophetæ non fuit, quòd nullus deinceps in Gręcia regnaret, sed q̃ nemo de genere Alexandri, nec de gente eius ultra rex esset. Ita quoq; & in defitione regni Romanorũ dicendũ est, q̃ intẽtio prædictę prophetæ non fuerit, q̃ nemo amplius Romæ regnaret, sed q̃ nullus deinceps

deinceps de genere aut de gente Iulij Cæsaris, & Octauiani Augusti, & Tiberij ac cæterorum, qui idola colentes, in eorum fide crediderũt, regnaturus esset. Ex quo igitur Romanorum Imperatores & reges in fide Iulij Cæsaris, & cæterorum idola colentium minime credunt, sed in fide Iesu Nazareni ueri Messiæ. Et etiam quia Constantinus Cæsar dimisit Romanorum regnum seruis ipsius Iesu Nazareni. Et Papa qui est Dominus urbis Romæ, non fuit uocatus deinde Cæsar, nec uenit de Cæsaris genere, siue gente, & Imperator ipse Romanorum cui uniuersus orbis iure subijcitur, Christianus est, atq; Iesu Christo uere subiectus, Necessario dicendum est, quòd omnia Regna illa in libro Danielis prædicta iam trãsierint, ac defecerint, excepto Iesu Nazareni ueri Messiæ regno, quod firmissime durat, ac in æternum durabit. Ex quo se, concedi necesse est. Vt ex his quæ in quatuor capitibus antecedenti bus dicta sunt, abunde colligitur.

Septima ratio qua primi aduentus Messiæ tempus præteriisse demonstratur, sumitur ex idololatrici cultus cessatione. Et quòd in aduentu Messiæ idololatria penitus cessatiua erat. Caput XXIX.

CAPNIO,

SEptimam denicq; rationem nunc aggressurus, quòd in aduentu Messię maxime idolorum cultus auferendus esset, probare debes. GAL. Prophetæ certe idololatrici cultus ablationẽ præcipue semper & ubicq; optabant, ut patet apud Zachar. 13. sic dicentem, והיה ביום ההוא נאם יהוה צבאות אכריח את שמות העצבים מן הארץ ולא יזכרו עוד Hoc est, Et erit in die illa, dicit Deus exercituum. Disperdam omnia nomina idolorum de terra, & non memorabuntur ultra. Vbi omnium Iudæorũ sententia, textus de Messia loquitur, Et Sephonias 3. cap. ait, לקרא כלם בשם יהוה לעבדו שכם אחד Id est, Ad inuocandum omnes nomen Dei, ad seruiendum ei humero uno. Vbi quoq; de Messia agitur. Idem etiam per ueteres Talmudistas manifeste patet, & præsertim in Midras שיר השירים Sir assirim, id est in expositione Canticorum super illud 2. cap. dictum, קול דודי הנה זה בא מדלג על ההרים מקפץ על הגבעות Id est, Vox dilecti mei. Ecce iste uenit saliens super montes, & saltans super colles. Vbi R. Nathan nomine R. Eliezer filij R. Iosæ Galilæi, & Rab Hunna nomine R. Elazar dicunt, Hic est rex Messias & nõ est mons scilicet hic aliud quàm auoda zara. i. cultus alienus, hoc est idololatria. Hoc est aũt quod dicitur apud Hoseam 4. על ראשי ההרים יזבחו ועל הגבעות יקטרו Id est, Super capita montium decollabunt. i. sacrificabunt, & super colles fumigabũt. i. thurificabũt. Hæc traditio. Ex qua patet, Messiã in aduentu suo conculcaturũ fuisse idolola-

idololatriam. Cum igitur diu sit, quòd idololatria ex toto orbe omn
no explosa fuerit. Nam ante discipulorum Iesu Nazareni prædicatio
nem uniuersus orbis idola colebat, exceptis Iudæis, qui soli Deum ue
rum cœli & terræ creatorem uenerabantur. Ex quo autem apostol
cæteriq; ipsius Iesu Nazareni discipuli in uniuersum mundum abeo
missi fuerunt, idololatria undiq; explosa, omnes gẽtes ad cognitionem
unius & ueri Dei peruenerunt. De ipsis nanque Iesu Nazareni discipu
lis Isaias prophanauerant, sic ult. cap. dicẽs, ושמתי בהם אות ושלחתי מהם
פליטים אל הגוים תרשיש פול ולוד משבי קשת תבל ויון האיים הרחקים אשר
לא שמעו את שמעי ולא ראו את כבודי והגידו את כבודי בגוים ׃ Id est, Et
ponam in eis signum, & mittam ex eis, qui euasi fuerint, ad gẽtes, in Ta
siam, in Aphricam, in Lydiam, trahẽtes arcu, in Italiam, & in Græciam,
& ad insulas longinquas, quæ non audierunt auditionem mei, & non
uiderunt gloriã meam. Et annunciabũt gloriam meam in gentibus. Si
ergo idololatria in aduentu Messiæ deficere debebat, & per Iesum Na
zarenũ (ut probatũ est) iamdiu est, quod defecerit, quod etiã effectus
ipse manifeste ostendit, cum omnes tam Christiani q̃ Sarraceni unum
uerum Deum colãt, Rerum omnium opificem. Necessario profecto
sequitur, non solum tempus aduentus Messiæ iamdiu præ-
terisse: uerum etiam Messiam ipsum iam uenisse,
eumq; non alium, quàm Iesum Naza-
renum fuisse.

Liber

Liber quintus.

In quo obiecta Iudæorum nostri temporis, Messiam nondum ueniſſe probare connitentium optime confutantur.

Iuniorum Iudæorum obiecta. Quòd Iesus Nazarenus Meßias non fuerit, cum Meßias ipſe nondum uenerit. Caput 1.

CAPNIO,

QVoniam non ſolum paruam aut nullam Chriſtianæ fidei afferunt utilitatem, uerum etiam maximo quandoque catholicæ ueritati ſolent eſſe diſcrimini. Qui ualidis licet rationibus inimicorum fidei refellant errores, eorum tamen falſitates quibus ueritatem noſtræ fidei impugnant, penitus ignorant. Quid enim prodeſt, fortiter hoſtem ferire, niſi uires quoque eius, omnesq; nocendi aſtutiæ noſcantur? ut ipſius ictus aut prouide euitari, aut abſq; læſione ſuſcipi ualeant. Eam ob rem ſi Chriſti ſectatoribus operæprecium facere cupis, obiecta Iudæorum noſtri temporis, quibus ueritatem ſubuertere nituntur, omni ſtudio, omniq; diligentia confutare coneris. GAL. Tu igitur qui eorum linguam optime calles, libros ſæpe legiſti, ac mores ſemper odiſti, quæcunque contra nos facere contendunt argumenta, in medium afferas, ego uero unumquodq; eorum per ipſorummet ſcripturas ſoluere curabo. CAP. Primum itaq; uerba Iſaiæ contra nos obijciunt, cap. 2. ſic dicentis, והיה באחרית הימים נכון יהיה הר בית יהוה בראש ההרים ונשא מגבעות ונהרו אליו כל הגוים : והלכו עמים רבים ואמרו לכו ונעלה אל הר יהוה אל בית אלהי יעקב ויורנו מדרכיו ונלכה בארחתיו כי מציון תצא תורה ודבר יהוה מירושלם : ושפט בין הגוים והוכיח לעמים רבים ובתתו חרבותם לאתים וחניתותיהם למזמרות ולא ישא גוי אל גוי חרב ולא ילמדו עוד מלחמה Hoc eſt, Et erit in fine dierum. Paratus erit mons domus Dei in capite montium, & eleuabitur pluſquam colles. Et fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi, & dicent, Venite & aſcẽdamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob. Et docebit nos uias ſuas, & ambu-

labimus in ſemitis eius. Quia de Syion exibit lex, & uerbum Dei de Ie-
ruſalem. Et contundent, uel malleabunt, uel comminuent enſes ſuos in
ligones, & iacula ſua in putatoria, uel in falces. Nõn leuabit gens cõtra
gentem gladium, neq; diſcent ultrà bellum. Totum hoc eiſdem quasi
uerbis apud Micheam quoq; ſcribitur. Ex his igitur ſex contra nos fa-
ciunt obiecta, probare uolentes, Dominum noſtrum Ieſum Meſſiam

Primum obiectum. nõ fuiſſe, eo quòd Meſſias ipſe nondum uenerit. Et primo quidem ſic
argumentãtur. Cum propheta dicit, Et erit in fine dierum: dictum eius
in diebus Meſſiæ implendum intelligitur. Meſſias ergo in fine dierum
uenturus erat. Sed Chriſtus ueſter non uenit in fine dierum, cum mul-
ti dies poſt eius aduentum tranſacti fuerint. Ergo nõ fuit ipſe Meſſias.

Secundum. Deinde uerò ſic: Quod propheta ait, Paratus erit mons domus Dei in
capite montium. Hoc nondũ accidit, Adhuc enim non uidimus mon-
tem templi Domini ſuper capita montium eleuari. Meſſias igitur non-

Tertium. dum uenit. Tertio autẽ ſic: Cũ propheta ait, Et fluent ad Meſsiã, omnes
gentes confluxuras prędixit. Cum igitur ad illum quem uos Meſſiam
fuiſſe dicitis, non omnes gentes confluxerint. Non enim Sarraceni, nõ
Tartari, non alij multi ad eum per fidem cõcurrerunt. Ipſum Meſſiam

Quartum. non fuiſſe, conſequens eſt. Poſtea cum propheta dicit, Et ibunt populi
multi & dicent, Venite aſcendamus ad montẽ Domini, & ad domum
Dei Iacob. Hoc in aduentu Ieſu Nazareni nequaquam impletum fuit.
Cum aliqui eorum qui in ipſum credunt, dicant, Eamus ad domum Pe-
tri. Aliqui, eamus ad domum Pauli. Alij, eamus ad domum Franciſci.
Alij, eamus ad domum Antonij, Et ſic de cæteris. Nemo uero dicit, ea-
mus ad domum Dei Iacob. Quare ipſum Ieſum Nazarenum nõ fuiſſe

Quintum. Meſſiam, clarum eſt. Quinto cum inquit, Et contundent, uel malle-
bunt, uel comminuent enſes ſuos in ligones. Cum reliquis. Ex his (in-
quiunt) patet, quòd tãta pax in diebus Meſſiæ futura erat, ut homines
arma bellica in agriculturæ inſtrumenta cõuerterent, & quòd gens in
gentem non leuaret ultrà gladium. Et per conſequens pax illa ſine fine
duratura eſſet. Cum igitur nunquam tale aliquid fieri contigerit, in-
mo poſtquàm uenit ille quem uos Meſſiam aſſeritis, ita geſta ſunt be-
la, ſicut antea geſta fuerant. Et fortaſſe multo plura, multoq; maiora at-
que acriora poſt Ieſum ipſum contigiſſe prælia cõſtat, quàm ante eum

Sextum. fieri contigerit. Igitur ipſe non fuit Meſſias. Demum ex eo, quòd dicit,
Non leuabit gens in gentem gladium, neque diſcent ultrà bellum. In-
ferunt Meſſiam nondum ueniſſe, quia nondum pax ſine fine in mun-
do facta eſt. Adducunt præterea contra nos & illa eiuſdem Iſaiæ pro-
phetæ uerba, cum undecimo capite ſic iterum ait, ויצא חטר מגזע ישי
ונצר משרשיו יפרה : ונחח עליו רוח יהוה רוח חכמה ובינה רוח עצה וגבורה
רוח דעת ויראת יהוה : והריחו ביראת יהוה ולא למראה עיניו ישפוט ולא
לשמע אזניו יוכיח : ושפט בצדק דלים והוכיח במישור לענוי ארץ והכה ארץ

בשבט פיו וברוח שפתיו ימית רשע: והיה צדק אזור מתניו והאמונה אזור חלציו:
וגר זאב עם כבש ונמר עם גדי ירבץ ועגל וכפיר ומריא יחדו ונער קטן נהג בם:
ופרה ודוב תרעינה יחדו ירבצו ילדיהן ואריה כבקר יאכל תבן: ושעשע יונק על
חר פתן ועל מארת צפעני גמול ידו חדה: לא ירעו ולא ישחיתו בכל הר קדשי
כי מלאה הארץ דעה את יהוה כמים לים מכסים: Id eſt, Et egredietur uirga de ſtipite, uel de trunco Iſſai, & uirgultum, uel planta de radicibus eius fructificabit. Et requieſcet ſuper eum ſpiritus Dei, ſpiritus ſapientiæ & prudentiæ, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & timoris Dei. Et onerabit, uel moleſtabit, uel odorari faciet eũ in timore Deus. Non ad uiſionem oculorum ſuorum iudicabit, neq; ad auditũ aurium ſuarum arguet. Sed iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate manſuetis terræ. Et percutiet terram uirga oris ſui, & ſpiritu labiorum ſuorum mortificabit impium. Et erit iuſtitia cingulam lumborũ eius, & fides cinctorium renum eius. Et morabitur lupus cum ariete, & pardus cum hœdo accubabit, & uitulus, & leunculus, & bubalus ſimul, & puer paruus minabit eos. Et uacca & urſus paſcentur, ſimul accubabũt nati eorum. Et leo quaſi bos comedet paleam. Et delectabitur infans ſuper foramen aſpidis, & ſuper lucernam uel cauernam baſiliſci ablactatus manum extendet. Non nocebunt, neq; diſſipabunt in uniuerſo monte ſanctuarij mei. Quia plena erit terra ſciẽtia, uel cognitione Dei, ſicut aquæ mare operientes. Cum igitur nondum feræ eſum carnium deſerentes, omni feritate depoſita, cum domeſticis & manſuetis animantibus accubuerint, Meſſiam nondum aduenisſe, manifeſtum eſt. Hæc ſunt potiſsima Iudæorum recẽtiorum aduerſus nos obiecta, quæ eorum ſcripturis ſingulatim refelli oportet. *Septimum obiectum.*

Ad primum Iudæorum obiectum, Quòd Meſſias in fine dierum uenturus erat. Caput II.

GALATINVS,

AD primum igitur horum obiectorum, quo iuniores Iudæorũ concludere conantur, Meſsiam nondum ueniſſe, nec per conſequens Dominum noſtrum Ieſum Meſsiam fuiſſe, eo quòd iuxta prædicta Iſaiæ & Micheæ uaticinia, Meſsias ipſe in fine uel in nouiſsimo dierum uenturus ſit. Dicimus quòd nulla ratio cogit, per finẽ, uel nouiſsimum dierum in ſupradictis uerbis finem hominũ, ſiue mundi deſignari, ſed potius eorum quibus prophetæ ipſi loquebantur. Finis nanq; dierum dicitur ibi tempus illud quod à tempore Cyri Perſarum regis uſq; ad templi ſecundi excidium fuit. Quod ex eo potiſsimũ patet, quod apud Ieremiam 49. ſic legitur, והיה באחרית הימים אשיב את שבות עילם נאם יהוה Hoc eſt, Et erit, in fine dierum reducam captiuitatem Elam, dicit Deus. Elam enim Perſidis regio erat, ubi Cyrus qui Iu-

dæis redeundi indulgentiam conceſsit, habitabat, ut Ezræ 1. cap. pa-
tet, Finis igitur dierũ de quo propheta locutus eſt, ſecundi templi tem-
pus & ſtatus fuit. In quo & omne eorum bonum euanuit, & omne ir-
reuocabile malum ſuper eos uenit. Vt in præcedentibus latius oſten-
ſum eſt. Tunc enim finita die, uenit ueſperum, quod finis eſt diei, ſolis
eorum occidit, & ceciderunt ſuper eos tenebræ, atq; caluities ſuper eo-
rum capita deſcendit, quia Meſsiã Domini negauerunt. Quod autem
tunc recedẽte die, & ueſperum & tenebræ ſuper eos uenerint, habetur
in Cõmentarijs in Geneſin R. Moſis Hadarſan, ſuper illud 30. ca. eiuſdẽ
libri dictũ, ויבא יעקב מן השדה בערב ויצא לאת לקראתו .i. Et uenit Iacob
de agro in ueſpere, & egreſſa eſt Lia obuiam ei, ad uocandum eum. Sic
enim ibi dicitur, Hoc eſt quod ſcriptũ eſt Pſal. 103. תשת חשך ויהי לילה
בו תרמש כל חיתו יער הכפירים שואגים לטרף ולבקש מאל אכלם: תזרח השמש
יאספון Hoc eſt, Pones tenebras, & erit nox. In ipſa repent cuncta ani-
malia ſyluæ. Leunculi rugientes ad rapiendum, & ad querendũ à Deo
cibum ſuum. Oriente ſole, congregabuntur. Pones tenebras. i. captiui-
tatem Iſrael, cum obtenebrauerint opera ſua, iuxta illud Iſa. 29. dictum,
והיה במחשך מעשיהם .i. Et fuerunt in tenebris opera eorum. Ideo obte-
nebrabit Deus contra eos mundum. Sicut dictum eſt Ioelis 2. c. השמש
וירח קדרו וכבכים אספו נגהם Hoc eſt, Sol & luna obtenebrati ſunt, & ſi-
læ retraxerunt ſplendorem ſuum. Sequitur, Et erit nox. Hi ſunt dies ca-
ptiuitatis, qui ſunt Iſraeli ut nox. In ipſa repent cuncta animalia ſyluæ.
Hæ ſunt gentes ſeculi, quæ animalia ſyluæ uocantur, quia repunt con-
culcãdo Iſrael. Sicut dictũ eſt Pſal. 79. יכרסמנה חזיר מיער ווזיז שדי ירעינה
i. Demolietur eam aper de ſylua, & animal agreſte depaſcet illam. Se-
quitur, Leunculi rugientes ad rapiendum. Leunculi iſti ſunt gentiles,
negantes Deum ſanctum & benedictum, ac rugientes ad rapiendum.
Dixit R. Hanina, Ipſi ſunt negantes Deum, & rugientes ad rapiẽdum,
& nihilominus requirent à Deo mercedem in futuro. Quia dicitur, Et
ad quærendum à Deo cibum ſuum. Et quæ erit eorum merces apud
Deum? Hæc, quia ut dicitur in eodem Pſalmo, Oriente ſole, congrega-
buntur. Orietur enim ſol regis Meſsiæ. Sicut ſcriptum eſt 2. Reg. 23. ca.
ובאור בקר יזרח שמש Hoc eſt, Et ſicut lux matutina orietur ſol. In illa ho-
ra occidet ſol eorum, ſol uidelicet idololatrię. Hinc ergo dictum eſt, Et
congregabuntur uel adiungẽtur. Hactenus traditio. In qua ſex notatu
digniſsima ponuntur. Quorum primum quidem eſt, quòd Iudæi fece-
runt opera tenebroſa, & quòd eorum tenebræ & nox eſt ipſorũ capti-
uitas, & quòd Deus contra eos obtenebrauerit mundum. Secundum
uero eſt, quòd à leunculis. i. ab omnibus ſeculi gentibus deieti fuerunt,
quæ ibi animalia ſyluæ nuncupantur. Tertiũ eſt, quòd homines quan-
doq; animalium irrationalium nominibus appellantur. Quartũ, quod
ualde notandum eſt, eſt quòd gentes quæ Iudæos delere debebant, à
Deo

Deo mercedem ſuam requirerent & acciperent. Quintum eſt, quòd merces eorum debebat eſſe ſol, id eſt Meſſias, qui eis oriturus erat. Sextum deniq; eſt, quòd in illa hora quando ſol, id eſt Meſſias eis oriri debebat, tunc ſol idololatriæ erat eis occaſurus. Quæ omnia adimpleta eſſe, ipſe rerum euentus demonſtrat. Nam Romani qui tum propter eorum robur atq; dominium, tum quia Roma ipſa ſub Leone eſt, uere leunculi dici poterant, Deum per idololatriam negantes, quiq; cunctis orbis gentibus dominabant, tunc diem Iudæorū obtenebrarunt, cum Titus primo templum eorum, ciuitatemq; funditus euertit, & demum Hadrianus eos perdidit. Tunc autē à Deo mercedem queſierunt, cum tempore Conſtantini & Syluestri ueram fidem ſuſceperunt. Et tunc etiam eis uerus ſol, id eſt Meſſias ortus eſt, & ſol idololatriæ occidit, ut præcedens traditio optime oſtendit. Quamuis autem in his quæ nunc diximus, liquido pateat finem dierū dici omne templi ultimi tempus uſq; ad ipſius deſtructionē. Hoc tamen ex eo maxime inſinuatur, quòd huic dictioni ימים yamim, præponitur litera ה he, cum dicit הימים hayamim, facitq; dictionem articulatam, determinateq; ſignificantem. Quod perinde eſt, ac ſi Græcè diceretur τῶν ἡμερῶν. Quæ quidem litera ideo apud eos הא הידיעה he haiedia, id eſt hæ notitiæ dicit, eo quòd notificet dictionem cui præponitur, non de re ignota, ſed de nota dici. Hoc autem ſatis bene oſtenditur. Vbi per Moſem Deut. 31. hoc modo dicit, ידעתי אחרי מותי כי השחת תשחיתון וסרתם מן הדרך אשר צויתי אתכם ! וקראת אתכם הרעה באחרית הימים .i. Noui, quòd poſt mortē meam corruptione corrumpemini, & deuiabitis à uia, quam mandaui uobis. Et obuiabit uobis malum in fine hayamim. i. illorum dierum, cum feceritis malum Deo (tetragrammaton) uel Meſſiæ, ad prouocandum eum in opere manuum ueſtrarum. Hoc autem malum tunc eis obuiauit, uel occurrit, cum in fine dierum ſuorum reprobato Meſſia Dei filio, primum per Veſpaſianum & Titum, deinde per Hadrianum fuerunt omnes uel penitus deleti, uel in captiuitatem redacti. Et ſic reſponſum eſt ad primum eorum obiectum.

Ad ſecundum Iudæorum obiectum, Quòd nondum uenerit Meſſias, quia nondum mons domus Domini ſuper montes & colles eleuatus eſt. *Caput* III.

GALATINVS,

Secundum nunc eorum obiectum refellamus. Cum ſcilicet ex uerbis prophetæ dicentis, Præparatus erit mons domus Dei, cum reliquis, inferunt, Meſſiam nondū ueniſſe, quia nondum uiderunt ipſum montem domus domini in uertice montium eleuatū. Cap. Dic prius, unde iſta recentiorū Iudæorū fatuitas ortum habuit.

GAL. Ex scripturis certe male intellectis ortum habuit. Legitur enim in libro qui apud eos בבא בתרא Baua Bathra dicitur, Quòd R. Iohanan sic dixerit, Futurum est, ut Deus sanctus & benedictus eleuet Ierusalem tribus leucis sursum. Sicut dictũ est Zach. 14. וראמה וישבה תחתיה Hoc est, Et exaltabitur, & sedebit sub se. Quemadmodum enim sub ipsa tres leucæ sunt, ita supra tres leucas habebit. Dixit Rabba, Quidam senex qui Ierusalem in statu suo uiderat, dixit mihi, quòd trium leucarũ erat. Et forsitan dices, quòd difficultas erit in ascendendo ad eam. Docemur autem quòd non, ubi dictum est Isa. 60. cap. תעופנה וביונים אל ארבותיהם מי אלה כעב Id est, Qui sunt isti, qui ut nubes uolant, & sicut columbæ ad fenestras suas. In Midras quoque tehilim, id est in expositione Psalmorum, super illud Psalmi 86. dictum, יסודתו בהררי קדש Hoc est, Fundatio eius in montibus sanctuarij. Ita dicitur אמר ר׳ פנחס בשם ר׳ ראובן עתיד הב׳ ה להביא לתבור ולכרמל וליתן ירושלם בראשן שנ׳ נבון יהיה הר בית יהוה בראש ההרים Id est, Dixit R. Pinhas in nomine R. Ruben. Futurũ est, ut Deus sanctus & benedictus adducat Tabor & Carmelum, ponatq; Ierusalem in capitibus eorum. Sicut dictum est Isa. 2. c. Paratus erit mons domus Dei in capite montium. Huiusmodi igitur scripturas iuniores Iudæorum male intelligentes. Non enim mystice, ut intelligi debent, sed literaliter eas intelligunt. Cum hoc (inquiunt) in aduentu Messiæ fieri debuerit, necdum factum esse cõstet, Messiam ipsum nondum uenisse, manifestum est. Quibus nos respondemus, Hanc montis domus Domini eleuationem non literaliter, sed spiritualiter intelligendam fuisse. Quod non solum per ueterum Talmudistarum expositiones, sed etiam per R. Selomonis glossam aperte ostenditur. Is enim super Isaiam, locum hunc exponens, docet supradicta Isaiæ & Micheæ uerba spiritualiter esse sumenda. Sic enim illa exponit, והיה באחרית הימים לפי שיבלו הפושעים כמו שאמר למעלה נבון יהיה כל הענין עד לבו ונלכה באור יהוה כי נטשת הנני מוסב הדיבור אל השבינה כי כל מה שנטשת אתעמד בעונם היה כי מלאו וכל הענין כל הפרשיות מוסבות זו על זו עד אשירה נא כשיבלו הפושעים החם נבון מתוקן בראש ההרים בחר שהוא ראש לכל ההרים בחשיבות ונשא מגבעות יגדל יהוה נס שועשה בו מניסי סיני וכרמל ותבור ובולי Hoc est, Et erit in nouissimo uel in fine dierum, id est, Postquàm deficient scelesti, uel postquàm consumpti fuerint peccatores. Quemadmodum supradictum est ab Isaia 1. cum ait, Et conteret scelestos, & peccatores pariter, & derelinquentes Deum deficient, uel consumentur. Præparatus erit. Totum eodem modo usq; ibi, Ambulantes ambulabimus in lumine Dei. Hanc sententiam prophetæ ad diuinitatem referendam censeo. Nam quòd derelictus sit populus, in causa fuerunt peccata eorum, usq; ibi. Completi sunt. Et omnia quæ ibi habẽtur, omniaq; capitula inuicem coniunguntur, usq; ibi. Canam nunc. Itaq; in nouissimo siue in fine dierum, quando cespitabunt peccatores, benigne cum

cum illis faciens, præparatus erit mons domus Dei in capite mõtium, in mõte ſcilicet quod eſt caput omnium montium, quantum ad digni-tatem, ſiue quantum ad precium & æſtimationem. Et eleuabitur ſuper colles. Quoniam ſcilicet magnificabit̃ Deus ſigno uel miraculo quod fiet in eo, maiore ſignis uel miraculis, montis Sinai, Carmeli, & Tabor. Hæc ille. Deinde idem R. uerborum prophetæ expoſitionem proſe-quens, ait, Et ibunt populi multi. i. quilibet populus cõfortabit ſe inui-cem multis uerbis, atq; exhortabitur, dicẽs, Venite ad atrium magnũ, quod eſt in Ieruſalem, quia ibi ſunt iudicia Domini. Quoniã de Syion exibit lex ad omnes gentes. Et iudicabit ipſe mons inter gentes, & ar-guet controuerſias atq; diſcordias earũ. Et dicet, Ad quid indigetis ul-terius armis, ut inuicem prælieminí? Et fluent. i. congregabunt ſe, & tra hent ſe ad eum, uelut flumina omnes gentes. Hæc omnia R. Selomo. Vbi manifeſte aſſerit non quantum ad ſitum, mõtem domus Domini ſuper montes & colles eleuandum fuiſſe, ſed potius quantum ad digni tatem, & quantũ ad ſigni uel miraculi ibi faciendi magnitudinẽ. Demũ ſi diligẽter inſpiciat̃, quod dicit, Et iudicabit ipſe mons inter gentes, & arguet controuerſias & diſcordias earũ. Et dicet, Ad quid indigetis ul terius armis, ut inuicẽ prælieminí? Videbit̃ plane, q; de mõte rationa. li. i. de Meſſia, qui mons dicit̃, & non de mõte terreſtri & irrationali lo quat̃. Quod lõge clarius R. Abraham auen Ezra ſuper Micheã 4. affir-mat, eundẽ locũ ita exponẽs, Et fluẽt ad eũ, quaſi dicat, Et currẽt ad eũ. Et ab hoc loco uſq; ad finẽ libri loquit̃ ꝓpheta ſuper materia Meſſię, & de impijs qui impie agẽt in talos Meſſię. i. poſt Meſſiã, uel cõtra ſucceſ-ſores eius, ut dixerũt Magiſtri noſtri. Et iudicabit Meſſias inter popu-los multos. Hæc ille R. Abrahã. Meſſias igit̃ eſt ille mõs de quo ꝓphe-tę iſti loquunt̃, qui ſuper capita mõtiũ. i. ſupra patres ſanctos eleuãdus erat. Quod aũt Meſſias dicat̃ mõs, ac ſancti patres ex quorũ ſemine pdi turus erat, mõtes appellent̃, habet̃ in Bereſſith rabba. i. in expoſitione li bri Geneſis, ſup illud Gen. 38. dictũ, Et egreſſus eſt Iacob de Berſabee. Vbi ſic dicit̃, Leuabo oculos meos ad montes, unde ueniet auxiliator meus, uel auxiliũ meũ. Hoc eſt qd̃ ſcriptũ eſt Zach. 4. Quis tu mõs ma gne corã Zorobabel? Mõs magnus iſte eſt Meſſias. Et quare ipſum uo cat mõtẽ magnũ? Quia maior eſt q̃ patres. Sicut dictũ Iſa. 52. Ecce intelli get ſeruus meus. Et eleuabit̃ & exaltabit̃, & ſublimis erit. Hic eſt Meſſi-as q; eleuabit̃ pluſq̃ Abrahã, de quo dictũ eſt Gen. 14. Leuabo manus meas ad Dñm. Et exaltabit̃ pluſq̃ Moſes, de quo dictũ eſt Numeri 11. Quia dicis mihi, exalta eũ in ſinũ tuũ. Et ſublimis erit, pluſq̃ angeli mini ſterij, de quibus dictũ eſt Ezech. 1. Et ſublimitas eorũ & ſublimitas eis. Propter hoc dictũ eſt Zach. quarto, Quis tu mons magne corã Zoro babel? Et cur dicit corã Zorobabel? Quia de Zorobabel egreſſurus eſt. Cur aũt ait, Ad æquitatẽ? Quia ipſe futurus eſt ad arguendum cum

Meſſias dicitur mons.

æquitate. Sicut dictum est Isa. 11. ca. Et iudicabit cum iustitia pauperes, & arguet cum æquitate mãsuetis. Alia expositio, Leuabo oculos meos ad mõtes, unde ueniet auxiliator meus, uel auxilium meum. In die qua sedebit Deus sanctus & benedictus in iudicio cum Israel. Et ipsi erunt intendentes ad patres, ut loquant pro eis. Sed non erit pater qui erudiat filium, nec aliquis qui liberes fratrem suum. Et hoc est, Leuabo oculos meos ad montes. Hi sunt patres. Sicut dictum est Micheæ 6. c. Audite montes disceptationem Domini. Hucusque traditio. Ex qua patet, & Messiam & sanctos patres recte mõtes dici. Quod autem & reges etiã ac principes mõtes nuncupentur, habet apud Nahum, dum sic 1. c. ait, הרים רעשו ממנו והגבעות התמוגגו Hoc est, Montes compuncti sunt ab eo, & colles fluctuauerunt. Vbi glossa R. Selomonis dicit, id est reges & principes pauebunt à sententia eius, scilicet Dei. Apud Isaiam etiam 41. cap. sic dicitur, אל תיראי תולעת יעקב Id est, Ne timeas uermis Iacob. Et paulo inferius תדוש הרים ותדק וגבעות כמוץ תשים Hoc est, Triturabis montes, & conteres, & colles uelut fauillam pones. Vbi glossa R. Selomonis ait, Triturabis montes, id est reges & principes. Ex his patet ad secundum obiectum responsio.

Sãcti dicti sunt montes.

Reges & principes dicuntur montes.

Ad tertium Iudæorum obiectum, Quòd Iesus Nazarenus non fuerit Messias, quia ad eum omnes gentes non fluxerunt. Caput IIII.

GALATINVS,

TErtio autem eorum obiecto, ex quo inferunt Iesum Nazarenum dominum nostrum nõ fuisse Messiam, eo quòd ad eum omnes gentes nõ fluxerint, huiusmodi datur responsio, Quod dictio Hebraica כל Col, quæ idem est quòd omnis, uel cunctus, uel totus, uel uniuersus, non ita stricte sumitur apud prophetas & Theologos, sicut apud dialecticos. Qua de re & si multa in sacra scriptura comperiantur exempla, satis tamen sit pauca quædam adducere. In libro nanq; Regum secundo 16. c. hoc modo legimus, ויבא אבשלום אל פלגשי אביו לעיני כל ישראל Hoc est, Et ingressus est Absalom ad concubinas patris sui, ante oculos omnis uel totius Israel. Et rursus 17. c. eiusdẽ libri ויאמר אבשלום וכל איש ישראל טובה עצת חושי הארכי מעצת אחיתפל est, Et ait Absalom & omnis uir Israel. Bonum, id est melius est consilium Chusai Architis, quàm consilium Achitophel. Ecce igitur quo modo scriptura utrobiq; hoc nomen omnis ponit. Non ideo tamen tam insulsus quisquam esset, qui diceret, neminem de Israel ibi defuisse, uel qui Absalom cum flagitiũ illud perpetraret, nõ uiderit, uel qui Chusai Architis cõsiliũ nõ approbauerit. Licet enim omnis Israel, & omnis uir scriptura dicat, credi tamen par est, multo plures de Israel absentes ibi fuisse, q̃ præsentes, ijs cõsideratis qui cũ Dauid erãt, & qui in cũctis finibus

Col, Hebraica dictio.

finibus Israel remanserant. Hoc autem & ex ipsius Chusai dicto manifestè patet, cum ibidem ad Absalom dixit. Congrega ad te omnem Israel, à Dan usq; ad Bersabee. In Psalmo quoque 41. ita dicitur, כל משבריך וגליך עלי עברו Hoc est, Omnes confractiones tuæ & fluctus tui super me transierũt. Et Psal. 118. כל גוים סבבוני בשם יהוה כי אמילם Id est, Omnes gentes circundederunt me, in nomine Dei diuidam uel scindã eas. Vbi non sanæ (ut arbitror) mentis censendus esset, qui omnes confractiones & fluctus quos Deus habet, siue tribulationum siue maris intelligat, super Dauid uel alium quempiam transisse assereret, atq; omnes mundi gentes ipsum (nemine deficiente) circumdedisse, diceret. Quando igitur scriptura sic loquitur, hæc dictio omnis, sæpissime non pro cunctis & singulis, sed pro multis accipitur. Quod R. Kimhi in libro Serassim optime declarat, dicens, כל col, id est omnis, est dictio comprehendens singula, & aliquoties partem multitudinis. Vt illud Gen. 41. ובכל הארץ באו מצרימה Hoc est, Et omnis terra uenit in Ægyptum. Et iterum 24. cap. וכל טוב אדניו בידו Id est, Et omnia bona Domini in manu eius. Item 4. Reg. 8. ויקח מנחת בידו וכל טוב דמשק Hoc est, Et accepit munus in manu sua, & omnia bona Damasci. Hæc Rab. Kimhi. Idẽ quoq; ex Midras Sir hassirim, i. ex expositione Cantici canticorum clare patet, cum super illud 2. cap. dictum, Vox dilecti mei. Ecce iste uenit saliens super montes, saltans super colles. Sic dicitur, Nõ sunt montes hic nisi idololatriæ. Hoc est autem quod dictum est apud Hosea 4. c. Super capita montium decollabunt, & super colles fumigabunt. R. Ioden & R. Huna in nomine R. Eliezer dixerunt. Vox dilecti mei. Ecce iste uenit saliens super montes, saltans super colles. Hic est rex Messias. In hora enim qua ipse ueniet, dicet Israeli. In mẽse isto uos redimemini. Ipsi uero dicent ei, Magister noster rex Messia, quando nos erimus redẽpti? Nónne iurauit Deus sanctus & benedictus, quòd seruire nos faceret 70. gentibus? Ipse autem dabit eis duas responsiones, dicens, Vnus ex uobis captiuatus est apud Sarmatas, alius uero in Aphrica. Quod perinde est, ac si apud omnes uos captiuasset. Nec solũ hoc, sed etiam regnũ hoc neq;. i. Romanũ scribit in tyrocinio suo ex omnibus gẽtibus orbis, & de unaquaq; earũ. Venit ergo Cuthæus unus, & angariauit uos. Venit unus Sarchius, & angariauit uos. Venit unus Æthiops, & angariauit uos. Venit unus de Persida, & angariauit uos, donec omnis gẽs ipsius uos angariauerit, atq; seruire fecerit. Quare ita est, ac si 70. gentibus seruisletis. Et in mense isto. i. paschæ uos redimemini. Sicut dictũ est Exo. 12. Hæc traditio. Ex his igitur clarũ est, q; dictio hæc Hebraica כל col. i. omnis, sæpenumero nõ pro omnibus ac singulis, sed pro multis accipitur. Qui quidẽ loquẽdi modus à cæteris quoq; omnibus seruari solet. Cũ enim pars hominũ magna alicuius ciuitatis ad spectaculũ aliquod uadit, totã ciuitatẽ, aut omnes homines ipsius,

ipsius, uel etiam totum mundum eo concurrisse dicimus. Hunc autem loquendi modum passim in sacra scriptura reperiri ostẽdimus. Quod autem hoc in loco sic sumenda sit, ex ipsius Isaiæ uerbis patenter ostenditur. Nã cum dixisset, Et fluent ad eum omnes gentes: statim seipsum quasi exponens, subiecit, Et ibunt populi multi. Hinc Michæas qui eodem tempore cum Isaia prophetauit, hæc eadem uerba referens, Isaiam ipsum in hoc sensu fuisse locutum ostendit, ita quarto capite dicens, ונהרו עליו עמים והלכו גוים רבים Id est, Et fluent ad eum populi, & ibunt gentes multæ. Et nota, quòd ubicunq; apud Hebræos ponitur dictio hæc עמים amim, id est populi in plurali numero, semper pro gentibus accipitur. Ex his igitur quæ dicta sunt, aperte liquet, hoc Isaiæ dictum quod ipsi nobis opponunt, Et fluent ad eum omnes gentes, in Saluatore nostro fuisse completum. Cum nullus quantumcunq; peruersus inficiari possit, populos multos, gentesq; innumeras ad eum progressibus fidei confluxisse, maxime cum in præcedenti traditione dictum sit, omnes gentes reputari Romanos, qui cunctis gentibus imperabant. Vnde secundum hoc, atq; iuxta eorum traditionem, recte dici potest, quòd si nulli alij in Saluatorem nostrum nisi Romani credidissent, omnes gentes ad eum cõfluxerint. Quare in nullo prorsus hac fatua Iudæorum obiectio Saluatori nostro derogat.

Ad quartum Iudæorum obiectum, Quòd Messias nondum uenerit, quia gentes nondum dixerunt, Venite ascendamus ad domum Dei Iacob. Caput V.

GALATINVS,

NVnc ad quartum eorum obiectum respondeamus. Quo probare nituntur, Messiam adhuc non uenisse, nec ex consequenti Dominum nostrum Iesum Nazarenũ Messiam fuisse, quia nec in aduentu ipsius, nec adhuc aliquando illud eiusdem prophetæ uerbum adimpletum est, Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob. Diximus igitur in præmissis, Quòd mons ille Messias est, in quem gentes creditura erant, quem & nunc gentes ipsæ colunt, atque adorant, una & concordi uoce dicentes, Eamus ad montem Domini, id est ad Messiam filium Dei Saluatorem nostrum, & ad domum Dei Iacob, hoc est, ad domum dei quem coluit Iacob, & cæteri patres sancti ueteris testamenti. Ideo ostenditur unum Deum esse omnium fidelium, & eorum qui ante legem fuerunt, & eorum qui sub lege extiterũt, & eorum quoq; qui nunc in Christũ credunt. Quod autem nos arguunt de eo quod dicimus, Eamus ad domum Petri, ad domum Pauli, ad domum Francisci, & sic de reliquis: respondemus, quòd nullus qui sane sapit, dictũ hoc ita intelligit, Nullam quippe Pe-

tro,

tro,neq; Paulo,neq; Franciſco,neq; alij cuiuis ſancto domum facimus. Sed in honorem Petri,atq; memoriã Pauli,eam Deo dedicamus. Quare necalicui pontificum fas eſt in eccleſiarum conſecratione dicere, Tibi Petro,aut tibi Paulo, hanc domum dedicamus, ſed Deo duntaxat quodlibet templum conſecrari dicitur. Et quamuis diuerſæ eccleſiæ Deo conſecrentur,una tamen eſt domus Dei,una eſt Dei eccleſia,omniumq; fidelium conuentus. Ad hanc domum Dei accedit,qui de unitate eccleſiæ eſt. In hac Chriſtus ipſe mons montium & ſanctus ſancto rum à fidelibus adoratur. In hac & peccata remittuntur.

Ad quintum Iudæorum obiectum, Quòd Meſsias nondum uenerit, quia nondum arma bellica in agriculturæ inſtrumenta ſunt conuerſa. Caput VI.

GALATINVS,

EOrum quintum obiectum cum ex eiuſdem prophetæ uerbis concludere cõtendunt,Meſſiam nondum ueniſſe,quia nondum enſes in ligones conuerſi fuerint,nec iacula in falces,per eorum Talmud confutantur. Non enim mundum tam fortiter alteran dum fuiſſe,ut ipſi ignoranter,uel potius fraudulenter aſtruunt,oſtendit quædam eorum traditio,quæ in libro שבת Sabbath,id eſt ſabbati hoc modo ait, Tradiderunt magiſtri,quòd non egrediatur aliquis in die Sabbati cum enſe,& cæteris armis. R. autem Eliezer dicit, quòd ornamẽta ſunt homini arma. Dixerunt igitur ei,Poſtquàm ſunt homini ornamenta,quam ob rem ceſſatura ſunt in diebus Meſſiæ? Reſpondit eis,Quia non erunt neceſſaria. Sicut dictum eſt Iſaiæ 2. cap. Et non leuabit gens gladium cõtra gentem,nec diſcent ultrà bellum. Dixerunt ei, Erunt ſaltem ad ornatum,uel decorem. Dixit autem R. אבא Abaya. Ad quid,ex quo futuri ſunt tanquã lucerna in meridie? Horum autem contrarium opinatus eſt R. Semuel. Ait enim,Non intereſt inter ſeculum hoc,& dies Meſſiæ,niſi ſeruitus regnorum tãtum. Sicut ſcriptum eſt Deut. 15. Quia deerit pauper de medio terrę. Et paulo pòſt ſic ſequitur, Et fuerunt qui dicerent,quòd dixerunt ad eũ,ad R. ſcilicet Eliezer, Ex quo ſunt homini ornamento arma. Cur ergo ceſſabunt in diebus Meſsiæ? Reſpondit eis,Etiam in diebus Meſsiæ nõ ceſſabunt arma,ſed ceſſabunt in futuro aduentu. Hactenus Talmud. Vbi notandum eſt, quòd idem R. qui pauloante aſſerere uidebat, arma in diebus Meſſiæ ceſſare debuiſſe,hic ſe ipſum exponens,reuocat quod dixerat,Non ſicet in aduentu Meſsiæ primo,ſed in futuro aduentu,hoc eſt in ſecundo eius aduẽtu,ceſſatura eſſe. Secundum quoq; eſt,quòd ubi traditio iſta dicit,Quod non intereſt inter ſeculũ hoc & dies Meſſię,niſi regnorum ſeruitus: ſenſus eſt,Quòd ſerui Meſsiæ atq; in eum credentes,idololatrarũ gentium regibus ulterius ſeruituri nõ erant. Quod tunc profecto

fecto usquequaq; cõpletum est, cum sub Constantino Cæsare, & Syl-
uestro Pontifice maximo, Romanũ imperium se Domino Iesu Christo
sponte subiecit. Ex his igitur quę dicta sunt, satis liquidò patet, nihil ex
his prophetæ uerbis à perfidis Iudæis contra saluatorem nostrum ob-
ijci posse, quod facile per eorum scripturas solui non possit. Nam cum
dicit, Et contundent, uel malleabunt enses suos in ligones, cũ reliquis.
Si uelint uerba ista ut litera sonat, intelligere, ipsa tempore Domini Ie-
su Christi impleta esse, negare non possunt, pręsertim cum per traditio-
nem nunc dictam patuerit, in diebus Messiæ nec arma omnino cessatu-
ra, nec mundum ipsum alterandum fuisse. Vt ipsi & hic & alibi scriptu-
ras peruerse exponendo, impudentissime delirant. Si autem spirituali-
ter eadem uerba intelligenda duxerint, quid unquã melius, quàm hoc
in diebus Domini nostri Iesu Christi potest inueniri cõpletum? Cum
gentium sapientes ac philosophi, ut fuit Clemens ille Romanus, Dio-
nysius Græcus, Cyprianus, & Augustinus Aphricani, ac alij pene innu-
meri, linguas, uerba, argumẽtationumq; uersutias, quibus ante eorum
conuersionem disputando contra fidem nostram, acerrime pugnabãt,
postmodum ad scelus idololatriæ penitus extirpandum, ad hominũq;
uitia radicitus euellenda, & ad ueri Dei cultum ampliandum, atq; ad
uirtutes tam in Iudæorum, quàm in gentilium cordibus nutriendas,
conuerterunt. Quare si sacra scriptura spiritualiter (ut oportet) hic in-
telligat̃, inueniemus proculdubio in diebus Domini nostri Iesu Chri-
sti, huiusmodi arma bellica in agriculturæ instrumenta optime cõmu-
tata fuisse. Et consequenter completum autumabimus illud Isa. 61. cap.
dictum, quod Petro & Paulo cæterisq; ex Iudæis in ipsum Dominum
Iesum uerum Messiam credentibus, longe ante prophetatum fuerat.
ועמדו זרים ורעו צאנכם ובני נכר אכריכם וכרמיכם ואתם כהני יהוה תקראו
משרתי אלהינו יאמר לכם חיל גוים תאכלו ומכבודם תתימרו Hoc est, Et
stabunt alieni, & pascent oues uestras, & filij extranei erunt agricolæ
uestri. Et uos sacerdotes Dei uocabimini, ministri Dei nostri dicetur
uobis. Fortitudinẽ gentium comedetis, & in gloria uel honore eorum
dominificabimini. Quemadmodum igitur lingua & uerba sæpenume-
ro, gladius & lanceæ ac uenabula dicuntur, maxime cum quis ipsis ad
nocendum utitur, iuxta illud Psal. 57. בני אדם שניהם חנית וחצים
ולשונם חרב חדה Id est, Filij hominum dentes eorum iacula, & sagittę,
& lingua eorum ensis acutus. Et iterum Psalmo iuxta Hebraicam ueri-
tatem 55. secundum uero nostrã æditionem 54. רכו דבריו משמן והמה
פתיחות Hoc est, Mollia facta sunt uerba eius super oleum, & ipsa sunt
uenabula. Itẽ Prou. 25. מפ״ץ ותרב ותץ שנון איש עונה ברעהו עד שקר. i. Cla-
ua & ensis atq; sagitta acuta, uir respõdens in ꝓximũ suũ testimoniũ fal-
sum. Ita quoq; lingua ipsa ac uerba nõ ab re uomeres, ligones, ac falces
uocari possunt, cũ qs illis ad aliorũ instructionẽ, atq; ad Dei cultũ utit̃.
Ad sex-

Ad sextum obiectum, Quòd Messias nondum uenerit, quia nondum pax sine fine uenit. Caput VII.

GALATINVS,

SExtum ipsorum obiectum per eorum quoq; scripturas penitus euacuatur. Cum enim ex eo quod propheta dicit, Non leuabit gens in gentem gladiũ, neq; discent ultrà bellum. Messiam nondum uenisse, inferunt, quia nondum pax sine fine mundo aduenit. Cum tamen pacem perpetuo duraturam in diebus Messiæ fieri debere, uerba ipsius prophetæ sonare uideantur. Respondendum est eis, prout in Talmud à sapientibus eorum uerba hæc exponuntur. Primum itaq; notandum est, quòd hæc dictio עוד od, quam nos ultrà interpretamur, & si quandoq; & raro pro nunquam aut unquam accipiatur, ut est illud Gen. 8. c. dictum, לא אסיף לקלל עוד את האדמה Hoc est, Non addam ultrà maledicere terram. Et rursus 9. ca. ולא יהיה עוד המים למבול Id est, Non erit ultra diluuium. Crebro tamen tempus admodum breue significat, ut docet R. Kimhi in libro Seraſſim, dicens, Contingit hanc dictionem עוד od, id est ultrà, paruum tempus significare. Vt cum dicitur Prouer. 31. ca. הבו שכר לאובד ויין למרי נפש ישתה וישכח רישו ועמלו לא יזכר עוד Hoc est, Date inebriatiuum perdenti, & uinum ei qui amaro est animo. Bibet & obliuiscetur egestatis suæ, & laboris sui non recordabitur ultrà. Vltra enim ibi non significat unquam, uel in æternum, sed quamdiu uinum in eo fuerit. Ita quoq; dictum illud 4. Reg. 6. cap. ולא יספו עוד גדודי ארם לבוא בארץ ישראל Id est, Et non addiderunt ultra turmæ Aram uenire in terram Israel, id est in illo tempore. Item contingit quandoq; עוד od, significare עדים Addaim, id est adhuc. Vt illud Psal. 88. במתים חפשי כמו חללים שוכבי קבר אשר לא זכרתם עוד Hoc est, In mortuis liber, sicut interfecti dormiẽtes sepulchri, quorũ nõ memor fuisti od, id est adhuc. Quasi dicat adhuc nõ fuisti memor eorum, donec ueniat tempus, in quo fiet mortuorum memoria, ut resurgant. Et sic etiam est illud Iob 2. cap. עודך מחזיק בתמתך Id est, Adhuc tu retines perfectionem tuam. Hactenus R. Kimhi. Ex cuius dictis satis liquido patet, quòd dictio hæc Hebraica od, id est ultrà, raro quidem pro unquam, uel pro amplius accipitur, frequenter autem pro determinato, uel etiam pro modico tempore sumitur. Sed quoniam Iudęi, ut moris eorum est, nõ obstantibus forte quæ circa hoc dicta sunt, adhuc contentiosè ducuntur. Ideo oportet nos iterum quædam alia sua in eos spicula contorquere. De quibus illud unum sit, quod Gen. trigesimoquinto capite, sic habetur, ויאמר לו אלהים שמך יעקב לא יקרא שמך עוד יעקב כי אם ישראל יהיה שמך Id est, Et dixit ei Deus, Nomen tuum Iacob, non uocabitur nomen tuum ultrà Iacob, sed erit Israel nomen tuum. Hic ergo acutius cernat Iudaica prauitas. Quod sicut dictũ

est apud Isaiam. Non leuabit gens contra gentem gladium, nec discẽ
ultrà bellum. Ita hic dicitur, Non uocabitur ultrà nomen tuum Iacob.
Qui tamen & confestim eodem in cap. octies uocatus est Iacob, & no
nisi ter Israel. Aliud uero spiculum est illud, quod 1. Reg. 7. ita de Philis
stæis legitur, ולא יספו עוד לבא בגבול ישראל Hoc est, Et non addiderũ
ultrà uenire ad terminũ Israel. Fuitq; manus Domini in Philistĩm om
nibus diebus Semuel. Quomodo autem istud ultra ibi intelligendum
sit: ex eo ostenditur, quod in eodem libro capite 13. dicitur, Quod mor
tuo Semuele, & regnante Saul, ascenderunt Philistæi ad terram Israel.
Sic enim ibi legitur, Et philistĩm congregati sunt ad pugnandum cum
Israel, triginta milia equitantium, & sex milia equitum siue militum, &
populus sicut harena quæ est in littore maris. Et ascenderunt, & castra
metati sunt in Michinas coram Bethauen. Ex his igitur omnibus co
stat, quòd hæc Hebraica dictio עוד od, id est ultrà, non semper æterni
tatem (ut Iudæi delirant) importat, sed aliquando temporis diuturni
tatem, & multoties tempus ualde exiguum. Ex quo aperte liquet, tem
pore Domini nostri Iesu Christi impletum fuisse hoc Isaiæ dictum, Non
leuabit gens contra gentem gladium, nec discent ultrà bellum. Vide
id est per aliquod tempus. Ipse siquidem natus est pacis satis longeuæ
tempore, Augusto orbi imperante. Quæ quidem pax eo uiuente tem
per durauit, & post modum eo mortuo, per annos quadraginta qua
usq; Iudæi bella uolentes, pacem ipsam turbauerunt, cõtra Romanum
imperium, cum suo falso Messia nomine Bencozba (ut in superioribus
dictum est) in surgendo. Romani etenim anno ante Ierusalem euersio
nem à Tito factam 180. Iudæis dominari cœperunt, ut in præcedenti
bus per Talmud probatum est. Deniq; non multo post tantam uniuer
sus mundus pacem habuit, quòd solus unus homo, hoc est, Cæsar Au
gustus uniuerso orbi pacifice præerat. Quod igitur aliud maius pacis
indicium Iudæi mente capti quærunt, quàm uniuersum terrarum or
bem sub unius hominis dominio fuisse? Quocirca nemini dubium esse
debet, quòd in tam diuturna pace multa arma bellica in ligones, falces
& uomeres conuersa fuerint.

Ad septimum obiectum, Quòd Messias adhuc non uenerit, quia nondum
feræ esum carnium deserentes, ac omni feritate deposita, cum anima-
tibus mansuetis accubuerunt. Caput VIII.

GALATINVS,

ILlud quoq; quod ex uerbis eiusdem prophetæ nobis obiici
unt. Quod scilicet nondum feras uiderint esum carnium de
serere, neque cum animantibus domesticis ac mansuetis om
ni feritate deposita, accumbere. Ex quo Messiam nondum uenisse con
cludunt.

cludunt. Per eorum etiam scripturas refellimus, dicentes, Quod sacra scriptura sæpenumero mystice atq; parabolice, ac etiam sæpissime metaphorice & per translationem loquitur, nõ solum res quaslibet aliorum nominibus uocando, atq; etiam homines secundum quòd eorum exigunt actiones, siue mores, uel etiam qualitates, irrationalium uocabulis appellando, uerum etiam & Deum ipsum, ad ipsius operationes respectum habendo, Quòd R. Moses Ægyptius in libro מורה הנבוכים More hãnebochim circa eius principium optime declarat. Vt in sexto capite primi libri huius operis latius uidimus. Quod autem aliter intelligenda sint præmissa Isaiæ uerba, quàm ipsi intelligenda dicunt, habetur ab ipso quoq; R. Mose Ægyptio in suis חלבות hallacoth, id est sententijs, super librum Iudicũ sic dicente, Non ascendat super cor tuum, quòd in diebus Messiæ deficere debeat aliquid de uia huius mundi, uel quòd tunc innouari debeat aliquid de operibus sex dierũ. Sed potius quòd mũdus ire debeat iuxta solitã uiam suam. Quod igitur apud Isaiam 11. dictum est, Et habitabit lupus cum ariete. Cum reliquis. Sensus est, quòd Israel habitaturus sit confidenter cũ impijs seculi, qui leonibus, & lupis, ac pardis comparantur. Sicut dictum est Iere. 5. capite, הכם אריה מיער זאב ערבות ישדדם נמר שקד על עריהם Hoc est, Percussit eos leo de sylua, lupus nemorum, uel uepretorum uastabit eos, pardus uigilans uel sedulus super ciuitates eorum. Postquàm consumpti fuerint peccatores, de quibus dictum est Isaiæ 1. ועזבי יהוה יכלו Id est, Et derelinquentes Deum consumentur. Et conuersi fuerint omnes ad legem ueritatis. Tunc non diripient, neq; destruent, sed comedent licita in tranquillitate cum Israel. Sicut dictum est ab Isaia, Et leo sicut bos comedet paleam. Et sic in hunc modum uerba scripta de Messia similitudines sunt. In tempore autem regis Messiæ scietur de omnibus, cuius rei, & quam ob rem fuerint similitudines, & quid per eas significatum sit. Dixerunt enim sapientes, quòd nõ intererit inter seculum hoc & dies Messiæ, nisi seruitus duntaxat regnorum. Hæc omnia idem R. Prædicta quoq; non parum sumunt roboris à translatione Chaldaica R. Ionathæ filij Vzielis, cui apud eos nefas est contradicere. Nam illud quidem, Et egredietur uirga de stipite Isai. Et uirgultum, uel planta, uel stirps de radicibus eius fructificabit, uel germinabit, ita Chaldaicè traduxit, ויפוק מלכא מבנוהי דישי ומשיחא מבני בנוהי יתיבי Hoc est, Et exibit rex de filijs Isai & Messias de filijs filiorum eius se nutriet. Illud autem, Et erit iustitia cingulum lumborũ eius, & fides cinctorium, uel lumbare renum eius. Sic interpretatus est, ויהון צדיקיא כחור כחור ליה ויהון קיימין לית תמגרתא יהון קיימין ועבדית .i. Et erunt iusti circa eũ, & fideliter agentes, appropinquantes ei. Illud quoq;, Et habitabit lupus cum ariete, cũ cæteris ita exposuit, ביומוהי דמשיחא דישראל יסגי שלמא בארעא Hoc est, In diebus Messiæ Israelis multiplicabitur pax in terra. Quę quidem

interpretatio duo contra Iudaicam impietatem bona facit. Primũ quidem, ꝙ ipsa Isaiæ uerba de Messia dicta sint. Bis enim ibi eius nomẽ exprimit. Secundum uero, ꝙ spiritualiter sint intelligenda. Cui etiam interpretationi glossa R. Selomonis ualde astipulatur, quę eadem uerba hoc modo exponit. Non ad uisionẽ oculorũ iudicabit rex Messias, sed cum sapientia Dei sancti & benedicti quæ in eo erit, sciet & intelliget quis reus fuerit, & quis innocens. Et arguet in æquitate, id est cum lingua quieta & tenera. Et percutiet terrã uirga oris sui, hoc intelligendũ est secundũ Targum. i. secundũ Chaldaicã ęditionẽ quæ talis est, ויקטל הייבי ארעא כמימר פומיה. i. Et delebit reos de terra uerbo oris sui. Et spiritu labiorũ suorum mortificabit impiũ. i. Et sermone labiorũ eius erit mortuus impius. Et erit iusticia cingulũ lumborũ eius, hoc est, Et erũt iusti circa eũ. i. adhærẽtes ei sicut cingulũ. Hæc R. Selomo. Supradicto quoq; loquẽdi modo, appellant̃ creberrime in sacra scriptura homines ferarũ, pecudũ, auiũ atq; reptiliũ nominibus. Nã ut legit̃ Gen. 49. Iacob ille patriarcha filios suos benedicẽs, Iudã quidẽ גור אריה. i. catulũ leonis uocauit, Isachar uero חמור גרם Hoc est, asinũ osseũ uel fortẽ. Dan aũt נחש עלי דרך. i. serpẽtẽ super uiã, cerastẽ super semitã. Nephthali uero אילה שלחה hoc est, ceruã trãsmissam. Beniamin aũt זאב יטרת. i. lupũ rapacẽ. Sic enim ait de eo, בבקר יאכל עד ולערב יחלק שלל Hoc est, Beniamin lupus rapax, in mane comedet prædã, & ad uesperã diuidet spoliũ. Sic etiã est illud Prou. 28. dictũ, ארי נהם ודב שוקק מושל רשע על עם דל. i. Leo rugiẽs, & ursus circũiens, dominator impius sup populũ pauperẽ. Ad quod etiã pertinet quod apud Iere. 50. sic dicitur, שה פזורה ישראל אריות הדיחו הראשון אכלו מלך אשור Hoc est, Ouis dispersa uel dissipata Israel, Leones expulerunt eũ. Primus comedit eum rex Assur. Et sequit̃ immediate ibidẽ, והאחרון עצמו נכובד ראצר מלך בבל. i. Et ultimus exossauit eum rex Babylonis. Et iterũ ibidẽ paulo superius, צאן אבדות היה עמי רעיהם התעום Hoc est, Grex uel oues perditæ fuerũt populus meus. Pastores earũ errare fecerunt eas. Glossa R. Selomonis, Pastores inquit earũ. i. reges. His subnectendũ est quod in libro חולין Hullin, in cap. הכל שוחטין Haccol sohatin, scribitur super illud Psal. 36. אדם ובהמה תושיע יהוה. i. Hominem & bestiam saluabis Deus. Sic enim ibi ad uerbum dicitur, Dixit R. Iudas, quòd dixit Rab. Hi sunt filij Adæ, qui astuti sunt per scientiam, & statuunt se ipsos uelut iumentum, uel bestiã. Hæc Talmud. Quasi dicat, Eos Deus saluabit qui prudentes sunt tanquam homines ad faciendum bonum, & simplices uelut iumenta ad patrandum malum, atq; patientes ad onus Dei portandum. In Midras quoq; tehilim. i. in expositione Psalmorũ super illud Psal. 64. שמע אלהים קולי משיחי מפחד אויב תיצור חיי Hoc est, Exaudi Deus uocem meam, cum deprecor, à timore inimici serua uitam meã. Sic dicitur, Scriptum est Danielis 6. capite, Deus meus misit angelum, &

Homines plerunq; brutorũ nominibus appellantur.

lum,& clausit os leonum. Venit leo,& liberauit leonem de ore leonis. Venit leo. Hic est Deus sanctus & benedictus. Sicut dictum est Amos 3.cap. אריה שאג מי לא ייראא ארני יהוה רבר מי לא ינבא Id est, Leo rugijt, quis non timebit? Dominus Deus locutus est, quis non prophetabit? Et liberauit leonem. Hic est Daniel, qui uenit ex Iuda. Sicut dictum est Gen. 49. cap. גור אריה יהודה Hoc est, Catulus leonis Iudas. De ore leonis. Hic est Nabuchdonosor. Sicut dictum est Iere. 4. עלה אריה מסבכו Id est, Ascendit leo de cubili suo. Cum satis prouide (ut ex prædictis patuit) cognosci possit, quòd nec feræ, nec iumenta, nec cætera id genus, cum irrationalia sint, diuinæ legis aut cognitionis possint esse capacia, necessario profecto consequens est, uerba antedicta Isaiæ, uideli cet, Habitabit lupus cum ariete, cum reliquis, Non de brutis, sed de hominibus intellectum habentibus, intelligenda esse.

Ad octauum Iudæorum obiectum, Quòd Messias adhuc non uenerit, quia nondum ipsi in terram suam congregati sunt. Caput IX.

CAPNIO,

ASsumunt adhuc & aliud in suæ falsitatis & cæcitatis cumulū, argumentum, ex eo quod Deut. trigesimo capite, sic legitur, ושב יהוה אלהיך את שבותך ורחמך ושב וקבצך מכל העמים אשר הפיצך יהוה אלהיך שמה : אם יהיה נדחך בקצה השמים משם יקבצך יהוה אלהיך ומשם יקחך : והביאך יהוה אלהיך אל הארץ אשר ירשו אבותיך וירשתה : Hoc est, Et conuertet Dominus Deus tuus conuersionem tuam, & miserebitur tui. Et conuertet, & congregabit te ex cunctis populis, ad quos dispersit te Dominus Deus tuus, ut esses ibi. Si fuerit impulsio tua in extremitatibus cœli, inde congregabit te dominus Deus tuus, & inde assumet te, & introducet te Dominus Deus tuus ad terram, quam hæreditauerunt patres tui, & hæreditabis eam. Cum igitur (inquiunt) plures quàm mille & quadringẽti fluxerint anni, quòd per orbem dispersi sumus, & per Messiam cum uenerit sicut à patribus nostris traditum est nobis, ad terram quam patres nostri possederunt, reducendi & congregandi simus, quemadmodum & per Mosem in uerbis præmissis, & per alios quoq; prophetas sæpenumero prophetatū est. Ex hoc manifestum est, Messiam ipsum nondum uenisse, nec per consequens Iesum uestrum Messiam fuisse. Quoniam igitur argumentum hoc sæpissime contra nos facere solent, uelim illud penitus solueres. GAL. Iudæi nostri temporis crebro contra nos uerba ista impudentissime inducunt, omisso fraudulenter eorundem principio (quod in nostra quoque æditione deficit) quo Dominus ipse ait, עתה אשיב בת שבית יעקב Id est, Nunc conuertam cõuersionem Iacob. Et reliqua. Quod manifeste falsum esset, si adhuc totum futurum esset, cum ab eo

tempore hucusq; plures duobus milibus transierint annorum. Quare cum Deum uel hic uel alibi mentiri, aut falsum dicere, sit impossibile, necessario profecto sequitur, quòd tunc cum Deus dixit, Nunc cõuertam conuersionem Iacob, cum reliquis, fuerint hæc incepta. Deinde uero suis temporibus prout Deus ipse prędestinauerat, uniuersa completa. Dicimus ergo, quòd de Iudæorum congregatione & reditu ex Babylonica captiuitate fuerint uerba illa Deuteronomij dicta. Tempore enim Nehumiæ, & Ezræ nutu Dei, Iudæi à Cyro rege Persarũ redeundi facultate accepta, congregati fuerunt, reuersiq; sunt ad terram suam, quicunq; reuerti uoluerunt. Vt habetur in fine Paralip. & in principio Ezræ. Quod ex eo maxime patet, quod apud Nehumiã 1. c. ita scribit, זכר נא את הדבר אשר צויה את משה עבדך לאמר אתם תמעלו אני אפיץ אתכם בעמים : ושבתם אלי ושמרתם מצותי ועשיתם אתם אם יהיה נדחכם בקצה השמים משם אקבצם והביאתים אל המקום אשר בחרתי לשכן את שמי שם : Hoc est, Recordare quęso (dixit Nehumias Domino) uerbi quod precepisti Mosi seruo tuo, dicens, Vos perperam agetis. Ego dispergam uos in populis. Et reuertimini ad me, & seruabitis præcepta mea. Si fuerit impulsio uestra in extremitatibus cœli, inde congregabo uos, & ducã ad locũ quem elegi, ut habitet nomen meũ ibi. Ex his euidenter liquet, de Iudæorũ cõgregatione & regressu ex Babylonica captiuitate, supradicta Deut. uerba dicta fuisse. De qua etiam cõgregatione & reditu apud Ezech. 39. sic dicit, כה אמר אדני יהוה עתה אשיב את שבות יעקב ורחמתי כל בית ישראל וקנאתי לשם קדשי .i. Sic dixit Dominus Deus, Nunc conuertam conuersionem Iacob, & miserebor totius domus Israel, & zelabo nomen sanctum meum. Et infrà, וקבצתי אותם מארצות אויביהם ונקדשתי בם לעיני הגוים רבים וידעו כי אני יהוה אלהיהם בהגלתי אותם אל הגוים וכנסתים אל אדמתם ולא אותיר עוד מהם שם : ולא אסתיר עוד פני מהם אשר שפכתי את רוחי על ביה ישראל נאם אדני יהוה Hoc est, Et cõgregabo eos de terris inimicorũ suorũ, & sanctificabor in eis in oculis gẽtium multarũ. Et scient, quia ego sum Dominus Deus eorũ, cum captiuauero eos ad gentes, & cõgregauero eos super terrã suam, & nõ reliquero ultra ex eis ibi, & non abscondam ultra faciem meam ab eis. Cum effudero spiritum meum super domum Israel. Dixit Dominus Deus. CAP. Iudæi tanquã perfidi huic uerbo Ezechielis tenacissimo morsu adhærent. Eo quòd per ipsum Dominus dixerit, Et cõgregauero eos super terrã suam, & non reliquero ex eis ibi, quenquã scilicet. Cũ igitur (inquiunt) non omnis Israel tempore Ezræ ad terrã suam cõgregatus fuerit, ita q; nemo ex eis in gentibus remanserit, palàm liquet, prophetiam hanc nondũ impletam esse. GAL. Eos in hoc & falsiloquos esse, & Deo ingratos, Ezras ipse aperte ostẽdit, cum in fine secundi capitis libri sui, & in principio tertij sic ait, וישבו הכהנים והלוים ומן העם והמשררים והשוערים והנתינים בעריהם וכל ישראל בעריהם .i. Et habitauerunt

Iudæorum iuniorũ obiectio

runt sacerdotes & leuitæ, & de populo, & cantores, & ianitores, & Nathinnæi in ciuitatibus suis. Et omnis Israel in ciuitatibus suis. Congregatusq; est populus quasi uir unus ad Ierusalem. Quare & tunc etiam illud Isaiæ 11. ca. dictum, quod nobis frequenter obijciunt, impletũ est, וְיוֹסֵף אֲדֹנָי שֵׁנִית יָדוֹ לִקְנוֹת אֶת שְׁאָר עַמּוֹ אֲשֶׁר יִשָּׁאֵר מֵאַשּׁוּר i. Et addet Dominus secundo manum suam, ad possidendum residuum populi sui, quod relinquetur ab Assyrijs, cum cæteris. Nam primo manum suam ad possidendum eos Dominus extendit, cum illos ex Ægypto eduxit. Secundo uero cum è Babylonica captiuitate reduxit. Demum nunquam faciem suam abscõdit ab eis, qui ei crediderunt, ex quo spiritum sanctum super eos in die Pentecostes effudit. Vt in calce præmissorum uerborum Ezechielis manifeste insinuatur.

Ad nonum Iudæorum obiectum, Quòd Messias nondum uenerit, quia tertium templum non est adhuc ædificatum. Caput X.

CAPNIO,

ID quoq; nobis sæpe opponunt, quod apud Zachariam 6. ca. hoc modo legitur, כֹּה אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת לֵאמֹר הִנֵּה אִישׁ צֶמַח שְׁמוֹ וּמִתַּחְתָּיו יִצְמָח וּבָנָה אֶת הֵיכַל יְהוָה וְהוּא יִבְנֶה אֶת הֵיכַל יְהוָה וְהוּא נָשָׂא הוֹד וְיָשַׁב וּמָשַׁל עַל כִּסְאוֹ וְהָיָה כֹהֵן עַל כִּסְאוֹ וְעֲצַת שָׁלוֹם תִּהְיֶה בֵּין שְׁנֵיהֶם: Id est, Sic dixit Deus exercituum, dicens, Ecce uir germen nomen eius, & de subter se, uel de loco suo, uel per se germinabit. Et ædificabit templum Dei. Et ipse tollet, uel portabit gloriam, & sedebit, & dominabitur super solio suo. Et consilium pacis erit inter duos ipsos. Et paulò inferius, וְהָיָה אִם שָׁמוֹעַ תִּשְׁמְעוּן בְּקוֹל יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם Hoc est, Et erit, si auditu audieritis uocem Domini Dei uestri. Ex his igitur, & ex uerbis Ezechielis ultimo capite, dicens, Quod Ierusalem & templum tempore Messiæ reædificari debeant, iuniores Iudæorum sic argumentantur. Cum hæc tempore Iesu Nazareni impleta non fuerint, neq; hactenus tertium templum ædificatum sit. Constat plane, neq; Iesum Nazarenum Messiam fuisse, neq; Messiam ipsum adhuc uenisse. GAL. Horum uerborum Zachariæ à Rabbi Selomone habetur solutio, qui sic ipsa exponit, Germen nomen eius. Est nutus ad Messiam. Tollet gloriam, id est tollet cornu. Inter duos ipsos, id est inter Iudam & Israel. Et hęc ædificatio tota de domo secunda loquitur, Et erit si auditu audieritis. i. Et erit uobis factum hoc, uel res hæc, si auditu audieritis. Hæc R. Selomo. Ex quibus habetur argumentum, quòd Messias tempore secundi templi uenturus erat. Quod autem prędicta Zachariæ uerba de Messia intelligantur, per Targum. i. per translationem Chaldaicã liquido patet, quæ sic eadem uerba habet, אֲמַר יְהוָה צְבָאוֹת לְמֵימַר תָּא גַּבְרָא

משיחא שמיה עתיד דיתגלי ויתרבי ויבני ית היכלא דיהוה והוא יבנה ית היכלא
דיהוה והוא יטול זין ויתיב וישלוט על בורסוהי ויהי כהן רב על בורסוהי ומלכא
דשלמא יהא בין תרויהון Id est, Dixit Deus exercituum ad dicendum:
Ecce uir, Messias nomen eius. Futurum est, ut reuelet se, & multipli-
cabitur. Et ædificabit templum Dei. Et ipse leuabit decorem, & se-
debit, & dominabitur super solio suo. Et erit sacerdos magnus su-
per solio suo. Et consilium pacis erit inter duos ipsos. Et infrà
ויהי אם קבלא תקבלון למימרא דיהוה אלהכון Hoc est, Et erit (scilicet
hoc) si recipientes receperitis uerbum Domini Dei uestri. Hæc Tar-
gum. Vbi per uerbum hoc Domini Dei (ut alibi latius probatum est)
Messias ipse intelligitur. Quod autem tertium templum non erat
ædificandum, per eorum scripturas multifariàm probatur. Nam in Be-
ressith rabba קטנה ketanna, id est in expositione minori libri Genesis,
hoc modo scriptum legimus. Dixit R. אביא Abia, Ab initio creatio-
nis mundi, uidit Deus sanctus & benedictus domum sanctuarij ædifi-
catam & destructam. Et ædificatam quidem. Sicut dictum est Gen. 1.
בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ Id est, In principio creauit Deus
cœlum & terram. Ecce ędificata. Quemadmodum dicitur apud Isaiam
51. cap. Vt plantaret cœlos, & fundaret terram. Destructam uero cum
dicitur, והארץ היתה תהו ובהו Id est, Et terra erat inanis & uacua. Ecce
destructa. Quemadmodũ dictũ est Iere. 4. ואיתי את הארץ והינה תהו ובהו
est. Vidi terrã, & ecce inanis & uacua erat. Sequitur ויאמר אלהים יהי אור
ויהי אור Id est, Et dixit Deus, sit lux, & fuit lux. Ecce ædificata est & con-
sumata in futurum, prout dictum est Isa. 60. קומי אורי כי בא אורך וכבוד
יהוה עליך זרח Hoc est, Surge illuminare, quia uenit lumen tuũ, & glo-
ria Dei super te orta est. Scriptum est etiam sic in Beresslith rabba, id est
in expositione magna, libri Genesis super illud Gen. 27. cap. dictum,
Vide odorem filij mei sicut agri pleni, cui benedixit Dominus. Hic do-
cet Deum ostendisse sibi domum sanctuarij ędificatam & destructam.
Et ædificatam quidem, ibi uide odorem filij mei. Sicut scriptũ est Nu-
meri 28. Odorem suauem seruabis. Destructam uero ibi, Sicut agri ple-
ni. Sicut scriptum est Micheæ 3. cap. Propterea causa uestri Syion tan-
quam ager arabitur. Ædificatam autem & consumatã in futurum: ibi,
Cui benedixit Dominus. Sicut scriptum est Psal. 132. Quia ibi mãdauit
Dominus benedictionem & uitam usq; in seculum, uel in æternum. In
libro quoq; Succa, id est, Tabernaculi ita legitur, Dixit Rabbi Ezra,
Scriptum est Ioelis 2. capite, ואת הצפוני ארחיק מעליכם והדחתי ואל ארץ
ציה ושממה את פניו אל הים הקדמוני וסופו אל הים האחרון Id est, Et aqui-
lonem elongabo à uobis uel desuper uobis, & impellam eum ad terrã
aridam, uel desertam, uel desolatam. Facies eius ad mare orientale, &
finis eius ad mare ultimum. Et aquilonem elongabo à uobis. Hic est
יצר הרע Iccer hara, id est fomes uel concupiscentia mala, quæ latitat in
corde

Templum tertiò non ædificandum.

corde hominis. Et impellam eum ad terram aridam, id est ad locum, ubi filij Adæ non inueniuntur habitare. Facies eius ad mare orientale. Quia dedit oculos suos in sanctuarium primum, & destruxit illud, occiditq; sapientes, qui ibi erant. Et finis eius ad mare ultimum. Quia dedit oculos suos in sanctuarium secundum, & euertit ipsum, interfecitq; sapientes qui in illo erant. Ex his traditionibus satis aperte innuitur, tertium templum non fuisse ædificandum. Quod manifestius apud Ieremiam habetur, ita 7. cap. dicentem, הטיבו דרכיכם ומעלליכם ואשכנה אתכם במקום הזה : אל תבטחו לכם אל דברי השקר לאמר היכל יהוה היכל יהוה היכל יהוה Hoc est, Bonas facite uias uestras, & actiones uestras. Et habitare uos faciam in loco isto. Non confidatis uobis in uerbis mendacij, uel falsitatis, ad dicendum, Templum Dei, templum Dei, templum Dei sunt. Quia scilicet falsum omnino est, quòd tertium templū Domini ædificetur in terris, cum aliud quàm primum & secundum templum Domini esse non debeat. Quod in libro נזירות Neziruth, id est, Separationis, in capite Beth sammai confirmatur, cum sic super eisdem Ieremiæ uerbis dicitur, Quid est quod scriptum est, Templum Dei, templum Dei? Istud est sanctuarium primum & secundum. Per ea igitur quæ dicta sunt, palam ostenditur, quòd templum non reædificabitur tertio, neque Iudaica prauitas potest aliqua euidenti ratione probare illud tertio reædificandum esse. Cum ut ex præmissis satis manifeste patuit, non nisi duo in terra templa esse debuerint. Primum scilicet quod à Selomone constructum fuit, & à Nabuchdonosor subuersum, & secundum, quod sub Zorobabel conditum est, & à Tito demum destructum. Tertium autem templum non in terra, sed in cœlo, atque in Ierusalem superna ponendum est. Vt prisci Talmudistæ tradiderunt. Quod multis in locis ipsius Talmud probatur. Nam in Beresith rabba, id est in expositione libri Geneseos super illud 28. capite eiusdem libri scriptum, ויירא ויאמר מה נורא המקום הזה אין זה כי אם בית אלהים וזה שער השמים Id est, Et expauit ac dixit, Quàm terribilis est locus iste. Non est hic nisi domus Dei. Et hic est porta cœli. Sic legitur, Dixit Magister noster Iehosuas filius Num. Illa die qua appropinquauit mors Mosi, sustulit eum Dominus ad cœlum altissimum, ostenditque ei domum præmij sui, & quid ei uenturum esset. Astititque ei pietas, dixitque: Moses bonam tibi nunciationem nunciabo, de qua multum lætaberis. Respice uersus diuinæ pietatis thronum, & uide. Respexitq; Moses, & uidit Deum sanctum & benedictum domum sanctuarij ex lapidibus preciosis & margaritis manu sua ædificantem. Inter lapidem uero & lapidem diuinitatis gloriam, siue decus, uel ornatum, nobiliorem scilicet quàm margaritas ponebat. Messias autem filius Dauid in medio eius sedebat. Aharon uero frater ipsius

Tertium templum in cœlo ponendum est.

Mosis

Mosis super pedes suos stabat, & palliũ eius super eũ erat. Tunc locu-
tus est Aharon Mosi, dicẽs, Moses ne appropies. Timeo enim שמינה
Hassechina. i. diuinitatem tibi. Non enim ingredit̃ hic homo, nisi prius
mortem gustauerit. Cecidit ergo Moses in faciem suam in conspectu
Dei, cum uerba Aharon audisset, & ait, Domine seculi da mihi loquen-
di cum Messia tuo facultatẽ antequàm moriar. Dixit ei Deus sanctus
& benedictus, Vade. Docuitq́ eum nomẽ suum magnum, ne uoraret
eum diuinitatis splendor. Cumq́ uidissent eum Messias & Aharon, co-
gnouerunt quòd Deus sanctus & benedictus nomen suum magnum
eum docuerat. Dixerunt igitur ei Messias & Aharon. Benedictus qui
uenit in nomine Domini. Nisi enim Deus sanctus & benedictus eum
nomen suum docuisset, ad diuinitatem cum eis ingredi non potuisset.
Rogauit itaq; Moses Messiam filium Dauid, dicens, Loquere quæso
mihi. Deus sanctus & benedictus ædificabit domum sanctuarij inter-
ra Israeli. Et ecce ego uideo eum in cœlo domum sanctuarij manu sua
ædificantem? Respondit Messias Mosi. Moses Iacob pater tuus uidit
domum, quæ ædificabitur in terra. Vidit quoq; domum, quam Deus
sanctus & benedictus manibus suis ædificat in cœlis. Intellexitq́ omni-
ui animi sui, quòd domus quam Deus sanctus & benedictus ædificat
manibus suis in cœlis de lapidibus preciosis & margaritis, cum diuini-
tatis ornatu, uel splendore, est domus quæ Israeli in seculum & in secu-
la seculorũ permanebit. Et sic locutus est in nocte, qua dormiuit super
lapidem, & uidit Ierusalem ædificandam in terra, & Ierusalem ædifican-
dam in cœlis. Cum igitur uidit Iacob pater tuus utrãq; Ierusalem, unã
in terra, & unam in cœlis, ait, Non est hæc quæ est in terra aliquid. Si-
cut dictũ est Gen. 28. Et expauit ac dixit, Quàm terribilis est locus iste.
Non est hęc, sed domus quæ permanet in generationem & generatio-
nem. Illa enim est domus Dei, quam ipse manibus suis ædificat in cœ-
lis, sic eã ædificat in terra. Iuxta dictũ illud Exo. 15. בקדש יהוה כוננו ידיך
Hoc est, Sanctuariũ Deus aptauerunt manus tuæ. Cumq́ audisset Mo-
ses uerba hæc ex ore Messiæ filij Dauid, gauisus est gaudio magno. Si-
cut dictum est Psal. 122. שמחתי באמרים לי בית יהוה נלך: עמדות היו רגלינו
בש עריך ירושלם ירושלם הבנויה בעיר שהברה לה יחדיו. i. Lętatus sum pro-
pter dicentes mihi, in domum Dei ibimus. Stantes erant pedes nostri
in portis tuis Ierusalem. Ierusalem quæ ædificata est ut ciuitas, quæ iun-
cta est ei simul. Hęc omnia traditio. Quæ quidem sex principaliter con-
tinet. Primũ quidem est, quòd Moses cum moriturus esset, in cœlum
ascendit, ibiq́ uidit Deũ, domum sanctuarij cœlestis ædificantẽ. Secun-
dum uero, quòd uidit Messiam, in medio domus seu templi cœlestis se-
dẽtem. Tertium aũt, q̃ à Deo petierit loquendi cum Messia facultatẽ.
Quartũ deinde, q̃ Deus erat domũ sanctuarij ædificaturus in terra, &
alterã manu sua ædificabat in cœlis, quæ de lapidibus preciosis & mar-
garitis

Duplex Ierusalem superna et terrestris.

ritis erat. Quintum præterea, quòd Iacob utrãq; Ierusalem uiderit, cœlestem scilicet, & terrenam, & respectu superioris nihil sit inferior. Sextum denicq;, quòd illud psalmographi dictum Ierusalem quę ędificatur ut ciuitas, de cœlesti Ierusalem intelligendũ sit. Quod Targum quoq;, i. Chaldaica translatio aperte ostendit. Sic enim ait, ירושלם דמתבניא ברסיעא חיר קרתא דמתחברא לה כחדא באיתא Hoc est, Ierusalem quæ ædificata est ut ciuitas, quæ coniuncta est ei sicut unum in terra. Hoc & in libro תעניח Taanith, id est, Ieiunij manifeste patet. Vbi legitur R. Iohanan dixisse, Non intrabo in Ierusalem supernam, quousq; non fuerit Ierusalem inferior ædificata. Dixerunt ei, Quomodo est Ierusalem superior? Respondit eis. Ita ut scriptum est Psal. 122. Ierusalem ędificata ut ciuitas, quæ participationem habent simul. Ex omnibus præmissis concludendum est, Ierusalem & templum de quibus loquitur Ezechiel, mystice intelligenda esse. Similiter & templũ quod à Messia ædificandum Zacharias dixit, spiritualiter intelligi debere. Ipse enim spirituale templum ædificaturus erat, hoc est ecclesiam ex uiuis & electis lapidibus, id est ex fidelibus suis. Illis igitur qui Dominum Iesum Christum receperunt, uerbum eius, hoc est euangelium audientes, templũ in cœlis ædificatum est. Iis uero qui eum non recipiunt, non est ædificatum.

Ad decimum Iudæorum obiectum, Quòd Messias nondum uenerit, quia adhuc ipsi non sunt saluati. Caput XI.

CAPNIO,

DIcetiam contra nos adducunt, quæ de Messia apud Ieremiam 23. cap. hoc modo dicuntur, הנה ימים באים נאם יהוה והקימותי לדוד צמח צדיק ומלך מלך והשכיל ועשה משפט וצדקה בארץ בימיו תושע יהודה וישראל ישכון לבטח וזה שמו אשר יקראו יהוה צדקינו Hoc est, Ecce dies uenient, dicit Deus. Et suscitabo Dauidi germen iustum. Et regnabit rex, & intelliget, & faciet iudicium & iusticiam in terra. In diebus eius saluabitur Iuda, & Israel habitabit ad fiduciã. Et hoc est nomen eius, quo uocabunt eũ, Deus iustus noster. Hæc (inquiunt) de Messia dicta sunt, ut patet per Targum, id est per Chaldaicã ęditionem, sic dicentẽ, הא יומין אתין אמר יהוה ואקים לדוד מושיח דצדקא .i. Ecce dies ueniẽt, dicit Deus. Et statuã Dauidi Messiã iustũ. Ex eo igit quod ait, In diebus eius saluabit Iuda, & Israel habitabit ad fiduciã, aperte ostendit. Nos Iudæos in aduẽtu Messię omnes saluari debere. Cum igit in aduentu Iesu Nazareni minime saluati fuerimus, sed potius perditi. Nunq; enim tot, tãq; grauia mala perpessi fuimus, qualia in diebus eius nobis euenerũt, cum penitus destructi, dissipati, ac per orbẽ dispersi simus. Hinc manifestũ ac certũ omnino est, neq; ipsum Messiã fuisse, neq; uenturũ Messiã adhuc uenisse. GAL. Aliã in hoc eis nõ damus responsionẽ, quàm

quàm eam quæ à priſcis eorum datur. Qui aiũt, quòd hoc in loco luda non eſt niſi confeſſio, & quòd omnes confitentes ſaluatorem, ſiue Meſſiam, per ipſum ſaluandi erant. Ita enim legitur in Cõmentarijs R. Moſis Hadarſan in librũ Geneſeos, ſuper illud eiuſdẽ libri Gen. 41. dictũ: ויאמר פרעה אל יוסף אני פרעה ובל עריך לא ירים איש את ידו Id eſt, Et dixit Pharao ad Ioſeph. Ego Pharao, & abſque te non eleuabit uir manum ſuam. Dixit R. Aha. Ex Ego carnis & ſanguinis, tu diſcis Ego Dei ſanctificati & benedicti. Nam ſi ex eo quod dixit Pharao ad Ioſeph, Ego Pharao meruit Ioſeph totam hanc benedictionẽ. Cum uenerit Ego Dei ſanctificati & benedicti, de quo dictum eſt Iſa. 46. אני עשיתי ואני אשא אני אסבול ואמלט Ego feci, & ego leuabo, ego feram & liberabo. Quanto magis admiror? Poterit ne dici, quòd redemptor erit acceptator perſonarum? Abſit. Omnes enim cõfitentes eum ore ſuo, & operibus ſuis, & corde ſuo, ſaluabit & liberabit. Sicut ſcriptum eſt Ieremiæ 23. c. In diebus eius ſaluabitur Iuda. Ac ſi dicat, Confitentes eum. Et iterum ipſe ait Iſa. 45. פנו אלי והושעו כל אפסי ארץ Hoc eſt, Conuertimini ad me, & ſaluabimini omnes fines terræ. Hucuſq; R. ille Moſes Hadarſan. Ex iſta igitur traditione luculenter apparet, quòd in præmiſſis Ieremiæ uerbis, cum ait, In diebus eius ſaluabitur Iuda. Iuda non pro Iudæis perfidis uerũ Meſſiam negantibus, ſed pro omnibus quibuſcunq; ſaluatorem ipſum cõfitentibus accipitur. Et quòd omnes eum corde, ore & opere confitentes, ſaluabuntur. Iuda enim Dei confeſſio interpretatur. Nam יהודה idem eſt quod Deus, & הודה huda confeſsio. Vnde componit יהודה iehuda, id eſt Iudas, quod idem eſt, quod Dei confeſſio. Legitur etiam apud Hoſeã 1. cap. ſic, ובית יהודה ארחם וחושעתים ביהוה אלהיהם ולא ארשיעם בקשת ובחרב ובמלחמה ובסוסים ובפרשים : Id eſt, Non adijciam ultrà, ut miſerear ſuper domui Iſrael, quia obliuione obliuiſcar eorum. Sed domui Iuda miſerebor, & ſaluabo eos in Domino Deo ſuo. Et non ſaluabo eos in arcu & in bello, neq; in prælio, cum equis & equitibus. Quæ R. Ionathas ita Chaldaicè tranſtulit, atq; expoſuit, ולא אוסיף עוד לרחמא על בית ישראל כרם אם יתובון משבק אשבק לחון ועל דבית יהודה ארחם ואפרקינון במימרא דיהוה אלההון ולא יהפרקון בקשתא ובחרבא ובעברי קרבא ובסוסוון ובפרשין Hoc eſt, Ecce non addam ultrà, ut miſerear ſuper domum Iſrael. Verumtamen ſi eos pœnituerit, parcens parcam eis. Sed domum Iuda miſerebor, & ſaluabo eos in uerbo Domini Dei eorum. Et non ſaluabo eos in arcu & in bello, neq; in facientibus prælium cum equis & equitibus. Quod autem Meſſias ſit uerbum Dei, in tertio libro latiſſime uiſum eſt. Ex his quoq; uerbis manifeſtum eſt, quòd domus Iuda cuius Deus miſerturus erat, & quam uerbo ſuo, hoc eſt per Meſſiam filium ſuum ſaluare debebat, Eccleſia Chriſti intelligitur, id eſt congregatio fidelium Chriſtum uerum Dei filium confitentium, & non perfi-

Iudæi ueri qui ſunt.

Iudas quomodo interpretatur.

Domus Iuda eſt Chriſtianorum eccleſia.

dorum

dorum Iudæorum ſynagoga, eum negantium. De quibus Iſaias 59. ait, הן לא קצרה יד יהוה מהושיע ולא כבדה אזנו משמוע : כי אם עונותיכם היו מבדלים ביניכם לבין אלהיכם וחטאותיכם הסתירו פנים מכם משמוע Id eſt, Ecce non eſt abbreuiata manus Dei à ſaluando, neq; eſt aggrauata auris eius ab audiendo. Sed peccata ueſtra fuerunt diuidētia inter uos & Deum ueſtrum. Et culpæ ueſtrę operuerunt faciem eius à uobis, ab auditu, id eſt ne uos audiat. Gloſſa Rabbi Selomonis. Quod non eſtis ſaluati (inquit) non propter breuitatem manus eius contingit. Culpæ ueſtræ operuerunt faciem eius à uobis, id eſt exegerunt quòd operiret faciem ſuam à uobis.

Ad undecimum Iudæorum obiectum, Quòd Meſſias adhuc non uenerit, quia nondum Gog interemptus eſt, neque Magog expugnatus. *Caput* XII.

CAPNIO,

OBiiciunt præterea Iudæi contra nos, & contra Dominum noſtrum uerum Meſſiam, aliud argumētum, ob ea quæ de Gog & Magog in ſacris literis leguntur, & præſertim apud Ezechielem 38. cap. ſic dicentem, בן אדם שים פניך אל גוג ארץ המגוג Hoc eſt, Fili hominis pone faciem tuam ad Gog terram Magog. Vbi gloſſa R. Selomonis ait, Gog eſt nomen regis, Magog nomen gentis. Sicut dictum eſt Gen. 10. cap. גמר ומגוג .i. Gomer & magog. Deinde apud eundem prophetam ita paulò inferius ſequitur, האתה הוא אשר דברתי בימים קדמוניים ביד עבדי נביאי ישראל הנבאים בימים ההם שנים Id eſt, Num tu es, de quo locutus ſum in diebus antiquis per manum ſeruorum meorum prophetarum Iſrael, qui prophetauerunt in diebus illorum ſanim. i. annorum? Vbi gloſſa R. Selomonis ſic dicit, Dixit Deus ſanctus & benedictus. Num tu es ille, de quo annunciaui in diebus antiquis per manum ſeruorum meorum prophetarum Iſrael. Vt fuit Ezechiel & Zacharias? Nam & ipſe Zacharias prophetauit de prælio Gog & Magog 14. ca. dicens, ואספתי את כל הגוים אל ירושלם למלחמה ונלכדה העיר ונשסו הבתים והנשים תשגלנה ויצא חצי העיר בגולה ויתר העם לא יכרת מן העיר : ויצא יהוה ונלחם בגוים ההם Hoc eſt, Et congregabo omnes gentes in Ieruſalem ad prælium. Et capietur ciuitas, & prædabūtur, uel diripientur domus, & mulieres ſtuprabuntur. Et exibit medietas ciuitatis in captiuitatem, & reſiduum populi non abſcindetur de ciuitate. Et egredietur Deus, & pugnabit cum gentibus illis. Magiſtri uero noſtri dixerunt, Quod Illad & Midad prophetauerint etiã de bello Gog & Magog. Quod indicat hæc dictio שָׁנִים ſanim hic dicta. Tu aũt non dicas שנים ſanim. i. annorũ, ſed שְׁנַיִם ſenaim. i. duorũ. Duo enim prophetæ unam prænunciarũt prophetiã tempore. Hactenus R. Selomo.

Ex his igitur & ex alijs quæ Ezechiel ipſe 39. cap. de Gog & Magogo
minit, ſumunt iuniores Iudæorum ſuæ nequitiæ argumentum, dicen
tes, Quòd per Meſſiam Deus expugnaturus ſit Gog & Magog, qui
& ipſum Gog interfecturus eſt, iuxta illud Eſaiæ, Et ſpiritu labiorum
ſuorum occidet impium, & nos in terram noſtram reducturus, ſimul
cum ipſo in Ieruſalē perpetuo regnaturos. Quod cum adhuc minime
fieri cōtigerit, & Meſſiā nondum uenisſe, & Ieſum ueſtrum Meſſiā non
fuisſe, clarum & certum eſt. GAL. Quoniā nec tertium templū ædifi
candū eſt, ut in præcedentibus latius patuit, nec Iudæi ſunt unquā ter
ram ſuam poſſeſſuri, neq; decē tribus ſunt ulterius reuerſuræ. Vt in ſe
quētibus latiſſime patebit. Id circo dicimus prędicta Ezechielis uerba,
& alia quęcunq; de Gog & Magog ubi uis leganť, non iuxta literā, ſed
ſpiritualiter intelligenda eſſe. Quod aūt decē tribus nunq̄ ſint reuerſu
rę, per illud nunc oſtendiť, quod in libro Sanhedrin, in cap. Helec, hoc
modo legiť, Decē tribus non ſunt futurę ad reuertendū. i. nunq̄ ſunt re
uerſuræ ad terrā Iſrael. Tradiderunt Rabbanan. i. Magiſtri, q̄ decē tri
bus non habebunt partem in ſeculo futuro. Sicut dictum eſt Deut. 29.
ויתשם יהוה מעל אדמתם באף ובחמה ובקצף גדול Id eſt, Et euellet eos Do
minus deſuper terra eorum cum furore, & ira & indignatione magna.
Hæc traditio. Quoniā igiť tertium templū non eſt ædificandū, nec ul
dęi unq̄ amplius in terrā ſuam ſunt reuerſuri, nec ulterius ipſam poſſe
ſuri, ſuntq; à Deo in perpetuū reprobati, atq; decē tribus nō ſunt ulte
ad terram patrum ſuorū reuerſurę. Vt per prędmiſſam traditionē oſten
ſum eſt. Propterea quicquid in Ezechiele, uel alibi de Gog & Magog
legiť, nō literaliter, ſed ſpiritualiter intelligi oportet. Quod quidem ex
eo oſtendi poteſt, quod in prędicto ca. Helec, ita legiť: Dixit R. Abba,
Domus quæ eſt corā Deo ſancto & benedicto, decē & octo miliū lon
carū eſt. Sicut dictū eſt Ezech. ult. כביב שמנת עשר אלף. i. Circuitus de
cem & octo milia. Vbi gloſſa R. Selomonis ait, De Ieruſalē ſuperna lo
cutæ ſunt ſcripturæ in fine Ezechielis. Itē in Midras coheleth. i. in expo
ſitione libri Eccleſiaſtis ſuper illud 10. c. dictū, Quis ut ſapiēs. Sic dicit,
Hic eſt primus Adā, de quo dictū eſt Ezech. 28. קינה על מלך
צר ואמרת לו כה אמר ארני יהוה אתה חותם תבנית מלא חכמה Hoc eſt, Fili
Adam leua planctum ſuper regem Tyri, & dices ei, Sic dicit Dominus
Deus, Tu ſigillum, uel anulus ſimilationis, plenus ſapientia. In libro
quoq; Baua bathra, in ca. המוכר את הספינה Hammocher eth haſſephi
na. i. Vendens nauem, ita legitur, Dixit R. Hanina. Decem operimēta
fecit Deus ſanctus & benedictus Adæ primo in horto uoluptatis. Si
cut dictum eſt (apud Ezechielem ſcilicet eodem in loco immediatę)
את היית בעדן גן אלהים כל אבן מסכתך אדם פטדה ויהלם תרשיש שהם וישפה
ספיר נפך וברקת וזהב מלאכת תפיך ונקביך בך ביום הבראך בוננו ׃ Id eſt,
In delicijs horti Dei fuiſti. Omnis lapis precioſus operimentum tuum,
Sardius,

Sardius, topacius, chrysolithus, onix, iaspis, saphirus, berillus, carbunculus, smaragdus, & aurum, opus tympani tui. Et foramina tua in te in die creationis tuæ præparata sunt. His ita præmissis, dicamus Iudæis. Cum ea quæ tam expresse de rege Tyri in Ezechiele dicta sunt, non de ipso, sed de Adam intellecta fuerint. Vt ex prædictis patet. Et cum illa quæ in fine eiusdem Ezechielis de Ierusalem & templo scripta sunt, nõ de terrestri, sed de cœlesti Ierusalem accipienda sint. Cum ista duo inquam, de quibus nunc meminimus, nõ ut litera exterius sonat, sed longe secus à sapientibus Iudæorum intellecta fuerint, proculdubio id quoq; quod inter hæc duo de Gog & Magog dicitur aliter quàm litera extrinsecus ostendit, intelligantur, necesse est. Præsertim cum (ut ait Rabbi Moses Ægyptius circa initium libri More) clauis intelligentiæ uniuersorum quæ prophetæ dixerunt, est intelligere parabolas, metaphoras, similitudines, atq; ænigmata. Hoc etiam euidentius habetur ex eo quod in libro Sanhedrin, in cap. Helec, Legitur super illud Isaiæ 9. cap. dictum, למרבה המשרה ולשלום אין קץ Hoc est, Vt multiplicetur imperium, & paci non sit finis. Sic enim ibi dicitur, Dixit Rabbi Tanhuma, Quam ob rem omnis mem quæ est in medio dictionis est aperta, & ista est clausa? Quia quæsiuit Deus sanctus & benedictus facere Hezechiam Messiam, & Sennacherib Gog Magog. Dixit tunc מרת הדין id est, mensura iudicij coram Deo, Domine mundi quid erit hoc? Dauid qui dixit in conspectu tuo tot cantica, totq; laudes, non fecisti Messiam. Hezechiam autem cui fecisti omnia signa hæc, & non dixit canticum coram te, facies Messiam? Exiuit autem filia uocis, id est reuelatio cœlestis, & ait, רזי לי רזי לי Id est, secretum meum mihi, secretum meum mihi. Hæc traditio. In qua & si hoc, Deum scilicet uoluisse Hezechiam Messiam facere, Senacherib autem Gog Magog, fabulosum sit, nisi spiritualiter intelligatur. habemus tamen intentum de Gog & Magog, quòd mystice intelligi debeant. Ex his igitur quæ dicta sunt aperte liquet, Quòd Gog non sit rex aliquis futurus, nec Magog gens aliqua specialis, uti recentiores Iudæorum somniant, atque delirant. Sed quicunq; impij qui populum Dei persequuntur, ac tribulant, ipsi sunt Gog atq; Magog. Non enim ut Iudæi, & quidam etiam ex nostris Iudaizantes putant, Gog & Magog Scithicæ gẽtes sunt innumerabiles, atq; immanes, quas trans Caucasum montem, & Meotidem paludem, ac prope Caspium mare ad Indiam usque protendi aiunt, quasq; post mille annorum regnum, à diabolo commouendas asserunt. Vt ueniant in terram Israel, & pugnent contra sanctos gentibus multis alijs sibi adiunctis. Et primum quidem משר Mesech, quos Iosephus Capadoces dicit. Deinde תובל Tubal, quos idem Iberos, uel Hispanos, Hebræi Italos suspicantur, habentes secum Persas, Æthiopes, Aphros, & reliquos. Quod ex eo potissimum probare conãtur, quod diuus Ioan-

Per Gog & Magog, qui intelliguntur.

nes Apocal. 20. cap. ait, Et cum finiti fuerint mille anni soluetur sata-
Vt seducat gentes in quatuor angulis terræ, Gog & Magog. In hunc
autem errorem incidunt, quia non animaduertunt, totum Ioannis li-
brum qui reuelationis titulo prænotatur, mysticum esse. Cum Iudaei
igitur errant, qui Gog & Magog iuxta literam intelligi uolunt. Sicut
enim propheta præuidit atq; prædixit sanctorum iustorumq; remu-
nerationem in uisione templi & terræ distributione, ita hic præuidit
atq; prædixit sub figura Gog & Magog ecclesiæ Dei atque iustorum
persecutionem, quæ facta est atq; quotidie fit tam per hæreticos, quàm
per alios sanctæ fidei & ueritatis catholicæ persecutores, qui sunt caco-
dæmonum tectum & habitaculum. Gog enim à גג Gag Hebraico no-
mine dicitur, quod idem est quod tectum. Vt est illud Prou. 25. capite,
dictum, טוב שבת על פנת גג מאשת מרונים ובית חבר Id est, Melius
est sedere in angulo gag, id est tecti, quàm cum muliere litigiosa, & in
domo communi. Et inde uenit מגוג Magog, quod idem est, quod de
tecto. Quare Magog recte diabolus dicitur, qui de domo procedit.
Gog autem maxime in nouissimis temporibus antichristus erit, qui ec-
ctum & domus erit diaboli, ex quo Magog, id est diabolus per apec-
tam persecutionem exibit. Et idcirco apud Ezechielem ad ipsum Gog
dictum est, באחרית הימים תהיה Hoc est, In nouissimo dierum eris.

Gog & Magog quomodo interpretãtur.

Ad duodecimum Iudæorum obiectum, Quòd Iesus Nazarenus non fuerit uerus Messias, quia non reliquit post se semen, nec habuit filios. Caput XIII.

CAPNIO,

His non obstantibus, Iudaica perfidia ostendere uolens, Domi-
num nostrum Iesum Christum uerum non fuisse Messiam, il-
lud postremo nobis opponit, quod apud Isaiam quinquage-
simo tertio capite, de Messia ita dicitur, יראה זרע יאריך ימים וחפץ יהוה
בידו יצלח Hoc est, Videbit semen longæuum, & uoluntas Dei in ma-
nu eius prosperabitur. Et illud quoque quod Psalmo octuagesimo
octauo, sic de eodem scribitur, ושמתי לעד זרעו וכסאו כימי שמים
Id est, Et ponam in æternum semen eius, & thronum eius tanquam
dies cœli. Cum igitur (inquiunt) Iesus uester filios non habuerit, nec se-
men filiorum post se reliquerit, Messias minime esse potuit. GA-
Facile in hoc eorum refelli poterit insania, si uel unum eorum quæ-dia-
cam, fuerit memoriæ commendatum. Legitur enim sic in Bereschith
rabba minori super illud Genesis uigesimo quinto cap. dictum, ויסף
אברהם ויקח אשה ושמה קטורה Hoc est, Et addidit Abraham, & accepit
uxorem, & nomen eius Ketura. Scriptum est Ecclesiastis 11. c. זרע

את זרעך ולערב אל תנח ידך Id est, Mane semina semen tuum, & ad uesperum non cesset manus tua. Non enim tu scis quod erit magis idoneum, uel rectum. Vtrum hoc, an illud, uel si ambo simul bona. Rabbi Akiba ait, Si fuerint tibi discipuli in adolescentia tua, instrue quoq; discipulos in senectute tua. Nescis enim quos eorum ascribet tibi Deus, uel utrũ omnes erunt simul boni. Hæc ibi. Cum hic discipuli ab aliquo edocti, semen eius uocentur. Semen ergo Christi fuerunt apostoli, cæteriq; eius discipuli. In Beresith quoq; rabba maiori, super illud Gen. 28. Tibi dabo eam & semini tuo. Sic dicitur, Semen tuum erunt similes tibi. Sicut dictum est Deut. 23. c. Et habitabit Israel confidenter, solum modo oculus Iacob. Et super hoc Amos propheta postulabat miserationes dicens, 7. cap. Domine Deus parce quæso, uel parce nunc. Quis surget Iacob, id est ut Iacob. Licet paruus sit ipse, uel nunquid paruus ipse? Misertus est super hoc. Et reliqua. Hęc traditio. Vbi notandũ est, quòd similes Iacob semen eius dicuntur. Legitur etiam hoc modo in מסכת בכורים Massecheth bechorim, id est in libro primitiarum. Tradiderunt in nomine R. Iudæ, quòd גר gher, id est aduena conuersus, qui de gentilitate uenit ad fidem ipsemet apportat primitias, & didicit siue legit illud Deut. 26. Pronuncio hodie Domino tuo, quòd intraui in terram, quam iurauit Deus patribus uestris. Quæ est huius rei probatio? Quod dictum est Gen. 17. cap. ולא יקרא עוד את שמך אברם והיה שמך אברהם כי אב המון גוים נתתיך Hoc est, Non uocabitur ultra nomen tuum Abram, sed erit nomen tuum Abraham, quia patrem multitudinis gentium dedi te. In principio enim fuit pater Aram, & ideo uocatus est Abram. Demum uero pater totius seculi, & idcirco dictus est Abraham. Hæc traditio. In libro etiam Sanhedrin in cap. דיני ממונות Dine mamonoth, id est, Iudicia diuitiarum, sic dicitur, Scriptum est Gen. 49. cap. Non recedet sceptrum de Iuda. Hi sunt qui capita fuerunt captiui tatum Babyloniæ, qui Israel sceptro regebant. Et scriba de medio pedum eius. Hi sunt filij filiorum Hillelis, legem Israelem docentes. Hæc ibi. Magistri igit̃ ab Hillele edocti, filij eius sunt appellati. Vnusquisq; enim apud Hebræos, eius filius dictus est, à quo edoctus uel nutritus est. Vnde eodem in libro in capite בהן גדול cohen gadol, id est sacerdos magnus, sic legitur, Scriptum est secundi Regum uigesimo primo, Et quinque filios Nicol filiæ Saul. Dixit Rabbi Iehosuas, Merob peperit, & Nicol nutriuit, quæ nunquam habuit filios. Nam ut scribitur secundi Regum sexto capite, Nicol filiæ Saul non est natus filius usque ad diem mortis suæ. Quia igitur nutriuit eos, filij eius sunt uocati. Vt doceret te scriptura, quòd quicunque nutrit in medio domus suæ orphanum, siue pupillum, pater eius reputatur, ac si eum genuisset. Dixit Rabbi Iohanan, Quicunque docet filium proximi sui, haud secus ipsum scriptura reputat, quàm si eum genuerit. Sicut dictum

Abram cur uocatus est Abraham.

est, Numeri 3. cap. ואלה תולדת אהרן ומשה Id est, Hæ sunt generatio-
nes Aharon & Mosis. Deinde sequitur ואלה שמות בני אהרן Hoc est,
Et hæc sunt nomina filiorum Aharon. Sed Aharon quidem genuit,
Moses autem docuit. Et ideo ita filij eius dicuntur, sicut & Aharon.
Hæc omnia Talmud. Ex his igitur omnibus clarum est, quòd & si Do-
minus noster Iesus filios carnales non habuerit, habuit tamen infinitos
spirituales. Non enim soli apostoli cæteriq; eius discipuli ab ipso imme-
diate edocti, filij eius sunt nuncupati, uerum etiam & reliqui omnes
Christiani, qui eius doctrinam sequũtur, atq; obseruant. Quare semen
longeuũ, quod post se reliquit, non corporale, sed spirituale est. Quod
absq; mysterio factum non est. Quemadmodum enim ipse de semine
non corporali, sed spirituali descendit, ita & semen non corporale, sed
spirituale habere debet. Quod autem Messias de spiritali semine pro-
diturus esset, patet ex promissione Abrahæ de ipso Messia facta, cum
Deus ei Gen. 22. dixit, והתברכו בזרעך כל גויי הארץ Id est, Et benedicen-
tur in semine tuo omnes gentes terræ. Et in antecedenti cap. dicitur,
quòd ei Dominus dixerit, כי ביצחק יקרא לך זרע Hoc est, In Ishac uoca-
bitur tibi semen. Et tamen constat, Ishac secundũ spiritum conceptum
esse, & nõ secundum carnem, sicut Ismael. Vt ait apostolus ad Galatas
scribens, A fortiori igitur & longe magis Messias, qui non ex uirili se-
mine, sed ex mystico spiramine (ut in sequẽtibus latissime probabitur)
concipiendus erat, secundum spiritum conceptus dicitur. Quia ergo
Iesus Nazarenus uerus Messias totaliter secundum spiritum de uirgi-
ne sine uiro natus est, filios non carnales sed spiritales habere debuit.
Quod ex glossa quoq; Hebraica aperte ostenditur, quæ super illud, In
Secula duo. Ishac uocabitur tibi semen dicit, duo secula ibi notari, unum legis, alte-
rum Messiæ, & in seculo legis fuisse semen & filios carnales. In seculo
uero Messiæ semen & filios futuros fuisse spirituales, quemadmodum
Ishac secundum spiritum natus est. Et de huiusmodi filijs loquebatur
Dauid Psal. 45. qui secundum priscos Hebræorum de Messia
exponitur, sic dicens, תחת אבותיך יהיו בניך Id est, Pro
patribus tuis nati sunt tibi filij. Hæc hacte-
nus de Quinto libro.

Liber

Liber sextus.

De humani generis redemptione & salute, propter quam Messias uenturus erat & quæ non nisi a Deo & homine fieri poterat.

Quòd nullus futurus erat saluator & redemptor nisi Deus, qui se ipsum humanæ redemptionis precium daturus erat. Caput 1.

CAPNIO,



Ptimè quidem ac satis abundè mi Galatine, in præcedentibus per authenticas ueterum Iudæorum scripturas probasti, non modò præfixum primi aduentus Messię tempus iam prę teriisse. Verum etiam & Messiam ipsum iam uenisse, & eundem Messiam alium quàm Dominum nostrũ Iesum, neminem fuisse. Ea propter ut magis Iudæorum nostri seculi arguatur impietas, de humani generis redemptione & salute, propter quã Messias ipse uenturus erat, & quæ per Deum hominem duntaxat fieri poterat, nunc dicendum est. Quare in primis ut ordinatè procedatur, ostendẽdum est, nullum futurum fuisse saluatorem & redemptorem, nisi Deum, qui se ipsum humanæ redemptionis precium daturus esset. GAL. Ad hoc insinuandum, & prophetæ primò Deum solum esse saluatorem passim prænunciarunt, & deinde antiqui Talmudistæ id ipsum planius tradiderunt. Isaiam igitur primum audi, ita 43. cap. in persona Dei loquentem, אנכי אנכי יהוה ואין מבלעדי מושיע Hoc est, Ego Deus, & non est absq; me saluator. Audi deinde & Hoseam sic etiam uoce Dei decimotertio capite, dicentem, ואנכי יהוה אלהיך מארץ מצרים ואלהים זולתי לא תדע ומושיע אין בלתי Id est, Et ego Dominus Deus tuus ex terra Ægyptiorum, & Deos uel Deum absq; me nescies, & saluator non est præter me. Deinde ut Talmudistarum sentẽtiæ percipiantur, ea quæ in Midras tehilim hac de re scribuntur, notanda sunt. Et primo super illud Psal. 13. ואני בחסדך בטחתי יגל לבי בישועתך Hoc est, Ego autem in misericordia tua confisus sum, exultabit cor meum in saluatione tua. Ibi enim sic habetur,

אמר הקדוש ברוך הוא לדוד דוד באי זו טורפוסיא אתה אומר דברים חללו אמר
לו שאני בוטח על חסדיך שנאמר ואני בחסדך בטחתי באותו החסד שנאמר בך
יהוה מלאה הארץ ; ואומר אם אמרתי מטה רגלי חסדך יהוה יסעדני דבר אחר
ואני בחסדך בטחתי בתורה במר דאת אמר ותורה חסד על לשונה יגל לבי בישועתך
אחר מן המקראות הקשין שישועתו של הקדוש ברוך הוא הוא ישועתן של
ישראל ישועתנו אין כתוב באן אלא ישועתך אמר דוד ישועתנו היא ישועתך ;
Id est, Dixit Deus sanctus & benedictus Dauidi. Dauid quomodo
præsumis tu dicere uerba huiuscemodi? Dixit ei, Quoniam ego confi-
sus sum in misericordia tua. Sicut dictum est, Ego autem in misericor-
dia tua confisus sum. In illa scilicet misericordia, de qua dictum est, Mi-
sericordia Dei plena est terra. De qua etiam dictum est, Si dixi, motus
est pes meus, misericordia tua Deus sustētabit me. Sermo alius. Et ego
in misericordia tua confisus sum, in lege scilicet sicut dictum est, Et lex
pietatis in lingua eius. Exultabit cor meum in saluatione tua. Hæc est
una de scripturis durissimis. Quod scilicet saluatio Dei sancti & bene-
dicti, sit saluatio Israelis. Saluatio nostra, non est scriptum sic, sed salua-
tio tua. Dixit ergo Dauid, Saluatio nostra, ipsa est saluatio tua. Hæc
ibi. Ex quibus aperte colligitur, Deum ipsum, Israelis saluatorem futu-
rum fuisse. Qui ipso Israele saluato, se ipsum saluasse, diceretur, propter
naturæ nostræ assumptionem. Quod lucidius liquet in eodem libro
Midras tehilim, super titulum Psal. 88. שיר מזמור לבני קרח ; למנצח על
מחלת לענות Hoc est, Canticum Psalmi filijs Koræ, uictori super lango-
rem, uel dolorem, ad clamandum, uel mitigandum, uel mansuefacien-
dum. Vbi sic dicitur, ; ובן כתוב מה שכתוב זכור יהוה לדוד את כל ענותו
אמרה כנסת ישראל לפני הקדוש ברוך הוא אין לי ישועה אלא בך אמר לה הקדוש
ברוך הוא הואיל ובך הוא אני מושיעך שנאמר ישראל נושע ביהוה תשועת
עולמים Id est, Hoc est quod scriptum est Psal. 132. Memento Deus Da-
uidis, & omnis afflictionis eius. Dixit ecclesia Israel coram Deo sancto
& benedicto. Non est mihi saluatio, nisi in te, & non est oculus meus
excitans, nisi in te. Dixit ei Deus sanctus & benedictus. Ex quo ita est,
sic ego saluabo te, sicut dictum est Isaiæ quadragesimoquinto capite,
ישראל נושע ביהוה תשועת עולמים Id est, Israel saluatus erit in Deo,
uel per Deum saluatione seculorum, uel sempiterna. Item eodem in
libro super illud Psalmi, כי עמך מקור חיים באורך נראה אור Hoc
est, Quoniam in te est fons uitæ, in lumine tuo uidebimus lumen.
Sic legitur, אמר ר׳ יוחנן עובדא הוה בהר בר נשא היה מדליק את הנר
כלילה והיה כבה ומדליק וכבה אמר עד מתי אהיה מתייגע והולך ממתין אני
עד שתזרח השמש ואני אלך לאור החמה כך ישראל נשתעבדו במצרים עמדו
בשה ואחרן וגאלום חזרו ונשתעבדו בבבל וחזרו ונגאלו על ידי חנניה מישאל
ושריה חזרו ונשתעבדו באדום אמרו ישראל הרי נתייגענו נגאלין ומשתעבדין
אין אנו מבקשין שיאיר לנו בשר ודם מעתה אלא הקדוש ברוך הוא בעצמו
שנאמר אל יהוה ויאר לנו ועוד בישעיה ישראל נושע ביהוה תשועת עולמים
Dixit

Dixit Rabbi Iohanan. Euenit,ut homo quispiam niteretur accendere lucernam nocte. Lucerna uero frequenter extinguebatur. Dixit ergo. Quousq; fatigabor in opere hoc? expectabo ortum solis,& ambulabo in lumine solis. Ita & Israel oppressi sunt seruitute in Ægypto, surrexerunt Moses & Aharon,& liberauerunt eos. Oppressi sunt seruitute in Babylonia,& liberati sunt per manus Ananiæ,Misaelis,& Azarię. Iterum oppressi sunt seruitute in Edom,& dixerunt. Quousq; grauamur seruitute, & modo seruimus, modo liberamur? Non quærimus ulterius,ut illucescat nobis caro & sanguis,sed deus sanctus & benedictus in substantia sua. Iuxta illud Psalmi centesimi decimi octaui, אל יהוה ויאר לנו Id est,Deus Dominus,& illucescet nobis. Et rursus apud Isaiam 45.cap. Israel saluatus erit in Deo saluatione sempiterna. Hæc traditio. Ex cuius dictis, quamuis clarissime contra Iudæos nostri temporis pateat propositum nostrum,ad magis tamen eorum perfidiam cõtundendam,atque ad maiorem catholicæ ueritatis expressionem,prę-missis quoque addendum est quod in Midras ויקרא Vaiȝcra,id est in expositione libri Leuitici legitur,super illud,Quilibet de domo Israel. Ibi enim sic dicitur, Scriptum est Psalmo quinquagesimo, זובח תודה יכבדנני ושם דרך אראנו בישע אלהים Hoc est,Qui sacrificat laudem,uel confessionem,honorabit me. Et qui disponit, uel intelligit, uel leuat uiam,ostendam ei saluationem Dei. Et quam mercedem ego tribuam ei? Quando ego adducam saluatorem Israeli, ipse merebitur uidere eam. Sicut dictum est,Et qui leuat uiam,ostendam ei saluationem Dei. Dixit Rabbi אבחו Abhu, Omnis saluatio quæ uenit Israeli,est saluatio Dei,propter hoc quod dictum est Psal.91. עמו אנכי בצרה אחלצחו ואכבדחו ׃ ארך ימים אשביעחו וארחו בישועתי Id est,Cum ipso ero ego in tribulatione,eripiam eum & honorabo eum. Longitudine dierum saturabo eum,& ostendam ei saluationem meam. Dixit Israel,Domine seculi ex quo ita est,& tu dixisti,Cum ipso ero ego in tribulatione,liberabo eũ. Vbi dicitur? Psal.108. למען יחלצון ידידיך הושיעה ימינך וענני Hoc est, Vt liberentur dilecti tui,salua dexteram tuam, & exaudi me. Nam si exaudieris nos salus ipsa nostra tua est. Sicut dictum est in Psalmo,Et tua saluatio nostra. Ne sit ipsa dextera tua retrorsum. Sicut dictum est Tren.2.capite, חשיב אחור ימינו Hoc est,Conuertit retrorsum dexteram suam. Dixit Rabbi Berachias Sacerdos filius Rabbi. Vide quid scriptum est Zachariæ nono capite, Ecce Rex tuus uenietibi iustus & saluatus ipse. Iustus & saluator non est scriptum,sed iustus & saluatus. Et sic etiam Isaias ait,62.cap. אמרו לבת ציון חנה ישעך בא Id est,Dicite filiæ Syon,Ecce saluatus tuus ueniet. Saluator tuus non est scriptum, sed saluatus tuus. Ex quo in lege scriptum est,dici potest. Dixit Rabbi Ammi, Moses commendat ecclesiam Israel, dicens Deuteronomij trigesimo tertio, אשריך ישראל מי כמוך עם נושע ביהוה

ביהוה Hoc eſt, Beatus tu Iſrael. Quis (ut tu) populus ſaluatus erit in Deo, uel per Deum, uel cum Deo. Non eſt ſcriptum, Populus quem ſaluabit Deus, ſed populus ſaluatus in Deo. Simile autem eſt homini cuidam habẽti modicum tritici ſecundæ decimæ. Quid ipſe agit? Dat precium, & redimit ipſum. Sic Iſrael in quo erit redemptus? In quo in lege ſcriptum eſt, dici poteſt. In Deo ſancto & benedicto. Sicut dictum eſt Deuteronomij trigeſimo tertio capite, Populus ſaluatus erit in Deo, uel per Deum, uel cum Deo. Dixit enim Deus, In ſeculo iſto uos ſaluati fuiſtis per manus filiorum Adæ. Nam ex Ægypto ſaluati eſtis per manus Moſis & Aharon. In diebus uero Sizræ per manus Barac & Deboræ. A Madianitis autem per manus Samgar filius Ariath. Sicut dictum eſt Iudicum tertio capite, Et ſaluauit etiam ipſe Iſrael. Ita quoque & per manus aliorum iudicum. Et quoniam fuerunt caro & ſanguis, fuiſtis ſemper iterum ſeruituti ſubiecti. Sed in futuro ego in ſubſtantia mea redimam, uel ſaluabo uos. Et rurſus in ſeruitutem non redigemini. Sicut dictum eſt Iſaiæ quadrageſimo quinto capite, Iſrael ſaluatus erit in Deo ſaluatione ſeculorum, uel ſempiterna. Hactenus traditio. In qua ſex admodum mira, ac fidei noſtræ plurimum conſentanea exprimuntur. Primum eſt, cum dicit, Qui ſacrificat confeſſionem, uidebit Dei ſaluationem. Secundum eſt, quòd Deus dixit ſe futurum fuiſſe cum homine in tribulatione. Tertium eſt, quòd Deus ſaluaret hominem, ſaluaret ſe ipſum, alioqui impotens dexteræ eius uideretur. Quartum eſt, quòd tunc Deus ipſe ſaluatus eſſet, & oſtendit per autoritates quas inducit, quòd hoc fieret in Meſſia. Et ideo Deum in Meſſia ſaluandum fuiſſe conſequens eſt. Idcirco non abre multis ex antiquis Hebræorum ſapientibus maxime durum uiſum fuit, quòd in præmiſſis autoritatibus Deus non ſaluator Iſrael, ſed ſaluatus dicatur. Quintum eſt, quòd per ſimilitudinem inductam, Deus futurus erat humanæ redemptionis precium. Sextum denique eſt, quòd futurum erat, ut Deus in ſua ſubſtantia ſaluaret Iſrael. Quæ pene omnia confirmantur in commentarijs Rabbi Moſis Hadarſan in librum Geneſeos, ſuper illud quadrageſimum nonum caput, eiuſdem libri. Iuda te confitebuntur fratres tui. Cum ſic ibi dicitur, Hoc eſt quod ſcriptum eſt Pſalmo quadrageſimo nono, Qui ſacrificat confeſſionem, honorabit me, & qui eleuat uiam, oſtendam ei ſaluationem Dei. Saluationem ſuam non eſt ſcriptum, ſed ſaluationem Dei. Dixit Rabbi Abhu. Hæc eſt una de grauioribus ſcripturis. Quod ſaluatio Iſrael, eſt ſaluatio Dei ſancti & benedicti. Et quare ſic? Quia ſic pollicitus eſt ei in Pſalmo nonageſimo, dicens, Cum ipſo ero ego in tribulatione, liberabo eum, & honorificabo eum, & longitudine dierum ſaturabo eum, & oſtendam illi ſaluationem meam. Dixit eccleſia Iſrael, Domine ſeculi ſalua dexteram tuam. Ipſa nanque ſaluatio noſtra,

ſaluatio tua eſt, Hinc ſcriptum eſt Pſal. 117. Salua dexteram tuam & exaudi me. Et ſic idem ait Pſal. 80. עוררה את גבורתך ולבה לישועתה לנו אלהים השיבנו והאר פניך וניושעה Id eſt, Suſcita potentiam tuam, & tua erit ſaluatio noſtra. Deus tu conuerte nos, & illumina, uel fac lucere faciem tuam ſuper nos, & ſaluabimur. Dixit R. Berachias ſacerdos filius Rabbi. Vide quid ſcriptum eſt Zach. 9. Ecce Rex tuus ueniet tibi iuſtus & ſaluatus ipſe. Iuſtus & ſaluator non eſt ſcriptum, ſed iuſtus & ſaluatus. Et ſic ipſe ait Iſaiæ 62. Dicite filiæ Syion, Ecce ſaluatus tuus. Ecce ſaluator tuus non eſt ſcriptum, ſed ecce ſaluatus tuus. Ex quo in lege ſcriptum eſt, dicibile eſt. Iſrael enim ſaluabitur & redimetur. Et erit, ac ſi Deus ipſe ſanctus & benedictus redimatur, & ſaluetur. Et hęc eſt una de durioribus & grauioribus ſcripturis. Quod ſalus Iſrael eſt ſalus Dei ſancti & benedicti. Dixit Rabbi אנייה Eniya. Moſes dixit Deut. 33. cap. Beatus tu Iſrael. Quis ut tu populus ſaluatus? Non eſt ſic ſcriptum, ſed populus ſaluatus in Domino. Simile erit hoc homini cuidam habenti parum decimæ ſecundæ. Quid ipſe facit? Dat precium, & redimit. Sic Iſrael in quo redimetur? cum in lege ſcriptum ſit, dicibile eſt, Populus ſaluatus ביהוה badonai, id eſt in Deo. Ita ſcilicet quòd Deus erit precium redemptionis eius. Scriptum quoq; eſt in Midras tehilim, ſuper illud Pſal. 90. Inuocabit me & ego exaudiam eum. Quod Rabbi Ishac hoc exponens dixit, id eſt, Si quæſierint me in hora, qua tribulatio ad eos acceſſerit, ſtatim ego exaudiam eos. Sicut ſcriptum eſt, ubi ſuprà, Inuocabit me & ego exaudiam eum. Et infrà, Et oſtendam ei ſaluationem meam. Propterea quia non erit poſt illam ſaluationem tribulatio. Sicut dictum eſt Iſaiæ 45. capite, Iſrael ſaluabitur in Deo ſaluatione ſempiterna. Dicit autem & oſtendam ei ſaluationem meam. Quia ſaluatio Moſis, & Deborę, & Dauid, & Ezræ talis fuit, quòd uenit tribulatio poſt ſaluationem. Et hæc eſt una de durioribus ſcripturis, quòd ſaluatio Iſrael eſt ſaluatio Dei ſancti & benedicti. Hic non incongrue additur quod in libro Siphre legitur, ſuper illud Pſalmi quadrageſimi noni, אח לא פדה יפדה איש לא יתן לאלהים כפרו Id eſt, Frater non redimit, redimet uir? neque dabit Deo precium eius. אני אמית ואחיה בה אמר יהוה מלך ישראל וגואלו אדני צבאות שמו אני ראשון ואני אחרון אני אמית ואחיה זה אחר שנתן להם המן להחיית המתים אני אמית ואחיה תמות נפשי במות ישרים יחי ראובן ואל ימות יחיינו מיומים דבר אחר אני אמית ואחיה שומע אני מיתה באחר וחיים באחר תלמוד לומר מחצתי ואני ארפא כך מיתה וחיים באחר ואין מידי מציל אין אבות מצילין את הבנים לא אברהם מציל את ישמעאל ולא יצחק מ ציל את עשו אין לי אלא אבות שאין מצילין את הבנים אחים את אחין מניין תלמוד לומר אח לא פדה יפדה איש ולא יצחק מציל את ישמעאל ולא יעקב מציל את עשו ואפילו נותן לו כל ממון שבעולם אין נותנין לו כופרו שנאמר אח לא פדה יפדה איש ולא יתן לאלהים כופרו ויקר פדיון נפשם וגומר יקרח היא נפש זו .i. Ego occidã, & ego uiuere faciã, et reliqua.

Hæc

Hæc enim Deus rex Israel,& redemptor eius,Deus exercituum non
eius.Ego primus,& ego nouissimus. Ego occidam, & ego uiuere f
ciam. Hoc quidem postquàm data est eis mãna pro uiuificatione mo
tuorũ.Ego occidam,& ego uiuere faciam.Morietur anima mea mor
iustorum. Viuet Ruben,& non morietur. Viuificabit nos in die di
rum.Alius sermo.Ego occidam,& ego uiuere faciam. Possúm ne ego
ex hoc intelligere,mortem esse in uno,& uitam in alio? Nequaquàm.
Quoniam dictum est,Ego uulnus inferam,& ego medebor. Ita mors
& uita in uno.Et non est qui de manu mea possit eruere. Patres non
saluabunt filios,Abraham non saluabit Ismael,neq; Ishac Esau. Ex hoc
habetur,quòd patres non saluabunt filios. Quod autem fratres nõ red
uabunt fratres,unde probatur? Ex eo quòd dictum est,frater non red
mit,redimet uir? Non enim Ishac saluabit Ismaelem, neq; Iacob salua
bit Esau.Et si darent pro redemptione eorum omnes mundi diuitias,
nõ sufficiunt saluare illos,nec sunt dignum animarum eorum precium.
Et hoc est quod scriptum est,Frater non redimit,redimet uir? Et non
dabit Deo precium eius. Ex prędictis igitur euidentissime patet,quòd
solus Deus saluator & redemptor Israel futurus erat, & quòd ipse sola
humanæ redemptionis precium daturus esset.

Quòd iste saluator & redemptor debebat esse Messias. Cap. II.

CAPNIO,

NVnc probandum est,saluatorem hunc & redemptorem suu
rum,non fuisse nisi Messiam. GAL. Multis in locis id mani
festum est.Primum igitur ea afferam quæ in Bereshith rabba
Mosis Hadarsan super illud Gen. 23. cap. Et introduxit eam Ishac in ta
bernaculum Sarræ matris suæ,Ad propositum nostrum scribũtur. Sic
enim ibi dicitur,Hic est rex Messias,qui fuit in generatione impiorũ.
Sicut dictum est Isaiæ 53.cap. ובחבורתו נרפא לנו Hoc est, Et in uulnere
eius medicatum est nobis.Et propter hoc Deus seruat eum,ut saluet Is
rael,& exultet cum eis in resurrectione mortuorum. Iuxta illud Deut.
33. cap. dictum, אשריך ישראל מי כמוך עם נושע ביהוה מגן עזרך Id est,
Beatus tu Israel.Quis ut tu populus saluatus in Deo,uel per Deum cly
peum saluationis tuæ? Vnde & sic dicitur,Isaiæ quadragesimoquinto,
ישראל נושע ביהוה תשועת עולמים לא תבשו ולא תכלמו עד עולמי עד
Hoc est,Israel saluatus erit in Deo uel per Deum saluatione seculorum
uel sempiterna.Non erubescetis, neq; confundemini usq; in secula per
petuitatis.Rabbi autem Ionathas filius Vzielis sic ista Chaldaicè trans
stulit atque exposuit, ישראל אתפריק במימריה דיהוה פרקן עלמיא Id est,
Israel saluabitur in uerbo Dei,uel per uerbum Dei saluatione secula
rum. Cum autem in tertio libro probatum sit,Messiam esse uerbum
Dei,

Dei,ſaluationem hanc ſeculorum ſiue ſempiternã per Meſſiam faciendam fuiſſe,conſequens eſt. Quod etiam per Rabbi Selomonem confirmatur, qui ſuper Danielem exponens uerbum illud, וצדק קדש Hoc eſt,Et iuſtificatur ſanctuarium. Sic ait,Parcetur peccatum Iſraeli, & redimetur ſaluatione æterna per regem Meſſiam. Sicut dictum eſt Iſaiæ 45.cap. Iſrael ſaluatus erit in Deo,uel per Deum ſaluatione ſeculorum. Hæc Rabbi Selomo. Quoniam igitur in traditionibus quas in ſuperiori capite ex libris plurimis apud eos authenticis adduximus, probatur per eadem ſæpedicta Iſaiæ uerba,uidelicet Iſrael ſaluabitur in Deo,uel per Deum ſaluatione ſempiterna,ſaluatorem hunc nõ eſſe niſi Deum. Et nunc in proxima hac traditione, per ipſa eadem uerba, ſaluatio hæc ſempiterna attribuitur Meſſiæ. Quod ſimiliter gloſſator Rabbi Selomo facit,& per translationem Chaldaicam hæc eadem ſaluatio uerbo Dei tribuatur. Eapropter neceſſario ſequitur,hunc ſaluatorem Deum qui humanum genus ſaluatione ſempiterna ſaluaturus erat,non eſſe niſi Meſſiam,uerbum Dei ac Dei filium. Nam ſi ſolus Deus futurus erat ſaluator ſaluatione ſeculorum uel æterna,ut in præcedenti capite per prophetarum teſtimonia,ac per ueterum traditiones probatum eſt. Nunc autem cum eiſdem teſtimonijs in eorundem traditionibus ſaluator ſaluatione ſeculorum ſiue æterna Meſſias dicatur,utiam iam oſtenſum eſt. Meſſiam proculdubio non ſolum hominem, ſed etiam Deum eſſe,apud omnes qui rationum conſequentias non ignorant,& quos diabolus culpis eorum exigentibus,non excæcauit,neceſſario conſequens eſt. Si autem aliquid maius adhuc quàm quod hic concluſum eſt contra Iudæorum noſtri temporis perfidiam uidere cupis,audi quod apud Hoſeam primo capite,ita ſcribitur, לא אוסיף עוד ארחם את בית ישראל כי נשא אשא להם ואת בית יהודה ארחם Id eſt,Non addam ultra,ut miſerear domui Iſrael. Quoniam obliuione obliuiſcar eorum,uel auferendo auferam eos. Sed domui Iuda,id eſt confeſſionis miſerebor,& ſaluabo eos in Domino Deo eorum,uel per Dominum Deum eorum. Quod Rabbi Ionathas ita Chaldaicè tradu cens,expoſuit, לא אוסיף עוד לרחמא על בית ישראל ברם אם יתובון מישבק לחון ועל רבית יהודה ארחם ואפרקינון במימרא דייהוה אלההון Hoc eſt,Non addam ultra miſereri ſuper domum Iſrael. Tamen ſi eos pœnituerit ignoſcẽs ignoſcam eis. Sed domui Iuda miſerebor,& ſaluabo eos in uerbo Domini Dei eorum. Cum igitur Targum,id eſt Chaldaica trãslatio uerbum Dei poſuerit,ubi propheta loco Dei,nomen Dei tetragrammaton quod eſt יהוה poſuit,quod idem eſt quod Dominus Deus,aperte inſinuatur uerbum Dei eſſe Deum,& conſequenter Meſſiã eſſe uerbũ Dei,ac Dñm Deũ,in quo & per quẽ ſempiterna iſta ſaluatio fieri debebat,manifeſte oſtẽditᷣ. Vnde & nõ ab re ישוע .i. Ieſus uocatus eſt,ut alibi ꝓbauimus,qdᷣ ſaluator ſiue ſaluatio interpretatur.

Quòd redemptor ad hoc quòd esset perfectus redemptor, Deus & homo esse debebat. Caput III.

CAPNIO,

EX his quæ dixisti palam patuit, humani generis redẽptorem Deum & hominem futurum fuisse. GAL. Ita prorsus, alioqui pro peccato humani generis sufficienter satisfacere non potuisset. CAP. Vellem igitur ad iuniorum Iudæorum qui hoc omnino negant, perfidiam magis confundendam, id ueterum Talmudistarum testimonijs apertius probares. GAL. Faciam equidem. Sed primum referam, quæ hac de re leguntur in cõmentarijs Rabbi Abraham Pici, quę inscribuntur de significatione apicum, qui literis libri legis superscribuntur, quos Hebræi תגין taghin uocant. Ibi enim hæc inter cætera habent, רבי שלמה עליו השלום ראיתי את כל החיים המהלכים תחת השמש עם הילד השני אשר יעמוד תחתיו ואמנם דרך האדם בו יום שנולד הוא ילד והולד וגדל עד כי גדל מאד ועל זה אמר ראיתי את כל החיים המהלכים תחת השמש עם הילד השני רוצה לומר עם השני שהבנת בעין השכל הילד השני אחר תחתיו משכל הראשון ודי בזה למשכיל ואין לגלותו אלא למבין נודעתו וזה מה שאמר פעמים שלש עם גבר וסמיך ליה להשיב נפשו מני שחת לתת לה גות אחר לאור באור החיים בהחיים בעולם הבא ועל כן אומר כי טוב חסדך מהיים Hoc est, Tradidit Selomo (sit pax super eum) dicens, Vidi cunctos uiuentes, qui proficiscuntur sub sole, cum adolescẽte secundo, qui manebit loco eius. Eccle. 4. Certum est, homini proprium esse, nasci puerum, & adolescentem, & in dies proficere, accipereq́ incrementum, donec ueniat ad perfectionem. Et hoc est quod dicit, Omnes uiuentes proficiscentes, id est proficientes sub sole, cum adolescente secundo. Estq́ huius uerbi sensus iuxta doctrinã meam, secundum quam iubeo te intellectu percipere hoc, quòd adolescens secundus est intelligentia prima, id est Deus. Nec licet hæc patefacere & reuelare, nisi ei duntaxat, qui per se ipsum hæc intelliget. Et hoc est quod habet Iob capite 33. Duabus uicibus scilicet à Deo remissio facta est. Tertiam uero fecit homo. Et mox subiũgit, Vt redimeret animas de inferno, daretq́ eis corpus aliud lucidum, ut luceret in uita. Et uita intelligitur uita ęterna. Hæc ibi. Ex quibus liquido patet, redemptorem Deum & hominem futurum fuisse. Deinde ad id clarius probandũ, quod in איכה רבתי Echa rabbethi, id est in expositione planctus Ieremiæ dicitur, adducã. Ibi enim super illud Trenorum primo capite, dictum, וילכו בלא כח לפני רודת Hoc est, Et abierunt absque fortitudine coram persequente. Sic legitur Rabbi אחא Aha, dixisse. Quemadmodum non fuit captiuatus Israel nisi per רודת מלא Rodeph male, id est persecutorem plenum. Ita non redimetur nisi per גואל מלא Goel male, id est per redemptorem plenum, seu perfectum. Sicut scriptum est apud Isaiam quinqua-

qûinquageſimonono cap. ובא לציון גואל מלא Id eſt, Et uenit in Syion redemptor plenus, uel perfectus, גואל מלא Goel male, id eſt redemptor plenus ſiue perfectus eſt ibi ſcriptum. Hæc traditio. Ex qua patet ratione diuinitatis plena & perfecta ad redimendum & ſaluandum Meſſiæ potentia. Quam Midras Sir haſſirim, id eſt expoſitio Cantici canticorum planius oſtendit. Super illud enim quod noſtra æditio primo capite, ſic habet. Botrus Cypri dilectus meus mihi in uineis Engadi. Hebraica uero ueritas ita, אשכול הכפר דודי לי בכרמי עין גדי Hoc eſt, Vir omnia parcens, uel omnia ſatisfaciens dilectus meus mihi in uineis hen gedi, id eſt fontis, uel oculi edi. Dixit Rabbi Berachias, quòd dixerit eccleſia Iſrael coram Deo ſancto & benedicto. Domine mundi in hora qua tu tribulas me, dilectus meus es tu. Tu enim fies dilectus meus mihi, & prouidens. O quem ipſum hominem, qui in me erit, & dicere poterit mẽſuræ iudicij, ſufficit. Et tu eris aſſumens, uel impignorans, uel tradens eum pro me. Et hoc eſt quod dicitur איש בל חכפר Is col haccopher, id eſt uir omnia parcens, uel ſatisfaciens. Et quid eſt uir omnia? Vir in quo omnia ſunt. Et quid eſt parcens, uel ſatisfaciens, niſi quia parcet, uel ſatisfaciet ſuper peccatis, uel pro peccatis Iſrael? Sequitur in uineis hẽ gedi, id eſt fontis uel oculi edi. Hi ſunt patres ſeculi, qui trahebantur poſt te uelut edi, & acceperunt benedictionem, quæ eſt fons & oculus ſeculi, uel fons æternus. Rabbi autem Leui in nomine Rabbi Hanina dixit, Murmur uerborũ fuit ibi. Et quis murmurauit? Abraham murmurauit dicens, Domine mundi tu percuſſiſti fœdus cum Noa. ſteti ego & theſaurizaui opera bona coram te, pluſquam ille, & excludet eius fœdus meum? Ait ei Deus ſanctus & benedictus, Gen. 15. cap. אל תירא אברם אנכי מגן לך שכרך הרבה מאד Id eſt, Ne timeas Abrahã. Ego clypeus tuus, & merces tua magna nimis. De Noa enim non ſtatui clypeos, uel protectores, neq; Principes, neque iuſtos. De te autem ego ſtatuam iuſtos, & Principes protectores. Et non ſolum hoc, ſed etiam filij tui uenient ad manum meam cum tranſgreſſionibus & operibus malis: & ego ero prouidens. O quem iſtum hominem magnum, qui erit in eis, & ualebit dicere menſuræ uel regulæ iudicij, ſatis eſt. Et ego ſuſcipiam eum, & impignorabo, uel tradam eum pro eis. Sicut dictum eſt, Cantici canticorum primo capite, Vir omnia parcens, uel ſatisfaciens, dilectus meus mihi. Et quare uir omnia parcens? Quia parcet peccata Iſraeli. Alia expoſitio. Vir omnia parcens uel ſatisfaciens. Dixit בן סירא Ben Sira, quòd iſte uir eſt Deus ſanctus & benedictus, in quo ſunt omnia. Hactenus traditio. Quod autem dilectus iſte antedictus ſit Meſſias, habetur in prædicta Midras Sir haſſirim. Vbi ſuper illud Cantici canticorum ſecundo capite, dictum, Vox dilecti mei. Ecce iſte uenit ſaliens ſuper mõtes. Ait Rabbi Elazar filius Iacob, Vox dilecti mei. Ecce iſte uenit. Hic eſt rex Meſſias, & non ſunt

montes nisi idololatria. Et hoc est quod dictum est Hoseæ 4. ca. Super capita montium mactabunt. Hæc traditio. De hoc etiam dilecto, id est ecclesiæ sponso, habetur in eadem Midras, super illud Cantici canticorum quinto capite dictum, הנו מטתו שלשלמה ובלו מיחמורים Hoc est, Palatum eius dulcedines, & totum ipsius desiderabiles res. Sic enim ibidem citur, Hic est dilectus meus, & hic est amicus, uel propinquus meus ... liæ Ierusalem. Scriptum est enim Amos 5. cap. כי אמר יהוה לבית ישראל דרשוני ויחיו Id est, Sic ait Deus domui Israel. Quærite me & uiuetis. Est'ne tibi palatū magis dulce, quàm istud, de quo dictū est Ezech. 33. חי אני נאם אדני יהוה אם אחפוץ במות הרשע כי אם בשוב רשע מדרכו וחיה Id est, Viuo ego ait Dominus Deus. Si uolo mortem impij, id est nolo mortem impij, sed ut conuertatur impius à uia sua, & uiuat. Et subdi-tur. Est'ne tibi palatum magis dulce, quàm hoc, de quo dictum est Ezechielis decimooctauo c. לא אחפוץ במות המת נאם יהוה Id est, Non enim uolo mortem mortui, ait Deus, Et iterum ibidem paulò superius, בשוב רשע מרשעתו אשר עשה ויעש משפט וצדקה הוא את נפשו יחיה Hoc est, In conuersione impij ab impietate sua, uel si conuersus fuerit impius ab impietate sua, quam fecit, & fecerit iudicium & iusticiam, ipse animam suam uiuificabit. Habés ne palatum dulcius isto? Hæc traditio. In qua attribuuntur actiones diuinæ huic dilectio, qui in antecedenti traditione Messias esse dicitur. Messias igitur ut posset esse redemptor perfectus, uel uir qui omnia peccata parceret, uel pro omnibus satisfaceret, ut dicit alia præcedens traditio, necessario Deus & homo futurus erat. Quod etiam propter meritum huius redemptoris uenturi, Deus populum Hebraicum per singulas quasq; generationes semper & ab hostibus protexerit, & à temporalibus seruitutibus redemerit, in ipsius potissimæ protectionis ac redemptionis figuram, quæ per hunc perfectum redemptorem uenturum fieri debebat. Hoc in eodem Midras Sir hassirim optime patet. Vbi super illud Cantici canticorum quarto capite dictum, אלף המגן תלוי עליו Hoc est, Mille clypei suspensi super eum. Sic dicitur, Omnia illa milia, & decem milia eorum qui steterunt coram monte Sinai, & protexi eos. Non protexi eos nisi propter meritum illius uenturi mille generationibus. Et non solum uos estis suspensi in eo, uerum etiam omnes potentiæ siue potestates, uel omnia scuta fortium. Item alius sermo, id est alia expositio. Mille clypei suspensi super eum. Dixit Rabbi Berachias. Ait Deus sanctus & benedictus, Mille generationes succedere feci, ut adducam illum clypeum, qui factus est desiderium filiorum uestrorū. Dixit Rabbi Barachi nomine Rabbi Ishac, Quod dixerit Abraham coram Deo, Domine mundi, tu mihi factus es clypeus. Nónne filijs meis etiam fies clypeus? Dixit ei Deus sanctus & benedictus, Tibi fui clypeus unus. Sicut dictum est Geneseos decimoquinto, אנכי מגן לך Id est, Ego clypeus

clypeus tuus. Filijs uero tuis ego fiã multi clypei. Et hoc eſt, quod ſcriptum eſt Cantici canticorũ quarto ca. Mille clypei ſuſpenſi ſuper eum. Et immediatè ſequitur, בל שלטי הגברים Hoc eſt, Omnes potentiæ fortium. Id eſt Sacerdotium, & leuiticũ, & regnum. Hæc traditio. Ex qua non ſolum habetur propoſitum, ſed etiam quòd Meſſias ſit clypeus ſupradictus. Ipſe enim ſemper fuit omnium iuſtorum deſiderium.

Quòd ſaluatio atque redemptio per Meſſiam facienda, ſpiritualis futura erat. *Caput* IIII.

CAPNIO,

QVanquam ex his quæ dixiſti, palam inſinuetur, ſaluationem æternam ſiue redemptionem potiſſimam, quæ per Meſſiam fieri debebat, non temporalem, neque corporalem (ut Iudæi noſtri ſeculi fabulantur) ſed ſpiritualem futuram fuiſſe. Ad conuincendam tamen magis magisq; eorum ceruicoſam perfidiam, id tibi clarius per eorum quoque ſcripturas probandum eſt. GAL. Primum contra eos illud affero quod iam Pſal. 72. qui à uetuſtis Hebræorum totus de Meſſia exponitur, hoc modo legit, יחס על רל ואביון ונפשות אביונים ויקר דמם בעיניו & inopi: uel, Miſerebitur ſuper pauperem & inopem, & animas pauperum ſaluabit. De fraude & iniquitate redimet animam eorum, & pretioſus, uel honoratus ſanguis eorum in oculis eius. Per Talmudiſtas quoq; id ipſum probatur. Et primo quidem ex eo quod aiunt, huiuſce redemptionis credulitatem neceſſariã eſſe ad ſalutem. Quod quidem nõ eſſet, ſi redemptio potiſſima temporalis foret. Præterea multorum antiquorum ſententia eſt, quòd bonorum operum merces in hoc ſeculo expectanda non ſit, ut habetur in Bereſſith rabba, id eſt in expoſitione libri Geneſis ſuper illud Deuteronomij dictũ אשר אנכי מצוך היום לעשותם Id eſt, Quæ ego mando, tibi hodie ut facias. Sic enim ibi dicitur, היום לעשותם ולא להן שכרם היום Hoc eſt, Hodie ut facias, non autem ut adhibeatur merces hodie. Vbi omnes fere Talmudiſtæ per hodie præſens intelligunt ſeculum. Vnde & alibi dicunt, שכר מצוה בהאי עלמא לית Id eſt, Merces bonorũ operum in hoc ſeculo non eſt. Cum igitur omnium conſenſu, Meſſiæ redemptio non ſit, niſi per pœnitentiam, & opera uirtutum expectanda, quorum merito ſalus redemptionis ſperatur, & nulla huius ſeculi ſalus pro merito bonorum operum ſperanda ſit. Sequitur ſane, redemptionem ſeu ſalutem quam Meſſias operaturus erat, quæ & ab eis inter fidei articulos, quos radices fidei appellant, numeratur, nõ temporalem, ſeu huius ſeculi credendam eſſe. Nam cum Meſſiæ redemptio bonorum operum merces ſit, & bonorum operũ merces temporalis nõ ſit, neceſſario conſequens eſt, Meſſiæ

Rationes Talmudiſtarum.

redemptionem nõ temporalem, sed spiritualem futuram fuisse. Quod etiã per Rabbi Ionathan confirmat, qui fere ubiq; & præsertim in Platorio cũ de saluatione seu redẽptione fit sermo, eã semper expresse spiritualẽ exponit. Illud quoq; Isa. 12. dictũ, שאבתם מים בששון ממעיני הישועה Hoc est, Haurietis aquas cum gaudio de fontibus salutis. Quod omnis Hebræorũ sententia, de Messia intelligit, ita ipse Chaldaicè interpretatur, וילפון אולפן חדש מבחירי צריקיא Id est, Et discent nouam doctrinam ab electo iustorum. Prisci etiam Talmudistæ per terram promissionis & per Ierusalem seu Syion, spiritualẽ intelligũt salutem. In libro quoq; Sanhedrin in principio c. Helec, sic dicitur, כל ישראל יש להם חלק לעולם הבא שנאמר ועמך כלם צריקים לעולם יירשו ארץ Hoc est, Omnis Israel partem habet in seculo uenturo. Sicut dictum est apud Isaiam, Et populi tui omnes iusti in æternum hæreditabũt terram. Hæc ibi. Vbi per terram mundum spiritualem intelligunt, quem seculum uẽturum nuncupant. R. insuper Moses Ægyptius in חלכות תשובה hilchoth tesuba, id est in tractatu pœnitentiæ 8. sic dicit, בימות המשיח בעתיד לבוא כל הנבואות בטלות חוץ מן הנחמות שנאמר כי קרוב ישועתי לבוא וצדקתי להגלות : חר יהוה מקום קדשו כמו שנאמר כי ברוך יהוה יעשה חסד בירושלים : חצרות יהוה נעם יהוה אהל יהוה חיבל יהוה ששר יהוה Vita æterna à prophetis differentibus similitudinibus designatur. Vt mons Dei, locus sanctitatis eius, uia sanctitatis, atria Dei, suauitas Dei, tabernaculum Dei, templũ Dei, porta Dei. Quibus conspectis, quis dubitabit, quòd Israel, id est iustorum congregatio, templiq; reædificatio, spiritalem quoq; sensum postulent? Quod de templo quod Ezechiel describit, Rabbi Selomo in cap. Helec, expresse affirmat. Quibus ex omnibus manifeste constat, saluationẽ seculorum, uel sempiternam seu redemptionem potissimũ atq; perfectam, quæ per Messiam fieri debebat, non temporalem neq; corporum (ut Iudæi nostri temporis delirantes autumant) sed spiritalem & animarum futuram fuisse. Qua Messias ipse & à peccato originali, & à cæteris peccatis, & à diabolica seruitute, quam propter primorum parentum peccatum homines incurrerant, humanum genus redempturus, atq; saluaturus erat, & ad cœlestem sempiternamq; beatitudinem, quam propter idem peccatum perdiderant, perducturus. Quod clarissime Rabbi Nehumias filius Haccanæ, uir probatissimus, cuius magna apud Hebræos est autoritas, exprimit, & fatetur, ita in principio איגרת חסודות Ighereth hassodoth, id est epistolæ secretorũ, quam filio suo Haccanę scripsit, dicens, Cum considerarem humani generis finem & perfectionẽ, cuius anima nostra auida est, beatitudinem atq; felicitatem esse. Vt ipsa fasciculo uitæ cum Domino Deo nostro colligetur. Hoc autẽ in aduentu nostri Messię consistit, sine quo haud quaquam peruenire possumus ad illam immensam & inæstimabilem perfectionem, quæ non potest comparari tinctis in die coloribus, nec lapidi sardonico preciosissimo atq; saphiro.

Conclusio.

De

De peccato originali, quo propter peccatum primorum parentum, totum humanum genus corruptum fuit. Et quid est peccatum originale secundum Hebræos, & quo nomine ipsum appellant. Cap. V.

CAPNIO,

VT igitur ad magis contundendam durissimam Iudęorum cer uicem, ipsa sempiterna saluatio, potissimaq; ac perfecta redem ptio quæ per Messiam fieri debebat, magis appareat spiritua- lis atq; animarum futura fuisse, de ipso originali peccato, propter quod totum humanum genus corruptum fuit, nunc agẽdum est. Dic igitur obsecro, quid sit peccatum originale secundum Hebræos, & quo no- mine ipsum nuncupent. GAL. Quamuis ipsum initiale peccatum proprie loquendo, sit iusticiæ initialis, siue originalis nobis debitæ, ac in primis parentibus amissæ carentia, quæ ex actuali primorum paren- tum culpa, ad posteros omnes naturali propagatione descẽdentes, qui non fuerint specialis gratiæ priuilegio præuenti emanans, ipsos ad ge- minam mortem, spiritualem scilicet & corporalem, ad cæteras q; pœ- nas, quæ huiusmodi carentiam sequuntur, obligat. Quandoq; tamen ipsum originale peccatum apud nos ab effectu, fomes peccati, scilicet concupiscentia appellatur. Quæ quidem peccati concupiscentia, quan doque lex membrorum, quandoq; lex carnis, quandoq; langor natu- rę, quandoq; tyrannus qui in mẽbris nostris est, dicitur. Est enim in no bis (ut Augustinus inquit) concupiscentia, quæ permittenda non est regnare. Sunt & eius desideria, quæ actuales sunt concupiscentiæ, quæ arma sunt diaboli, quæ ex naturæ langore ueniunt. Langor autem iste tyrannus est, qui mala desideria mouet. Si ergo uis esse tyranni uictor, inermemq; inimicum diabolum inuenire, malæ non obedias concupi- scentiæ. Hæc ex Augustini sententia in libro de Baptismo paruulo- rum. Ita quoque apud Hebræos ipsum initiale peccatum multiplici nuncupatur uocabulo. Vocant enim ipsum, originale peccatum, siue fomitem יצר הרע yeczer hara, quod idem est quod plasma, siue figmentum malum. Vnde Rabbi Moses Hadarsan super illud Geneſis octauo capite dictum, יצר לב האדם רע מנעוריו Hoc est, Figmentum cordis hominis malum ab adolescentia eius, uel à pueritia eius, uel ab excussione eius, id est ex quo à uisceribus matris suæ excussus est. Sic ait, Hoc est quod scriptum est Psal. 103. כי הוא ידע יצרנו זכור כי עפר אנחנו Id est, Quoniam ipse cognouit figmentũ nostrum, recordatus est, quo niam terra sumus. Dixit Rabbi Ioses: Triste, uel tenebrosum est fermẽ- tum, contra quod testimonium perhibet qui creauit illud, q; malum sit. Magistri autem dixerunt, Quòd tristis est planta, cõtra quam plan- tator ipsius testimonium perhibet, q; mala sit, iuxta illud Iere. 11. ca. di- ctum, ויהוה צבאות הנוטע אותך דבר עליך Hoc est, Et Deus exercituum

Peccatum originale quid sit.

Fomes siue peccati concupiscentia.

Peccatum originale quomodo ab Hebræis nuncupatur.

qui plantauit te, locutus est super te, uel de te malũ. Interrogauit autẽ Antoninus Consul רביצי הקדוש Rabbenu haccados. i. Magistrũ nostrum sanctum, dicens, Quando יצר הרע yeczer hara. i. figmentum malum hoc est fomes, siue peccatum originale datur in homine? Respondit ei, Ab hora qua formatus est. Hæc omnia Rabbi Moses ille Hadarsan. In Midras quoq; coheleth. i. in expositione Ecclesiastis sic exponitur uerba illa quarto cap. eiusdem libri dicta, מוכן וחכם ממלך .i. Melior est puer pauper & sapiens, quàm rex senex & insipiens, qui nescit cauere in posterum. Puer pauper & sapiens. i. figmentum bonũ, uel bonus affectus, uel bona ratio, uel bonus intellectus. Iã cur uocatur puer? Quia non adiungitur homini, nisi post tertium decimum annum, & suprà. Et quare uocat eum pauperem? Quia non omnes obediunt ei. Quare uero sapientem? Quia docet creaturas, & instruit eas ad uiam rectam. Sequitur, Quam rex senex & insipiẽs, hic est יצר הרע yeczer hara. i. figmentũ malum, uel peccatum originale, uel fomes. Et cur uocat eum regem? Quia omnes fere obediunt ei. Et quam ob rem appellat eum senem? Quia copulatur atq; coniungitur homini ab infantia eius, usq; ad eius senectutẽ. Quare autem uocat eum insipientem? Quia ostendit homini uiam, quam nescit. Idem quoq; habetur in Midras tehilim. i. in expositione Psalmorũ super illud Psal. 9. מזמור ליהוה בכל לבי Hoc est, Confitebor Deum in toto corde meo. Quod sic ibi exponitur. i. in figmento bono & malo, ita q̃ nõ sit in corde meo schisma. Est aũt hoc quod scriptũ est Eccles. 4. Melior est puer pauper & sapiens, cum reliquis. Puer pauper & sapiẽs. Hic est figmentũ bonũ, hoc est bona ratio, siue bonus intellectus. Et cur uocat ipsum puerũ? Quia nõ ad cõiungitur homini à 13. anno & suprà. Cur uero pauperẽ? Quia nõ omnis populus obedit ei. Sapientẽ autem quare? Quia creaturã dirigit ad bonã uiam. Sequitur, Quam rex senex & insipiens. Hic est figmentum malũ, uel fomes. Quam ob rem uocat ipsum regem? Quia cuncta membra obtemperant ei. Et quare senem? Quia cõiunctus est homini ab infantia eius usq; ad senectutẽ ipsius. In cõmentarijs etiam R. Mosis Hadarsan in Genesin super illud 21. cap. eiusdem libri dictũ, ויהי בעת ההיא ויאמר אבימלך .i. Et fuit in tempore illo, & dixit Abimaleh. Ita dicitur, Hoc est quod scriptũ est Prouer. 16. ברצות יהוה דרכי איש גם אויביו ישלים אתו Hoc est, Cum placuerint Deo uiæ uiri, etiam inimicos eius pacificabit, uel tradet cum eo. Dixit Rabbi Iehosuas. Hoc est plasma, uel figmẽtum malum. Nam secundũ mores seculi, nutritur homo cum socio duobus aut tribus annis, & ex hoc alligatur ei per amorẽ. Sed יצר הרע yeczer hara. i. figmentũ malum uel fomes crescit & nutritur cum homine usq; ad senectutem, & nihilominus si inuenerit opportunitatẽ in medio 70. annorum, uel in medio 80. præcipitabit eum. In Midras quoq; tehilim, id est in expositione Psalmorum, super illud Psal. 34. מזמור ליהוה

נפש עבדיו .i. Redimit Deus animas seruorum suorum. Ita legitur, אתה
מוצא וירא אלהים את כל אשר עשה והנה טוב מאד והנה טוב יותר מזה אמר רבי
שמואל בר נחמני אם רעב שונאך האכילהו לחם ביצר הרע הכתוב מדבר אדם
הולד עם חבירו שעה אחת נעשה אוהבו ויצר הרע הולד עם האדם וגדל עמו כל
ימיו שנאמר כי יצר לב האדם רע מנעוריו אם מצא מקום להפילו בן ב׳ בן מ׳ בן ע׳
בן פ׳ הוא מפילו יש לך שונא גדול מזה Id est, Tu inuenis Gen. primo cap.
Et uidit Deus totum quod fecerat, & ecce ualde bonum. Sed ecce lon-
ge melius isto. Redimit Deus animas seruorum suorum. Dixit R. Se-
muel filius Nachamani. Scriptum est Prouer. 25. cap. Si esurierit inimi-
cus tuus, ciba eum pane. De יצר הרע yeczer hara, id est de figmento
malo, uel fomite scriptura loquitur. Homo enim cum socio suo per u-
nam horam ambulat, & efficitur ei amicus. Sed יצר הרע yeczer hara,
id est figmentum malum natum est cum homine, & cum eo crescit cun
ctis diebus eius. Sicut scriptum est Gen. 8. cap. Figmentum cordis ho-
minis malum à pueritia eius. Et tamē si inuenerit locum ad præcipitan-
dum eum, cum est 20. uel 30. uel 40. uel 70. uel 80. annorū, præcipitabit
eum. Quis igitur inimicus est tibi maior isto? Id quoq; in Midras cohe
leth, id est in expositione Ecclesiastis optime comprobatur, super uer-
ba illa 9. cap. eiusdem libri scripta, עיר קטנה ואנשים בה מעט ובא אליה
מלך גדול וסבב אתה ובנה עליה מצודים גדולים ; ומצא בה איש מסכן חכם
ומלט הוא את העיר בחכמתו Hoc est, Ciuitas parua, & uiri in ea pauci. Et
uenit ad eam rex magnus, & circumdedit eam, & extruxit contra eam
munitiones per gyrum. Et inuentus est in ea uir pauper & sapiens, & li
berauit ipse ciuitatem per sapientiam suam. Hæc enim sic ibi exponun-
tur, Ciuitas parua hæc est corpus, uel homo, ut dicitur in Midras tehi-
lim. Et uiri in ea pauci. Hi sunt corporis humani membra. Et uenit ad
eam rex magnus, & circumdedit eam. Hic est figmentum malum, uel
fomes. Et cur uocat ipsum magnum? Quia 13. annis maior est figmēto
bono. Et extruxit contra eam munitiones magnas. Hæ sunt insidiæ &
circumuentiones. Et inuentus est in ea uir pauper. Hic est figmentum
bonum. Et cur uocat eum pauperem? Quia non inuenitur in omnibus
creaturis. Et plures ex creaturis non obediunt ei. Et liberauit ipse ciui-
tatem per sapientiam suam. Quia quicunq; obedit figmento bono, uel
intellectui, siue rationi, liberabitur. Dixit enim Dauid, quòd bene illi
erit, qui obediens ei fuerit. Et hoc est quod scriptum est Psal. 41. אשרי
משכיל אל דל ביום רעה יפלטהו יהוה Id est, Beatus qui intelligit in pau-
perem, in die mala liberabit eum Deus. Sequitur ibidem Ecclesiastis 9.
ואדם לא זכר את האיש המסכן ההוא Hoc est, Et homo nō est recordatus uiri
pauperis illius. Dixit ergo deus sanctus et benedictus, ego recordabor
eius. Sicut dictū est Ezech. 36. והסרותי את לב האבן מבשרכם .i. Et remo-
ueri faciam cor lapideum de carne uestra. In Midras insuper tehilim
super illud Psal. 78. ויזכר כי בשר המה רוח הולך ולא ישוב Hoc est, Et re-

Talmudistica expositio.

cor-

cordatus est quia caro ipsi, spiritus uadens & non reuersurus. Ita sen
ptum est, שמרין דלית מיתין חיין רוח הולך ולא ישוב אלא זה יצר הרע
שחולך עמו בשעה מיתה ואינו שב עמו בשעה שיעלו המתים Id est, Opinā
ti sunt aliqui dicentes, quòd mortui non erunt uiuentes, eo quod spiri
ptū sit, Spiritus uadens & non reuersurus. Sed hic est, יצר הרע yeczer
hara, id est figmentum malum, siue fomes, qui cum homine uadit in ho
ra mortis, & non reuertetur cum eo in hora qua mortui resurgēt. Item
in eadem Midras super illud Psal. 103. Quoniam ipse cognouit figmen
tum nostrum, sic legitur: Dixit Rabbi חייא Hiya, Veh massæ cui pa
stor eius perhibet testimonium, quòd mala sit. Quoniam figmentum
Adæ malum. Sequitur eodem in Psalmo, כי רוח עברה בו ואיננו Id est,
Quoniam spiritus pertransibit in eo, & non ipse, uel & nō erit ipse. Hic
dictum est à quibusdam, quòd mortui non erunt uiuentes. Sed hic spi
ritus est יצר הרע yeczer hara, id est fomes qui uadit cum eo. Sicut dic
tum est, Spiritus est uadens, & non reuersurus. Hic enim יצר הרע yec
zer hara, id est fomes non reuertetur ultra cum eo. Vnde sequitur, ולא
יבירנו עוד מקומו Hoc est, Et non cognoscet eum ulterius locus eius.
Hæc ibi. Ex quibus omnibus abunde patuit, quid sit peccatum origi
nale apud Hebræos, & quo nomine ipsum appellent.

Quòd omnes patres ueteris testamenti quantumcunque sancti, propter originale peccatum usque ad Messiæ aduentum, rei atque Deo culpabiles fuerunt. Caput VI.

CAPNIO,

NVnc igitur ad probandum redemptionis humanæ per Mes
siam faciendæ necessitatem, ostendendum est, omnes patres
ueteris testamenti quantumcunq; sanctos, usq; ad Messiæ ad
uentū, reos, atq; Deo culpabiles extitisse. GAL. Ex innumeris pene
locis tam sacræ scripturæ, q̄ ipsius Talmud id aperte ostendit. Quare il
lud in primis audi, quod in Midras tehilim. i. in expositione Psalmorū
hoc modo legit, super illud Psal. 15. dictū, אמרתי ליהוה אדני אתה טובתי בל
עליך Hoc est, Dixi Deo, Domini mei es tu, bonitas mea nō est super te,
חסדה איני מוחזיק לך טובה טובתי בל עליך ולמי אני מוחזיק טובה לקדושים אשר
בארץ המה שאין הקדוש ברוך הוא קורא לצדיקים קדושים עד שיותנו בארץ עד
ים מותם למד שיצר הרע מיצר באדם בעולם חזה ואינו מאמין בהם עד יום מותם
נס אמר של מה בי אדם אין צדיק בארץ לפיכך אינו נקרא קדוש עד שיתן בארץ
התלה האבות לא נקראו קדושים שניתנו בארץ שנאמר חן בקדושיו לא יאמין
התחתי האמין בהם בשעה שאמר למשה לך ואספת את זקני ישראל כמד משה
ואמר אל האל זכור לאברהם ליצחק ולישראל עבדיך אמר רבי פנחס אפילו בקשו
האבות שתתא דידהן למעלה יבולין היו ואת אל פי בן לא נקראו קדושים עד
שנתנו בארץ ובספר תורה הגולל בפניהם אמר רבי אחא בר פפא מאי קראת
בקד

משך אבירים בכחו זה יצר הרע שמשך אבירים בכחו כגון דור של אנוש ודור
המבול ודור הפלגה וסדומים ירבו עצבותם כמו שכתוב בעצבון תאכלנה ואומר
הרבה ארבה עצבונך והיה הרבה עצבונות לאומות העולם ושמא הפסידו הלמוד
לומר בל אסיר נסביהם מדם Id est, Dixit Dauid coram Deo sancto & benedicto. Domine orbis, quamuis ego essem rex, tamen constitui te regem super me. Dixit ei Deus sanctus & benedictus, Nequaquã confirmo tibi bonum. Bonitas mea non est super te. Et cuinam ego confirmo bonum? Sanctis qui in terra sunt, & mirificis, omnis uoluntas mea in eis. Deus enim sanctus & benedictus non uocat iustos sanctos, donec terræ tradantur, id est usque ad diem mortis eorum. Et quare? Quoniam יצר הרע yeczer hara, id est figmentum malum, hoc est fomes, uel concupiscentia mala formatur, uel fingitur, uel innouatur homini in seculo isto, & non est securus de ipso, usque ad diem mortis suæ. Propterea dixit Selomo Ecclesiastes octauo capite, אין צדיק בארץ אשר יעשה טוב ולא יחטא Hoc est, Non est iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Nam etiam Patriarchæ non sunt uocati sancti, donec non fuerunt terræ traditi. Idcirco dictum est Iob uigesimo quinto capite, הן בקדושיו לא יאמין Id est, Ecce in sanctis suis non confidit. Quando igitur confidit in eis? In ea hora qua dixit Mosi Exodi trigesimosecundo capite, Vade, descende ad seniores Israel. Respondit Moses, & ait, Memento Abraham, Ishac, & Israel seruorum tuorum. Dixit Rabbi Pinhas, Si quæsissent patres mundi, ut fuisset eorum habitatio sursum, obtinuissent. Non tamen propter hoc uocati sunt sancti, quousq; non sunt terræ traditi, & donec non fuerunt sudario uelatæ facies eorum. Dixit Rabbi Abba filius Papa. Quid est quod scriptum est Iob 24. cap. ומשך אסירים בכחו Hoc est, Et traxit robustos in fortitudine sua? Hoc est יצר הרע yeczer hara, id est figmentum malum, hoc est peccatum originale. Traxit enim ipsum robustos in fortitudine sua, hoc est generationem Enos, generationem diluuij, generationem diuisionis linguarum turris Babel, & Sodomorum. Sicut de eo scriptum est Gen. 3. cap. בעצבון תאכלנה Id est, In afflictione, uel in dolore, uel in labore comedes eam. Et iterum, ibidem הרבה ארבה עצבונך Hoc est, Multiplicans multiplicabo labores tuos. Multiplicasti ô tu Heua, labores patribus mundi. Sicut dictum est Psalmo decimosexto, ירבו עצבותם אחר מהרו Id est, Multiplicabuntur labores, uel grauamina eorum, alium dotauerunt uel despõsauerunt, id est, Quia Adam & Heua alium præter Deum, scilicet diabolum dotauerunt, tradẽdo ei se ipsos per consensum. Et nunquid ex hoc fortassis aliquid perdiderunt? Docet quid dicẽdũ sit, quod sequit̃, בל אסיר נסביהם מדם Hoc est, Nõ libabo libamina eorũ, uel nõ cõgregabo cõgregationes eorũ de sanguine. Hæc omnia traditio. R. etiã Abrahã אבן עזרא Auen Azra exponẽs illud Psal. 50. dictum, הן בעוון חוללתי ובחטא יחמתני אמי .i. Ecce in pecca-

Nemo dicitur sanctus nisi post mortem.

to ge-

to genitus ſum, & in culpa calefecit, uel concepit me mater mea. Sic ait. Hoc eſt, ac ſi dixerit, Ecce propter concupiſcentiã complantatam in corde Adæ, quaſi in peccato genitus ſum. Et eſt ſenſus, quòd in hora natiuitatis ipſum figmentum malum plantatum eſt in corde. Quod uero dicit, Et in culpa calefecit me mater mea, eſt modus extraneus loquẽdi, quaſi dicat calefacta eſt ex me. Et ſunt qui dicunt, quòd per hoc innuitur, Heuam nõ peperiſſe, niſi poſtquam peccauit. Sequitur eodem in Pſalmo, לב טהור ברא לי אלהים ורוח נכון חדש בקרבי Hoc eſt, Cor mundum crea mihi Deus, & ſpiritum rectum, uel ſtabilem, uel aptum innoua in medio mei. Et hoc ideo ait, quia ſe genitum cum peccato me morauerat. Et eſt ſenſus, Quod concupiſcentia complantata eum ad ad culpam perduxit, & idcirco orat Deum, ut iuuet eum cõtra figmentum malum, id eſt fomitem ſuum, ne iterum huiuſmodi peccatum admittat. Quod autem ait, Cor mundum, & ſpiritum rectum, cum cæteris, replicatio eſt eiuſdem. Hæc ille Rabbi Abraham. In commentarijs quoq; Rabbi Moſis Hadarſan in librum Geneſeos, ſic exponitur illud 4. cap. eiuſdem libri dictum, הלא אם תטיב שאת ואם לא תיטיב לפתח חטאת רבץ Id eſt, Nónne ſi bene egeris, recipies? Si autem non bene egeris, ad ianuam peccatum iacẽs erit. Hoc eſt, Nónne ſi bene egeris, recipies benedictionem. Et ſi non bene feceris, recipies maledictionem? Aliter. Nónne ſi bene egeris, recipies à me ueniam? Si autem non bene egeris, coaceruatum iacens erit ad ianuam, רבצית rouezeth, id eſt accubans, uel iacens in fœminino genere, non eſt ſcriptum, ſed רובץ rouez in maſculino. Quia in principio quidem fomes debilis eſt, ut fœmina, deinde uero fortis, ut maſculus. Dixit Rabbi Akiba יצר הרע yeczer hara, id eſt figmẽtum malum uel fomes in principio quidem eſt uelut filum bombycis, in nouiſſimo uero fit uelut funda nauis, quæ uulgo dicitur appogia. Sicut ſcriptum eſt Iſaiæ quinto capite, Veh trahentibus peccatum. Cum reliquis. Dixit Rabbi Ishac, Figmentum malum, id eſt fomes in principio quidem fit peregrinus, ſiue aduena, deinde uero uiator, demum autem Dominus. Sicut ſcriptum eſt 2. Reg. 12. cap. Et deuenit peregrinus in uirum diuitem. Dixit Rabbi Abba, Et de ipſo dicit ſcriptura, Iob 21. cap. מתקו לו רגבי נחל ואחריו כל אדם ימשך ולפניו אין מספר Hoc eſt, Dulcia fuerunt ei prata uallis, uel ripę torrentis. Et poſt ſe omnem hominem trahit, & ante ſe abſq; numero. Eſt autem hoc ſimile cuidam latroni ſolitario, qui in quodam biuio ſedens, dicebat omni tranſeunti, Da mihi quod eſt ſuper te. Cumq; tranſiret prudens quidam, & uideret ipſum neq; gladium habentem, neque in quo foret ei ſpes, cœpit conterere eum. Ita quoque quàm plurimas generationes perdidit figmentum malum, & quàm plurimos fortes ac ſtrenuos. Deiecit enim generationem Enos, generationem diluuij, & generationem diſcordiæ, Sampſonem quoque, & Dauid, ac Selomonem. Cum autem

autem uenerit Messias filius Dauid, incipiet cõterere ipsum. Sicut scriptum est Psal. 88. ורהותי מפניו צריו ומשנאיו אגוף ואמונתי וחסדי עמו ובשמי הרום קרנו Id est, Et conteram à facie ipsius inimicos eius, & odientes eum percutiam, uel allidam. Et fides mea, & misericordia mea cum ipso, & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Et ponam in mari manum eius. Et reliqua. Postea subditur, Si uero dixeris, quòd non est sub arbitrio tuo, docet quid sit dicendum Isaias, cum 26. cap. ait, Quia in te confidit. Et iam scriptum est Gen. 4. ואליך תשוקתו ואתה תמשל בו Hoc est, Et ad te concupiscentia eius, & tu dominaberis illius. Glossa R. Selomonis hic ita ait, Et ad te concupiscentia eius, peccati scilicet quod est figmentum malum iugiter concupiscens, & affectans, ut te ruere faciat. Et tu dominaberis illius, hoc est, si uolueris, prævalebis aduersus eum. Hæc R. Selomo. Quatuor notanda sunt in traditione ista. Quorũ primum quidem est, quòd fomes in principio est imbecillis, & uelut filum bombycis, postea fortis, & uelut funda nauis. Secundum uero est, quòd Messias de quo parabolice dicit, quòd tanquam uir prudens cœpit in biuio latronem conterere, primus fuit qui figmentum malum contriturus erat. Tertium autem est, quòd figmentum malum siue fomes multos perdidit fortes. Quartum denique est, quòd libero arbitrio subiacet. Ita etiam legitur apud Isaiam 43. cap. אביך הראשון חטא ומיליציך פשעו בי וגו׳ Id est, Pater tuus primus peccauit, & loquaces, uel uerbosi, uel interpretes tui peccauerunt in me. Et excommunicaui, uel excluſi, uel repuli Principes sanctuarij uel sanctitatis. Et dedi in anathema, uel in prohibitionem Iacob, & Israel ad impropria, uel opprobria. Vbi glossa Rabbi Selomonis ita dicit, Et interpretes tui culpabiles fuerunt in me. Hoc est, Non est quisquam in loquacibus, uel interpretibus tuis, quorum meritis tu inniteris, in quo nõ inuenerim culpam. Abraham quippe dixit, In quo cognoscã, quòd possidebo eam. Gen. 15. Ishac uero dilexit Esau inimicum meum. Et sic de reliquis. Hæc R. Selomo. Sunt & qui aliter exponunt hæc Isaiæ uerba, dicentes, Pater tuus primus peccauit. Hic est Adam primus. Et uerbosi uel loquaces tui. Hi sunt ipsi ambo, Adam scilicet & Heua, propter id quod dictum est Gen. 3. c. Et dixit Adam, Mulier quam dedisti mecum, ipsa dedit mihi de ligno, & comedi. Ita quoq; ibidem scriptũ est, Et dixit mulier, Serpens seduxit me, & comedi. Sequitur, Culpabiles fuerunt in me. Hoc est, quod dictum est Gen. 3. Et accepit ipsa de fructu eius, deditq; ipsa uiro suo secum, & comedit. Sequitur, Et excommunicaui, uel excluſi, glossa R. Selomonis, propter peccata scilicet uestra. Principes sanctuarij, uel sanctitatis, hoc est, patres. Et dedi in anathema uel prohibitionem Iacob, Hi sunt prophetæ. Et Israel ad impropria uel opprobria, Hi sunt omnes iusti. Ad prædictorum etiam confirmationem, multum facit quod in Midras Sir hasirim, id est in expo-

sitione Cantici canticorum legitur, super illud, Trahe me, post te curr
mus. Ibi enim sic ad uerbum dicitur. Dixit Rabbi Meir, In hora qua lo
tit Israel super mõtem Sinai, ut reciperet legem, dixit eis Deus sanctus
& benedictus, Nõ dabo uobis legem, nisi dederitis mihi fideiussores
quòd seruabitis eam. Et tunc dabo uobis. Dixerunt coram eo, Domi
ne mundi patres nostri fideiubebunt pro nobis. Ait Deus sanctus &
benedictus, Patres uestri tales sunt, quòd ipsi fideiussoribus egent. A
braham enim reus est mihi, quia dixit Gen. 15. c. Domine Deus in quo
sciam quòd possidebo eam. Ishac etiam reus est mihi, quia dilexit Esau
inimicum meum. Sicut dictum est Malachiæ 1. cap. Et Esau odi, Iacob
quoq; reus est mihi, quoniam dixit Isaiæ 40. c. Abscondita est uia mea
à Domino. Dixerunt ergo in conspectu eius. Ecce prophetæ nostri fi
deiubebunt pro nobis. Ait illis Deus sanctus & benedictus. Etiam ipsi
culpabiles sunt mihi. Sicut dictum est Iere. 2. cap. Et pastores culpabi
les, uel rei fuerunt in me. Et rursus Ezech. 13. ca. Sicut uulpes in deser
prophetæ tui Israel fuerunt. Dixerunt ei, Ecce filij nostri fideiubebunt
pro nobis. Tunc ait illis Deus, Super manum eorum dabo uobis eam.
Et hoc est quod scriptum est Psal. 8. מפי עוללים ויונקים יסדת עוז Hoc
est, Ex ore infantium & lactantium fundasti fortitudinem. In Midras
quoq; אלה חרבורים Elle hadeuarim, id est in expositione libri Deuter.
super illud, Et iratus fuit Dominus in me, propter uos, & non audiuit
me. Sed dixit Dominus ad me. Multum est tibi, uel sufficit tibi. Non
addas loqui ad me ulterius in uerbo isto. Ita legitur, Hoc est quod scri
ptum est Iob 20. c. אם יעלה לשמים שיאו וראשו לעב יגיע בגללו לנצח יאבד
Id est, Si ascenderit ad cœlos excellentia eius, & caput eius ad nubem
accesserit, uel tetigerit, uelut stercus in finem perdetur. Non dixit Iob
scripturam istam nisi respectu diei mortis. Licet nãq; homo ad cœlum
ascenderit, fecerit q; sibi alas. Cum tamen finis eius ad mortem propin
quauerit, frangentur eius alæ, ipse q; cum angelo mortis ruens erit. Et
sic est Dauid, dicens Psal. 146. תצא רוחו ישוב לאדמתו Hoc est, Exibit
spiritus eius, reuersurus in humum suam. Si ascenderit ad cœlos excel
lentia eius. Hic est Moses, qui ascendit, & contriuerunt pedes eius cali
ginem, fuit q; tanquam unus ex angelis ministerij, & locutus est cum
Deo facie ad faciem, accepit q; legem de manu ipsius. Et tamen cum ap
propinquaret finis eius, dixit ei, Ecce appropinquauerunt dies tui ad
mortem. Ille autem ait coram eo, Domine mundi frustra ergo cõtriue
runt pedes mei caliginem? frustra cucurri corã filijs tuis uelut equus?
Ex quo finis meus erit uermis & tinea? Respondit ei, Iam decreui mor
tem contra Adam primum, & cæteros omnes. Hæc omnia ibi. Vbi no
tandum est, quòd mors dicitur angelus mortis, ut habetur in Midras
Deut. cum sic dicitur, Et hæc est benedictio, qua benedixit Moses fi
Dei filios Israel coram morte sua. Fuit enim benedicens Israel coram
angelo

angelo mortis. Et ideo dictū est coram morte sua. Isaias etiam se ipsum cæterosq; omnes usq; ad Messiæ aduentum reos, & iræ Dei filios, propter peccata fuisse ostendit, cum cap. 64. ita inquit, הן אתה קצפת ונחטא בהם עולם ונושע ונהי בטמא כלנו וכבגד עדים כל צדקתינו ונבל כעלה כלנו ועונינו כרוח ישאונו : ואין קרא בשמך מתעורר להחזיק בך כי הסתרת פניך ממנו ותמוגנו ביד עונינו Id est, Ecce tu iratus es, & nos peccauimus in ipsis holam, id est semper, & saluabimur. Fuimusq; ut immundus omnes nos, & sicut pannus uulnerum, uel menstruorum, uel prædarū omnes iustitiæ nostræ. Et cecidimus ut folium, & peccata nostra quasi uentus tollunt nos. Et non est qui inuocet in nomine tuo, se leuans uel consurgens ad retinendum te. Abscondisti faciem tuam à nobis, & laxasti, uel tabescere, uel fluctuare permisisti nos in manu peccatorū nostrorū. Vbi glossa R. Selomonis sic ait, Et non est qui inuocet in nomine tuo se leuans, id est prævalens super figmētum malum, uel fomitem suum. Hæc igitur uerba possunt non incongrue hoc modo exponi. Ecce tu, Deus scilicet ait propheta in persona totius generis humani. Iratus es, primis scilicet parentibus, nec solum eis, uerum etiam omnibus nobis eorum filijs. Et quoniam nos peccauimus in ipsis, primis scilicet parentibus, non solum ut in exemplo, sed etiam quantum ad materiam, עולם holam, id est semper, uel à seculo, id est à mundi initio, cum Adam peccauit. Ideo omnes nascimur peccatores, sicut mortales, & iræ Dei filij, excepto Messia, & eius matre. Vnde & bene ait hoc loco propheta, Et omnes peccauimus in ipsis עולם holam. i. semper. Omnes enim (ut inquit Paulus) in Adam peccauerunt, & egent gratia Dei, ut scilicet saluentur. Quam ob rem propheta subiungit, Et saluabimur. Ac si diceret, Quamuis hoc ita sit, saluabimur tamen passionis Messiæ merito. Sicut alibi idem propheta expressius insinuat 53. cap. ita dicens, כלנו כצאן תעינו איש לדרכו פנינו ויהוה הפגיע בו את עון כלנו Id est, Omnes nos ut oues errauimus, unusquisq; in uiam suam faciē uertit, & Deus obuiare, uel occurrere fecit in eo peccatum omnium nostrū. Vbi abunde de nostra omnium curatione per Messiæ passionem futura locutus est, ut latius in 8. libro patebit. Sequitur, Et non est qui inuocet in nomine tuo se leuans. Hoc est, Nemo de inuocātibus nomen tuum est sufficiens, se eleuare, uel per se surgere, uel iuxta R. Selomonis expositionem, qui satis sit ad prævalendum contra fomitem suum, id est contra originalis peccati culpam. Ad retinēdum te, ne scilicet mittas ad infernum totum humanum genus. Hoc est autem quod dicitur Psalmo 143. ויאל תבא במשפט את עבדך כי לא יצדק לפניך כל חי : כי רדף אויב נפשי דכא לארץ חיתי הושיבני כמתי עולם ותתעטף עלי רוחי .i. Et non uenias, uel non intres in iudicium cum seruo tuo. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Quoniam persecutus est inimicus animam meam, prostrauit ad terrā uitam meam, collocauit uel morari fecit me

Catholica expositio.

in tenebris, ſicut mortuos ſeculi. Et cõpaſſus eſt, uel anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus. Vbi gloſſa R. Selomonis dicit, quòd in perſona totius Iſrael dixit Dauid Pſalmũ hunc. Sequit deinde in Iſaia, Fuimus ut immundus, qui ſecundum legem de caſtris excludebatur, omnes nos nemine excepto uſq; ad redemptoris aduentum. Et ſicut pannus uulnerum uel menſtruorum quo nihil immundius, uel ſicut pannus prædarum, ſiue rapinarum quo nihil de domo iuſti repellibilius, omnes iuſtitiæ noſtræ tam legales quàm aliæ, ad diuinæ iuſticiæ comparationem. Omnis nanq; humana iuſticia diuinę iuſticiæ comparata, iniuſticia eſt, & ſordet in iudicis iuſti conſpectu, quicquid boni in operãtis oculis fulget. Et hoc eſt quod pauloante pſalmographus dixit, Quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. Sequitur, Et cecidimus, in paradiſo ſcilicet, cum materialiter in Adam eſſemus, Vt folium. Quid enim aliud eſt homo niſi folium, quod in paradiſo ab arbore uitæ cecidit, quodq; tẽtationum uento rapitur, ac deſideriorum flatibus leuatur? Et peccata noſtra originale ſcilicet & actuale quaſi uentus tollunt nos. Et in hoc mundo ſcilicet per uarias affectiones, & poſtmodum ad inferos per differentes euentuum conditiones. Nam impij quidem ob ſua facinora tollebantur, ut nunc etiã tolluntur, ad æterna ſupplicia. Iuſti autem ob originale peccatũ ad limbum patrum, qui ſinus Abrahæ, dicebatur, & propter diuinæ uiſionis carentiam tenebroſus erat. Quare recte ſubijcitur, Abſcondiſti enim faciem tuam à nobis, in limbo ſcilicet exiſtentibus. Et laxaſti, uel etiam tabeſcere, uel fluctuare nos permiſiſti. Quia iuxta illud Prouerb. 13. תוחלת ממשכת מחלה לב Hoc eſt, Spes prolongata affligit cor. In manu peccatorum noſtrorũ, id eſt in manu inferni, meritis peccatorum noſtrorum originalis uidelicet & actualium. Quouſq; miſericordię tempus aduenìat, in quo nos redimemur de manu hac peſſima, iuxta diuinum illud apud Hoſeam prophetam 13. cap. dictum, מיד שאול אפדם ממות אגאלם Id eſt, Demanu inferni redimam eos, de morte liberabo illos. Quãdo autem hoc futurum eſſet, pſalmographus patefecit 48. Pſal. dicens, אך אלהים יפדה נפשי מיד שאול Hoc eſt, Vere uel ueruntamen Deus redimet animam meam de manu inferni, quia ſuſcipiet, uel aſſumet me perpetuo. Quaſi dicere uoluiſſet, ideo liberabit animã meam de inferni poteſtate, quia ex me carnem nunquam ſibi dimittendam, aſſumpturus eſt. Praterea in מסכת קדושין Maſſecheth kiduſin, id eſt in libro ſanctificationum, in cap. quod incipit, האשה נקנית Haiſſa nekneth, id eſt uxor emitur, ſic legitur, Dictum eſt Eccleſiaſtis 9. ca. חוטא אחד יאבד טובה הרבה Peccans unum, uel perpetrãs peccatum unum, perdit bonitatem multam. Hoc eſt, Propter peccatum unius, qui peccauit, perdita eſt ab eo, & ab uniuerſo mundo multa bonitas. Gloſſa R. Selomonis: Iſte inquit fuit primus Adam. Hinc ergo manifeſte patet, quòd propter Adę peccatum,

catum,nõ ſolum ipſe priuatus eſt multa bonitate,uerum totum quoq; genus humanum. Nam perditione bonitatis iuſtitiæ originalis,quam ipſe pro ſe ſuisq; poſteris acceperat,ſibi ac filijs ſuis mortẽ infernumq; lucratus eſt. Quandoquidem originale peccatum (ut diximus) nihil aliud eſt,quàm ipſius originalis iuſtitiæ carentia. Quod autẽ non propter originale peccatum tantum,ſed propter actuale quoq; omnes homines peccatores fuerint, non modò ex antè dictis liquidò apparet, ſed ex Selomonis etiam ſententia, ita Eccleſiaſtis ſeptimo capite, dicentis, כי אדם אין צדיק בארץ אשר יעשה טוב ולא יחטא Hoc eſt, Quoniam non eſt homo iuſtus in terra, qui faciat bonum,& non peccet. Quod alibi etiã affirmat dum 2. Parali. 6. ait, כי אין אדם אשר לא יחטא Id eſt, Non eſt homo, qui non peccet. Ex hoc tamen ut alibi probabit, mater Meſſiæ excluditur, quæ ſpiritus ſancti gratia qua plena fuit, preueniente, ab omni peccato præſeruata eſt. Ex præmiſſis igitur late patuit, omnes patres ueteris teſtamenti quantumcunq; ſanctos, propter originale peccatum, uſq; ad Meſſiæ aduentum reos atque Deo culpabiles fuiſſe.

Quòd propter peccatum originale, ante Meſſiæ aduentum omnes homines ad infernum deſcendebant. Et quibus nominibus apud Hebræos infernus nuncupatur. Cap. VII.

CAPNIO,

COnſequenter ex eorum quoq; ſcripturis nunc probari opus eſt, omnes homines uſq; ad Meſſiæ mortem propter originale peccatum ad infernum deſcendiſſe. GAL. Ad hoc itaque probandũ, primum quod in Midras tehilim, id eſt in expoſitione Pſalmorum ſuper illud Pſalmi, Cantabo domino in uita mea, ſcribitur, adducam. Ibi enim & Rabbi Yinnai, & Rabbi Iudę ſententię hac de re pronuntur. Quorum unus quidẽ dixit, ſi homo poneret ſe ipſum ſub cardine portæ, ut liberaretur à morte, non liberaretur. Alter uero ait, Si poneret homo linguã ſuam ſub cardine portæ, ut per hoc poſſet שאול ſeol, id eſt infernum euadere, non euaderet. CAP. Quoniam uideo te ſub hoc nomine שאול ſeol, multa de huiuſmodi materia dicturum, nec me fugit, Iudæos noſtri temporis tanta contradicendi nobis ac ueritati malignitate ferri, ut ueras ſingulorum fere uerborum ſignificatiõnes negare non uereantur. Eapropter cum hæc dictio שאול ſeol, ęquiuoca ſit, ſignificat enim infernum & foueam, ſiue ſepulchrum. Idcirco nequa eis negandæ ueritatis detur facultas, oſtende in primis obſecro per eorum ſcripturas, nomine שאול ſeol, infernum ſignificari. GAL. Infernus apud eos (ut te minime latet) multis appellatur nominibus. De quibus unum eſt שאול ſeol, ut patet in libro, ערובין Erubin, in c. עשין פסין Oſin paſſin. Vbi ſic ad uerbum legitur. Dixit R. Iehoſuas ſi-

Nomina inferni.

lius Leui. Septem sunt nomina gehennæ. Et hæc sunt, שאול Seol, id est infernus אבדון Auadon, id est perditio, בור שחת Bor sahath, id est puteus, uel lacus corruptionis, בור שאון Bor seon, id est puteus tumultus, uel mugitus, טיט היון Tit hayauen, id est lutum fecis, צלמות zalmaueth, id est umbra mortis, & ארץ תחתית erez tachtith, id est contritionis, uel pauoris, uel terra inferior. Et שאול seol, quidem infernus dicitur, sicut dictum est Psal. 15. כי לא תעזב נפשי לשאול Hoc est, Quia non derelinques animam meam ad infernum, אבדון Auaddon uero, id est perditio, sicut scriptū est Psal. 88. היסופר בקבר חסדך אמונתך באבדון Id est, Nunquid narrabitur in sepulchro misericordia tua, & fides tua in perditione? בור שחת Bor sahath autem, id est puteus uel lacus corruptionis, sicut scriptum est Psal. 55. ואתה אלהים תורידם לבאר שחת Hoc est, Et tu Deus descendere eos facies in puteū, uel lacum corruptionis, בור שאון Bor seon quoq; i. puteus tumultus uel mugitus, & טיט היון Tit hayauen, id est lutum fecis, sicut scriptum est Psal. 40. וישלני מבור שאון מטיט יון Id est, Et ascendere me fecit de puteo tumultus, & de luto fecis, צלמות zalmaueth etiam, id est umbra mortis, sicut scriptum est Psal. 106. ישבי חשך וצלמות Hoc est, Sedentes uel morantes in tenebris & umbra mortis. Hæc omnia ibi. Dicitur præterea apud eos infernus proprio nomine גיהנם gehinnā, id est uallis profunda. Item quòd שאול seol sit infernus, & quòd omnes homines in infernum descenderint, & quòd nemo eorum pro redemptionis precio satisfacere potuerit, habetur in Midras tehilim, id est in expositione Psalmorum super illud Psal. 48. גם בני ארם גם בני איש יחד עשיר ואביון Hoc est, Etiā filij Adam, etiam filij uiri, simul uel pariter diues & pauper. Vbi sic dicitur, Filij Adam. Hic Adam est Adam primus. Licet alij dicant, hunc esse Abraham, qui uocatus est Iehosuæ 14. cap. Adam magnus in gigantibus. Sequitur, Etiam filij uiri. Hi sunt filij Noæ, qui uir iustus appellatus est. Sunt autem qui aiunt, hos esse 70. gentes, quæ omnes descendunt in gehennam. Sequitur, Simul uel pariter diues & pauper. Diues scilicet in lege, & pauper in lege, omnes descendunt in gehēnam, etiam si fuerint capita, uel Principes, id est Sanhedrin, hoc est Iudices ordinarij, quos Moses ordinauit. Sequitur infrà המבטחים על חילם וברוב עשרם יתהללו Id est, Qui confidunt super fortitudine sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Quid poterunt facere? Diuitiæ quippe eorum non remanebunt eis. Sicut dictū est Sepho. 1. c. גם כספם גם זהבם לא יוכל להצילם Hoc est, Etiam argentū eorum, etiam aurum eorum non ualebit liberare eos. Non dicat homo, pater meus diues fuit, in meritorum scilicet multitudine, & ideo per meritum eius liberabor. Frater meus fuit iustus, idcirco per ipsum liberatus ero. Non enim Abraham liberabit Ismael filium suū, neq; Ishac Esau fratrē suum. Et hoc est quod dicit, אח לא פרה יפרה איש .i. Frater nō redimit, redimet uir, uel aliquis

Glossa

Glossa R. Selomonis, Frater inquit nõ poterit redimere fratrẽ. Et quid est etiam dictu אח ach. i. frater, uel heu, nisi cꝫ iusti dicãt de illa die. Heu grauis est? Cur etiam dictũ est, לא יתן לאלהים כפרו Hoc est, Et non dabit deo satisfactionẽ, uel propitiationẽ eius? Propter hoc quod sequit, וריקר פדיון נפשם .i. Et preciosa est redemptio animarũ ipsorum. Et quid quoꝫ est, וחדל לעולם Hoc est, Et prohibitus in æternum? nisi quia qui in illa die prohibitus est, in æternum prohibitus erit. Sequit, ויחי עוד לנצח לא יראה השחת .i. Et uiuet adhuc, uel ultra, in æternum non uidebit corruptionem. Et quò uadunt? Dixerunt filij Koræ, Ad infernũ. Sicut dictum est, כצאן לשאול שתו Hoc est, Sicut oues ad infernũ positi sunt. Glossa R. Selomonis. Sicut oues (inquit) ad ouile congregant, ita ipsi el seol .i. ad infernum profundati sunt. Sequitur, ימות ירעם .i. Mors depascet eos. Glossa R. Selomonis. i. angelus mortis deuorabit eos. Nec mireris de huiusmodi locutione. Simile nanꝫ alio in loco inuenimus, illud uidelicet Iob 18. ca. dictum, יאבל בדיו בבור מות Hoc est, Comedet propagatiões, uel ramos eius, maior uel primogenita mors. Et quid est quod dicit, וירדו בם ישרים לבקר Id est, Et descẽdent in eos recti mane? docet, quòd iusti quolibet mane uisitant eos, dicentes filijs Koræ. Quid faciunt iusti? in illa hora dicunt eis illud Psalmi 46. אלהים לנו מחסה ועוז עזרה בצרות נמצא מאד Hoc est, Deus nobis refugium, & fortitudo, adiutorium in tribulationibus inuentus est ualde. Dicunt etiam illud Nahum primo טוב יחוה למעוז ביום צרה Id est, Bonus est Deus ad confortandum, uel ad adiuuandum in die tribulationis. Et quid est in die tribulationis, nisi quòd in qualibet tribulatione, quæ ad nos appropinquat, inuenitur nobis? Sicut ipse dicit Psalmo nonagesimo primo, Inuocabit me, & exaudiam eum, cum ipso ero ego in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo, uel honorabo eum. Hæc omnia Midras, id est, expositio supradicta exceptis Rabbi Selomonis glossis. In Midras etiam coheleth, id est, in expositione Ecclesiastis sic exponitur illud primi capitis, dictum, כל הנחלים הלכים אלהים ותים איננו מלא Hoc est, Omnia flumina uadunt in mare, & mare non est plenum, id est omnes mortui non intrant, nisi in שאול seol, id est, in infernum, & infernus nunquam impletur. Sicut dictum est Prouer. 27. שאול ואבדון לא תשבענה Seol & auadon, id est infernus & perditio non satiantur. De hoc etiam in commentarijs super Gene. Rabbi Mosis Hadarsan super illud 1. ca. dictum, ומלאו את המים בימים Hoc est, Replete aquas in maribus. Ita habetur, Non sunt maria hic significantia nisi gehennam. Nam sicut mare hoc profundum est, iuxta illud Geneseos primo capite dictum, Et congregationem aquarum appellauit maria. Ita gehenna appellatur profunda. Sicut dictũ est Prou. 9. cap. בעמקי שאול מראיה Id est, In profundis seol, hoc est inferni inuitatis eius. De hac insuper materia ita pulchrè psalmographus loquitur,

Psal.88. כי שבעה ברעות נפשי וחיי לשאול הגיעו נחשבתי עם יורדי בור היית כגבר אין אול במתים חפשי כמו חללים שכבי קבר אשר לא זברתם עוד Hoc est, Quoniam saturata est malis anima mea, & uitæ meæ ad infernū ac cesserunt. Reputatus sum cum descendentibus in puteum, fui sicut uir non sortis, in mortuis liber. Tanquam interfecti dormientes in sepulchro, quorū non es recordatus adhuc. Vt scilicet resurgant. Item Psal. 89. ita inquit, מי גבר יחיה ולא יראה מות ימלט נפשו מיד שאול סלה Id est, Quis uir uiuet, & non uidebit, uel non timebit mortē? eruat animā suā de manu inferni iugiter uel perpetuo. De hoc etiā Iob, ita ca. 10. ait, מי יתן בשאול תצפינני תסתירני עד שוב אפך חשית לי חק ותזברנו Hoc est, Quis dabit in inferno ut occultes me, & cooperias me, usq; ad auersionem iræ tuæ, & ponas mihi terminum, & recorderis mei? Dauid præterea in persona sanctorum patrum, qui peccatū actuale propter quod irent in infernum nequaquam admiserant, uel si forte admiserant tamen satisfecerant, sic Psal. 44. dicit, לא נסוג אחור לבנו ותט אשורנו מנו ארחך כי רכיתנו במקום תנים ותכס עלינו בצלמות Id est, Non est conuersum retro cor nostrum, nec declinauit gressus noster à semita tua. Quoniam contriuisti, uel deiecisti, uel humiliasti nos in loco draconum, & coperuisti nos in umbra, uel cum umbra mortis. Ex præmissis clarum est, omnes propter originale peccatum usque ad Messię aduentum, ad infernum descendisse.

Quòd Patriarchæ quoq; ac prophetæ cæteriq; sancti ueteris testamenti usq; ad Messiæ mortem omnes ad infernum descenderunt. Cap. VIII.

CAPNIO,

VT magis igitur constet neminem ab hoc diuino decreto exceptum fuisse, Patriarchas quoque, ac prophetas, cæterosq; sanctos ueteris testamenti usque ad Messiæ mortem omnes ad infernum descendisse, hic probare haud ineptum esset. GAL. Id igitur primo de Patriarchis uerum fuisse ostendam. Et de Abraham quidem inde colligitur, ubi Gen. 15. ita ei à Deo dictum est ואתה תבוא אל אבתיך בשלום תקבר בשיבה טובה Hoc est, Et Tu ibis, uel intrabis ad patres tuos in pace, sepelieris in senectute bona. Vbi ait Rabbi Nahmon, Ibis ad patres tuos, qui idololatræ fuerunt, sicut dictum est Iehosuæ 24. capite, Ita dixit Dominus Deus Israeli, Trans fluuium habitauerunt patres uestri à seculo. Taras enim pater Abrahæ, & pater Nachor, coluerunt Deos alienos. Si igitur Abrahę dictum fuit, Ibis ad patres tuos. Patres autem ipsius cum idololatræ fuerint, quòd in infernо essent, dubium non est. Quare Abraham ipsum ad infernum descensurum fuisse, certum est. Verumtamē cum Abraham fidelissimus esset. De

Dei cultor, ac iustus, nec igne inferni, nec à dæmonibus infestandus erat. Ideo dictus est ad patres suos in pace iturus. De Iacob uero ex eo habetur, quod Gen. 37. ita scribitur, ויקומו כל בניו וכל בנתיו לנחמו ויאמן להתנחם ויאמר כי ארד אל בני אבל שאולה ויבך אתו אביו Id est, Et surrexerunt omnes filij eius, & omnes filiæ eius ad consolandū eum. Renuitq; consolari, & ait, Quia descendam ad filium meum lugens in infernum. Et fleuit eum pater eius. Glossa R. Selomonis, In infernū inquit, id est in sepulchrum iuxta literæ quidem superficiem, sed iuxta Midras, hoc est secundum glossam, id est in gehennam. In Beressith autem rabba, id est in expositione libri Geneseos, super hunc locum, sic dicitur, Omnes filiæ eius cur dictum est, cum unam tantum haberet filiam, scilicet Dinam? Quia non est prohibitum homini uocare generum filium suum, & nurum filiā suam. Sequitur, Et fleuit eum pater eius, id est Ishac cum eo flebat. Cum autem egressus esset ab eo, lauabat se & ungebat, & comedebat ac bibebat. Et quare nō reuelabat ei (scilicet Ishac ipsi Iacob) quòd Ioseph uiueret, qui hoc spiritu prophetico sciebat? Quia dicebat Ishac, Deus non reuelauit ei, & ego reuelabo? Hæc ibi. CAP. Iudæi nostri seculi nequitiam peruertendæ scripturæ deponere nescientes, aiunt hoc in loco שאול seol, nō infernum, sed foueam uel sepulchrum significare. GAL. Falsum eos asserere, ratio latere nō sinit. Iacob enim filij sui corpus non opinabatur sepultum fuisse, sed à fera pessima deuoratum. Vnde dixit Gen. 38. חיה רעה אכלתהו טרף יוסף Id est, Fera mala comedit ipsum, direptione direptus est Ioseph. Ex quo proculdubio liquet, ipsum nec de se nec de filio quantum ad corpus, sed quātum ad animam fuisse locutum, neq; etiam de tumulo, sed de inferno, quo animam filij sui iam præcessisse credebat, ea uerba protulit. Quod R. Selomo animaduertens, non hanc arripuit falsitatem, sed aliam, dicēs, Quod cum dicitur אל בני el beni, id est ad filium meum, ibi dictio hæc אל el non ad, uel uersus, sed propter significet. Vnde hunc esse sensum ait, Descendam propter filium meum, lugens in sepulchrum. Cuius falsitatem, cæterorumq; ipsum sequentium, Rabbi Ankelos Chaldaicus interpres, euidenter ostēdit, qui has dictiones Hebraicas אל בני el beni, id est ad filium meum, ita Chaldaicè transtulit, לות ברי Leuath beri, id est apud filium meum. Ex quo aperte patet, quòd אל el, hoc loco non propter, sed ad, uel rursus, uel apud significat. Et sic ubicunque in pentateucho ponitur, apud Hebræos hæc dictio אל el, ipse eam Chaldaicè לות Leuath, quod idem est quod apud, uel ad, uel uersus, interpretatus est. Nam illud quod in libro Gen. ita Hebraicè scribit, Et iuit Esau אל ישמעאל el Ismael, id est ad Ismael, ipse Chaldaicè sic traduxit, לות ישמעאל Leuath Ismael, id est apud uel uersus, uel ad Ismael. Illud etiam quod Gen. 18. sic Hebraicè dicit, ואל הבקר רץ אברהם Veel habakarraz Abrahā, id est & ad boues cucurrit Abraham. Ita ille Chaldaicè transtulit,

Iudæorum iuniorū obiectio.

Confutatio.

R. Selomonis falsa expositio.

tranſtulit, ולות תוריא רחט אברהם Vluath tore cahat.i.uerſus,uel ap
uel ad boues cucurrit Abrahã.Si igitur in præmiſſis uerbis Iacob,
dictio אל el,propter ſignificaret,ibi pro ea nõ לות Leuath,quod ap
uel ad,uel uerſus ſignificat,ſed בריל Bedil interpres poſuiſſet.Prop
enim בריל Bedil Chaldaicè,idem eſt quod propter Latine. Nam ill
quoq; Domini uerbum de Sodomitis ad Abrahã Gen.18.dictũ, No
delebo propter decem,ita in Chaldaicũ uertit,Non delebo עשרה
Bedil haſra.i. propter decem.Et ſic etiam de alijs q̃plurimis locis.Qu
cum ita ſint,palam profecto liquet,q; ſciebat Iacob animam ſuam in
ſernum ituram.Quod per cõſequens nec de aliorum omnium anim
dubitabat,cum ipſe ſanctus eſſet atq; propheta.Quare & credebat an
mam filij ſui quãuis iuſtiſſimi,ob originalis tamẽ noxæ cõtagium,illo
fuiſſe profectam.Quod cæteri etiam Patriarchæ,omnesq; prophet
uſq; ad Meſſiæ paſſionem,ad infernũ deſcenderint,non ſolũ ex prae
dentibus,ſed etiã ex Talmud euidentius patet.Nam in libro qui
Haghiga.i.hiſtoria dicit in c.quod incipit חבל חייבין Haccol hayeuin.i.
omnes tenent.Ita legit,R.Elazar cũ appropinquaret ad ſcripturã han
1.Reg.28.ſcriptã, ויאמר שמואל אל שאול למה הרגזתני להעלות אותי .i.Fa
dixit Semuel ad Saul,Quare terruiſti me,uel tremere me feciſti,faciem
do me aſcendere? Dicebat,Ex quo Semuel iuſtus de iudicio timebo
quanto magis nos?Et quid eſt quod ſcriptũ eſt ibidẽ? Et dixit mulier
ad Saul אלהים Elohim.i.Deos,uel iudices,uidi aſcendentes de terra.
Quoniam duo erãt,quorum unus erat Semuel,alter Moſes. Iuit enim
Semuel & adduxit Moſem ſecum,& ait, Forſitan (quod abſit, & pu
ſit)ad iudicium quæror.Surge ergo mecum.Nec enim una quidem di
Quæſtio. ctio eſt in lege abs te ſcripta,quam ego non cõpleuerim. CAP. Vel
lem hiſtoriam hanc de Semuel,quem cum eſſet mortuus,rogatu Sau
lis regis phitoniſſa ex inferno aſcendere fecit (ut in 28. cap. primi libri
Regum legitur) ſecundum Hebraicorum Doctorum gloſſas expoſi
tam,abs te audire. GAL. Audi igitur quæ hac de re in Midras
Vaikra,id eſt,in expoſitione libri Leuitici leguntur.Ibi enim ſuper il
lud 20.ca.eiuſdem libri dictum, איש או אשה כי יהיה בהם אוב או ידעוני
מות יומתו Id eſt, Vir ſiue mulier in quibus fuerit ſpiritus phitonicus,
aut diuinationes,morte morientur.Sic dicitur (quod ad propoſitum
noſtrum optime ſpectat)Et uenerunt,Saul ſcilicet & duo uiri eius co
mites,ad mulierem nocte.Et nunquid nox erat? Sed illa hora fuit eis
obſcura ut nox.Et ait,ſcilicet Saul mulieri.Diuina quæſo mihi per
ob,id eſt per phitonem,& fac aſcendere mihi ex inferno illum quem
dixero tibi.Iurauitq; ei Saul in Domino dicens, Viuit Dominus,ſi id
eſt non accidet tibi peccatũ in facto,uel in uerbo iſto. Dixit autem mu
lier,Quem faciam tibi aſcendere? Ait ei Saul,Semuelem fac mihi aſcen
dere Magiſtrum omnium prophetarũ,temporis ſcilicet ſui.Fecit itaq;
mulier

mulier illud quod fecit, fecitq; eum ascendere. Sicut dictum est primi libri Regum 28. cap. Et uidit mulier Semuelem, & clamauit, Cur decepisti me? Nam tu es Saul. Et unde cognouit eum? Dixerunt Magistri nostri, Quod nõ eodem modo ascendit mortuus Regi, & alijs. Quando enim regi ascendit, faciem habet sursum, & pedes deorsum. Quãdo autem rustico, faciem habet deorsum, & pedes sursum. Dixit ad eam rex, Ne timeas, si quid uidisti. Et ait mulier אלהים Elohim, id est deos uel iudices uidi ascendentes de terra. אלהים Elohim, id est, deos uel iudices ideo dixit, quia duo fuerunt. Et qui fuerunt? Moses & Semuel. Cum audiuit hoc Saul, timuit: quoniam unum uocauerat, & duo ascenderunt. Sic enim dictũ est ibidem, Ascendentes de terra. Et ait ad eam, Quæ est forma eius, Semuelis uidelicet? Dixit ipsa, Vir senex ascẽdens, & amictus pallio. Et ait Semuel ad Saul, Cur terruisti me, uel tremere me fecisti, ut faceres me ascendere? Ecce uerba in quibus est ratio à loco maioris & minoris. Nam si eximius omnium prophetarũ, Semuel scilicet, iudicium timuit, quanto magis cęteri omniũ? Et quid est, quod ei adiecit? Et cras tu & filij tui mecum eritis. Mecum, id est in pace mea. Cumq; Saul audiret hoc, festinauit, & cecidit iuxta plenitudinem staturæ suæ in terram. Dixerũt ei Abner & Amasa, Quid dixit tibi? Ait eis, Tu ibis ad prælium, & corrues, & filij tui reputabuntur Principes. Dixit Rabbi Symeon, Tunc uocauit Deus sanctus & benedictus angelos ministerij, & ait eis, Venite & uidete, qualem creaturam creaui in mundo isto. In uita enim huius mundi homo qui uadit ad conuiuium, non facit secum ire filios suos, ne fascinentur. Et ecce hic descendit in prælium, & scit se occidẽdum, & nihilominus assumit filios suos secum gaudens, applaudendo iusticiæ diuinæ, quam imminere sibi non ignorabat. Tradiderunt autem Magistri, quòd ob quinq; peccata iuste occisus fuit. Sicut dictum est primi libri Paralip. 10. capite, Et mortuus est Saul propter præuaricationem suam, qua præuaricatus est, in Dominum uidelicet, eo quòd non seruauerit uerbum Domini super eos. Et quòd interfecerit Nob ciuitatem sacerdotum, ut legitur 1. Paral. 10. Et quòd non obedierit Semueli, qui dixerat ei, Septem diebus expectabis. Et reliqua, & ipse non fecit sic, sed obtulit sacrificiũ. Et quòd peperit Agag, ut habetur 1. Reg. 15. Et quòd consulerit phitonissam, & nõ dominum. Propterea interfecit eum. Hæc omnia ex prædicta Midras. Quibus nihil efficacius, nihil fortius esse potest, ad probandum cõtra Iudæos nostri temporis. Quod omnes homines tam boni, q̃ mali, usq; ad Messiæ aduentum ad infernũ descẽderint, ibiq; diuina permissione detinerẽtur. Nã si Moses & Semuel prophetarũ principes, omniũq; sanctissimi (de quibus Deus ipse testimoniũ perhibẽs, apud Iere. 15. sic ait, אם יעמד משה ושמואל לפני אין נפשי לעם הזה Id est, si steterint Moses & Semuel in conspectu meo, non est anima mea ad populum istum)

Peccata Saul propter quæ occisus est.

in infer

in inferno fuerint propter originale peccatum detenti, ut ex hac tra-
tione patuit. Quanto magis cæteros omnes, qui nec eis similes erant
nec tanta aut sanctitate aut dignitate prædíti, eò descēdisse, ibiq; deten-
Obiectio. tos fuisse, usq; ad Messiæ redemptionem, censendum est? CAP. Quo-
dam aiunt, & pie quidem, non fuisse Semuelem, quem phitonissa ale-
dere fecit, sed ipsum humani generis hostem, qui ut Saulem decipe-
Prima ratio. Semuelem se esse mentitus est. Quomodo enim ut dicitur in Decreto
26. q. 5. c. Nec mirum, fieri poterat. Vt Semuel & natiuitate sanctus, &
uitæ operibus iustus, arte magica attraheretur? At si non attractus
consensit tamē, quod utrunq; de uiro iusto credere, aduersum est. Nul-
lum enim suffragium habet iusticia. Vtrum attractus, an uoluntarius
Secunda ratio. spirituale amiserit meritum, quod positus in carne, quæsierat. Si prae-
terea Semuel Sauli uere apparuisset, se adorari ab eo uir iustus minime
permisisset, qui Deum solum adorandum esse, prædicauerat. Qualiter
Tertia ratio. insuper homo Dei, qui cum Abraham in refrigerio erat, ad uirum pe-
stilentiæ, gehennæ ardore dignum, cras mecum eris dixisset? Quem
malignus ille spiritus duobus his titulis, fallaciæ suæ subtilitatem pro-
didit. Quia & sub habitu ac nomine Semuelis, se contra legem adora-
permisit, & uirum peccatorum onere pressum (cum magna sit pecca-
rum atq; iustorum distantia) cum Semuele iustissimo futurum, mem-
Responsio. tus est. GAL. Mirantur hi, quónam pacto malignus spiritus animam
iusti, ut uideretur, & cum Saule loqueretur, excitare potuerit. Nónne
magis mirandum est, quòd satanas Dominū ipsum assumpserit, eumq;
& supra templi pinnaculum constituerit, & in montem excelsum trans-
stulerit? Non est enim absurdum mi Capnio, credere aliqua diuina de
spensatione permissa fuisse. Quatenus non dominante magica arte, sed
Dei dispositione occulta, quæ & phitonissam & Saulem latebat, se spi-
ritus iusti aspectibus regis ostenderet, diuina eum sententia percutiens
Alia obiectio. rus. CAP. Quam ob rem ergo Semuel se à Saule adorari permisit,
cum adorationis cultus soli Deo exhiberi debeat, iuxta illud Deut. 6.
Responsio. cap. dictum, Dominū Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. GAL.
Primum in hoc animaduertendum est, quid hoc loco primi libri Regum
28. cap. scriptura dicat. Dicit enim sic, ויקד אפים ארצה וישתחו Id est,
inclinauit faciem suam ad terram, & adorauit. Non igitur dicit, quod
Saul Semuelem adorauerit, sed quòd adorauerit duntaxat. Quam re-
rem non incongrue dici potest, quòd Deum tunc, & non Semuelem
adorauerit. Quicquid enim dubiū est, debet semper humanitas in me-
lius interpretari. Deinde esto, quòd Semuelem adorauerit, neq; ideo
Semuel ipse contra legem egisse dicendus esset, quòd se adorari per-
serit. Cum uerbum hoc וישתחו quod adorare significat, duplici
(ut ipse nosti) apud Hebræos sumatur, quemadmodum adorare, co-
re, uenerari, atq; reuereri apud Latinos, pro adoratione scilicet la-

quæ ſoli Deo debetur,& pro adoratione duliæ quæ creaturis exhibetur. Vt ex multis ſacrę ſcripturę locis uideri poteſt. Si propterea igitur Saul impius eſſet, quòd Semuelem adoraſſet: & Semuel idcirco diabolus cenſendus, quòd adorari ſe permiſiſſet. Cum de conſimilibus idem debeat eſſe iudicium, pari quoq; ratione Nathan propheta impius dicendus eſſet, & ipſe Dauid diabolus iudicandus. Cum alter eorum alterum adorauerit, alterq; ab altero ſe adorari permiſerit. Ita enim de ipſis 3.Reg.1.cap.legitur, ויגידו למלך לאמר הנה נתן הנביא ויבא לפני המלך וישתחו למלך על אפיו ארצה Hoc eſt, Et nuntiauerũt regi, dicentes, Ecce Nathan propheta. Et intrauerit, uel uenit ad faciem regis, adorauitq; regem ſuper faciem ſuam in terra. CAP. Cur Semuel dixit Sauli, Cras mecum eris: Nam ſi Semuel iuſtus erat, & Saul peccatorum pœnis obnoxius, ſimul in altero ſeculo eſſe non poterant. GAL. Aiunt quidam ex noſtris, & recte quidem, Quod cum mortuus tunc uiuo mortem prænunciaret, uerbum illud, Cras mecum eris, ad parem non loci, ſed mortis conditionem refertur. Hebręi tamen Saulem ſaluum fuiſſe, atq; poſt mortem in loco iuſtorum receptum aſſerunt. Nam & ſi peccator extiterat, à Semuele tamẽ, quòd Dominum reliquiſſet, & phitoniſſam cõſuluiſſet, reprehenſus, ſufficientem pœnitentiã egit. Quod quidem inde (ut dicũt) inſinuatur. Quod tanquam gaudens de diuina iuſtitia, ipſe cum tribus filijs ad ſuam, ipſorumq; mortem, cuius præſcius erat, ob defenſionem populi Dei prudenter ac ſtudioſe cucurrerit. Nec obſtat (ut aiunt) quòd ſe ipſum lethaliter à ſagittarijs ſauciatum, occiderit. Cum ſe iam neq; pugnare ualiturum, neq; ulterius niſi modicum, ac in Dei contumeliam, & in ſui ipſius ludibrium, uicturum non ignoraret. Aiunt quippe peccatum nullum eſſe, quin potius meritum, homicidet. Hinc Sampſonem ſe ipſum occidiſſe dicunt. Hinc & ſibi ipſi manus iniecíſſe uenerandum uirum illum affirmant, de quo 2.Mach.14. capite, ſic legitur, Cum iam comprehẽderetur, gladio ſe petijt, eligens potius nobiliter mori, quàm fieri peccatoribus ſubditus, & ſupra nata les ſuos indignis iniurijs agi. Cum igitur Saul & propter pœnitẽtiam, quam acturus erat, & propter martyrium, quod bellum Domini gerendo, ſubire debebat, iuſtificandus eſſet. Ideo inquiunt, recte ei Semuel dicere potuit, Cras & filij tui mecum eritis. Obiectis igitur antedictis non obſtantibus, dico ſalua ſanctæ Romanæ Eccleſiæ definitione, cui me ſemper in omnibus ſubmitto, quòd tunc uere Semuel ipſe, & non diabolus, Sauli apparuerit. Quamuis enim quædam in præmiſſa hiſtoria dicta, & ad uiſum phitoniſſæ, quæ ſe Deos uidiſſe dixit, & ad intellectum Saulis, qui aſcendentem Semuelem eſſe intellexerat, & non ad ueritatis rationem trahi poſſint. Ob tria tamen quæ ibi referuntur, ſi uere anima Semuelis tunc ibi non affuiſſet, non uideretur ſa-

Reſponſio noſtrorum.

Reſponſio Hebræorum.

Reſponſio autoris.

cræ hiſtoriæ ſcriptor à mendacio excuſari, nec uerigraphus exiſtimandus eſſet, quod profecto abſurdum eſt dicere. Quorum primum eſt. Et dixit Semuel ad Saul, Cur terruiſti me, uel tremere me feciſti, uel inquietaſti me, ut aſcendere me faceres? Secundum uero eſt, cum ſubditur. Et dixit Semuel, Cur interrogas me? Et Dominus receſſit à te. Tertium demum eſt, cum ſubinfertur. Et cras tu & filij tui mecum eritis. Et reliqua uſq; ad locum illum. Timuit Saul ualde de uerbis Semuelis, ut legitur primi libri Regum 28. c. Ex his igitur ſatis (ut arbitror) palã eſt. Quod ſi is qui toties Semuel nominatus eſt, diabolus fuiſſet, haudquaquam huius ſacræ hiſtoriæ autor, in non paruam ipſius ſancti uiri iniuriam, & in diſcrimen erroris fidelium, atq; in autoritatis ſacræ ſcripturæ detrimentũ, eum Semuelem tam ſedulo toties nuncupaſſet. Poſtremo licet cacodæmon Semuelem Deo permittente ad Saulem adduxerit, ſiue traxerit, nõ tamen propter hoc iuſticia, aut ſanctitas in eo penitus ſuffragium perdidit. Sicut nec in ſancto Iob à diabolo tam uehementer afflicto, nec in Paulo colaphis ab eodem affecto, nec in Antonio ab ipſo diris uerberibus acto, nec etiã in ipſo Domino Ieſu Chriſto à membris ipſius diaboli patibulo crucis affixo. Maxime cum per huius ueritatem, nobis & damni peccati originalis magnitudo oſtẽditur, & aduentus, & miſericordiæ, ac gratiæ redemptoris neceſſitas demonſtratur, & tandem ludæorum recentiorum negantium, patrum iuſtorumq; antiquorum ad limbum deſcenſum, impudentia efficacius confutatur.

Quòd ſancti patres in inferno à diabolo Deo permittente, propter Adæ peccatum detinebantur. Et de limbo, ad quem deſcendebant. Cap. IX.

CAPNIO,

SAncti patres, & prophetæ, cæteriq; iuſti qui uſque ad Meſſiæ mortem ad infernum deſcenderunt, detinebantúr ne ibi à diabolo? Dic obſecro, quid de hoc ueteres Iudæorum ſenſerunt.

GAL. Poteſtatem quidem ſanctos & iuſtos in inferno uſq; ad Meſſiæ paſſionem detinendi dæmones habebant, facultatem tamen eis uel ducendi, uel mali alicuius inferendi, nullam prorſus habebant. Niſi enim à diabolo Deo permittente, uſq; ad Meſſiæ aduentum detenti fuiſſent, nequaquam uerum nec ueriſimile eſſe poterat, quòd diabolus ipſe Samuelem omnium prophetarum ſanctiſſimum, nec non & Moſem eo ad phytoniſſæ præceptum traxiſſet. Conſtat enim eam quicquid egit, per dæmones egiſſe. Præbet autem mihi dicendi audaciam, quòd ante Chriſti aduentum ſancti apud inferos propter Adæ peccatum à diabolo permiſſione diuina detinerentur, non ſolum id quod dicitur eſt, uerum etiam longe magis Pauli apoſtoli ſententia, de Domino noſtro

noſtro Ieſu Chriſto, ad Coloſſenſes ſecundo capite, dicentis, Quod ip-
ſe fuit expolians principatus & poteſtates, infernales uidelicet, ut ibi
dicit gloſſa, auferendo ab eis Abraham, Ishac, & Iacob, cæteroſq; iu-
ſtos, traduxit eos, id eſt longe à re tenebrarum ad cœlum duxit.
HOG. Recte quidem ais Galatine. Nam ad huius ſententiæ tuæ con-
firmationem, ſuper illud Pſalmi illius qui uigeſimus tertius eſt in ordi
ne. Attollite portas principes ueſtras, & eleuamini portæ æternales, &
introibit Rex gloriæ. Ita gloſſa dicit, Vox eſt angelorum, qui Chri-
ſtum ad inferos deſcendentem, præceſſerunt: dicentes, O principes
inferni, auferte poteſtatem ueſtram, qua hucuſque in inferno iuſtos
omnes detinebatis. GAL. Bene quidem, ac pie Hogoſtrate dicis.
Sed caue tibi à Iudæis, qui hoc loco ſic habent, שאו שערים ראשיכם
והנשאו פתחי עולם ויבא מלך הכבוד Hoc eſt, Attollite portas capita
ueſtra, & eleuamini portæ æternales, & ueniet, uel intrabit Rex glo-
riæ. Patitur tamen Hebraica litera, ut dicatur, Attollite portæ capita
ueſtra. Sed non attollite portas principes ueſtras, ut ædítio noſtra ha-
bet. Quod autem (ut ad quæſitum Capnionis noſtri redeam) nullam
ſanctis patribus inibi detentis, nocendi poteſtatem cacodæmones
haberent, ex eo quod in Midras coheleth, id eſt, in expoſitione Eccle-
ſiaſtis ſcriptum eſt, colligitur. Vbi ſuper illud tertij capitis dictum,
מי יודע רוח בני האדם העלה היא למעלה Id eſt, Quis ſcit, an ſpiritus
filiorum Adam aſcendat ſurſum. Sic dicitur, Animæ iuſtorum repo-
nuntur in apotheca, uel cellario. Et hoc eſt, quod ait Abigail ad Da-
uid, in ſpiritu ſancto dicens primi libri Regum uigeſimo quinto ca-
pite, והיתה נפש ארני צרורה בצרור החיים את יהוה אלהיך Hoc eſt,
Et erit anima Domini mei ligata in ligatorio uiuentium ſiue uitæ, ad
Dominum Deum tuum. Poterátne fieri, ut ita eſſent animæ impio-
rum? Docet hoc nos quod ſequitur, ואת נפש איביך יקלענה בתוך כף
הקלע Id eſt, Et anima inimicorum tuorum circumuoluetur in me-
dio palmæ fundæ. Vbi gloſſa Rabbi Selomonis. Palma fundæ (in-
quit) eſt fruſtum corij latum, inſtar palmæ factum, in medio fundæ,
ubi ponitur lapis. Item gloſſa Rabbi Kimhi ait, Cum dicitur את יהוה
eth Adonai, את eth, hic ponitur loco אל el, id eſt ad. Sicut in libro
Iudicum decimo nono capite, ואת בית יהוה אני הולך Id eſt, eth beth,
hoc eſt, Ad domum Dei ego uado. Item Iob uigeſimoſexto capite,
את מי הגדת מלין Hoc eſt, Eth mi, id eſt ad quem annunciaſti uerba.
Ex his patet, quòd id quod Abigail per ſpiritum ſanctum (ut paulò
antè ab eis dictum eſt) uiuentium ligatorium uocauit, inſtar conſerua-
torij gemmarum, uel pecuniæ, quæ in ſacculo, uel in panno ligantur,
& ſeruantur, hoc Iudæorum Doctores animarum iuſtorum apothe-
cam ſeu cellarium appellarunt. Et quod in præcedentibus gehenna,
aliſq; multis nominibus dicitur, hoc ipſi fundæ palmam nūcuparunt.

Duo animarũ receptacula, secũdum priscos Hebræorum.

Ex quo aperte liquet, duo olim apud Hebræos animarum receptacula fuisse, unum scilicet bonorum, alterum malorum. Vtrunque tamen infernus uocabatur. Sed impiorum quidem locus שאול התחתית sc tahtith, id est infernus inferior, iustorum uero locus, infernus superior dicebatur. Sicuti ex eo colligi potest, quod Deuter. 32. ca. scriptum est cum dicitur, כי אש קרחה באפי ותיקד עד שאול תחתית Id est, Quia ignis succensus est in ira mea, & ardebit usq; ad infernum inferiorem. Glossa in libro Tanhuma dicit, In ira mea, id est in medio gehennę. Sicut consequenter dicitur, Et ardebit usque ad infernum inferiorem. Item Prouerbiorum decimoquinto, דרך חיים למעלה למען סור משאול למטה Id est, Semita uitæ ad superna intelligenti, ut declinet ab inferno inferiori. Hæc traditio. In Midras quoque tehilim, id est in expositione Psalmorum, super illud Psalmi octuagesimi quinti, כי חסדך גדול עלי והצלת נפשי משאול תחתית Id est, Quia misericordia tua magna est super me, & liberasti animam meam ex inferno inferiore. Legitur Rabbi Ioden sic dixisse, Via adulterorum data est in profundum inferni. Et hinc est, quod dicit, Quia misericordia tua magna est super me, & liberasti animam meam ex inferno inferiori. Vbi gloss. Rabbi Selomonis: Via (inquit) adulterorum est, ut sint in profundo inferni, & inde liberasti me, cum dixit mihi Nathan, Dominus quoque transtulit peccatum tuum. Hæc Rabbi Selomo. Quoniam igitur locus inferior, non dicitur nisi respectu loci superioris. Sunt enim superior & inferior nomina correlatiua, quæ posita, se ponunt & perempta, se perimunt, ut ait Philosophus in prædicamentis. Manifestum profecto est, quòd cum Dauid de inferno inferiori mentionem fecit, necessario superiorem infernum esse insinuauit. Quod & per cæterorum expositiones euidenter ostenditur. Hunc autem infernum superiorem portas inferni Hezekias appellauit, cum apud Isaiam trigesimo octauo capite, ita dixit, אמרתי בדמי ימי אלכה בשערי שאול Hoc est, Ego dixi in abscissione dierum meorum, uadam ad portas inferni. Id est, uadam ad limbum. Qui cum sit quasi in principio inferni, non inepte porta inferni dicitur. Et hunc infernum Christus expoliauit, quum animas sanctorum patrum inde eduxit.

Limbum patrum quomodo Hebræi uocabant.

Quod enim nos limbum, id est, locum requiei, seu sinum Abrahæ dicimus, hoc prisci Hebræorum צרור czeror, id est, ligatorium, siue conseruatorium, uel ארצר oczar, id est, apothecam siue cellarium, uel portas inferni, uel infernum superiorem uocabant. Vnde patet, unam omnino atque eandem fuisse fidem eorum, atque nostram.

Quòd

Quòd animæ electorum non poterant, nec debebant nisi à Messia Deo & homine ex inferno liberari. Caput X.

CAPNIO,

ANimas iustorum quæ propter Adæ peccatum in inferno tanquam in carcere detrusæ detinebantur, à solo Deo inde liberandas fuisse, nunc te ostendere, par est. GAL. Ad id probandum, illud in primis adduco, quod in Midras Sir hassirim, id est in expositione Cantici canticorum legitur. Ibi enim super illud 2. c. dictũ, אני חבצלת השרון שושנת העמקים Hoc est, Ego narcisus, uel rosa terræ campestris pinguissimæ, lilium profundorum siue conuallium. Ita dicitur, Hoc est quod scriptum est Psal. 130. ממעמקים קראתיך יהוה Id est, De profundis uocaui te Deus. Dixerunt autem Magistri, Quòd ecclesia Israel dixit hoc. Quæ ait, Ego sum dilecta à Deo. Ego quippe data ero in profundis gehennæ, quatenus redimat me inde Deus sanctus & benedictus. Hoc est autem quod dictum est Psal. 89. Et subire me fecit de puteo tumultus, & de luto fecis, id est de inferno. Rabbi Ruben dixit, Nisi scriptura dixisset Isa. 66. cap. non licuisset dicere, sed ex quo scriptum est, dici potest בי באש יהוה נשפט Hoc est, Quia in igne, uel per ignem Deus iudicatus est. Non enim scriptum est שופט sophet, id est iudicans, sed נשפט nispat, id est iudicatus. Et ipsum est, quod Dauid per spiritum sanctum dixit Psal. 23. גם כי אלך בגיא צלמות לא אירא רע כי אתה עמדי שבטך ומשענתך המה ינחמני Id est, Etiam cum ambulauero in ualle umbræ mortis, id est inferni, non timebo malum, quoniam tu mecum eris. Virga tua, id est tormenta tua, & baculus tuus, id est lex tua, ipsa consolabuntur me. Erit ne autem hoc possibile absque tormentis? Docet quid sit ad hoc dicendum, cum ait ibidem, אך טוב וחסד ירדפוני Hoc est, uere, uel saltem bonum & misericordia subsequentur me. Et hoc possibile ne est in hoc seculo? Docet quid dicendum sit, quod sequitur, כל ימי חיי Id est, Omnibus diebus uitæ meæ. Et quare? ושבתי בבית יהוה לארך ימים Hoc est, Quia habitabo in domo Dei in longitudine dierum. Hæc omnia traditio. Quod autem Adam, nec non & filij eius propter ipsius peccatum, in carcere inferni usque ad redemptoris aduentum detrusi fuerint, & quòd per nullum alium nisi per Deum ipsum reparari potuerint, in Midras koheleth, id est in expositione Ecclesiastis optime innuitur. Vbi super illud 7. cap. eiusdem libri dictum, ראה את מעשה האלהים כי מי יוכל לתקן את אשר עיוהו. i. Vide opus Dei. Quis enim potest aptare, uel reparare id quod torserit, uel obliquauerit? Sic ad literam legitur. Dixit R. Azdrias, In hora qua Deus sanctus & benedictus creauit primum Adam, tulit eum, & duxit, atq; reduxit per omnes arbores paradisi, dixitq; ei, Vide opera mea, quàm pulchra, & q̃ laudabilia sint, & quicquid creaui, propter te creaui. Præbe mentẽ

tuam,ut non corrumpas,uel deſtruas mundum meum. Si enim deſtru
xeris,non erit poſt te qui reparet. Et nõ ſolum hoc,ſed etiam ipſi iuſto
cauſabis mortem. Sicut ſcriptum eſt Iſa.57.capite, אבד ואין איש
שם על לב Hoc eſt,Ipſe iuſtus perijt,& non eſt uir uel aliquis,qui con-
ſideret ſuper cor. Sicut etiam dictum eſt Eccle.7.c. אבד בצדקו
Id eſt,Et iuſtus perijt in iuſtitia ſua. Cur ſimilis fuit Moſes Magiſtro
ſter? Similis fuit filio mulieris prægnantis,quæ in domo captiuorum
tenebatur capta. Quæ ibi peperit,ibi nutriuit,& ibi mortua eſt. Poſt
aliquot uero dies tranſiuit rex per oſtium carceris. Cumq; uidiſſet eum
tranſeuntem filius illius mulieris,cœpit clamare,ac dicere, Domine mi
Rex,hic natus ſum,hic educatus ſum. Et neſcio,ob cuius peccatum hic
detentus ſum. Reſpondit ei Rex,Propter peccatũ matris tuæ. Hucuſq;
traditio. In qua breui & congrua quidem ſimilitudine Iudæis à priſcis
eorum Magiſtris euidenter oſtenſum eſt,totum genus humanũ fuiſſe
olim propter Heuæ atq; Adæ peccatum in carcere regis totius mundi
non iniuſtè detentũ. Nam ſi Moſes prophetarũ omnium apud eos ma
ximus,iuxta illud Deuter.ult.cap. ולא קם נביא עוד בישראל כמשה אשר
ידעו יהוה פנים אל פנים .i. Et non ſurrexit ulterius in Iſrael. Sicut Moſes,
quem nouit Deus facie ad faciem. Id eſt (ut R. Ankelos ait in Targũ)
ראתגלי ליה אפין באפין Cui reuelata eſt facies ad faciem. A detentione
carceris regis cœleſtis nequiuit eximi,ut præmiſſa parabola manifeſte
oſtendit,quanto minus aliquis alius inde eximi ualuit. In eo autem
quod prædicta traditio refert,Deum Adæ dixiſſe,Quòd ſi peccando
mundũ ſuum quodãmodo corrumperet,uel deſtrueret,nõ eſſet poſſ
eum,qui illum reparare poſſet,aperte inſinuatur,uniuerſum propter
Adæ peccatum quodammodo corruptum,non potuiſſe niſi à Deo re
parari. Cum enim Adam peccauit, ſuo peccato totum humanum ge
nus infecit,atq; corrupit,ſe ſuosq; poſteros duplici morti,atque carce
ri infernali obligando. Quare totum uniuerſum quod propter homi
nem creatum fuerat,ut ſupradicta traditio atteſtatur, cum eſſet à ſuo
fine fruſtratum, corruptum quodammodo, atque deſtructum fuit.
Quam ob rem ad ipſius uniuerſi inſtaurationem, aliquis neceſſarius
fuit,qui poſt Adam nec potentia, nec tempore, nec dignitate, nec uir
tute,nec ſanctitate omnino eſſet,ſed omnibus his modis,ac etiam ater
nitate ante ipſum foret. Cum igitur Adam omnes homines præceſſe
rit,nullus homo purus potuiſſet ipſum humanum genus,nec per con
ſequens uniuerſum inſtaurare. Et licet angeli Adam ipſum & tempore
& dignitate ſecundum naturam præceſſerint,angelum tamen ſui re
paratorem,atque redemptorem homo habere non debuit. Tum,quia
forte ad tam magnum negocium nulla poteſtas,niſi diuina ſatis erat.
Tum etiam,quia ſi angelus hominem ab æterna dãnatione liberaſſet,
homo eius obſequio ac ſeruituti uideretur aſtrictus. Quare ad eam di-
gnitatem,

Homo non poterat humanũ genus reparare.

Angelus non debuit humanã naturam inſtaurare.

gnitatem, quam si non peccasset habiturus erat, haud quaq̃ instauratus esset. Cum homo ipse qui solius Dei seruus, & angelis æqualis per gratiam futurus erat, eius seruus foret, qui nec Deus esset, nec eius serui angeli forent. Quocirca concluditur, hominem modo supradicto perditum non per puram creaturam, sed per Deum ipsum reparari, atque à damnatione æterna liberari debuisse. Solus quippe Deus ad hoc & sufficiens erat per suam omnipotentiã, & sapiens per suam infinitam sapientiam, & uoluntarius per suam immensam clementiã. Non tamen absq; suæ iusticiæ satisfactione humanũ genus instaurare debebat, cum misericordia minime præiudicare possit iusticiæ. Hinc est, quòd sacris literis quemadmodũ misericors sæpissime prædicatur, ita quoq; & iustus frequentius dicitur. Nã licet Deo insit clementia, seu misericordia, quæ omnem superat offensionẽ, ineſt etiam ei & iusticia, quæ nullũ peccatũ remanere permittit impunitũ. Si enim peccatũ per iusticiã nõ puniret, sed semper per solã misericordiã remitteret. Deus certe eodẽ modo erga peccantẽ, & nõ peccantẽ se haberet, & impius atq; iustus æquales in cõspectu eius essent. Quod deo nullatenus cõuenire posse, ex sacræ scripturæ dictis manifeste ostenditur. Ait enim Psalmographus Psal. 11. יחוה צריק יבחן ורשע ואהב חמס שנאה נפשו .i. Deus iustũ pbat & impiũ, & dilige gentẽ iniquitatẽ odit anima eius. Sapiẽs quoq; Prouer. 10. c. dicit, גמול ירוין יעשה לו תוחלת צדיקים שמחה והסות רשעים תאבד .i. Expectatio iusto rũ gaudiũ, & spes impiorũ peribit. Item Isa. 3. c. אמרו צדיק כי טוב כי פרי מעלליהם יאכלו : אוי לרשע רע כי .i. Dicite iusto, quoniã bene, uel bonũ. Nam fructus operũ suorũ comedẽt (iusti. s.) Veh impio neq̃, quoniã retributio manuũ eius fiet ei. Et ut cætera huius generis omittã, Dauidis postremo uerba adducã, Psal. 61. sic dicẽtis, ולך אדני חסד כי אתה תשלם לאיש כמעשהו Hoc est, Et tibi dñe misericordia, quia tu reddis unicuiq; iuxta opera sua. Quãuis igitur Deus ad quem solũ humani generis spectabat reparatio, peccatũ primorũ parentũ per solã misericordiã remittere potuisset. Quia tamẽ iusticia eius satisfactionem exigebat, quæ & prævaricatorẽ & satisfactorẽ eiusdem generis esse requirebat. Idcirco Deum & hominem esse oportuit, qui ipsum humanũ genus reparaturus esset. Hic autem esse non potuit, nisi Messias qui Deus & homo futurus erat. Quod autem ad sanandum, & instaurandum, ac redimendum humanum genus, nulla pura creatura sufficiens esset, ex eo potissimum uideri potest, quod in Echa rabbethi, id est, in expositione planctus Ieremiæ legitur, super illud secundo capite eiusdem libri dictum, מה אעירך מה ארמה לך הבת ירושלם מה אשוה לך ואנחמך בתולת בת ציון כי גדול כים שברך מי ירפא לך : Id est, Quid contestabor tibi? & quid assimilabo tibi captiua filia Ieruſalem? quid adæquabo tibi, & consolabor te uirgo filia Syon? Magna est enim uelut mare fractura tua. Quis medebitur tibi? Ibi enim hæc uerba sic exponunt, Quid contestabor tibi?

Nulla pura creatura ad reparandum humanum genus satis erat.

Hoc est, per quot prophetas contestatus sum in uobis? Id aũt est quod scriptum est 4. Reg. 17. cap. Et contestatus est Dominus in Israel & in Iuda in manu omnium prophetarũ suorum. Scriptum est etiam Iere. 44. cap. Et misi ad uos omnes seruos meos prophetas. Sequit̃, Et quid assimilabo tibi filia Ierusalem? id est, quæ es filia timens & obtemperãs mihi. Sequitur, Quid adæquabo tibi, & consolabor te? Quando aderit dies illa, de qua scriptum est Isa. 2. cap. Et exaltabitur Deus solus in die illa, & idola penitus mutabuntur. In illa hora consolabor te, uirgo filia Syion, id est filij signati. Magna enim est uelut mare fractura tua. Quis medebitur tibi? Dixit Rabbi Aben. Ille cui dixisti canticum super mare, ut habetur Exo. 15. cap. Quia ego Dominus medicus tuus. Hactenus traditio. Ex qua plane colligitur, solum Deum totum genus humanum quod propter Adę peccatum ęgrotum iacebat, curaturum fuisse. Solus ergo Dei filius uerus Messias, sanctos patres cæterosq; electos ex inferni carceribus liberare debebat. Quare uniuersum quod propter Adæ peccatum corruptum quodammodo & destructum fuerat, consequenter per Messiam ipsum instaurandum erat, & mors ipsa destruenda, atque angelica ruina reparanda.

Quòd per Messiam & uniuersum reparandum erat, & mors ipsa destruenda. Caput XI.

CAPNIO,

ID consequens uelim ego per eorũ scripturas probares. GAL. Probabo utiq;. Quod igitur mundus iste uniuersus qui propter Adæ peccatũ corruptus quodammodo fuerat, per Messiam reparandus esset, in Beresith rabba, id est in expositione libri Genesis, optime ostenditur, super illud 2. cap. eiusdem libri dictum, אלה תולדות השמים והארץ בהבראם Hoc est, Hæ sunt generationes cœli & terrę in creatione eorum. Ibi enim ita ad uerbum legitur. Dixit R. Berachias, Quamuis creatæ fuerint secundum plenitudinem suam atq; perfectionem. Quando tamen Adam primus peccauit, diminutæ sunt, & corruptæ atq; concussæ, & ulterius ad decentem compositionem non reuertent̃, donec ueniat filius Peres, iuxta illud Ruth ult. c. ואלה תולדות פרץ Id est, Hę sunt generationes Peres. Quod plenarie scriptum est, in signum scilicet quòd omnia quæ propter peccatũ diminuta erant, per filium Peres, qui à nostris corrupto uocabulo Phares dicitur, perfici atq; compleri debebant. Sequitur בהבראם Behibbaram. i. in creatione eorũ, uel cum creauit ea. Dixit R. אבחו Abhu. Cum ה he litera creauit ea. Mundus igitur iste cum ה he creatus est. He autem litera, quæ clausa est ab omni sui parte, & aperta inferius, sic enim facta est ה index est quòd omnes ad infernũ descendunt. Id uero quod in ea sursum tendit, indicium

indicium est quòd inde ascensuri sunt. Fenestra autem eius in latere indicat uiros pœnitētiæ. Seculum uero futurum creatum est cum י iod. Quemadmodum enim iod staturā habet replicatā, ita enim facta est. Sic impiorum statura replicabitur, eorumq́ facies turbulentæ erunt in futuro. Sicut dictū est Isa. 2. ושח גבהות האדם ושפל רום אנשים ונשגב יהוה לבדו ביום ההוא .i. Et inclinabitur sublimitas hominis, & inferiorabitur celsitudo uirorū, & exaltabitur Deus solus in die illa. Et quid est quod sequitur, והאלילים כליל יחלף Hoc est, Idola uel imagines penitus commutabit? Illud quod scriptum est Isa. 26. כי ביה יהוה צור עולמים Id est, Quia cum יה ioth he, formauit Deus secula, cum his enim duabus literis creauit secula Deus sanctus & benedictus. Hęc traditio. Quę in Midras tehilim eodē fere modo habent̄, sup Psal. 113. qui incipit, In exitu Israel. Vbi sic dicit̄, אמר רבי יהודה הנשיא חבל על דמיבדין ולא משתכחין שאלית יתה לרבי אלעזר ולא אמרה לי כן אלא בך אמרה לי ביה שמו בשני אותיות הללו ברא הקדוש ברוך הוא שני עולמים שנאמר כי ביה יהוה צור עולמים ואין אנו יועין אם העולם הזה נברא בהואם העולם הבא נברא כי ממה שנאמר אלה תולדות השמים בהבראם בהבראם העולם הזה נברא בהולמה מה עיסקא שלה פתיחה למטה וסתומה מכל צדדיה כך העולם הזה כל מה שנברא כי יודדין לשאול ואותה העקיצא שיש בה רמז לתחית המתים והעולם הבא נברא כי למה מה עיסקא שלי זה כפופה בך פניהם של רשעים עתידין להיות מכורכמות לעתיד לבא דבר אחר מה עיסקא שלי קטן בקומתה בך הרשעים לעתיד לבא שנאמר ושח גבהות האדם משראה דוד בן שבשתי אותיות הללו ברא הקדוש ברוך הוא שני עולמות החחיל מקלס בהם הללו יה Hoc est, Dixit Rabbi Iudas hannassi. Funis super illos qui inquirunt, & non reperiunt. Sciscitatus sum quidnam hoc esset à Rabbi Elazar. Et non dixit mihi uerum. Sed taliter dixit mihi, Quidnam illud beia, id est in Deo, hoc est quòd in יה iod he, sit nomen eius. Quia duabus his literis creauit Deus sanctus & benedictus duos mundos. Sicut dictū est Isaię 26. Quoniam in יה iod he, formauit Deus mundos. Et nos nescimus, utrum hic mundus creatus sit, cum ה he, & mūdus futurus creatus sit cum iod. Et quid fecit nos nescire hoc? Quoniam dictum est Gen. 2. c. Hę sunt generationes cœli & terrę. Vbi secundū proprietatē Hebraicę scripturę uidet̄, q́ cum יה iod he, uterq́ mundus creatus sit. Verū cum ה he, hic pręsens mundus creatus est. Quēadmodū enim dispositio huius literę ה he, aperta est inferius, & clausa ex omni eius latere. Sic seculum istud dispositū est. Quicunq́ enim creati sunt in eo, in infernū descendunt. Illud uero quod est in ea rectum, mortuorū uiuificationem significat. Seculū autem futurū creatum est cum י iod. Quare? quia sicut dispositio literæ י iod staturam habet replicatā: ita facies impiorū pallidæ erunt, contrahentur & cōtristabuntur in futuro. Alius sermo. Quemadmodū dispositio huius literæ י iod, modica est in sua statura, Sic impij in futuro. Sicut dictū est Isa. 2. Deprimetur sublimitas hominis. Cer-

nis. Cernens autem Dauid duabus literis istis creasse Deum sanctum & benedictum mundos duos, cœpit cum eis magnificare & laudare Deum, dixitq; הללויה hallelu ia, id est laudate Deum. Cuius dictionis duæ ultimæ literæ sunt יה iod he. Hæc ibi. Quod autem filius Peres per quem uniuersa perfici atq; cõpleri debebant, ut dicit antecedens ditio, sit ipse Messias, habet in ואלה שמות רבה Veelle semoth rabba, id est in expositione libri Exodi, super illud 21. cap. eiusdem libri dicitur. Et ista iudicia. Vbi sic dicit, Tu inuenis omnes generationes quæ sunt in scriptura, diminutas, præter istas duas, uidelicet, Istę sunt generationes cœli & terrę, Gen. 12. Et hæ sunt generationes Peres, Ruth ultimo. Quod quidem magnam habet sententiam. Cur enim cum dicitur, Istæ sunt generationes cœli & terræ, generationes plenarie scriptæ sunt, id est non carent litera ו uau, sicut aliæ? Quia Deus creauit seculũ sine uau, & non fuit angelus mortis in eo. Hac de causa scripta est supradicta dictio תולדות toldoth, id est generationes מלא male, id est plenarie. Cumq; Adam & Heua peccassent, diminuit Deus תולדת toldoth, id est generationes, quæ in scriptura sunt. Cum autem stetit Peres, factæ sunt תולדות toldoth, id est generationes מלא male, id est plenarie scriptæ sunt. Non enim ibi deficit ו uau. Quia Messias de ipso surget, & in diebus eius Deus sanctus & benedictus glutiet uel destruet mortem. Sicut dictum est Isaiæ uigesimo quinto capite, בלע המות לנצח Hoc est, Glutiuit uel destruxit mortem in sempiternum. Propterea תולדות id est, generationes Peres, מלא male, id est plenarie scriptæ sunt. Hæc traditio. Hoc idem etiam in Midras Ruth, id est, in expositione libri Ruth confirmatur, super eadem uerba, Hæ sunt generationes Peres. Cum sic ibi dicitur, Vbicunq; in lege dictum est, תולדות toldoth, id est generationes, diminutæ sunt, hoc est una litera quæ uau deficitur, ibi deest, exceptis his duabus. Videlicet, Istæ sunt generationes cœli & terræ. 2. Gen. Et hæ sunt generationes Peres, Ruth ultimo. Ex quam ob rem hoc factum sit, tandem utrobiq; eadem ratio redditur, quæ in præcedenti traditione reddita est. Ex quibus patet, quòd in aduentu Messiæ, & uniuersum quod propter Adæ peccatum pene corruerat, instaurandum erat, & mors ipsa destruenda.

Quòd angelorum quoque ruina per Messiam reparanda erat.
Caput XII.

CAPNIO,

QVoniam teste philosopho perfectum est, cui nihil deest, & ad perfectam uniuersi instaurationem, angelicæ ruinæ reparatio pertinere uidetur. Eam ob rem ad ostendendum, Messiam ipsum

ipsum totius uniuersi perfectum reparatorem futurum fuisse, angelorum quoq; ruinam per ipsum instaurãdam fuisse, probare necessarium est. GAL. Id potissimum ac satis clare in Midras tehilim habetur, eo in loco, ubi super principium Psal. 89. משכיל לאיתן האזרחי חסדי יהוה עולם אשירה Hoc est, Intellectus forti, uel uenturo, indigenæ uel illustratiuo, uel orientali. Misericordias Dei semper cantabo. Hoc modo legitur. Hoc est quod scriptum est Iere. 9. c. כי אם בזאת יתהלל המתהלל השכל וידע אותי כי אני יהוה עשה חסד משפט וצדקה בארץ Id est, Sed in hoc glorietur, qui gloriatur, intelligere & nosse me. Quia ego Deus faciens misericordiã & iudiciũ & iusticiã in terra. Hęc sunt enim quæ uolui, Dixit Deus. Propter hoc dictũ est Psal. 101. חסד ומשפט אשירה Hoc est, Misericordiã & iudicium cãtabo. Deinde in eadem Midras, sic immediatè sequitur, יאמר להם אני אמרתי עולם חסד יבנה את שמים תכין ולא השמים בלבד אלא את הכסא אינו עומד אלא בחסד שנאמר והובן בחסד כסא למה הדבר דומה לכסא שיש לו ארבע רגלים והיה האחד מתמוטט נטל צרור וסמכו כך היה הכסא של מעלה בביבול שנתמוטט עד שהקדוש ברוך הוא סמכו ובמה סמכו בחסד הוי עולם חסד יבנה את שמים ובן דוד אמר לעושה השמים בתבונה ועל יד מי הם עומדים על החסד שנאמר כי לעולם חסדו לרוקע הארץ על יד מי כי לעולם חסדו Id est, Dixit eis scilicet Dauid Israeli Psalmi octuagesimi noni, Quoniam dixi, mundus misericordia ædificabitur, cœlos reparabis, uel rectificabis, uel aptabis, tu Deus supple. Misericordia, dixit, Quia non cœli solum, sed etiam ipse thronus non est persistens, nisi per misericordiam. Sicut dictum est per Isaiam decimosexto capite, Et præparabitur, uel aptabitur, uel rectificabitur in misericordia, uel per misericordiam thronus. Simile autem hoc parabolice est throno, uel solio quatuor pedes habenti, quorum unus commouerat se. Accepit ergo glebam, uel fragmentum lapidis quispiam, & fulciuit ipsum. Sic thronus supernus (ex quo in lege scriptum est, dici potest) commotus, uel coagitatus, uel diminutus fuerat, donec fulciuit illum Deus sanctus & benedictus. Et quo fulciuit illum? Misericordia. Et hoc est quod dictum est, Mundus misericordia ædificabitur, cœlos tu reparabis, uel instaurabis. Et sic est Dauid, dicens Psalmi centesimo trigesimo sexto, Facienti cœlos cum prudentia. Et super cuius manus sunt stantes? Super misericordiam. Sicut consequenter dictum est, Quoniam in seculum uel in æternum misericordia eius. Extẽdit terram. Et per cuius manum? Quoniam in seculum misericordia eius. Propter hoc ait Psal. 63. Quia melior est misericordia quàm uita. Hæc omnia Midras prædicta. Hic plurimũ conuenit ponere illud Isa. 16. dictũ, quod in præmissa traditione inductũ est, והובן בחסד כסא וישב עליו באמת באהל דוד שפט ודרש משפט ומהר צדק. i. Et pręparabit̃ in misericordia thronus uel soliũ. Et sedebit sup̱ illud in ueritate in tabernaculo Dauid, iudicãs & quęrens iudiciũ, & expediẽs uel accelerãs iusticiã.

Hæc

Hæc autem Rabbi Ionathas sic in Chaldæū uertit, בבין משיחא דישראל יתקן בטוב פרסוהי ויתיב עלוהי בקשוט בקרתא דדוד ותבע דין ועביד קשוט Id est, In hoc uel propter hoc Messias Israel apponet, uel aptabit in bono thronum suum. Et sedebit super eum intus ciuitatem Dauid, & iudicabit iudicium, & faciet ueritatem. Cum igitur in præcedenti traditione per hęc Isaiæ uerba probatum sit, Quod Deus cum misericordia thronum supernū confirmaturus & instauraturus erat, ipsius diminutioni & coagitationi, siue commotioni glebam uel fragmētum lapidis apponendo. Et hic per translationem Chaldaicam aperte ostendatur, quòd ipsa eadem Isaiæ uerba de Messia loquant̄. Necessario profecto, ac manifeste consequens est, Messiam ipsum Deum esse superni throni instauratorem. Nemo enim rectius supradicti lapidis fragmē posuisse intelligi potest, quàm Messias cœlestium atq; terrestriū reparator. Qui immensa sua misericordia ac passione, peccatores homines liuore suæ passionis, Isaia teste, sanando, ac in supernam Ierusalem inducendo, ruinæ angelicæ factus est fulcimentum. Et sic iustificatos homines angelis sociando, instaurauit, atq; fulciuit supernum thronum, hoc est angelorum chorum, qui propter ruinam dæmonum diminutus erat. Qui & ideo supernus thronus uocatur, quia super eum Deus quodammodo sedet, iuxta illud Psalmographi Psal. 79. dictum, ישב על הכרובים Hoc est, Sedens super Cherubim. Et rursus Psal. 98. ישב הכרובים תנוט הארץ Id est, Sedēs super Cherubim, moueatur terra. Ex quibus patet, quòd per Messiam non solum & uniuersum quod propter primorum parentum peccatum corruptum quodammodo fuerat, reparandum erat, & mors ipsa destruenda, ut in præmissis ostensum est, uerum angelica quoq; ruina (ut nunc probatum est) instauranda.

Quòd summo desiderio sancti patres Messiæ desiderabant aduentum. *Caput* XIII.

CAPNIO,

EApropter summo (ut arbitror) desiderio sancti patres Messię desiderabant aduentum. GAL. Ita prorsus. Idcirco sanctus Iob sic 9. cap. dicebat, לו יש בינינו מוכיח ישת ידו על שנינו i. Vtinam esset inter nos argutor, poneret manū suam super nos ambos. Argutorem hunc seueritatis diuinæ iusticię secundum quam infernus erat omnium hominum domus, Messiam esse Isaias ostendit, dum 9. c. de ipso loquens, ait, ושפט בצדק דלים והוכיח במישור לענוי ארץ Id est, Et iudicabit in iusticia pauperes, & arguet in æquitate humilibus, uel pauperibus, uel mansuetis terræ. Est autem notādum, quòd in eisdem uerbis Iob apud Hebræos aliqui libri habent לו Iu, cum litera ו uau, & tunc idem est quod utinam, & uerba eius (ut diximus) sic interpretantur: Vtinam esset inter nos argutor, poneret, id est qui poneret manum

num ſuam inter nos ambos. Alij uero libri habent ibi לא Io, cum א aleph litera, quod dictionem hanc negatiuã Non, ſignificat. Et tunc ſic eadem uerba traducuntur. Non eſt inter nos argutor. Hinc noſtra ædi tio habet, Non eſt qui utrunq; ualeat arguere, & ponere manum ſuam in ambobus. Vtraq; autem bona eſt litera, & in eandẽ rediẽs ſententiã. Nam ſecundũ primam quidem, quam Talmud ponit, ſanctus Iob cogi tans, q̃ peruerſe atq; damnoſe primus homo deliquerat, & q̃ inexorabi liter conditor hominũ iratus fuerat, Meſſiã Dei & hominis mediatorẽ perquirebat, qui manũ in ambobus poneret, hoc eſt qui utranq; natu rã, Dei ſcilicet & noſtrã ſimul amplecteret, & gereret, quiq; ſolus inter homines homo innocens appareret, & eſſet, & tamen ad pœnã culpæ portandã ſpontaneus abſq; culpa procederet, atq; ſic exẽplo & uerbo hominẽ argueret, ne peccaret, & ignominioſam ipſe innocẽs pro homi ne pœnã perferendo, ſeueritati diuinæ iuſticię obſiſteret, ne feriret. Se cundũ aliam uero literã in ſpiritu ſancto prẽuidens idẽ ſanctus Iob, ne minem ante Meſſiã, neq; pòſt uenturũ fuiſſe, qui proprijs nõ grauatus, alienos poſſet ſubire peccatorũ reatus, uel qui ſeueritati diuinę iuſticię ſatis eſt, dicere ualeret, aduẽtus ipſius Meſſiæ, morę nimiũ longe diſpẽ dium deplorabat, dicens, Nõ eſt inter nos. i. inter Deum & hominẽ ar gutor, qui cum ęquitate arguere queat, cũ omnes rei ſint, donec ueniat ille, qui ſuper nos (ut dictũ eſt) manũ ſuam ponat, & ſolus cũ æquitate arguat humilibus terrę, hoc eſt ad humiliũ hominũ ſalutem. Hunc etiã argutorẽ & Iſaias flagranti deſiderio quęrebat 64. c. dicens, לוא קרעת שמים וירדת Hoc eſt, Vtinã dirumperes cœlos, & deſcenderes. CAP. Iuniores ludęorũ prẽmiſſam ſancti Iob ſcripturã, quẽadmodũ & alias, perperã intelligentes, aiunt, ipſum aliquẽ alium prẽter Deũ deſideraſſe iudicẽ, ſub quo & ipſum Deũ iniuſtũ, & ſeſe oſtenderet innocentẽ. Vt habetur in libro בבא בתרא Baua bathra, in c. quod incipit חשיתפין Haſſut tafin. Vbi ſuper illa eadẽ uerba Iob, ſic ait Rabba, Puluis ſit in ore Iob. Nihil enim eſt ſeruus, qui arguit Dñm Deum ſuũ. GAL. Iudaica pro culdubio cęcitas uirum ſanctũ Iob iniuſte atq; impie cõdemnat, uerba eius peruerſe intelligendo. Contra quos illius primo teſtimoniũ afferi mus, qui ait Iob 1. c. בכל זאת לא חטא איוב ולא נתן תפלה .i. In toto hoc nõ peccauit Iob, nec attribuit fatuitatẽ. Et rurſus eiuſdem libri ult. c. ויאמר יהוה אל אליפז תחימני חרה אפי בך ובשני רעיך כי לא דברתם אלי נכונה כעבדי איוב Hoc eſt, Et dixit Deus ad Eliphaz Temanitem, Incaluit indi gnatio mea in te, & in duos amicos tuos. Quia non eſtis locuti ad me rectum, uel conueniens, ſicut ſeruus meus Iob. Præſtat etiam autorita tem libro Iob non paruam apud Hebrẽos, quòd à Moſe dicatur idem liber ſcriptus, Vt habetur in בבא בתרא Baua bathra, in capite חשיתפין Haſſut tafin. Vbi ſic legitur, Tradiderunt Magiſtri, quòd Moſes ſcri pſit uolumen ſuum, & diſtinctionem Balaam, & Iob. Recte igitur &

Iudæorum recentiorum obiectio.

Confutatio.

conuenienter Iob fuisse locutum, non solum Mosis, sed etiam Dei testi-
monio comprobatur. Nihil ergo rectius atq; cõuenientius dicendum
est hic, secundũ quòd eius uerba sonant, quàm quòd secundum primã
literam præsentiam Dei & hominis in Messia optauerit, uel quòd iuxta
ta alteram literam, ipsius Messiæ Dei & hominis moram deplorauerit.
Qui ponendo manum suam in ambobus, homines iustificando, & an-
gelorum cœtibus aggregando, utrorumq; ruinas instauraret. Ex quo
liquet summum eius desiderium erga Messiæ aduentum. Id idem Rab-
benus Haccados in libro Gale razeya, & de reliquis sanctis patribus,
deq; omnibus iustis affirmat, respondens ad quintam Antonini Com-
sulis urbis Romæ petitionem. Cum enim idem Antoninus eum inter-
rogasset, quódnam sacrificium facturus esset Israel post cessationem sa-
crificij quod tunc fiebat. Sic ei ille inter cætera respõdit, Quod perieris
tibi notitiã dari de sacrificio quod Israel facturus est post Messiæ aduc-
tum, dicã tibi quod repperi à R. Simeone filio Iohai scriptum in libro
qui מחקר הסודות Machkar hassodoth. i. inuestigatio secretorũ inser-
bitur. Dum semel proficiscerer ex monte Ebal ad montẽ Gherizin, ut à
Deo peterem gratiam, ipsumq; adorarem, inueni Eliam supra mõtem
Gherizin stantem, orantemq; atq; plorãtem. Cui ego pacem dedi, ipse
autem me respicere noluit. Quod cum uiderem, flere cœpi. Moxq; ver-
tit faciem ad me, dixitq;, Fili Iohai non est hora conueniens. Et abijt. Ie-
rum reuersus sum ad montẽ Gherizin, ipsumq; inueni orantem laudan-
temq; Dominum orbis. Tunc uidi uenientes super montem Gherizin
octoginta milia legionum angelorũ, & in unaquaq; legione erant octo-
ginta milia acierũ, & in unaquaq; acie octoginta milia angelorũ. Fere-
bantq; coram se Abrahã, Ishac, Iacob, Mosem, & Aharon, Dauid & So-
lomonẽ, omnesq; reges de domo Dauid, atq; prophetas & iustos, qui
in mundo fuerant. Ipsi autem angeli rogabant Deum dicentes, Recor-
dare Abrahã, Ishac, & Israel seruorũ tuorũ, quibus iurasti per temetip-
sum. Abraham autem, Ishac, & Iacob orabant, dicentes, Nõ nobis Do-
mine, nõ nobis, sed nomini tuo da gloriam. Reges ex domo Dauid, &
prophetæ dicebant illud Isa. 63. c. scriptum, כי אתה אבינו כי אברהם לא ידענו
וישראל לא יכירנו אתה יהוה אבינו גאלנו מעולם שמך Hoc est, Tu pater
noster, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. Tu Deus pa-
ter noster, redẽptor noster, à seculo nomẽ tuũ. Tunc uidi mõtem Ebal
trementem, & ad eum accedentes nonaginta milia dæmonũ. Qui cur-
rentes, ac festinantes dicebant, O Domine mundi, recordare quòd in
hoc monte dederis maledictionem, dicens Deuter. 27. cap. ארור האיש
אשר יעשה פסל ומסכה תועבת יהוה Id est, Maledictus uir, qui fecerit scul-
ptile & conflatile abominationem Dei. Item ibidem, ארור אשר לא יקים
את דברי התורה הזאת לעשות אותם Hoc est, Maledictus qui non permanet in uer-
bis legis huius, ut opere perficiat ea. Tũc exijt uox de cœlo, dicẽs illud

Psal.

Psal.103. כרחם אב על בנים רחם יהוה על יראיו Id est, Sicut miseretur pater super filios, misertus est Deus super timentes eum. Extemplo cum summa lætitia & gaudio patres, reges, omnesq; prophetæ, & iusti induerunt se sacerdotis more, accesseruntq; ad Eliam, eumq; secum duxerunt. Elias uero induit se tanquam summus Pontifex, omnesq; Deum laudabant. Elias autem rem sacram faciebat. At ego ignorabam, quód nam esset hoc sacrificium. Deinde omnes angeli Eliam comitabantur. Reuertentes autem ad locum ubi morabatur, & postea ad patres & reges & iustos. Vt autem recesserũt, uidi Eliam hilarem, ridentẽq;. Cui pacem dedi, dixiq;, Pax Dñi nostri sit super te, & pax tua dñe sit super me. Redditq; mihi pacẽ, dicẽs, Pax Dñi mundi sit super te, & super uniuersum orbem. Tunc dixi, Dic mihi domine, quare cum primũ inueni dominationem tuam plorantem, dediq; tibi pacem, non respexisti, sed abijsti: nunc autem uideo te Domine ridentem & hilarem. Illi uero angeli & animæ patrum & iustorum cur in monte Gherizin morabantur, & dæmones in monte Ebal? Respondit, Fili Iohai, ter in hebdomada conueniunt omnes animæ patrum, Regum, & iustorum, secum ferentes omnes angelos, qui seruiunt eis, assistuntq;, rogantes ipsum, ut filium sanctum suum mittat, & redimat omnem Israel, ducatq; ad terrã sanctam. Idcirco orant eum dicentes, Recordare Abraham, Ishac, & Israel seruorum tuorum. Diaboli autem ueniunt, ut illis obsistant & aduersentur. Ideo angeli monti Gherizin insidebant, quia in eo datæ sunt benedictiones. Diaboli uero in monte Ebal morabantur, quia in eo dedit Deus maledictiones Israeli. Ipsiq; assidue in memoriam reuocabant omnia delicta & peccata, quæ ipse Israel fecerat in hoc mundo, utpote qui adorauerunt idola. Ideoq; dicebãt, Maledictus homo, qui facit sculptile, & reliqua. Et maledictus homo qui non permanet in sermonibus legis huius. Et quia cum primum mihi obuiasti, non erat placatus Deus, & diaboli efficiebant, quominus Messias ueniret. Idcirco flebam, & non respexi. Nunc autem quia uenerũt patres ad filium sanctum Dei, ipsumq; rogauerũt, ut ipsemet unà cum eis patrem rogaret, ut eum mittat ad redimendum eos. Quod factum est, Deusq; preces eorum exaudiuit, neq; respexit ad dæmonũ uerba. Prodijtq; uerbum ab ipso, ex hac hora ad ducentesimũ annũ deum missurũ filiũ sanctum suum regẽ, ut redimat uniuersum terrarũ orbẽ. Idcirco uox quæ de cœlo prodijt, intonabat, Quomodo miseretur pater super filios, misertus est Deus super timentes eum. Ideoq; lætus erã. Hæc omnia in libro Gale razeya Rabbenus haccados, ex Hebraico in Latinũ traducta. Ex quibus luce clarius patet flagrantissimũ desideriũ, quod prisci illi patres erga Messiæ aduentũ habebãt. Quid aũt dixerit de sacrificio quod post aduentum Messiæ fieri debebat, dicemus in decimo libro, cum de efficacia sacrificij ab ipso Messia instituendi, nobis dicendum occurrerit.

Quòd non Iudæi tantum, sed gentiles quoque per Messiam redimendi, atq; saluandi erant. Nec tamen omnes siue Iudæi, siue gentiles, sed ij dumtaxat ex utrisq; qui ipsum & recepturi, & confessuri essent.

Caput XIIII.

CAPNIO,

QVamuis ex his omnibus quæ à quarto cap. hucusq;, tam abunde atq; ueridice dixisti, aperte colligatur, quòd sempiterna illa lus, perfectaq; redemptio quæ per Messiam fidei debebat, non corporalis (ut iuniores Iudæorum delirantes asserunt) sed spiritalis futura erat. Qua redemptor ipse Deus & homo humanum genus abiturus ferno, & à morte æterna quam propter primorũ parentum peccatum, ùniuersi homines incurrerãt, redempturus atq; saluaturus erat. Quia tamen pleriq; Iudæorum aiunt, hanc siue redemptionem, siue saluatorem solius Israel, & non gentilium futuram fuisse. Idcirco ut magis adhuc eorum perfidia conuincatur, per antiquas eorum scripturas probare debes, non solum Iudæos qui Messiã recepturi erant, uerum gentiles quoq; in Messiam ipsum credituros, ab eo redimendos ac saluandos fuisse. GAL. Hoc plurimis ex locis manifeste habetur. Et primum quidem ex ijs quæ in Baresith rabba. i. in expositione libri Gen. legitur, super illud 41. ca. eiusdem libri dictũ, ויאמר פרעה אל יוסף אני פרעה ובלעדיך לא ירים איש את ידו Hoc est, Et dixit Pharao ad Ioseph, Ego Pharao, & absq; te nõ eleuabit uir, uel aliquis manũ suã. Ibi enim inter cętera dicit. Dixit Rabbi אחא Aha, Poterit ne dici, quòd respector sit acceptor facierum, id est personarum? Absit, sed omnes eum confitentes ore suo, & operibus suis, & corde suo, saluabit, atq; liberabit. Sicut dictum est Iere. 23. cap. בימיו תושע יהודה Id est, In diebus eius saluabitur Iuda, id est confitentes eum saluabuntur. Et sic ipse ait apud Iam quadragesimo quinto capite, פנו אלי והושעו כל אפסי ארץ Hoc est, Conuertimini ad me, & saluabimini omnes fines terræ. Et iterum dicit ibidem, כי לי תכרע כל ברך תשבע כל לשון Id est, Quia mihi flectetur omne genu, & iurabit omnis lingua. Et super ipsum quoq; scriptum est Isaiæ quadragesimo nono capite, לאור גוים לחיות ישועתי עד קצה הארץ Hoc est, Dedi te in lucem gentium, ut sit saluatio mea usque ad fines terræ. Et propter hoc etiam ait Dauid Psal. 67. תודוך עמים אלהים יודוך עמים כלם ישמחו וירננו לאמים כי תשפט עמים מישור ולאמים בארץ תנחם סלה יודוך עמים אלהים יודוך עמים כלם ארץ נתנה יבולה Id est, Confitebuntur te populi Deus, confitebuntur te populi omnes. Lætabuntur & exultabunt gentes, quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis. Confitebuntur te populi Deus, confitebuntur te populi omnes, terra dedit fructum suum. Vbi cum quater cõmemorauit confitebuntur, ita est, ac si dixisset, Confitebuntur

buntur te corde suo, confitebuntur te ore suo, confitebuntur te operibus suis, confitebuntur te pariter omnibus his. Sicut dictum est Sephoniæ 3.c. כי אז אהפוך אל עמים שפה ברורה לקרא בלם בשם יהוה לעבדו שכם אחד Hoc est, Quia tunc conuertam ad populos labium electũ. Vt inuocent omnes in nomine Dei, & ut seruiant ei humero uno. Nõ est autem nomen Dei dictum hoc loco, nisi rex Messias, de quo dictũ est Isa. 30.c. חנה שם יהוה בא ממרחק .i. Ecce nomen Dei uenit de longe. Quod idem docetur de Deo sancto & benedicto. Sicut dictum est Iere. 23. ca. האלהים מקרוב אני נאם יהוה ולא אלהי ממרחק .i. Nunquid Deus de prope ego, dixit Deus, & non Deus de longe? Et quare seruient ei humero uno? Propterea, quia factus est principatus super humerum eius. Sicut dictum est Isa. 9. ca. ויהי המשרה על שכמו .i. Et fuit principatus super humerum eius. Hactenus traditio. In qua multa notanda sunt notatu dignissima. Primum quidem est, quòd redemptor non debebat esse personarum acceptor, sed omnium ipsum confitentium saluator. Ideo redemptorem hunc necesse est esse Messiam, propter uerba illa Ieremiæ ibi inducta, In diebus eius saluabitur Iuda: quę in scripturis Hebraicis, & in translatione Chaldaica de Messia exponũtur. Vt in superioribus probatum est. Secundũ uero est, quòd in prædictis Ieremię uerbis per Iuda non intelliguntur Iudæi, ut ipsi contra nos sępenumero argumentantur, sed omnes tam de gentilibus, quàm de Iudæis qui corde, ore, & opere Messiam cõfessuri erant. Tertium autem est, quòd Messias dandus erat in lucem gentium, & salus usque ad fines terræ. Quartum est, quòd Messias est nomen Dei, cui populi, id est gẽtiles labio electo seruire debebant. Quintum est, quòd ipse uenturus erat de longe, hoc est de Deo sancto & benedicto. Quod ibi per illud Ieremiæ probat, Nunquid Deus de prope ego, & non Deus de longe. Quapropter Messiã esse Deum, consequens est. Sextum est, quòd illa Isaiæ uerba 9. cap. scripta, Infans natus est nobis, filius datus est nobis, & erit principatus super humerum eius, de Messia intelliguntur. Quod est contra Iudæorũ iuniorũ deliramenta. Notandum insuper est, Quòd sicut per præmissam traditionem in uerbis illis Ieremiæ, in diebus eius saluabitur Iuda, per Iuda non ipsi Iudæi intelliguntur, sed omnes Messiam cõfitentes: ita in eisdẽ uerbis cum immediatè sequitur, ויתחי המשרה על שכמו Hoc est, Et Israel habitabit ad fiduciã. Per Israel, qui uir uidens Deum interpretatur, eadem ratione non illi de populo Israelitico intelligẽdi sunt, sed omnes Deũ uidentes, hoc est omnes tam de gente Israelitica, quàm de cæteris gentibus, qui Messiam ipsum uerum Deum & hominẽ fide & opere uisuri erant. Vt fuerunt apostoli, & reliqui tam ex Iudęis, q̃ ex gentilibus ad Christũ conuersi, qui Christum uidentes, Deum uerum uiderunt. Et hęc est literalis expositio. Nam Israel non erat propriũ nomẽ ipsius Iacob, sed ei in angelorũ uisione impositum fuit. Cum igitur

Israel quomodo interpretatur.

Qui sunt ueri Israelitæ.

Messias, ut in præcedentibus latissime ostensum est, sit maior angelis, cum sit uerus Deus, illi sunt ueri Israelitæ, qui Messiã ipsum uiderunt & uident. Huic etiam traditioni addẽdum est, quod in Midras tillim, id est in expositione Psalmorum super illud Psal. 66. דרכך בארץ בכל גוים ישועתך Id est, Ad cognoscendã in terra uiam tuã in omnibus gẽtibus salutionẽ tuam. Ita dicit, Nõ erit Deus sanctus & benedictus saluans Israel propter eorũ opera, sed ut notificet potẽtiam suam, & ut notum faciat nomen suum gentibus. Asaph enim ait Psal. 76. ביהודה אלהים נודע בישראל גדול שמו .i. Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius. Et rursus dicit Psal. 77. אתה האל עשה פלא הודעת בעמים עזך .i. Tu es Deus faciens mirabile, notã fecisti in populis potẽtiam tuam. Poterúnt ne dicere eis, Iudæi scilicet gẽtilibus, Quod redemptor sit acceptor facierũ. i. personarũ? Nequaq̃, sed confitentiũ eum. Sicut dictum est Psal. 67. Cõfitebuntur te populi Deus, confitebuntur te populi omnes, cum reliquis. Et sic est quod Isaias ait 61. c. כי כאשר תוציא ארץ צמחה וכגנה זרועיה תצמיח כן אדני יהוה יצמיח צדקה והתהלה נגד כל הגוים Id est, Nam sicut terra producit germen suũ, & sicut hortus semina sua germinat, Sic Dominus Deus germinabit iusticiam & laudem coram cunctis gentibus. Hæc Talmud. Item in eadẽ Midras tillim super illud Psal. 100. הריעו ליהוה כל הארץ : עבדו את יהוה בשמחה בואו לפניו ברננה Id est, Psalmus ad confessionem. Iubilate Deo omnis terra, seruite Deo in lętitia, uenite coram eo cum cantu. Ita scriptum est, אמר ר׳ יעקב אמר ר׳ אבחו בשם רבי אחא מיומור להודות יודו לי כל האומות ואני מקבלן שנא בי לי תברע כל ברך תשב כל בשון אני מקבלן ובו Id est, Dixit R. Iacob, dictũ est à R. Abhu in nomine R. Aha. Psal. ad confessionem. Cõfitebuntur me omnes gentes, & ego recipiam eas. Sicut dictum est Isa. 65. Quoniam mihi flectetur omne genus & iurabit omnis lingua, & ego recipiam eos. Ex his quę dicta sunt, palàm demonstratũ est, Quod non Iudæi modo, sed gentiles etiam per Messiam redimi, atque saluari debebant. Neque tamen omnes Iudæi, neq; omnes gentiles temporis Messiæ saluandi erant, sed ij duntaxat ex utrisq;, qui Messiam ipsum recepturi essent, atq; corde, ore, & opere confessuri.

Quod ad designandam tum Iudæorum, tum gentilium saluationem per Messiam futuram, ex utrisque Messias ipse prodire uoluit. Cap. XV.

CAPNIO,

MAnc (ut puto) ob causam, Messias ex Iudæis & gẽtilibus processit, ut ex hoc utrorumq; saluatio per ipsum futura, pręsignaretur. GAL. Recte ais mi Capnio. Hoc enim ex eo maxime patet, quod in commẽtarijs R. Mosis Hadarsan scriptũ est, super illud Gen. 19. c. dictum, ויאמר הכבירה אל הצעירה הן שכבתי אמש את אבי נשקנו יין גם הלילה ובאי שכבי עמו ונחיה מאבינו זרע : Hoc est, Et dixit ma-

jor

ſorad minorem, Ecce dormiui, uel iacui heri cum patre meo. Potemus eum uino etiam hac nocte, & ueni, & iace, & dormi cum eo. Et uiuificemus de patre noſtro ſemen. Dixit Rabbi Tanhuma, Et uiuificemus de patre noſtro filium, non eſt ſcriptum, ſed ſemen. Et hic eſt Rex Meſſias, qui uenit de ambabus. Dauid quippe proceſſit ex Ruth Moabitide, & Roboam ex Naaman Ammotide. Rex uero Meſsias ex filijs filiorum eius. Et hoc eſt quod dixit Sophar ad Iob undecimo capite, dicens, החקר אלוה תמצא אם עד תכלית שדי תמצא Id eſt, Nunquid profundum, uel inueſtigationem Dei inuenies? Nunquid uſque ad conſumationem Saddai, id eſt illius qui ſufficit, reperies? Nunquid ſuper profunditatem Dei tu qui quæris aſtare. Si ueniſſet coram te iudicium hominis qui iacuit cum nuru ſua, cuiuſmodi ſententiam dediſſes contra eum? Reſpondit ei, Lapidationis. Et ſi ueniſſet coram te iudicium hominis qui iacuit cum filia ſua, quid iudicaſſes contra eum? Dixit ei, Combuſtionem: Ait ei Sophar. Hæc autem iudicia uenerunt coram Deo ſancto & benedicto. Lot enim concubuit cum filiabus ſuis, & Iudas cum nuru ſua. Et aſſumpſit tamen Deus ſanctus & benedictus de utriſque, & conſtituit de ipſis reges in hoc ſeculo, & redemptorem in futuro. Et hic eſt rex Meſſia. Hæc traditio. Item in eodem libro legitur, ſic Rabbi Hanina dixiſſe. Quid ſibi uult textus Geneſis decimonono capite, ubi dixerunt filiæ Lot. Vt ſeruare poſſimus ex patre noſtro ſemen? Quia enim dixerunt ſemen, & non filios, uidetur reuelatum fuiſſe eis arcanum de aduẽtu Meſſiæ, & quòd de ſemine Adę atq; ex eis proditurus eſſet Meſſias. Innuentes ſemen illud Meſſię de quo dixit Adam, Poſuit mihi Dominus ſemen aliud pro Habel, ab ipſis fuiſſe proceſſurum. Ideoq; uoluerunt cum patre concumbere ad huiuſmodi ſemen conſeruandum, non aliqua malicia, aut inhoneſtate ductæ, ſed quia exiſtimabant alium hominem præter patrem, in mundo non exiſtere, propter Sodomæ & Amorræ deſtructionem. Ideo ne prætermitteretur Meſſiæ aduentus, quælibet earum una nocte cum patre iacuit. Grauidæq; factæ, duos filios pepererunt. Vna Ammon, altera Moab. A quibus duæ maximæ gentes emanarunt, quæ Ammon & Moab appellatę ſunt. Ex Moab autẽ proceſſit Ruth Moabitis, quæ accepit cõiugem Boaz. Ex cuius genere prodijt rex Dauid. Vt ex eius genealogia apparet. Rex autem Selomo inter alias uxores, habuit Naamam Amonitidem, & ex ea ortus eſt Roboam rex Iudæ, Dauid uero inter cæteros filios, habuit Selomonem & Nathan. Ex Nathan autem proceſſit beatiſſima uirgo ſecundũ Lucę genealogiã. Ex Selomone uero & Roboã eius filio, prodit Ioſeph eiuſdẽ uirginis ſpõſus, ut latius in ſequenti libro dicemus. Cum igitur filiæ Lot neſcirent, ex qua ipſarum proditurus eſſet Meſſias, & unaquæq; ipſum ex ſe proceſſurũ putaret, dixerunt, Vt ſeruare poſſimus ex patre noſtro ſemen, quod abſq; ma-

gno myſterio factum fuiſſe, cenſendum non eſt. Cum enim Deus præ-
ſciret Iudęos magna ex parte Meſsiam negaturos, eiq; non creditu-
gentiles uero eum recepturos, ac proinde populum nouum ipſos ſe-
cturum, iuxta illud Pſalmographi Pſal. 100. dictum, עם נברא יהלל יה
Hoc eſt, Populus qui creabitur laudabit Deum. Item apud Iſaiam
cap. עם זו יצרתי לי תהלתי יספרו Id eſt, Populus iſte quem creaui mih
laudem meam narrabit. Idcirco diuina prouidentia factum eſt. Vt re-
demptor & uerus Meſſias ita ex gentilibus, ſicut ex Iudęis procederet.
Vt inde cunctis innoteſceret, quòd ad ſaluãdos utroſq; uenturus eſſet.
Quare Dominus ipſe gentiles quoq; oues ſuas uocauit, dicens, Alias
oues habeo, quæ nõ ſunt ex hoc ouili, illas oportet me adducere, & hę
unum ouile, & unus paſtor. Eam ob rem dicebat rex Dauid, Laudate
Dominum omnes gẽtes: collaudate eum omnes populi. Quid autem
ei dicetis? Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius, & ueri-
tas Domini manet in ęternum. Et hanc ob rem quia Meſsias utroſque,
ſcilicet Iudæos & gentiles ſaluare debebat, recte totius generis huma-
ni redemptor dictus eſt, ac mundi uniuerſi ſaluator.

Quòd mundus per peccatorum remiſsionem ſaluandus erat, Et de generali peccatorum remiſsione, quæ per Meſsiam fieri debebat. Caput XVII.

CAPNIO,

QVomodo igitur mũdus, ſiue humanum genus per Meſsiam
ſaluandum erat? Nam id quoq; per eorum ſcripturas te oſten-
dere oportet. GAL. Per generalem utique peccatorum re-
miſſionem mundum ipſum, ſeu humanum genus tempore Meſsiæ ſal-
uandũ fuiſſe, priſcæ eorum ſcripturæ oſtendunt. Quod enim per Meſ-
ſiam futura eſſet peccatorum remiſsio, in libro יומא yoma, id eſt Die
rum, in capite יום הכפורים yom hacchipurim, id eſt, Dies propitiatio
num, optime probatur. Vbi ſic legitur: Traditio eſt, quòd Rabbi
Meir dicebat, Magna eſt pœnitentia propter unum enim, qui actu-
rus eſt pœnitentiam, uniuerſum mundum abſoluentes erunt. (Dicit,
abſoluentes erunt, propter diuinarum perſonarum trinitatem in una
eſſentia, quæ ad remiſsionem peccatorum ſimul concurrere debe-
bant) Deinde ſubditur in eadem traditione. Sicut dictum eſt Hoſeæ
decimoquarto capite, ארפא משובתם אהבם נדבה כי שב אפי ממנו Hoc
eſt, Sanabo peruerſitatem, uel auerſionem eorum, diligam eos gra-
tis uel ſponte. Quoniam auertetur furor meus ab eo, id eſt, propter
eum. Hæc traditio. Verba autem Hoſeæ in hac traditione inducta,
Rabbi Ionathas, ita Chaldaicè traducit, מתיובתהון אשבק
לחוביהון ארחמינון בר יתובן בנרבתא Id eſt, Recipiam pœnitentiam
ipſorum

ipſorum, propitius ero reatibus eorum, miſerebor illorũ, quando pœnitentiam egerint. Quod autem prædictum unum propter cuius pœnitentiam, hoc eſt propter cuius pœnitentiæ pœnam, mundus à peccatis abſoluendus erat Targum, id eſt Chaldaica translatio oſtendat eſſe Meſſiam, ex eo patet, quòd id quod Hoſeas immediate ſubiecit, dicẽs, אהיה בטל לישראל Hoc eſt, Ero quaſi ros Iſraeli. Ipſe Ionathas ita Chaldaicè tranſtulit, אתי מימרי בטלא לישראל Id eſt, Erit uerbum meum uelut ros Iſraeli. Hac igitur Chaldaica traductione aſſumpta, quæ uerbum Dei quaſi rorem Iſraeli futurũ fuiſſe, aſſerit. Videamus quid propheta de hoc uerbo in textu proſequatur. Dicit enim ſic, יפרח כשושנה ויך שרשיו כלבנון Hoc eſt, Florebit ſicut lilium, & producet radices ſuas ſicut libanus. Quod gloſſa R. Selomonis ſic exponit, Et producet ipſe ros radices ſuas, & proſperari eas faciet ſicut libanus, hoc eſt, ſicut radices arborum libani, quæ maximæ ſunt. Sequitur in prophetia, ילכו יונקותיו ויהי כזית הודו וריח לו כלבנון Id eſt, Ibunt propagines eius, & erit ſicut oliuæ ſplendor, uel gloria, uel confeſſio eius, & odor erit eius, ut libani. Hæc autem ſic & Ionathas in Chaldæum uertit, יסגון בנין ורבנן ויהי בזיו מטרת קורשא ויריחון וריחהחון בריח קטרת בוסמיא. i. Multiplicabuntur filij & filiæ, quorum ſplendor erit ſicut ſplendor candelabri ſanctuarij, & odor eorum ſicut odor fumi. Sequitur adhuc in prophetia, ישבו בצלו יחיו דגן ויפרחו בגפן זכרו כיין לבנון Id eſt, Conuertentur ſedentes, uel habitantes in umbra eius, uiuificabuntur triticо, & florebunt, uel germinabunt ſicut uitis. Memoriale ipſius, ut uinum libani. Hæc etiam idem Ionathas, ita Chaldaicè exponit, Congregabuntur de filijs captiuitatũ eorum, habitabunt uel ſedebunt in umbra Meſſiæ ſui, uiuificabuntur mortui, & multiplicabitur bonum in terra. Et erit memoriale ipſorum aſcendens, uel fructuoſum, ſicut memoriale uel recordatio domus buccinæ ſuper uino antiquo, quod miſcebatur in domo ſanctuarij Domini. His ita præmiſſis, quærendum eſt ab Iudæis. Cum hic per prophetam dictum ſit, Conuertentur ſedentes uel habitãtes in umbra eius, hoc pronomen eius quod ipſi ביניו Chinnui, uocant ad quod prædictorum refertur. Natura quippe eiuſmodi ביניהם Chinnuim, id eſt pronominum eſt, ad antedicta, & propinquiora referri. Quemadmodum ex innumeris ſacræ ſcripturę locis haberi poteſt. Nam cum Exo. 15. ca. dicitur, יהוה איש מלחמה יהוה שמו Id eſt, Deus uir pugnæ, Deus nomen eius. Hoc pronomen eius, ad alterum prædictorum, hoc eſt ad Deum, uel ad uirum, uel ad utrunque refertur. Ita quoque hic cum dicitur, Habitantes uel ſedentes in umbra eius, hoc pronomen Eius, inſpectis diligenter uerborum præmiſſorum circunſtantijs, referri oportet uel ad unum illum, de quo paulo ante dictum fuit, quòd propter eius pœnitentiam Deus uniuerſum abſoluturus erat mundum, uel ad rorem, quem Chaldaica translatio

tio(ut uiſum eſt)Dei uerbum eſſe exponit. Quia igitur ubi propho
poſuit, In umbra eius, Rabbi Ionathas, In umbra Meſſię, Chaldaice in
terpretatus eſt, palàm profecto oſtenditur, alterum iſtorum, uel etiam
utrunque oportere eſſe Meſſiam. De hac autem pœnitentia quam pro
mundi ſaluatione, uel pro ſaluãdis hominibus Meſſias Deus & homo
acturus erat, Pſalmographus aperte meminit Pſalmo octuageſimo
quinto, dicens, חלעולם תאנף בנו ׃ תמשוך אפך לדור ודור ׃ חלא אתה תשוב תחיינו ועמך ישמחו בך
Conuerte nos Deus ſalus noſtra, auerte iram tuam nobiſcum, id eſt a
nobis. Nunquid perpetuo iraſceris in nos, extendes iram tuam in ge
nerationem & generationem? Nónne tu conuerſus, uel pœnitentiam
agens, uiuificabis nos, & populus tuus lætabitur in te? Ex his igitur
quæ diximus manifeſte patet, quòd propter pœnitentiam quam Meſ
ſias acturus erat, humanum genus ſaluari debebat. Hanc enim pœni
tentiam nõ pro ſe acturus erat, cum peccatum nullum habiturus eſſet,
propter quod pœnitentiam ipſum agere oporteret. Sicut Iſaias teſti
tur, cum de ipſo ita 53. cap. ait, על לא חמס עשה ולא למרמה בפיו
Eo quòd iniquitatem non fecerit, neq; fuerit dolus in ore eius. Pro hu
mano ergo genere pœnitentiam iſtam agere debebat, in quantum pec
nam peccatorũ totius humani generis ſubiturus erat. Iuxta illud eiu
dem prophetæ eodem cap. dictum, אכן חליינו הוא נשא ומכאובינו סבלם
Hoc eſt, Vere langores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ſuſtinuit.
Prout latius in octauo libro uidebimus.

*Quòd per lignum crucis, mundi ſiue humani generis ſaluatio fieri de
bebat. Et de myſterijs atque excellentia ipſius crucis. Cap. XV.*

CAPNIO,

QVæ'nam igitur erat pœnitentia hæc quam in remiſſionem
peccatorum totius mundi Meſſias acturus erat? GAL. Cru
cis paſſio, quam pro nobis ſubire debebat. Eam ob rem Caba
liſtę ſummis laudibus ipſam efferunt. Ex Cabaliſticis nanq; fragmentis
illud Pſal. 139. אחור וקדם צרתני ותשת עלי כפכה Id eſt, Retro & ante
formati me, & poſuiſti ſuper me uolam tuam. i. manum tuã. Ita habet

הפכו וכן אמר האמנם כי הפעלה בתחתונים היא מן שכל שני נסתר שהוא מנהיג
כל המציאות כאשר אמרנו ומפני זה נשפעו ממנו שני יצרים וסורו חשתי והערב
צבאות צבאות כלו ימין ושמאל והשם עבורו בשמו יתברך ואמר לא יקרא שמך
שמי בקרבו ולפיכך קראוהו אישים שהוא משפיע על כל האישים ומפני שימצא
הרע בהעדרו הטוב: Hoc est, Tu uero aduerte omnia quæ ego loquor
tibi. Scire te uolo, quòd creator Deus creauit hominem inferiorem ad
imaginem hominum superiorum, creauitq́ hominem duos uultus ha-
bentem, anteriorem scilicet & posteriorem. Sicut dictum est, Ante &
retro formasti me. Et inuenitur in illo appetitus bonus, & appetitus
malus, & sunt duo angeli: licet alter eorum sit diabolus, & alter ange-
lus. Atqui intellectus qui dedit eis esse, est Deus, & uocatur angelus.
Et propterea dictum est à sapientibus, Angelus bonus & angelus ma-
lus. Angelus bonus ille, qui dirigit hominem in bonum in uita eius.
Et si homo operatur contrarium, uertit se in ipsum, & est homini infer-
nus. Et propterea uocatur medium, significans quòd medietas sphęræ
est bona, & medietas mala. Et hoc est secretum contentum in eo quod
dicitur, Ante & retro, & reliqua. Ab eo autem procedit essentia præ-
bens uitam, præbensq́ mortem, & ab eo insuper est natura bona, &
natura econtraria, id est mala. Et dixerunt, quòd opus inferiorum est
intellectus secundi occulti, qui præpositus est toti uniuerso, & dirigit
illud, sicut iam prædiximus. Et propterea ab illo facti sumus habentes
duas concupiscentias, quarum secretum est crux, & innuit seuaoth se-
uaoth, significans dextrum & sinistrum, & nomen, id est, Deus dona-
uit eam corona, quæ est nomen suum altissimum. Et dixit ei, Vocetur
nomen tuum nomine meo. Et hoc est quod dictum est, Nomẽ meum
est in ea. Et propterea uocauit illam hominem, quoniam influit super
omnes homines. Et inuentum est, quòd figmentum malum uel concu-
piscentia mala siue peccatum originale est oppositum eius. Quoniam
ipsa est summum bonum. Hæc omnia ibi. Vbi inter cætera miranda
crucis mysteria, dicitur quòd crux innuit sebaoth sebaoth significans
dextrum & sinistrum. Quod ideo nimirum dicitur, quia computanti-
bus arithmetica ratione literas quibus significant crucem, & literas
quibus scribitur bis sebaoth, resultat idem præcise numerus ex utraq́
supputatione. Crucem enim ipsi השתי והערב hassethi uehaereb, uo-
cant. Cuius literæ arithmetica ratione 998. apud eos reddunt. Nam li-
tera ה he, 5 reddit, ש sin 300. ת tau 400. י iod 10. ו uau 6. ע ain 70.
ר res 200. ב beth 2. Ex quibus simul iunctis resultat numerus prædi-
ctus, uidelicet 998. Et idem præcise numerus resultat ex literis quibus
bis scribitur צבאות sebaoth. Nam litera צ sadi importat 90. ב beth 2.
א aleph 1. ו uau 6. ת tau 400. Ex quibus simul iunctis fiunt 499.
Quibus iterum replicatis pro altera dictione צבאות sebaoth, habe-
tur idem præcise numerus, qui habetur ex literis, quibus crux apud
eos

eos ſcribitur. Quod non abſq; grandi myſterio fieri contigit. Sebaoth quippe idem eſt, quod apud nos in plurali numero exercitus. Cum igitur dicitur quòd crux innuit ſebaoth ſebaoth, ſignificans dextrum & ſiniſtrum, quid aliud datur intelligi, niſi crucis uictoria & triumphus? Per crucem nãq; & cœleſtes exercitus per dextrum deſignati, reparati ſunt, & exercitus infernales per ſiniſtrũ ſignificati, debellati ac peniti uicti fuerũt. Cum uero ibidem dicitur, crucem eſſe ſummum bonum, influereq; in omnes homines, donatamq; corona, ac in ea eſſe nomen Dei altiſſimi. Quomodo hæc intelligenda ſint, ſpeculantibus humani generis redemptionem, per crucem à Deo factam, arbitror non difficile. Quo autem pacto per crucem ipſam Deus humanum genus redemp pturus eſſet. Rabbi ille magnus apud eos, quem ob ſingularem uitæ ſanctitatem, ac doctrinæ excellentiam, רביגו חסדוש Rabbenu Hacados, id eſt, Magiſtrũ noſtrum ſanctum uocant, annis multis ante Chriſtum natum prædixit, eo in libro quem גלי רזויא Galerazeya. i. reuelatorem arcanorum nuncupauit. Cum ad quartam Antonini conſulis bis Romæ petitionem, qui ipſum interrogauerat, ex qua arbore excisa eſſet uirga, qua Moſes miracula faciebat, atq; unde eam nactus fuerat. Ita reſpondit, Quod me rogas de uirga Moſis tibi notitiã dare, dicam tibi quod de hoc ſcriptũ repperi à R. Symeone filio Iohai in libro, qui מחקר חסורות Machkar haſſodoth. i. inueſtigatio ſecretorum dicitur, ſic dicente, Virga illa qua Moſes & Aharon miracula faciebant in terra Ægypti, & poſtea in deſerto floruit, gẽmasq; ædidit, ab ea arbore excisa eſt, quam Deus Moſi oſtendit in deſerto, ut aquæ amaræ dulces fierẽt. Et hæc arbor exciſa fuit ab arbore uitæ, quæ in paradiſo ſita erat angelorũ manibus. Quam quidem miſerunt Adæ, cum ille miſiſſet Seth filium ſuum ad paradiſum, miſericordiã Dei imploraturũ de ſuo peccato. Dixeruntq; angeli ad Seth, Vt plantaret hanc arborem. Quę quàm primum fructum faceret, miſericordiæ Dei in eum deſcenderent, aperirenturq; portæ cœli, quæ obſeratæ ſunt. Hanc autem arborem, ſeu potius ramum accepit Seth, plantauitq; in deſerto, quam poſtea Moſes inuenit, & ex ea uirgam ſuam excidit. Ideoq; uirga Dei dicta eſt. Cum autem ueniſſet Iſrael ad מרה Mara, neq; illius aquas (erant enim amaræ) bibere poſſent. Deus oſtendit Moſi hanc arborẽ, ut aquas illas redderet dulces. Et hæc eſt arbor illa, in qua Moſes ipſe ſerpentem impoſuit, per quam Deus uniuerſum orbem ſaluũ facere inſtituit, & mittere miſericordiã ſuam ſuper Adam, cum uenerit rex Meſſias. Tunc enim hæc arbor fructus geſtabit, quibus ſecundò aquæ amaræ efficient dulces, purgabuntq; primum peccatum, omniaq; delicta, quæ fecerunt, factaq; ſunt homines, Sicut dictũ eſt Zach. 13. c. ביום ההוא יהיה מקור נפתח לבית דוד ולישבי ירושלם לחטאת ולנדה Hoc eſt, In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Ieruſalem, in oblutionem peccatorum. Poſtquam

Postquàm autem te docui hoc arcanum, cum cõtemplaberis arborem scientiæ boni & mali, & insuper arborẽ uitæ, quę in paradiso sitæ erãt, ac etiam serpentem qui Heuam tentaturus accessit. Intelliges quam ob rem uirga Mosis in terra proiecta, serpẽs effecta sit, moxq; per caudam accepta, eleuataq; à terra uirga redierit, ut erat, absorbueritq; omnes uirgas magorum Ægypti, qui idem faciebant, quod Moses. Sicut dictum est Zach. 13. ca. והיה ביום ההוא נאם יהוה צבאות אכרית את השמות מן הארץ ולא יזכרו עוד Id est, Et erit in die illa dicit Deus exercituũ, dispersam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur ultra. Item intelliges cur Deus miserit serpentes in Israel in deserto, & tamen præceperit Mosi, eiq; dixerit, Numeri 21. c. עשה לך שרף ושים אותו על נס והיה כל הנשוך וראה אותו Hoc est, Fac tibi serpentẽ æneum, & pone eum super lignũ. Et erit omnis qui percussus fuerit, & aspexerit eum, uiuet. Hoc enim significat, quòd quicunq; morsus fuerit à serpente peccatorum, respiciens in serpentem in arbore collocatũ, semper uiuet. Et quoniam ex arbore uitæ hęc arbor excisa fuerat, fructus eius uitam afferent mundo. Hæc tamen arbor abscondet in terra cunctis mortalibus ignota. Cum autem dominabitur in terra sancta Regina Elena, omnis Israel in angustijs erit, ac detrimento. Quippe quòd ab ea perquiretur hæc arbor, & nulla ipsius apud eos extabit notitia, neq; ipsa inueniet, quousq; Deus impleatur misericordia, & ex terra eam prodire faciat. Et reperiet una de ijs arboribus, de quibus dixit Isaias, Et dedit cum impijs sepulturam suam. Hoc autem erit, ut notum faciat Deus, quàm magna sint sua miracula, ac mirabilia sua quàm fortia. Hæc omnia ad uerbum ille, quem uel ipsi Magistrũ nostrum sanctum appellãt. Qui quoniam optime ac palam de mysterio sanctæ crucis, atq; humani generis salute quæ per ipsam fieri debebat, locutus est, ut nihil ipse uerbis eius addã, taxat quę beatus Andreas Apostolus Ægeę Proconsuli eiusdem saluti ferę crucis mysterium exponens dixit, subijciam. Vt ex ijs clare innotescat, unam prorsus atq; eandem fuisse ueterum Hebræorum, atq; Apostolorũ fidem. Ipse enim Apostolus sic ait, Primus homo per lignum præuaricationis mortem induxit, & necessarium hoc erat generi humano, ut per lignum passionis mors quæ ingressa fuerat, pelleret. Et quoniam de immaculata terra factus fuerat homo primus, qui per lignum præuaricationis mundo mortem intulerat, necessariò de immaculata uirgine natus est perfectus homo, in quo Dei filius qui primum fecerat hominem, uitam æternam quam perdiderant per Adam homines, repararet, ac per lignum crucis, lignum cõcupiscentię excluderet, expanderet in cruce immaculatas manus pro manibus incontinenter extensis, pro suaui cibo arboris uetitæ, escam fellis acciperet, & in se suscipiens mortalitatem nostram, suam nobis immortalitatem offerret.

De serpente æneo.

Liber ſeptimus.

De ſanctiſſima matre Meſſiæ.

Quòd mater Meſsiæ ab æterno fuerit â Deo præuiſa filium eius conceptura, atque Meſsiam uerum Deum & hominem paritura. Caput I.

CAPNIO,



Vm tot & tanta in præcedentibus de Meſſia dixeris, decet nunc, ut de eius ſanctiſſima genitrice aliquid dicas. Quare primum ipſam ab æterno à Deo præuiſam fuiſſe, filiũ ipſius Dei concepturã, atq; uerum Meſſiam Deum & hominem parituram, per ueteres Iudęorũ ſcripturas oſtende. GAL. Si enim (ut in ſequenti capite latius dicemus) iuxta Rabbonũ Haccados ſententiam, ideo Deus mundum creauit, quia uiderat ex Iſrael excidendam fuiſſe petram ſine manibus, quę eſt petra primaria, hoc eſt beatiſſima uirgo, ex qua Meſſias proditurus erat. Conſequens profectò eſt, iuxta priſcorum ſententiam, matrem Meſſiæ ante mundi conſtitutionem à Deo præuiſam fuiſſe, Meſſiam ipſum concepturam, & parituram. Deus nanq; qui omnia prædet, antequam fiant, & futura tanquam præſentia intuetur, cum antequam mundum creaſſet, Adam peccaturum præſciſſet, totumq; humanum genus ob ipſius peccatum condemnatũ iri: uoluit tanquam optimus medicus, optimam atq; efficaciſſimam toti generi humano præparare medicinam. Nullum autem efficacius remedium, nec ullam tanto uulneri meliorem putauit medelam, quàm filij ſui incarnationem & paſſionem: ut ex eo oſtenderet amoris ſui erga genus humanum immẽſitatem. Igitur antequam mundum produceret, prævidit uirginem gloriоſam filium ſuum cõcepturam, ac matrem Meſſiæ futuram. Erat iam in mente eius creata erat, iuxta illud ſapientis ita in perſona ipſius matris Meſſiæ Prouerb. octauo capite, Hebraicè dicentis, יהוה קנני ראשית דרכו קדם מפעליו מאז ׃ מעולם נסכתי מראש מקדמי ארץ ׃ באין תהומות חוללתי Hoc eſt, Deus poſſedit me principium uiæ ſuę, initium ab operibus eius ex tunc. Ab æterno ordinata ſum ex capite, & ex antiquis terræ, antequam eſſent abyſſi genita ſum. Item Eccleſiaſtici 24. c. Iehoſuas Sirach ſic ait, Ab initio & ante ſecula creata ſum. Verum tamen iuniores Iudęorum ſeſe nobis opponunt, aſſerentes, Sapientem uerba prædicta

prædicta non de matre Messiæ dixisse, sed de lege Dei, quam ante mundi cõditionem creatam fuisse: ac literis igneis nigris in dorso ignis candidi scriptam, eamq; duobus annorum milibus mundum præcessisse, aiunt. Quibus nos respõdemus, somnia uanissima eos narrare. Primo quidem, quia nullum annorum numerum ante mundi cõstitutionem colligere possunt. Quod duplici ratione probatur. Quarũ prima est, quòd Deus nõ subijcitur tempori. Secunda uero, quia tempus sequit orbium cœlestiũ motum, illiq; cõiungitur. Nam horam facit planeta, qui horam unam gubernat. Et diem facit motus solis, qui 24. horis moratur, ex quo ascendit, & iterum ascendere incipit in oriẽte. Hebdomadam autem faciunt septem planetæ, quorũ quilibet diem unum gubernat. Dominicũ enim diem gubernat sol. Hinc quidam uoluerũt diem dominicũ à solis dominio dici, qui rex est planetarũ. Lunæ uero diem luna ipsa gubernat. Martis autem diem mars, Et sic de reliquis. Mẽsem lunarẽ cursus cõficit lunæ. Solarẽ uero cursus signi, eo q; unumquodq; zodiaci signum suo mẽsi dominetur. Annum perficit sol, qui anno integro peragrat 12. zodiaci signa. Quam ob rem si cœli nõ erant creati, nõ erat tempus. Tempore igitur non existente, duo milia annorũ ante mundi creationẽ falso à Iudæis adducuntur. Hęreticã quoq; illorũ esse opinionem, ex eo constat. Quòd ignis est ex quatuor elemẽtis unum. Elemẽta autem creata nõ fuerunt, nisi in mundi creatione. Si ergo uera esset eorũ opinio, duo contra legem ipsorũ sequerent inconuenientia. Primũ quidem, q; mundus ab æterno fuisset, ex quo erat iam ignis. Secundum uero, q; Deus nõ creauit ex nihilo mundũ, sed ex aliquo fecerit. Quod utrunq; etiã secundũ eos hæresis est maxima, cum sit cõtra illud Gen. 1. c. dictũ, בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ .i. In principio creauit Deus cœlũ & terrã. Et reliqua. Supradicta igitur Sapientis uerba de lege minime intelligi possunt. Quare de uirgine matre Messiæ intelligenda sunt. Neq; enim illorum sententiã approbandã duco, qui nõ de beatissima uirgine, sed de sapientia diuina duntaxat eadẽ uerba dici affirmant. Quod (pace eorũ dixerim) falsum omnino est. Nam & si præmissa Prouer. uerba, Deus possedit me, cũ cæteris, de sapientia diuina quæ ab æterno genita fuit, recte dicãtur, prout nos etiam illa de eadem sapientia in tertio libro exposuimus. Ea tamen uerba Ecclesiastici, Ab initio & ante secula creata sum, eidẽ sapientiæ diuinæ minime conuenire possunt. Cuius ratio est. Quia cum iuxta sacrorum Theologorum sentẽtiam, nihil sit in Deo quod non sit ipse Deus. Quod prisci quoq; Talmudistæ senserunt, ut patet per Rabbenum haccados in prima petitione libri גלי רזיא Gale razeya, sic dicentem, לא נמצא שום רבר באל אשר לא יהיה אל Hoc est, Non inuenitur aliquid in Deo, quod nõ sit Deus. Idcirco sapientiã quæ in Deo est, Deũ esse, necessario cõsequens est. Quare & ipsam increatã esse oportet. Verba igitur illa, Ab

Falsa Iudæorũ opinio, dicentium legem ante mundi productionẽ fuisse conditam.

Confutatio.

Prima ratio.

Secunda ratio.

initio & ante ſecula creata ſum, cum non poſſint de diuina ſapientia intelligi, de ſanctiſsima matre Meſsiæ intelligi oportet.

Quòd amore matris Regis Meſsiæ, & filij eius Deus mundum creauerit. Quia uiderat ipſos à peccato Adæ immunes futuros. Caput 11.

CAPNIO,

SI Deus præſciuit Adam peccaturum, propter cuius peccatum totus mundus quodammodo corrumpendus, atq; deſtruendus erat, ut in antedictis optime probaſti. Quam ob rem igitur mundum ipſum creauit? GAL. Vt hac de re nihil ipſe dicam, ſolum ea quæ ueteres Iudæorum dicunt, referam. Nam inter cæteros Rabbenus ille, cuius apud eos tãta eſt autoritas, ut ipſum רבינו חקדוש Rabbenu Haccados, id eſt, Magiſtrum noſtrum ſanctum uocent, in libro quem גלי רזייא Galerazeya, id eſt, Reuelatorem arcanorum nuncupauit, respondens ad ſextam Antonini conſulis urbis Romæ petitionem, hæc inter cætera ait, Quoniam ante mundi creationem, proſpexerat Deus ſanctus & benedictus Adam peccaturum, mundumq; ſuum tranſgreſſurum, & ob id uniuerſum orbem ſe cõdemnaturum, propterea Deus ipſe dicebat ſe nolle mundum creare. Verbũ autem eius inſtabat, mundum eſſe creandum. Videns autem Deus ſanctus & benedictus, exiſtere dum eſſe petram ſine manibus. Et hæc eſt petra primaria, ex qua Meſsias futurus eſt, qui miſericordias ſuas extẽdet ſuper totum orbem. Et ob hoc uocatus eſt Iſrael pater totius orbis, & populus peculiaris. Huius petræ dilectione, & Meſsiæ filij Dauid Regis eorum, creauit Deus ſanctus & benedictus hunc mundum, ob quod quidem arcanum dictum eſt apud Iere. 33. c. אם לא בריתי יומם ולילה חקות שמים וארץ לא שמתי Hoc eſt, Niſi pactum meum (ſupple eſſet) diem acnoctem, leges cœlo & terræ non poſuiſſem. Hæc Rabbenus ille Haccados. Pro uerborum autem Ieremiæ declaratione, quæ ipſe inducit, tandum eſt, quòd hæc nomina Hebraica ישו ומרים id eſt, Ieſus & Maria ria ratione arithmetica aſcendunt ad numerũ בריה berith, quod idem eſt quod pactũ. Nam ישו ומרים id eſt, Ieſus & Maria apud Hebræos 612. ratione arithmetica continent. י ioth enim continet 10. ש ſin 300. ו uau 6. Et ſic ישו id eſt, Ieſus continet 316. Iterum ו uau continet 6. ם mem 40. ר res 200. י ioth 10. מ mem 40. Et ſic ומרים id eſt, Maria 296. continet. Quare ישו ומרים id eſt, Ieſus & Maria apud Hebræos continent 612. Hunc eundem etiam numerum cõtinet apud eos בריה berith, id eſt pactum. Nam ב beth continet 2. ר res 200. י ioth 10. ה tau 400. Ex quo patet, quòd Ieſus & Maria apud Hebræos ratione arithmetica aſcẽdunt ad numerum Berith, id eſt pactum, hoc eſt ad numerum

Ratio Cabaliſtica.

numerum 612. cuius quidem numeri mentio fit non uulgaris in Cabala, quæ quotieſcunq; huiuſmodi numeros nanciſci poteſt, eos plurimi facit, eisq; non mediocrem adhibet fidem. Quam ob rem uerba ipſa Ieremiæ ita interpretãtur. Niſi pactum meum eſſet, id eſt niſi amore mei Ieſu & Mariæ, diem & noctem leges cœlo & terræ nõ poſuiſſem. Hoc eſt mundum non creaſſem. Cuius rei ratio eſt, propter Adæ peccatum. Hoc autem eſt, quia finis propter quem Deus mundum creauit, eſt homo. Finis uero hominis eſt ſalus & beatitudo. Peccatum autem Adæ totum orbem quodammodo corrupit. Ideo Deus dicebat, ſe mũdum nolle creare. Verbum uero eius, hoc eſt filius Dei mundũ ipſum creandum eſſe contendebat. Quippe quòd accepta humana carne, ipſe pro Adæ peccato ſatisfacturus eſſet. Et ideo amore Ieſu & Mariæ Deus mundũ creauit. Quod etiam Rabbi Ankelos confirmat, dum in gloſſa Chaldaica ſuper illud Gen. 1. ca. dictum, In principio creauit Deus cœlum & terram. Sicait, בחכמא ברא יהוה יה שמיא ויה ארעא Id eſt, Propter ſapientiam creauit Deus cœlum & terram. Hoc eſt, Amore inteneratæ uirginis, quæ eſt mundi ſapientia, creauit Deus cœlum & terram. Vel amore Meſsiæ filij ſui, cui in diuinis ſapientia attribuitur. Nõ ſolum autem totus mundus amore beatiſsimæ uirginis conditus eſt, ſed etiam ſuſtentatur. Mundus enim ipſe ob noſtras prauas actiones, nullo pacto conſiſtere poſſet, niſi ipſa glorioſa uirgo eum ſua miſericordia & clementia, pro nobis orãdo ſuſtineret. Ex his etiam ſequitur, ipſam, & filium eius ab Adæ peccato omnino immunes fuiſſe.

Quòd mater Meſsiæ non fuerit in peccato originali concipienda. Et quòd ipſa fuit ante peccatum Adæ ſecundum materiam creata, & caro ipſius ſemper ab omni macula peccati præſeruata. Cap. III.

CAPNIO,

VEllem expreſsius audire, an ueteres Hebræorum ſenſerint matrem Meſsiæ in peccato originali concipiendam non fuiſſe.

GAL. Quamuis ex his quæ diximus ſatis (ut arbitror) apparet colligatur, hanc priſcorum Iudæorum fuiſſe fidem, nedum opinionem. Hoc tamen manifeſtius ex uerbis prædicti Rabbeni Haccados habetur. Qui eodem in libro גלי רזייא Gale razeya, cum ad ſeptimam Antonini Conſulis urbis Romæ petitionem, inter cætera dixiſſet. Propter matrem uero eius ſcilicet Meſsiæ, ait Dauid Pſalmo 80. ורכנת אשר נטעה ימינך Hoc eſt, Et abacum quam plantauit dextera tua. Dixiſſetq; ei Antoninus, Cur mater Dei comparatur abaco, cúrue dicit, eam à dextera Dei plantatam? Reſpondit ſic ille. Similis facta eſt abaco mater Dei. Quandoquidem ſicut abacus eſt armarium, quod principes conficiunt, ad collocanda uaſcula auri & argenti, ut gloriam ſuam

Mater Meſsiæ aſsimilatur abaco.

atq; opes omnibus ostendant. Ita mater Regis Messiæ erit armarium, quod Deus construxit, ut in eo sedeat ipse Messias, ad ostendendã gloriam maiestatis suæ cunctis mortalibus. Per id autem quod ait plantam esse à dextera Dei, ostendit eam primam esse creaturam Dei in genere humano. Sicut dictum est Micheæ 5. c. מוצאותיו מקדם מימי עולם Id est, Et egressus eius ab æternitate, & à diebus seculi. Dicit enim egressus numero multitudinis. Quia sunt duo Messiæ egressus. Vnus diuinitatis, quæ est æterna, ideoq; dicit ab æternitate. Alter humanitatis, quæ in suæ matris extat substãtia, quæ creata est ab hora creationis mundi. Hæc ille, quem Iudæi Magistrum nostrũ sanctum nuncupant. Ad quorum declarationem notandum est, Quod opinio quorundam ueterum Iudæorum fuit, matrem Messiæ non solum in mente Dei ab initio & ante secula creatam fuisse, ut paulo superius dictũ est. Verum etiam materiam eius in materia Adę fuisse productam, ipsamq; gloriosam Messiæ matrem principalẽ extitisse, cum eius amore (ut dictũ est) mũdus creatus sit. Nam cum Deus Adã plasmaret, fecit quasi massam, ex cuius parte nobiliori accepit intemeratæ matris Messiæ materiã, ex residuo uero eius, & superfluitate Adam formauit. Ex materia autẽ immaculatæ matris Messiæ, facta est uirtus quæ in nobiliori loco & membro corporis Adæ conseruata fuit. Quæ postea emanauit ad Seth, deinde ad Enos, deinde succedaneo ordine ad reliquos, usq; ad sanctum Iehoiakim. Ex hac demum uirtute beatissima mater Messiæ formata fuit. Et idcirco eam Zach. 4. c. suæ prophetiæ את האבן הראשה Hoc est, Petram primariam, recte appellauit. Ex qua, ut antiqui Iudæorum ponuerũt, excidendus erat Messias. Neq; quidem ab re, cum tempore, gradu, & excellentia primaria foret. Ex qua quidem opinione aperte concluditur, carnem gloriosæ matris Messiæ non fuisse peccato originali infectam, sed purissimam à diuina prouidẽtia præseruatam. Quo circa nec anima eius huiusmodi peccatũ in cõceptione cõtractura erat.

Ad primam Hogostrati obiectionem. Et quòd mater Messiæ fuit prima in genere humano creatura, estq; omnium hominum mater, atque cunctis angelis superior, secundum Talmudistarum sententiam. Caput IIII.

HOGOSTRATVS,

DAta huius opinionis ueritate, sequeretur gloriosam matrem Messiæ non uere ex Dauidica stirpe descendisse, neq; uere sancti Ioakim (quem tu præter communem scribendi morem, Iehoiakim uocasti) filiam fuisse. Ait enim sic sanctus Thomas in 3. dist. 3. q. quæ incipit. Vtrum caro Christi infecta non fuerit. Alius error fuit dicentium, quòd caro Christi secundum quod à parentibus erat, infecta non fuit. Dicunt enim quòd peccante Adam, Dominus aliquid in corru-

corruptum,& non infectum in Adam conſeruauit, per quod natura humana ſeruari poſſet. Et quòd hoc idem trãsfuſum eſt ſine aliqua infectione ad beatam uirginem, & ex inde formatum eſt corpus Chriſti. Hoc autem erroneum reputatur propter duo. Primo, quia ſecundum hanc poſitionem Chriſtus non uere filius uirginis eſſet, nec uere ex ſtirpe alicuius progenitus, niſi ſolum ex Adam. Illa enim pars, quia incorrupta in humana natura remanſit, in omnibus alijs ab Adã fuiſſet quaſi quid extraneũ ab eis, & ſoli Adæ connaturalis quantũ ad primum ſtatum. Secundo autem, quia tollitur congruus ſatisfactionis ordo. Sicut enim non erat decens, ut pro Adã & eius ſucceſsione corrupta aliquis ſatisfaceret, qui ex illo genere nõ eſſet. Ita etiam non fuiſſet congruũ, ut naturã infectã ſatisfaciẽdo ſanaret Dei filius, niſi hoc ipſum quod prius infectũ erat, aſſumeret. Et ideo dicendũ eſt, ꝙ caro Chriſti ſecundum quod fuit in parentibus, & etiam in ipſa beata uirgine, peccato infecta fuit, anteq̃ aſſumeret. Sed in ipſa aſſumptione ab omni infectione peccati purgata eſt. Vt ſecundũ quod actu eſt caro Chriſti, nihil in ea maculæ inueniret. Hæc beatus Thomas. Ex quibus liquidò patet, beatiſsimæ uirginis carnẽ peccato Adæ fuiſſe infectã. GAL. Quoniã per hęc eadem argumenta, quę ſanctus Thomas facit, probari poſſet intemeratam uirginẽ beati Iehoiakim nõ fuiſſe filiam, neq; ex tribu Iuda & regia progenie prodijſſe. Si horũ ueterum Iudæorũ ſententiã ſequi uoluerimus, qui aiunt, partiunculã quandam carnis in Adam puriſsimã ab omni labe præſeruatã fuiſſe, eamq; à generatione in generationẽ uſq; ad ipſam immaculatã uirginem deſcendiſſe. Eam ob rem opinionẽ hanc teſtimonijs tam ſacræ ſcripturæ & ueteris & noui teſtamenti, q̃ Doctorũ ueterũ Hebræorũ, ueram eſſe probabimus. Ex uetere nanq; teſtamẽto illud Gen. 4. c. dictũ adducimus, ותקרא את שמו שת כי שת לי אלהים זרע אחר Hoc eſt, Et uocauit nomẽ eius Seth, dicẽs, Quia poſuit mihi Deus ſemẽ aliud. Videns enim Adam omnes animas propter peccatũ ſuum perditum iri. Ideoq; iuxta 70. interpretum ęditionem 130. annis poſtq̃ genuit Habel, ab uxoris cognitione abſtinuit, ne filios qui damnarent̃ generaret. Verumtamen poſtq̃ uaticinatus eſt Meſsię aduentum, per quem mundus ſaluandus erat, uxorẽ cognouit, genuitq; Seth. Et quia cognouit eam uirtutem in ſe eſſe, ex qua mater Meſsiæ generãda erat, cuius precioſiſsimo ſanguini Meſsias ipſe inerat, ideo uocauit nomen filij ſui Seth, quod à uerbo שת ſath, quod ponere ſignificat, deriuat̃, dicẽs, Quia poſuit mihi Dominus ſemen aliud. Senſus eſt, In me reperium eſt ſemen alienum, & uirtus quędam ex qua generandus eſt Meſſias. Ex nouo autem Teſtamento habemus inter alia Ioannis Baptiſtæ teſtimonium, ita Ioan. 1. capite, dicentis, Medius autem ueſtrûm ſtetit, quem uos neſcitis. Ipſe eſt qui poſt me uenturus eſt, qui ante me factus eſt. Et rurſus ibidem, Ecce (inquit) agnus Dei, ecce qui tollit peccata

mundi. Hic est de quo dixi: Post me uenit uir, qui ante me factus est. Ex
his igitur liquet, opinionem præmissam ueram esse. Nam siquidem di-
xerimus, id quod dixit, Qui ante me factus est, de diuinitate intelligen-
dum esse, falsum omnino erit. Cum filius in diuinis non sit creatus, nec
factus, sed à patre genitus. Si uero dicere uoluerimus, eum de aduentu
ipsius in hũc mundum, fuisse locutum. Falsum prorsus quoq; erit, cum
Ioannes Baptista ante Christi natiuitatem mense sexto natus sit. Ex his
igitur necessario sequitur, prædictam ueterum Hebræorũ opinionem
ueram esse, dicentium, Matrem Messiæ ex nobiliori parte massæ Adæ
factam fuisse, atq; ideo absq; originali peccato conceptam. Et licet eius
materia simul cum materia Adæ creata fuerit, prima tamen fuit in cau-
excellẽtia, & dignitate. Propter quod prisci quidam Iudæorum ipsam
matrem Messiæ petram primariam, ac primam creaturarum in genere
humano, primumq; hominem uocauerunt. Vnde in Bereisith Rabbã,
id est in expositione libri Gen. antiqua, super illud Gen. 1. cap. dictum,
נעשה אדם בצלמנו כדמותינו Id est, Faciamus hominem ad imaginem no-
stram, tanquam similitudinem nostram. Sic ad uerbum legitur. Dixit
Rabbi Simeon, Quid sibi uult quod scriptum est Prouerb. 18. capite,
צדיק תראשית בריבו יבא רעהו וחקרו Hoc est, Iustus primus in lite sua, ue-
nit amicus eius, & inuestigauit eum. Sensus est, Quando ueniet Deus
sanctus & benedictus ad iudicandum orbem in die iudicij, totus mun-
dus expauescet, & timebit diem illum terribilem, dicentq;, O Dauid
Rex noster ora Deum pro nobis, quoniã ex te processit Messias. Ipse
autẽ respondebit eis. Propter hoc ipsum quod dicitis, nõ sufficio. Nam
ex me multi reges prodierunt, qui in multis Deũ offenderũt. Præterea
ego sum infensus Deo, propter peccatũ Bathsebæ & Vriæ. Tunc acce-
dẽt ad Mosem, dicẽtq;, O Moses magister noster, tu qui dedisti nobis
legem fuistiq; fidelis Dei seruus, ora Deum pro nobis. Respondebit il-
lis, Non sufficio, quãdoquidem Deum rogaui, ut me sineret in terram
promissionis introire, & oratio mea nõ fuit exaudita. Quod si pro me
exorare non potui, quomodo pro alijs potero? Illi aũt ad Iacob secõle-
rẽt, dicẽtes, O Iacob pater noster, tu qui duodecim tribus Israel genui-
sti, rogato Deũ p nobis. Ipse respõdebit, Nõ ualeo, quia duas sorores
uxores duxi, utraq; uiuẽte. Accedẽt postea ad Ishac, rogantes, O Ishac
pater noster, tu qui amore Dei immolatus fuisti, ora p nobis. Ipse uero
respõdebit, Nõ sufficio, quoniã ex me natus est Edom, qui fuit idolola-
tra, & templũ Dei destruxit. Tandẽ Abrahã adibũt, dicẽtes, Tu qui uo-
luisti filiũ tuũ amore Dei immolare, ora deũ pro nobis. Ipse itidẽ respõ-
debit, se nõ sufficere, eo q; Ismaelẽ genuerit. Cum ergo nemine inuene-
rint, qui p ipsis preceť, dicẽt, Eamus ad primũ hominẽ, ut oret p nobis,
qui est absq; peccato & macula. Et hoc est quod dictũ est Prou. 18. c. Iu-
stus primus in lite sua. Et dicẽt, O homo prime cum nos omnes eman-
nus

mus à te, qui es à peccato immunis, ora Deum pro nobis. Ipse autem respondebit, Pro quibus rogaturus sum. Si pro filijs iustis, non est necesse. Si pro iniquis, & ijs qui quantum in ipsis fuit, Deum offenderũt, falso iurantes nomen eius, & pecuniam ad usuram mutuantes, peieranteſq; ac blasphemantes legem eius, & sanctos. De quibus dictum est Ierę. 5. c. Negauerunt Deũ, & dixerunt, non est ipse. Pro eis nolo effundere preces, cum omni beneficio careant, sintq; omnino damnati. Sed orabo pro ijs, qui nec omni ex parte sunt iusti, nec penitus impij, cum & hi quoq; filij mei sint, licet propter merita sua id assequi non debeãt. Tunc ueniẽt omnes sancti patres, reges, & iusti ad primum hominem, dicentes, O prime homo, & prime parens noster, tu qui manu dei creatus es, & à peccato immunis existis, precare pro nobis Deum, quia nos non sufficimus. Tunc ueniet primus homo, & rogabit Deum pro eis. Deus autem iudicabit bonos & iustos ob eorum bonas & mediocres operationes, ac propter preces primi hominis uitæ æternæ adiudicabit. Malos autem & impios perditioni æternæ condemnabit. Hoc est autem quod dictum est Prou. 18. Et uenit amicus eius, & inuestigauit eum. Iuxta illud quod dictum est Cantici canticorum 4. cap. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Hęc omnia ad uerbum tradi tio prædicta. Ex quibus colligitur, traditionem præmissam de matre Messiæ loqui, cum ait, Omnes sanctos patres ad rogandũ primum hominẽ accessuros, ipsumq; omnis peccati expertẽ esse, testaturos. Quod in Adam minime cadere potest, qui suo peccato uniuersum mundum infecit. Autoritas igitur Prouer. quam inducit, uidelicet, Iustus primus in lite sua, & uenit amicus eius, & inuestigauit eum. Sic exponenda est. Hic primus homo, qui est mater Messiæ, ob quam Messias ipse siue Christus filius hominis dicitur, iustus est in lite sua, qua ipsa in peccato originali concepta fuisse, ab aduersarijs accusata est. Et uenit amicus eius, hoc est Deus, & hanc litem inuestigauit, tulitq; sententiã, dicens, Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Quam quidẽ autoritatem prisci Hebræorũ doctores, ad immaculatæ cõceptionis matris Messiæ confirmationẽ adduxisse uidentˇ. Quæ ideo primus homo, uel prima creatura in genere humano dicitur, quia prima omnium quo ad materiã producta est. Vnde correlariũ sequitˇ, Quod omnes homines sint eius filij. Si enim mater Messiæ prima in causa Adæ extitit, Adãq; ipse ab ea processit, quanq; eodẽ in tẽpore fuerint. Veluti sol, qui licet prior sit in causa claritate, sintq; simul in eodẽ instãti, claritas tamẽ solẽ præcedit. Ita mater Messiæ & si quo ad materiã simul cum Adã producta fuerit. Quia tamen Adã ab ea processit (ideo enim ipsa primus homo dicitˇ) & ab Adam uniuersum genus humanũ, haud inepte omnes homines ipsius matris Messiæ filij dici quodãmodo possunt. Verũtamen uerus & naturalis ac primogenitus filius eius est ipse Messias, q ex

Catholica expositio.

Quare mater Messiæ dicitur primus homo.

eius

eius puriſſimis ſanguinibus formatus, ab ipſa genitus eſt, iuxta illud Lucæ 1. c. dictum, Peperit filium ſuum primogenitum. Legitur quoq; in commentarijs Rabbi Moſis Hadarſan in librum Geneſeos, ſuper illud eiuſdem libri 5. cap. dictum, ויחיו כל ימי אדם אשר חי Hoc eſt, factum eſt omne tempus quo uixit Adam. Ita ad uerbum Rabbi Iehoſuam filium Leui dixiſſe, Cum uidiſſet Deus Adam formatū, uocauit omnes angelos, eisq; dixit, Humiliamini, & eſtote obedientes huic homini. Magna eorum pars imperium recepit, & illi ſeſe flexit, iuxta Dei uoluntatē. Satanas uero hoc eſt lucifer omnium excellentiſſimus, cum ſua ſecta dixit Deo ſancto & benedicto, O Domine mundi tu creaſti nos ex claritate gloriæ tuæ, & nunc imperas nobis, ut inclinemur homini, quem ex terra formaſti? Reſpōdit ei Deus ſanctus & benedictus. In hoc homine qui ex puluere terræ creatus eſt, plus ſapientiæ & intelligentiæ eſt, quàm in te. Videns autem Deus ſanctus & benedictus ſatanam cum ſua ſecta nolle flecti, nec obedire huic homini, illum è cœlo expulit, & effectus eſt diabolus. Et idcirco dixit Iſaias 14. c. Quomodo cecidiſti lucifer de cœlo, qui mane oriebaris? Hęc traditio. Quæ nō nisi de glorioſa Meſsiæ matre loquitur. Cuius materia ſimul cum materia Adæ producta fuit, & ſi prior in cauſa & excellentia extiterit, propter quam Chriſtus ipſe filius hominis appellatur. Non enim de Adā loquitur, poteſt, duplici ratione. Tum enim, quia Deus angelis non præcepiſſet, ut Adę inclinarentur, quem cito in peccatum caſurum ſciebat. Tum etiam, quia & ſi Adam intelligens & ſapiens eſſet, plus tamen ſcientię in angelis erat, quàm in eo. Traditio autem dicit, quòd plus ſcientiæ in illo primo homine fuerit, quàm in angelis. Quapropter de matre Meſſiæ loquatur, neceſſe eſt, quę omni ſapientia & ſcientia plena eſſe debebat, & poſt Deū ſuperior omnibus. Ex hac igitur traditione nō ſolū habetur propoſitū. Verum etiam ipſam matrem Meſsiæ ſuperiorem angelis fuiſſe turam.

Reſponſio ad argumenta beati Thomæ.

Nunc ad argumenta beati Thomę reſpondeamus. Ad primum igitur, cum ait, Quod ſi ita eſſet, ſequeretur, Chriſtū non fuiſſe beatæ uirginis filium, nec ex uera patrū ſtirpe præceſsiſſe. Dicimus nos Ariſtotelis & Plinij autoritate ſatisfacturos. Nam Ariſtoteles quidē decimooctauo libro de Animalibus, ita ait, In Socrate eſt uirtus Socratis propria, ac etiam parentū, & auorū, cæterorumq; prędeceſſorū, tam paternorum q̄ maternorū, & hoc uſq; ad ultimum. Eſtq; etiam in eo uirtus hominis, & deinde uirtus animalis. Cū ergo uirtus Socratis formatiua eſt, generat maſculus, cum uero debilis, generat fœmina. Si autē uincit uirtus propria Socratis, aſsimilatur filius Socrati, ſiue mas ſiue fœmina ſit. Si uero uincit uirtus patris Socratis, generatur filius ſimilis non Socratis patri, ſed auo. Ita deinceps aſcendendo. Et ſi deficit uirtus cognationis, generat homo nulli de parētela ſimilis. Si autē deficit uirtus hominis, ubi deficit motus omniū, manet uirtus generationis monſtruoſa. Et

sa. Et sic etiam proceditur ex parte matris. Idem quoq; philosophus in septimo de Historia animaliũ libro, sic inquit, Similes etiam aliqui parentibus, aut auis, suisq; maioribus generantur. Aliqui similitudinis nihil referunt: ut in Sicilia eius quæ adulterium cum Æthiope commiserat, filia non colorem patris Æthiopis retulit, sed qui natus ex hac est. Is autem Æthiopem auum regenerauit. Fœminæ magna ex parte matri, mares patri proueniunt similes. Sed fit etiam è diuerso, ut fœminæ patri, mares matri similes procreentur. Hæc ille. Ex quibus palàm liquet, Siue filius parẽtibus sit similis, siue non, siue perfectus sit partus, siue monstruosus, fœtum semper generãtis esse filium. Cum ut dictum est, Æthiopes filios albos genuerint. Virgo igitur intemerata quãuis progenitoribus non fuerit in culpa similis, non tamen propter hoc eorum filia dicenda non est. Et sic responsum est ad primum sancti Thomæ argumentum. Ad secundum uerò dicimus, Quòd quemadmodũ (antiquis Talmudistis attestantibus) eò genus humanum fortius emanauit, quia materia intemeratæ matris Messiæ unà cum materia Adæ fuerit, atq; ipsa prima in causa eidem Adæ extiterit: eodem quoq; modo aimus, ex eo satisfactionis ordinem magis congruum fuisse. Nam pretiosissimo sanguini beatissimæ uirginis cum Christi corpus inesset, congruum fuit, ut ad purgandũ peccatum ueniret. Sicut enim cum aliquis puer sorte domum fœdat, uocamus eius matrẽ, ut filij sordes tergat, domumq; mundet, Ita etiam congruum fuit, ut ad diluendas immundicias, quas Adã fecerat, Christi humanitas ueniret. Non obstantibus igitur Doctoris sancti argumentis, remanet in suo robore conclusionis priscorum Talmudistarum ueritas, de immaculata beatissimæ matris Messiæ conceptione.

Aristoteles

Ad secundam Hogostrati obiectionem. Et quòd opinio de immaculata gloriosæ uirginis conceptione uetustissima sit. Caput V.

HOGOSTRATVS,

Opinio hæc de uirginis Deiparæ conceptione, quæ nunc prævalere uidetur, admodum recens est. Nam licet antiquorum ludæorum quos induxisti, testimonijs fulciatur. Quia tamen nec sacræ scripturæ, nec uetustorum sanctorum, quos ecclesia approbauit, autoritate roborat, firmitatem nullã obtinet. GAL. Immo opinio hæc uetustissima est. Nam primũ quidẽ sacræ paginę scriptores spiritu sancto afflati, ipsam tenuerunt. Sic enim inter alios Selomo Cantici canticorũ cap. 4. ait, כלך יפה רעיתי ומום אין בך Hoc est, Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. CAP. Recentiores ludæorum aiunt, textũ hunc de filijs Israel, qui secundò circumcisi sunt in deserto, omnesq; mũdi erãt, intelligi. Defunctis enim cũctis peccatoribus, q ex Ægypto

Autores sacræ paginæ ueteris instrumenti.

Iuniorum Iudæorum obiectio.

Ægypto exierant, & quos ad explorandam terram miserant, soli illi re-
manserunt, qui in deserto nati fuerant, qui omnes iusti erãt. Et propter
eos (ut dicunt) ait textus iste, Tota pulchra es amica mea, cum cæteris
GAL. Hanc eorum rationem ex eo falsam esse constat, quòd textus di-
cit, Et macula non est in te. Quod illis minime congruit, cum à peccato
Eorundem obiectio. originali immunes non fuerint. CAP. Ad hoc ipsi respondent, cir-
cumcisionem eos à peccato originali mundasse, eisq; ianuam paradisi
Responsio. sufficienter aperuisse. GAL. Id quoq; falsum est. Nam & si circũcisio
contra originale peccatum remedium esset, nõ tamen ad aperiendam
cœli ianuam satis erat. Quod ex eo potissimum patet, quòd Moses, S.
Semuel, & maximi quiq; prophetarum, cum cæteris omnibus, ad infe-
ros (ut in præcedenti libro ostensum est) descendebant. Si igitur cir-
cumcisio ianuam Regni cœlestis eis reseraſſet, certe non ad inferos, sed
Hogastrati obiectio. ad cœlum emigrassent. HOG. Ego autem dico, textum hunc iuxta
quorundam expositionem, non de uirgine intemerata, sed de Dei ec-
Confutatio. clesia loqui. GAL. Hoc etiam (pace eorum dixerim) falsum omnino
est. Tum enim, quia omnia quę mater ecclesia canit, à spiritu sancto in-
stituta sunt, quem mẽdacem esse impossibile est. Sancta autem eccle-
dictum hoc sapientis matri Dei tribuit. Ergo illud de ipsa loqui, neces-
sario dicendum est. Tum etiam, quia laudes gloriosissimæ ipsius uirgi-
immensæ sunt, atq; incomprehensibiles. Si nos igitur eam laudare ne-
lentes, alienas ei tribueremus laudes, ostenderemus procul dubio, eas
laudes in ipsa non esse, sed ab alio mutuari. Hoc autem falsum penitus
est, cum ipsa alijs mutuet de laudibus suis, & non ab alijs accipiat, quę
omni laude dignissima. Ex his igitur manifestũ est, textum hunc de ne-
lo alio, quàm de matre Messiæ cõuenienter intelligi posse. Quod alio
qũoq; multis in locis aperte ostenditur. Eodem enim in libro Sapien-
ipse cap. primo ita quoq; ait, נאוו להיות בתורים Hoc est, Pulchræ sunt
genæ tuæ sicut turturis. Vbi matrem Messiæ eam ob rem turturi com-
parat, ut ostendat quòd quemadmodum turtur felle caret, & à princi-
pio sine eo creata est, ita matri Messiæ nec originale, nec actuale, nec e-
tiam mentale peccatum attribuendum erat. Idcirco 2. ca. eiusdem libri
eam columbæ, quæ etiam felle caret, assimilauit quoq;, dicens, לבבתני לבי
יונתי בחגוי הסלע בסתר המדרגה הראיני את מראיך : השמיעני את קולך
Id est, Surge propera amica mea, speciosa mea, & ueni columba mea,
in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ ostende mihi faciem tuam.
Ex quo colligitur, matrem Messiæ non solum columbæ comparari ra-
tione prędicta, uerum etiam ipsius fundamentum & principium absq;
peccato originali futurum fuisse. Et quia petra principium est & funda-
mentum, super quod ædificium sustentatur. Ideo in foraminibus pe-
træ inquit, hoc est, in embrione, ubi concepta fuit, in quo est foramen,
ubi fuit ædificata, illic fuit columba, absq; felle peccati originalis mun-
dissima.

dissima. Quod autem principium assimiletur petræ, patet per Isa. 55. c. dicentem, Attendite ad petram unde excisi estis. Hinc Christus ait, Et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Cantici canticorum 4. cap. sic dicit, הנך יפה רעיתי הנך יפה עיניך יונים מבעד לצמתך Hoc est, Quã pulchra es amica mea, quàm pulchra, oculi tui columbarũ, absq; eo quod intrinsecus latet. Vbi ueritas hæc melius exprimitur. Distinguuntur enim perfectiones eius separatæ ab ijs quæ in ea sunt occultę. Ex quo ostenditur, absq; peccato originali eam concipiendam fuisse. Et rursus ibidem, פתחי לי אחותי רעיתי יונתי תמתי Id est, Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, perfecta mea, uel immaculata mea. Dicit autem immaculata mea, ut magis atque magis ueritas ista confirmetur. Item ibidem, אחת היא יונתי תמתי אחת היא לאמה ברה היא ליולדתה Hoc est, Vna est columba mea, una est perfecta mea, una est matri suæ, electa genitrici suæ. Ac si diceret, una sola ex omnibus fœminis, absque originali peccato concepta est, quemadmodum Christus solus ex omnibus uiris. Ideo ut dicitur 1. cap. eiusdem libri, sic ipse ait, הנך יפה רעיתי הנך יפה Id est, Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra. Duplicauit autem sermonem. Vt ostenderet, ipsam pulchram, id est puram & in conceptione, & in uita futuram fuisse. Cui ipsa respondit, הנך יפה דודי את נעים את ארשיני רעננה : קרות בתינו ארזים רחיטינו ברותים : Hoc est, Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus, lectulus noster floridus, tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina. Sensus est, Certe quemadmodum ego absque originali labe concepta sum, ita tu quoq; amicus meus. Et idcirco pulcher es & formosus, & lectulus noster, hoc est conceptio nostra est florida, & odorifera, absque peccati corruptione. Trabes enim domus nostræ sunt ex cedro, & laquearia ex cypresso, quæ corruptionem aliquam non patiuntur. Item 2. cap. sic ipse dicit, כשושנה בין החוחים כן רעיתי בין הבנות Id est, Sicut rosa inter spinas, sic amica mea inter filias. Sensus est, Quemadmodum rosa speciosa & odorifera, ex qua multa conficiuntur aromatica, nascitur inter spinas, ipsa tamen spinis carens: ita amica mea nata est inter fœminas, originali peccato conceptas, tanquam rosa inter spinas, ipsa tamen eiusdem peccati omnino expers fuit. Dixit autem filias, propter matris Messiæ dignitatem, pro omnibus tamẽ tam maribus quàm fœminis textus intelligitur. Ipsa uerò respondit, כתפוח בעצי היער כן דודי בין הבנים Hoc est, Sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios. Omnium autem rationũ conclusio de Messia & matre eius tangitur 6. ca. eiusdem libri, cum dicitur, אני לדודי ודודי לי Id est, Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi. Sensus est, Vt ego absq; originali peccato concepta sum, ita amicus quoq; meus. Item 1. cap. עד שהמלך במסבו נרדי נתן ריחו Hoc est, Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Dum esset Rex in accubitu suo, hoc est in in-

carnatione ſua, nardus mea, id eſt cõceptio mea, abſq; peccato originali effecta, dedit odorem ſuum, puritatis ſcilicet & innocentiæ. Item 2. c. שמאלו תחת לראשי וימינו תחבקני Id eſt, Leua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Si Chriſtus igitur leuam ſub capite ut ginis tenebat, & dextera illius eam amplexabatur, impoſſibile eſt, illã eam in peccatum originale cadere permiſiſſe. Item tertio capite, אמצאתי את שאהבה נפשי אחזתיו ולא ארפנו עד שהבאתיו אל בית אמי ואל חדר הורתי Hoc eſt, Inueni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam, donec introducã illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Senſus eſt, Quando inueni amicum meum in eius incarnatione, apprehendi eum, nec dimiſi, quouſq; eum adduxerim in domum & camera matris meæ. Quaſi aperte diceret, Sicuti ego in emanbrione matris meę ſine peccato originali concepta fui, ita quoq; ipſum genui. Item 6. cap. מי זאת הנשקפה כמו שחר יפה כלבנה ברה כחמה Id eſt, Quæ eſt iſta quæ progreditur, quaſi aurora conſurgens, pulchra ut luna, electa ut ſol. Senſus eſt, Quæ eſt iſta quæ oſtendit ſe uenire, ut aurora. Quemadmodũ enim aurora diei claritatẽ inchoat, ita certe gloriosa mater Meſsię mox ueniens, totum mundum illuminare cœpit. Atq; ut luna à ſole recipit claritatem, ita mater Meſſiæ omnia ſua priuilegia, & gratias à filio recepit. Eſtq; perinde clara, ut ſol, qui in ſuę creationis inſtanti, ſuam omnem adeptus eſt claritatem. Ipſius nanq; uirginis immaculatæ materia in ſuæ conceptionis inſtanti, omnes materiales aſſecuta eſt perfectiones, atq; ipſa ſine peccato originali cõcepta. Hoc quidem & per Iſaiam patet, ita in perſona matris Meſſiæ 61. capite dicentem, ששוש אשיש ביהוה תגל נפשי באלהי כי הלבישני בגדי ישע מעיל צדקה יעטני כחתן פאר ובכלה העדה בליחן Hoc eſt, Gaudens gaudebo in Deo, & exultabit anima mea in Deo meo. Quia induit me ueſtimentis Ieſu, & chlamyde iuſticiæ circumdedit me, quaſi ſponſus decorauit gloria, uel corona, & quaſi ſponſam ornauit monilibus eius. Propheta enim uidens in ſpiritu matrem Meſſiæ dicturã. Magnificat anima mea Dominum. Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. Antedicta uerba in perſona eius protulit, dicens, Gaudens gaudebo ביהוה baadonai. i. in Deo (tetragrãmaton) qui ut ait R. Hibba, Deum patrem ſignificat. Et exultauit anima mea באלהי beelohai. i. in Deo meo, qui ut idẽ dicit, Deum filiũ deſignat. Ait igit, Gaudens gaudebo in Deo, qui eſt pater. Et exultabit anima mea in Deo meo, qui eſt filius. Quoniã duplicẽ gratiã mihi fecit. Vnã quidẽ, quia induit me ueſtimentis Ieſu, quod eſt, me abſq; originali peccato conceptam fuiſſe. Alterã uero, quia chlamyde iuſticię, ſcilicet originalis circũdedit me. Dicit aũt circũdedit, ga omnes ipſius uirginis membra à uertice capitis ad ungues uſq; pedũ, omnes ſenſus, & cogitationes, animæ imperio abſq; ulla repugnãtia obtẽperabãt. Vſq; adeo quidẽ, ut eius oculi nihil inhoneſti, nihil illiciti unq; aſpexerint,

xerint. Immo ut nunquam uel oculos eleuauerit, ſicut cæteri homines facere ſolent, ſed ſemper humi defixos tenuerit, niſi dum Deum oraret: A quo inter cæteras perfectiones eo ſpiritu prophetiæ donata eſt. Vt ſi forte aliquod incõceſſum, ſeu illicitum, uel auditura, uel uiſura eſſet, illico eius aures & oculi clauderentur. Ita ut non niſi uoluntati diuinæ deſeruire uiderentur. Quocirca ait, Et chlamyde iuſtitiæ circundedit me, id eſt undiq; & omni ex parte uallauit me. Poſtea cũ ſubdit, Quaſi ſponſus decorauit corona, uel gloria, & quaſi ſponſam ornauit monilibus eius. His uerbis duo cõplectitur, ob duas gratias ſibi factas. Duo enim ſunt ſponſæ neceſſaria. Vnum, ut ſponſus det ei monilia gratis. Alterum ut ijs ſponſa bene utatur, ſeſeq; ornet. Primũ quidem ad ſponſum attinet. Secundũ uero ad ſponſam. Propter primum dicit, Quaſi ſponſus decorauit, me ſcilicet gloria, uel corona, hoc eſt, Quemadmodum ſponſus ſponſæ monilia donat, ita Deus hanc mihi contulit gratiam, ut eſſem abſq; originali peccato concepta. Propter ſecundũ uero ait, Et quaſi ſponſam ornauit monilibus eius. Ac ſi diceret, Sicuti ſpõſę intereſt ſe bene ornare, ita quoq; q̃ ego ſim iuſticia originali circunda ta, ex bona gubernatione, & ſenſibus meis ex libero arbitrio animæ obediẽtibus, mihi ꝓuenit, tã & ſi deus me in gratia cõfirmauerit. Sequit, כי כארץ תוציא צמחה וכגנה זרועיה תצמיח כן ארני יהוה יצמיח צדקה והתהלה נגד כל הגוים: .i. Sicut enim terra profert germen ſuum, & ſicut hortus ſemina ſua germinat. Sic Dominus Deus germinabit iuſticiã, & laudem coram uniuerſis gentibus. Quibus quidẽ uerbis. Cur Deus inquit me ſponſam acceperit, hasq; gratias conceſſerit, cauſa eſt, quia in me incarnandus eſt Meſſias, qui futurus eſt ut germẽ, quod patre caret, ſolamq; terrã matrem habet. Ita enim Deus germinare faciet in me Meſſiã, qui iuſticia & laus in omnibus gentibus erit, nec alium quo ad humanitatẽ patrem habebit, præter me matrem ſuam. Dicit autem iuſticiam, Quia propter hanc Deus paſſurus erat. Laudẽ uero ait, Quia gratia & non merito ullo hoc fiebat. Ex quo igitur beatiſſima uirgo has gratias ſorta eſt, recte ueſtibus Ieſu, & chlamyde iuſticię indui dicitur, quas nemo unquã alius ex uiro & muliere genitus aſſecutus eſt, & præſertim ueſtimenta Ieſu, qui eſt totius orbis ſalus. Quapropter ipſam abſq; originali peccato conceptã fuiſſe, neceſſe eſt dicere. HOG. Æditio noſtra nõ habet, Quia induit me ueſtimentis Ieſu: ſed, quia induit me ueſtimentis ſalutis. GAL. Vbi noſtra æditio hoc loco ueſtimentis ſalutis habet. Hebraica ueritas ueſtimentis ישוע Ieſua dicit. Dictio autẽ hæc ישוע Ieſua, duplicem habet ſignificationem. Significat enim Ieſum, & ſalutem. Hic autem ſecundum primum ſignificatum accipitur, cum dicit, Quia induit me ueſtimẽtis Ieſu. Quod perinde eſt, ac ſi diceret, Quemadmodum Ieſus ſecundũ humanitatẽ abſq; originali peccato concipitur, ita quoq; ego abſq; eo concipiar. Quare eius ueſtibus, quę ſunt pu-

ritas & innocentia, induta ero. Verumtamen noſtræ ædition is auto
Iudæis blandiens, ne ipſum carpere poſſent, ſalutis tranſtulit, & non la
ſu. Quod etiam aliꝭs in locis pene infinitis facit. Vbicunq; enim ſenſus
duplicitatē habet, ſemper fere eum qui pro illis eſt, accipit. Nam ita hoc
dicere poterat, & recte quidem, Quia induit me ueſtimentis Ieſu. Quē
admodum Habacuc 3. cap. dixit, Ego autem in Domino gaudebo, &
exultabo in Deo Ieſu meo. Cum idem nomen hoc eſt ישוע Ieſua uno
biq; Hebraicus textus habeat. Ex his igitur manifeſtum eſt, priſcos la
cræ ſcripturæ autores, firmiter tenuiſſe, immaculatā matrem Meſſiæ li
ne originali peccato concipiendā fuiſſe. Quod idem noui teſtamen
ti quoq; ſcriptores tenuerunt. Legitur quippe in euangelio Matthæi
capite undecimo, Saluatorem noſtrum ita de Ioanne Baptiſta dixiſſe.
Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta. Cum igitur
ſanctus Ioannes Baptiſta ipſo Chriſto qui de muliere natus eſt, maior
non fuerit. Dicatq; textus, Surrexit. Quod dici non poteſt, niſi de eo
qui prius cecidit, & poſtea ſurgit. Ita hoc ſaluatoris dictum interpreta
ri neceſſario cogimur: Inter natos mulierum, id eſt inter eos qui in ori
ginali peccato concepti ſunt, non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta. Chri
ſtus autem in peccatum non cecidit, ergo ipſo Ioannes maior non eſt.
Cum igitur beatiſſima uirgo eodem Ioanne Baptiſta maior quoq; ſit,
ipſam in peccatum originale non cecidiſſe, neceſſario conſequens eſt.
Quod ſi non concederetur, ſequeretur plane, Ioannem Baptiſtam ma
iorem ea extitiſſe, quod omnino falſum eſt. Ex euangelio igitur, ac Sal
uatoris noſtri ſententia ipſam abſq; originali peccato cōceptam fuiſſe
neceſſario concluditur. HOG. Id quidem uerum eſſet, ſi euāgelium
inter natos & natas diceret, Cum igitur inter natos ſolum dicat, palam
oſtendit. Saluatoris noſtri dictum non de mulieribus, ſed de ſolis uiꝝ
ris intelligi. Ex eo igitur beatiſſimam uirginem in peccatum originale
non cecidiſſe, inferri non poteſt. GAL. Obiectio tua nulla eſt, cum
ſecundum grammaticos maſculinum genus fœmininum concipiat.
Quare cum inter natos dixit, tam de uiris, quàm de mulieribus intelle
xit. Hanc etiam de immaculata uirginis conceptione opinionem &
apoſtoli tenuerunt. Sicuti ex beati Andreæ apoſtoli dictis, aperte li
quet. Qui cum Ægeæ Proconſuli myſterium crucis exponeret, ita in
ter cætera dixit, Et quoniam de immaculata terra factus fuerat homo
primus, qui per lignum præuaricationis mundo mortem intulerat,
neceſſario de immaculata uirgine natus eſt perfectus homo, in quo
Dei filius, qui primum fecerat hominem, uitam æternam, quam per
diderant per Adam homines, repararet. Quam quidem ſententiam
beatus Dominicus ordinis prædicatorum fundator & Dux, poſtea ſe
cutus, ita in tractatu corporis Chriſti ait, Sicut primus Adam fuit ex
terra uirgine & nunq; maledicta formatus, ita decuit in ſecundo Adam fie
ri.

Autores ſacræ ſcripturæ noui inſtrumenti.

Obiectio.

Reſponſio.

fieri. Hanc præterea opinionem tanquam ueriſſimam & indubitatam ueteres quoque eccleſiæ Doctores tam Græci quàm Latini firmiter tenuerunt. Et Græci quidem ut Gregorius Nazeanzenus, Gregorius Niſſenus, Baſilius, Ioannes Chryſoſtomus, & cæteri omnes, ut codices eorum legentibus perſpicue patet. In cuius rei ſignum feſtum de ipſa immaculata uirginis conceptione per annos fere mille celebrarunt. Et in martyrologio quod in craſtino ipſius feſti legitur, quodq; à ſancto Ioanne Damaſceno æditum fuit, inter cætera quæ de ipſa beatiſsima uirgine pronunciantur, ipſa πρὸ συλλήψεως ἁγνή, id eſt ante conceptionem pura, dicitur. Ex quo ſancti ac ueteres Græcorũ patres, ſpiritu ſancto illuſtrati, uidentur antiquorum Hebræorum opinionem tenuiſſe. Qui ut in præcedentibus uiſum eſt, matris Meſſiæ materiam in materia Adæ fuiſſe productam uoluerunt, ipſamq; primã in cauſa & excellentia extitiſſe, atq; puriſsimam uſq; ad actualem ipſius uirginis formationem præſeruatam fuiſſe. Vnde & ipſe diuus Ioannes Damaſcenus, in ſermone de eiuſdem uirginis natiuitate, de beato Iehoiakim ipſius uirginis patre loquens, eam ob rem dixiſſe uidetur. O beati lumbi, ex quibus immaculatiſsimum ſemen fluxit. Priſci quoq; ac ſancti Latinorum Doctores id idem abſq; dubitatione ſenſerunt. Vt Hieronymus, Auguſtinus, Ambroſius, Gregorius, ac cæteri penè omnes. Quorũ dicta nunc adducere & longum & ſuperfluum eſſet, cum ſacri concionatores noſtri temporis uerbum Dei in eccleſijs proponentes, paſſim ea atteſtentur. Quid mirum ſi ſancti uiri opinionem hanc tenuerunt, cum Mahmedus ueritatis catholicæ inimicus, ipſam tenuerit, ut in authenticis Saracenorum libris legitur. Quorum unus Albokari: Alter uero Mezlim uocatur. In his enim ſic ad uerbum dicitur, Dixit Ebihorayra ſocius ſcilicet Mahmedi, Quod audiuit nuncium Dei, id eſt Mahmedum dicentem, Nullus naſcitur de filijs Adam, quem nõ tangat ſatan, quando naſcitur, & ideo plorat uociferans, ex tactu ſatan, præter Mariam & filium eius. Clamor enim infantis cum cadit de uentre matris, propter percuſſionem ſatan contingit. Item dixit Ebumuce, Prophetã id eſt Mahmed dixiſſe. Multi perfecti fuerunt ex uiris, nulla uero perfecta fuit unquam ex mulieribus, niſi Maria mater Ieſu. Ex his igitur quæ dicta ſunt, liquidò conſtat, opinionem de immaculata uirginis conceptione, non recentem, ſed antiquiſsimam eſſe. Quin potius oppoſitam opinionem quam aduerſarij pertinaciter tenent, recẽtiorem dicimus.

Antiqui eccleſiæ Doctores.

Quam ideo Deus aliquo tempore pullulare permiſit, ut uideretur quantam gratiam matri ſuæ contulerat: eam à peccato originali, quod naturaliter niſi præſeruata fuiſſet, contrahere debebat, immunem atq; immaculatam præſeruando.

Ad tertiam Hogostrati obiectionem. Vbi quòd mater Messiæ absq; originali peccato concipienda esset, naturalibus rationibus probatur. Caput VI.

HOGOSTRATVS,

HOc si uerum esset, uerbū Pauli apostoli falsum prorsus esset, qui ad Romanos scribens 3. cap. ait, Omnes in Adam peccauerunt & egent gratia Dei. Necessario igitur dicendum est, gloriosam uirginem in Adam peccasse, & consequenter & eius materiam peccato Adæ infectam, & ipsam in peccato originali conceptam fuisse. Qui enim omnes dicit, neminem excludit. GAL. Vt te (quod pace tua dixerim minus quàm decet) locutum ostendam, duo faciam. Primum enim septem naturalibus probabo rationibus, & materiam intemeratæ matris Messiæ mundam atq; immaculatam in Adam præseruari debuisse, & consequenter ipsam matrem Messiæ absq; initiali peccato conceptam fuisse. Deinde uero ad Pauli apostoli autoritatem respōdebo. Pro primæ igitur rationis fundamento, duo præmittā. Primum quidem est, q̄ in unoquoq; subiecto quatuor debēt reperiri causæ, uidelicet materialis, efficiens, formalis, & finalis. Quarū finalis sublimior est cæteris, atq; præstantior. Secundū uero est, q̄ causa finalis & intentio naturæ semper permanent, neq; unq̄ cessant suo subiecto & indiuiduo perfectiorē tradere formam, si materiam aptam ad recipiendā huiusmodi formā inuenerint. Quare necesse est omni efficienti, tam naturali, q̄ uoluntario, & artificiali, habiliorem q̄ possit materiam cuilibet subiecto disponere, ut finis peculiaris ei adueniat, iuxta cogitationem & finem ab ipso excogitatum. Exempli gratia, piper cuius finis est calliditas & siccitas, naturaliter facit ignis operationē. Econtrario uero uitella, quam natura ad aquæ qualitatē disponit, utpote rem frigiditati conuenientē, quæ est finis ei peculiaris. Eadem ratione saphirus, adamas, & reliqui lapilli precioſi, quos natura & causa finalis ad materiā quandam sublimem, lucidam, & diaphanam ex quatuor elemētis disponit, ut formā propriam sibi ac peculiarem recipiant. Nō obstante, q̄ extrestri sint elemento, quod est obscurum ac tenebrosum. Quod cum ita sit naturalibus in rebus, consequens profecto est, gloriosam uirginē ex quo erat subiectum, in quo Dei filius incarnari debebat, perfectius ac sublimius omni humana creatura, immo omni ente creato dispositam fuisse. Quemadmodū finis peculiaris propter quem creata fuit, cæteris cunctis perfectior, & sublimior erat, cum illa sola creata fuerit, ut ex ea filius Dei nasceretur. Sed si eius materia immunda fuisset, ipsaq; in peccato originali cōcepta, nequaq̄ perfectius ac sublimius omni ente creato disposita fuisset. Igitur & ipsius materiam puram & immaculatā prēseruari, & ipsam absq; originali peccato cōcipi, oportuit. Item unicuiq;

Prima ratio.

Secunda ratio.

ens

enti cui deest aliqua perfectio, insitus est naturalis appetitus, assimilãdi se enti perfectiori, oditq; res sibi infimas. Natura autẽ si dispositio subiecti ad recipiendum habilis sit, eo maiorem dat ei perfectionem, quo capacior est. Idcirco saphirus cuius materia ex terra est, in gradum claritatis quæ est, in elemento aereo, naturaliter ascendere cupit, ab ipsoq; claritatem accipiens, lucidum fit, atq; diaphanum. Minerale autem fieri cupit uegetatiuum, & si animam uegetatiuã nõ habeat. Natura enim dat ei crescendi perfectionem, cum materiam ad crescendum aptam habeat. Vegetatiuum uero fieri appetit animal. Ideo mandragorę ob materiæ dispositionem, quam habet, natura dedit hominis figuram, & si anima sensitiua careat. Animal præterea fieri cupit homo, ob quod simia hominis habet effigiem, effingitq; ea quę homo ipse facit. Licet anima rationali careat. Ex quo igitur appetitus materiæ matris Messiæ erat, absq; originali peccato concipi, eiusq; materię dispositio ad recipiẽdam huiusmodi perfectionẽ habilis erat. Necessario sequit, Longe rationabilius esse, ipsam absq; originali peccato conceptam, q̃ post concepti purgatã fuisse. Item materia, forma, & causa efficiens quanto perfectior est earum finis, tanto altiores sunt. Quemadmodũ quatuor elementa cum primum animam sensitiuam nanciscũtur, sublimiora sunt, quàm cum solum animam uegetatiuam habebant. Mineralia quoque cum primum lapilli precioſi efficiuntur, nobiliora sunt. Nam saphirus & adamas nobiliores sunt hiaspide & porphyrite. Hiaspis autẽ & porphyrites excellentiores sunt lapidibus, quibus domus construuntur. Eadem etiam ratione ex herbis honorabilius est frumentum, & ex architectis, præstantior qui regiam construit. Hac insuper ratione sublimius est basilicas erigere, quàm Regum palatia ædificare. Atq; præstãtius est amore Deo seruire, quàm necessitate. Consequens igitur est, ut quo sublimior est causa finalis, eo plures ab ipsa in subiectum emanent perfectiones, ut excellẽtior sit futura. Quod cum ita sit, necesse erat inteneratam uirginem Messiæ matrem, quæ subiectum & tabernaculũ quo Dei filius incarnandus esset, futura erat, sublimiori gradu concipi, quàm subiecta minora, quæ cum originali peccato concipiuntur, utpote quæ perfectionis excessum super cætera omnia haberet. Igitur absq; originali peccato concepta est. Item exploratissimũ est in natura. Quacunq; in re plures inueniuntur fines à primo separati, secundum finem esse primo sublimiorem, & tertium secũdo. Et sic de cæteris gradatim. Eadem quoq; ratione, materia & forma secundi finis perfectiores sunt materia & forma primi, & materia & forma tertij sublimiores secundi. Verbi causa. Esse animal, perfectior finis est, quàm esse uegetatiuũ. Esse autem hominem, perfectior finis est, q̃ esse animal. Præterea cum hominis diffinitionem dare uolumus, prout solũ animal est, dicimus ipsum esse corpus nutritiuũ, sensibile. Si autem prout est homo, dicimus eum

Tertia ratio.

Quarta ratio.

esse animal rationale, quæ sublimior est diffinitio, quàm prima. Cum igitur immaculata uirgo concepta sit non tantum ut homo esset, sed ut mater Dei quoq; foret. Et hic finis sit excellẽtior, atq; sublimior ultimo fine in genere humano, oportuit, ipsam in sui conceptione habere materiam & formam perfectiorem ea, quæ illam hominem esse faciebat. Hæc autem alia non est, quàm ipsam originali peccato non fuisse infectam. Nam quemadmodum materia animalium sublimior est atq; perfectior, quàm materia plantarum. Materia autem hominis excellẽtior, quàm materia animalium. Ita quoq; & rationi cõgruum, & necessarium est, materiã uirginis glorioſæ perfectiorem sublimiorẽq; materia hominum fuisse, cum in altissimũ hominis gradum ascenderit. Item tunc natura dicitur æqua, & secundũ seipsam agere, cum tantum perfectionis dat subiecto, quantũ subiectũ recipere potest. Et secundum hoc nõ dicitur aliquid contra naturã fieri. Tunc enim id diceret, cum ipsa natura non daret perfectionẽ, qua subiectum recipere posset. Sicuti enim contra naturã est, dare perfectionẽ ei, qui non mereť. Ita quoq; contra naturam est, ei qui mereť, perfectionem adimere. Quod cum ita sit, necesse fuit, glorioſæ uirginis materiam, quæ habilis erat, atq; apta huiusmodi perfectionẽ recipere, ut absq; originali peccato conciperet, sine initiali macula productã fuisse. Item, Pro sexta ratione duas facio propositiones. Prima sit hæc, Certum est, peccatũ originale non esse generationis causam efficientem. patet. Quia si Adam nõ peccasset, certe generasset. Secunda sit hæc, quam exemplo probo. Esto q; rex quidã domũ sordidã ac fœdã sit ingressurus. Quæro, Vtrum decentius sit, eam domũ sordidam mundari debere, uarijsq; repleri odoribus, anteq; rex ingrediať, an postea ingressurus sit. Certe regiæ conuenit dignitati, prius eam mundam, iucundam, redolentẽq; reddere, q; postea. Ita dicimus de cœlorũ regina, iustius decentiusq; fuisse, ut materia quæ futura erat matris Dei materia, mundificareť, ac sanctificareť, dum generantis esset materia, ab eaq; adimereť peccati originalis causa efficiens, q; postea cum generatæ facta est materia. Alioqui in regina cœli ostendereť fuisse defectus, essetq; cõtra sacræ scripturæ textũ, qui de ipsa (ut suprà probauimus) ait, Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Confirmatur ratio. Certũ est enim, perfectiorem nobilioremq; esse rem, in quam nunquã aliqua cecidit macula, aut sordes, q; ea, in qua prius fuit macula, & postea purgata est. Quemadmodũ etiam homo, qui nunq; peccauit, peccatore reconciliato præstantior est. Nam si perfectior esset peccator reconciliatus homine iusto qui nunquã peccauit, aut si in pari perfectione essent, Deus glorioſam uirginẽ in statu gratiæ non confirmasset. Ipsam igitur absq; initiali peccato conceptã fuisse, fatendũ est. Postremo, Quanto propiora sunt principium & finis, tanto perfectius esse debet mediũ, magisq; cõuenire debet principiũ & mediũ cum fine. Quemadmodũ ma-

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Septima ratio.

ior

forinfluentia à causa finali in operatione prouenit, multoq; auidior est finis in medio & principio. Ideo cognito, q̃ finis conceptionis uirginis intemeratæ erat propter filij Dei conceptionem, necesse fuit, ut conuenirent principium, quod fuit beata uirgo, & medium, quod fuit ipsam absq; originali peccato conceptam esse, cum fine, quod fuit filij Dei incarnatio ex ea. Et quemadmodum cum primum uerbum caro factum fuit, dedit materiæ Christi omnes perfectiones, quotquot habitura erat, nec ulla ei defuit. Ita quoq; necesse fuit, materiam beatissimæ uirginis statim in sua cõceptione omnes perfectiones quas capere poterat, sortitam fuisse, nec expectanda fuit peccati originalis purgatio. HOG. Cum corpus Christi in sua resurrectione glorificatum fuerit, constat ipsum in sua cõceptione non omnes perfectiones habuisse. Conclusio igitur quam nunc præmisisti (pace tua dixerim) falsa est. GAL. Cum diuinitas esset Christo unita, & glorificationem in se quodammodo colligatam haberet, non sinebat corpus eius res glorificati in uita operari, cum passurum & moriturum esset. Quemadmodum si quis puerum forti manu tenens, non permittat eum facere quod uelit. Sed bene necessitate cogente, corpus Christi opera glorificati faciebat. Nam in sua natiuitate ex uirgineo utero absq; matris corruptione exiuit. Habent enim hoc præcipuum glorificata corpora, ut sua subtilitate per parietem absq; eius fractione transeant. In sua etiam transfiguratione glorificato corpore usus est. Cum præterea Iudæi ipsum lapidare uellent, illis non uidentibus, de templo exiuit. Ad confirmationem autem nostræ rationis facit, q̃ non reperiatur apud Euangelistas aliqua de glorificatione Christi in eius resurrectione mẽtio. Quare cõsequens est, gloriosam uirginem in suæ cõceptionis instãti, absq; initialis peccati macula fuisse. Quin potius in eius cõceptione materiã eius omnes perfectiones quas habitura erat, habuisse. Animã uero eius mox cũ eidẽ materię infusa est, omnes perfectiones quæ in anima reperiri possent, actualiter adeptã fuisse, ut est sciẽtia, sapiẽtia, intelligentia, pphetia, gratia, & quę cũq; animæ attribui possunt. Cũ aũt Dei filius ad eã incarnãdus uenit, in gradũ altissimũ ipsa cõscendit. Quandoquidẽ ei tanq̃ matri suæ uniuersi orbis regimen atq; gubernationẽ ille reliquit, fecitq;, ut esset cœlorũq; angelorũq; regina. Nunc ad beati Pauli uerba respõdeamus. Cũ igit̃ inqt, Omnes in Adã peccauerũt. Sic exponamus dictũ, Omnes. s. q̃ subeũt solũ Adæ regulã, neq; altiorẽ sortiunt̃ gradũ. Hi. n. in Adã uere pctõres sunt, ac in originali peccato cõcepti. Glorioſa aũt uirgo, cũ ad sublimiorẽ q̃ Adã ascẽderit gradũ, dici nõ põt in peccatũ Adę cecidisse. Qñ ipsa sola inter cæteras oẽs creaturas hoc priuilegio donata fuit, ut in ea filius Dei cõciperet̃. Qd̃ aũt hic fuerit eius ultimus finis, ac suæ cõceptiõis, ex eo potissimũ patet, q̃ nulla unq̃ alia creatura p̃ter ipsam, ad hoc cõcepta fuit, ut in ea filius Dei incarnaret̃, qa in nulla alia, q̃ in ipsa filius

Obiectio.

Responsio.

Ad Pauli apostoli autoritatem.

lius Dei incarnatus est. Ergo ut in ea filius Dei conciperetur, ipsa con
cepta est. Concluditur igitur, filij Dei incarnationem conceptionis ip
sius uirginis causam finalem extitisse. Quare ut ex premissis rationibus
colligitur, oportuit, materiam & formam ipsius immaculatæ uirginis
perfectiorem atq; sublimiorem quacunq; alia materia & forma in gene
re humano fuisse, ac sine peccati initialis infectione productam.

*Ad quartam Hogostrati obiectionem. Vbi conclusio de immaculata uir
ginis conceptione septem Theologicis simul ac naturalibus confir
matur rationibus.* Caput VII.

HOGOSTRATVS,

CErtum est, Deum nolle tollere naturę ordinem, quem ipse in
stituit. Sed si Deus beatissimam uirginem ab originali pecca
to immunem preseruasset, abstulisset utiq;, immo peruertisset
naturæ ordinem, quem ipse instituit, cum propter Adæ peccatum om
nes homines ab eo naturali propagatione descēdentes, cum originali
peccato concipi decreuerit. Ergo minime dicendum est, ipsam intem
ratam uirginem ab originalis peccati labe præseruatam fuisse. GAL.
Nimium certe (mihi parce) Hogostrate deciperis. Quod septem theo
logicis simul ac naturalibus probabo rationibus, ut tādem obiectio
tuæ quæ nulla est, responsio detur. Prima igitur ratio sit hæc. Deo au
ritiam & tenacitatem attribui non posse, certum est. Cum tantā det ui
cuiq; creaturæ perfectionem, quantam ipsa apta sit recipere. Verbi gra
sa. Cum Deus mundum condidit, tantum perfectionis unicuiq; rerum
generi tribuit, quantum eius subiectum capere poterat. Nam si alicui
subiectum perfectionem æqui, siue leonis, siue etiam hominis recipere
potuisset, certe illi dedisset. Sed cum aptum ad recipiendum non esse
non dedit. Quod cum ita sit, sequitur plane, Deum uirginem glorio
sam absque initiali peccato fecisse, ex quo eius subiectum ita aptum e
rat. Alioquin auarus & tenax ipse fuisset. Quod omnino falsum est.
Igitur absque initiali peccato ipsa concepta est. Secunda ratio sit hæc.
Certum est, principium cognitionis esse operis finem. Quo fit, ut cum
principium cognitionis diuinæ fuerit, beatissimam uirginem à pecca
to originali mundare, ac purificare, longe decētius fuit, eam mundam
& absque peccato fecisse quàm postea mundasse. Si enim ita non fuis
set, operationes diuinæ humanis uarijs & inconstantibus assimilaren
tur. Hoc autem falsum est. Fecit igitur eam à peccato originali omnino
mundam ac puram. Tertia ratio sit hæc, unicuique homini appeti
tus quidam à natura insitus est, ut eius mater perfectior sit in cun
ctis mundi perfectionibus. Et hoc ideo quia ex eius sanguine genitus
est. Nam si mater ex materia munda & optima constabit, filius quoq;
eadem

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

eadem ex materia cõficietur. Quare filius semper matris perfectionem cupit, oditq; imperfectionem. Si igitur Dei filius qui uirtutes ac perfectiones summopere diligit, uitia uero & peccata atque imperfectiones maxime detestatur, matrem suam nobiliorem ac perfectiorem in boni tate, iusticia, sanctitate, cæterisq; perfectionibus futuram non optasset, profecto in uoluntate & appetitu inordinatus fuisset. Quippe q; deserium suum potius ad res uiles & imperfectas, q̃ ad nobiliores & perfectiores inclinasset. Sequeretur preterea, eum uiliorem habuisse appetitum, q̃ pura quæuis creatura humana, cum materiam & humanitatẽ suam imperfectã fore uoluisset. Hoc autem manifeste falsum est, ac omnem prorsus contra rationem. Cum ergo Deus sit summa perfectione perfectus. Perfecti autem sit amare perfecta, potius q̃ imperfecta, debuit sane matrem suam perfectam omni perfectione posibili, & cupere & facere. Quare absq; originali peccato ipsam concipi fecit. Quarta ratio sit hæc. Certum est, quod Deus ante mundi creationem prẽsciuit & Adam peccaturum, & se ipsum pro peccati eius redemptione, incarnandum. Ex quo sequitur, q; si in muliere in peccato originali cõcepta Deus incarnari decreuisset, & Deus ipse peccati causa extitisset, & Adã ad peccandũ coactus fuisset, libero arbitrio sibi adẽpto. Quod si esset, Adam pœnam minime meruisset. Ex his autem multa sequerentur inconuenientia. Quare necessario dicendum est, mulierem ex qua Deus incarnandus erat, ab æterno à peccati initialis labe præseruatam fuisse. Quinta ratio sit hæc. Principium generis humani fuit Adam, finisq; ipsius fuit Christus, cuius amore creatum est humanum genus. Vt igitur principiũ, medium & finis inter se conueniant, necesse fuit, q; quemadmodum Adam qui est principium, & Christus qui est finis, absq; originali peccato facti sunt. Ita quoq; mediũ quod est beatissima uirgo, sine ipso peccato concepta esset. Præterea, sequitur, q; sicut Heua fuit una caro cum Adam primumq; medium pro humani generis conseruatione, absq; originali peccato facta. Ita quoq; necessarium fuit, & intemeratam uirginem, quæ est ultimum medium pro animarum salute, & una caro cum Christo, qui est finis, absq; originali peccato concipi. Alioqui principium & primum medium cum ultimo, medio & fine non conuenirent, quod est ualde inconueniens. Sexta ratio sit hæc. Notum est, q; potentissimus quisq; rex uolens sibi regiam construere, aut basilicã ad honorem Dei optimi maximi erigere, prius quęcunq; ædificio necessaria sunt, quærit, & parat, quanto perfectiora atq; excellentiora inueniri queãnt. Quemadmodũ regem Selomonẽ fecisse legimus. Qui ob templi excellentiã, quod in Dei obsequiũ construxit, uoluit in opere fabrili & lapidibus excidendis, ne malleus, aut aliquod ferrei instrumẽti genus adhiberetur, nec eorum quidem sonus audiret. Sed uermẽ reperit nomine zamir, qui Lapidi impositus, dũ per eũ incederet, ipsum ilico frange-

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Pulchra figura de uirginis conceptione.

Zamir uermis.

frangebat. Quod in figuram cõtigisse, clarum est. Nam in ædificio templi, in quo filius Dei incarnandus erat, & in tabernaculo in quo Deus claritatem & sanctitatem suam ostendere debebat, non poterat deficere materia tantę perfectionis ad construendum, nec opus erat, ut incidendis lapidibus, hoc est, in cõceptione intemeratæ uirginis, ferrum aliquod quod peccatũ originale significat, adhiberetur. Huius autem rei ratio est, quia unum peccatum nõ potest cum altero sanari, nisi cum re simplici & quodammodo minima, hoc est, cum uerme. Idcirco rogarit zamir, id est Christum qui uermi cõparatur, & ita à Psalmographo uocatur, cum Psal. 21. ait, ואנכי תולעת ולא איש Hoc est, Ego sum uermis & nõ uir. Et excidit beatissimam uirginem sine ferro, hoc est, absque aliquo peccato. Et ut in ædificio templi, nec sonus quidem ferri auditus est: ita in ædificio & conceptione immaculatę uirginis, nec uox quidem peccati originalis reperta est. Quod si sibi defecisset materia sanctissima ad eius cõceptionem, fuisset in maximo defectu, minorique gradu, quàm Rex Selomo. Hoc autem falsum est, Ergo absq; originali peccato concepta fuit. Septima ratio sit hæc, pro responsione ad obiectionem Hogostrati dicentis, Deum nolle tollere naturæ regulam & ordinem, quem ipse instituit. Fatemur quidem id uerum esse, non tamen omni ex parte sic intelligi debere, sicut Hogostratus ipse intelligit. Deus enim necessitate exigente, multoties cõtra regulam & ordinem naturæ fecit. Non enim est naturæ regula & ordo, ut arbor cæsa & secca, flores, folia & fructus producat. Virga autem Aharon gemmas, flores, frondes, & amigdalas ędidit. Neq; est naturæ opus, ut una nocte hæc omnia arbor proferat. Ipsa tamen uirga Aharon una nocte eadem omnia protulit. Neq; est ex naturæ cursu, quòd arbor siue uiridis, siue sicca, animam habeat sensitiuam. Virga autem Mosis serpens effecta est. Neq; ordine naturæ possibile est, alicui bruto loqui atq; differre. Asinus autem Balaam cum eo disputauit. Ex naturæ quoq; cursu prophetia non potest nisi in genere humano reperiri. Non enim brutum aliquod uaticinari potest. Deum autem cum cœtu Ionæ locutum legimus. Iuxta etiam naturæ ordinem rota cœlorum à suo motu circulari cessare posse, est impossibile. Tempore autem Iehosuæ, ipso in bellum bon existente, sol in medio cœli se opposuit, stetitq; per diem integrum, hoc est per 24. horas immobilis. Impossibile quoq; est secundum naturæ ordinem, ut rotæ cœli quæ ab oriente in occidentem mouentur, retrogrediantur. Hezekiæ autem tempore, sol retrocessit gradibus decem ab eo itinere, quod fecerat. Impossibile est etiam secundum naturæ cursum, ut Leo à feritate cessel, seq; ab occidendo cõtineat, præsertim cum famelicus est. Danieli autem in lacum leonũ proiecto, nihil nocumenti leones intulerunt. Ignis etiam secundum naturę ordinem semper uorat & deuorat, sed Ananiæ, Misaeli, & Azarię in fornace ardentissima [illegible]

Septima ratio pro responsione ad Hogostrati obiectionem.

sitis, nihil molestiæ intulit, nec pilo quidē uestimentorū nocuit. Deus præterea postquàm Adam & Heuam creauit, hanc dedit naturæ regulam & ordinem, ne posset homo sine uiri & mulieris semine generari. Christum tamen reperimus absq; humano semine generatum. Ex his omnibus liquido patet, quòd quandoq; Deus necessitate exigente, facit præter naturæ ordinem. Quare palam euidens est, quòd quamuis deus nolit auferre naturę ordinē in genere, & omni ex parte. In particulari tamen id quãdoq; facit. Nec propter hãc particularitatē dici potest naturæ regulam rumpere. Vel si dicere uoluerimus, iuxta Hebræorū sententiam, Deum ob specialem conditionem id quandoq; facere, multo minus dicetur esse contra naturam quod facit. Talmudistæ nanque uidentes omnia ista quæ contra naturam fieri uidentur, uolentesq; rationem reddere, cur fiant. Deum inquiūt cum mundum creasset, hanc tribuit naturæ facultatem, ut operaretur secundum ordinem ab eo institutum, nec se illi contradicturum pollicitum fuisse, nisi hac instante conditione. Quod si necessitas secus fieri exigeret, ipse posset facere quicquid sibi uideretur, etiam si cõtra ipsam naturã foret. Idcirco cum aliquid huiusmodi fieri contingit, de eo naturam conqueri contra se id fieri, minime posse aiunt, ex quo illi Deus conditionaliter uires tribuit. Cum sola igitur uirgo gloriosa inter omnes à uiro & muliere genitos, absq; originali peccato concepta sit, id contra naturam fuisse, haud quaquam dici potest, sed unum ex supradictis. Maxime cum immaculatæ uirginis subiectum, ut in præcedenti capite ostensum est, aptum esset huiusmodi perfectionem recipere, ut absq; initiali labe produceretur.

Talmudistarū responsio.

Ad quintam Hogostrati obiectionem. Et quòd intemerata mater Messiæ absque libidine & concupiscentia genita sit. Caput VIII.

HOGOSTRATVS,

Si beatissima uirgo sine peccato originali concepta esset, absq; libidine & concupiscentia generata fuisset. Probatur, quia originale peccatum libidini, concupiscentię, ac uoluptati admixtum est. Quod diuus Augustinus affirmat in libro de fide ad Petrum, parte prima, q. uigesima quarta. Cuius dictum ponitur in Decretis de consc. dist. quarta cap. Firmissime. Vbi sic dicitur, Firmissime tene, & nullatenus dubites, omnem hominem qui per concubitum uiri & mulieris concipitur, cum peccato originali nasci, impietati subditum, morticq; subiectū. Quare omnes ex libidine ac uoluptate coitus geniti, cum peccato originali concipiuntur. Sed uirgo gloriosa cum libidine ac uoluptate coitus genita fuit. Cum ex uerissima sancti Iehoiakim & sanctę Hannæ coniunctione, ut cæteri homines, generata sit. Ipsam igitur in peccato originali conceptam fuisse, consequens est. GAL. Certum

eſt, maius priuare minus. Experientia enim cognoſcimus, ſolem lunæ atq; candelæ priuare claritatem. Videmus quoq; ſenſum maiorem priuare minorem. Homo enim qui omnem cogitationem ſuam, ac phantaſiam in unam rem, uel ſtudendo, uel ſpeculando uehementer collocat, pro eo tempore ſenſum minorem amittit. Nam ſi tunc coram eo quiſpiam tranſiret, tranſeuntem illum non uideret, ſi ipſum alloquerentur, nõ audiret. Fateor igitur ſanctum Iehoiakim & ſanctam Hannam ſeſe cõiugaliter copulaſſe, ob ardentem tamen deuotionem, uehementem q; contemplationem, qua unanimiter in generationem beatiſſimæ uirginis intenti ambo tenebantur, fomes in illo actu penitus extinctus fuit. Quare peccatum originale in conceptione immaculatæ uirginis locum nullum habuit. Cõfidimus autem quæ dicimus, uera eſſe oſtendere. Nam cum à templo parentes eius tanquam profani à ſacerdotibus cum increpatione expulſi fuiſſent, eo quòd ſteriles eſſent, & iam ſenio confecti, filios nondum genuiſſent. Deum mœſti & ſupplices rogarunt, ut eis ſobolem ad eius ſeruitia procreandam, concederet. Quibus exauditis, apparuit angelus ſeorſum utriq;, nũcians, prolem eos ſuam Dei obſequium genituros, ita (Hieronymo atteſtante) dicẽs, Ego ſum angelus Domini miſſus ad te, ut annunciem tibi preces tuas exauditas eſſe, & eleemoſynas tuas in conſpectum Domini aſcendiſſe. Vidi enim pudorem tuum, & audiui ſterilitatem, & opprobrium non recte tibi obiectum. Peccati enim, non naturæ ultor eſt Deus. Et ideo cum alicui us uterum claudit, hoc facit, ut mirabilius denuo aperiat. Vt non libidinis, ſed diuini muneris fore cognoſcatur, quod naſcitur. Iuxta igitur angelicum præceptum ambo ſibi obuiantes, de mutua uiſione lætãtes, ac de promiſſa ſobole ſecuri & certi, adorato Domino, domum redierunt, diuinum promiſſum hilariter expectantes. Et tanta ſe deuotione coniunxerunt, ut abſque libidine & corporis uoluptate, uirginem gloriоſam matrem Dei futurã, genuerint. Vehemẽtiſſima enim deuotio, atq; animi delectatio, omnem corporis uoluptatem, concupiſcentiam, atq; libidinem extinxit. Vnde non immerito eis nomina Iehoiakim & Hanna impoſita fuerant. Iehoiakim enim deus eleuabit, uel eriget, ſiue ſuſcitabit, ac etiã cõfirmabit Latinè interpretatũ. Nomẽ uero Hãna à nomine חן hen, quod eſt gratia, deriuatũ. Vt ex nominibus ipſis palã innoteſceret, q; per prolẽ quã genituri eſſent, Deus ex miſericordiæ ſuæ gratia, humanũ genus & à peccato primorũ parentũ eleuaturus eſſet, & à morte æterna ſuſcitaturus, & ad cœleſtẽ gloriã erecturus atq; cõfirmaturus. Cũ igitũ beatiſsima uirgo abſq; cõcupiſcẽtia & libidine genita fuerit, neceſſario cõſequens eſt, & abſq; initiali peccato eã conceptã fuiſſe, cum libido & cõcupiſcentia fuerit peccati Adæ cauſa. Ipſe quippe Adã uitijs mundanis, concupiſcentijsq; carnalibus adhærens (ut per illud Gen. 3, capite liquet, ותרא האשה כי טוב העץ למאכל וכי תאוה הוא לעינים

Iehoiakim & Hanna quomodo interpretantur.

Hoc eſt

Hoc est, Et uidit mulier, quòd bona esset arbor ad uescendum, & delectabilis oculis) se superbia atq; inobediẽtia impleuit, transgressusq; est Dei præceptum, eoq; modo carnem suam infecit, ut omnes ab eo descẽdentes, cum eadem superbia & inobedientia quæ est omnium peccatorum origo, concepti sint. Ideoq; peccatum originale, siue initiale dicitur. Eam ob rem & cum libidine atq; effrenata uoluptate procreantur, & ut uoluntatem suam perficiant, inclinati sunt, atq; ad peccandum, & transgrediendum Dei præceptum, obnoxij. Quod ad sensum maxime patet. Nam cum homo est in effrenatæ libidinis appetitu, membrum genitale adeo superbit, uoluptatemq; optatam perficere pergit, quòd nec morte etiam proposita, ab actu illo desineret. Quod in nullo aliorum membrorum esse comperitur. Cum quis enim ad furtum accedit, & antequàm perficiat, eum furti pœnitet, statim pro eius uoluntate pedes à gressu cessant, manusq; à rapina abstinẽt, suntq; uoluntati obtemperantes. Verumtamen ut ait Magister sententiarum in 19. dist. secundi, si primi homines non peccassent, absq; omni peccato & macula in paradiso carnali copula conuenissent, essetq; ibi tactus immaculatus, ac mixtio sine concupiscentia, atq; genitalibus membris sicut & cæteris ita imperarent, ut ibi nullum motum illicitũ sentirent. Et sicut alia membra corporis alijs admouemus sine libidinis ardore, ut manum capiti. Ita absq; carnis pruritu genitalibus uterent membris. Hæc enim lethalis ægritudo ex peccato membris humanis inhæsit. Genuissent itaq; in paradiso filios per coitum immaculatum absque corruptione. Vnde Augustinus super Gene. Cur non credamus (inquit) primos homines ante peccatum genitalibus membris ad procreationem imperare potuisse, sicut cęteris in quolibet opere sine uoluptatis pruritu utuntur. Incredibile enim non est, Deum talia fecisse corpora illa, ut si non peccarent, membris illis sicut pedibus imperarent. Nec cum ardore seminarent, nec cum dolore parerent. Sed post peccatum motum illum meruerunt, quem nuptiæ ordinant, continentia cohibet. Infirmitasq; prona in turpitudinis ruinam, honestate excipitur nuptiali, ut quod sanis officium esset, ægrotis sit remedium. Ex hac igitur ratione colligit, intemeratam uirginem absq; originali peccato fuisse conceptã. Quamuis enim naturaliter non sit possibile, quempiam absq; peccato propagari, cum materia ob Adæ infectionem, in peccatum prona sit. Gloriosa tamen uirgo ut absq; peccato propagaretur, nõ natura, sed gratia id consecuta est. Cum rationabilius decentiusq; fuerit, Deum mundasse materiam ex qua mater sua effici debebat, dum efficientis esset materia, & antequam patientis materia fieret. Quo circa à sancto Iehoiakim & à sancta Hanna omnem corporis libidinem, uoluptatemq; effrenatã Deus abstulit, ut eo modo ipsam immaculatam uirginem generarent, quo primi parentes si nõ peccassent, filios suos in paradiso genuissent.

Responsio ad argumentum Hogostrati.

Ex his patet obiectionis Hogostrati solutio. Dictum autem diui Augustini quod inducit, Verũ quidem esse dicimus, quatenus omnes homines per concubitum uiri & mulieris cum corporis libidine & uoluptate generati, nõ sunt peccati originalis expertes. Sed dictum nostrũ uerius quidem esse, quatenus uirgo ipsa gloriosa absq; effrenata libidine corporalíq; uoluptate propagata fuit. Quod ex gratia ac uoluntate diuina prouenísse aimus, cum ipsa eius tabernaculũ futura esset, ex cuius preciosíssimo sanguine Christi Dei & hominis corpus formãdum erat. Ideoq; necesse fuit, ut esset omnium creaturarũ perfectíssima atq; purísima. Cui opinioni idem etiam Augustinus dictis suis astipulatur, sic in libro de Hæresibus contra Manichæos in persona Christi, dicẽs, Si potuit inquinari mater mea, cum eam facerem, potui inquinari ego, cum ex ea nascerer. Et in libro de Natura & gratia. Excepta (inquit) uirgine Maria, de qua propter honorem Domini mei, cum de peccatis agitur, nullã prorsus uolo facere quæstionẽ. Et multis etiam alijs in locis ipsam immaculatã, purísimã, atq; ab omni peccato immunẽ prædicat.

Ad sextam Hogostrati obiectionem. Et quòd merito passionis Christi exhibendæ, fuerit uirgo gloriosa à peccato originali modo nobilíssimo redempta. Caput IX.

HOGOSTRATVS,

VIrgo gloriosa fuit per Christi passionem redempta. Alioquí & ipsa tanto bono & priuata fuisset, & Christus uniuersalis redemptor non extitisset, quod ualde incõueniens est. Ergo ipsius quoq; uirginis fuit redemptor & saluator. Quod ipsamet fatetur in cantico suo, dicens, Et exultauit spíritus meus in Deo salutari meo. Sed redemptio seu saluatio præsupponit culpam. Non enim intelligitur redempta & saluata, nisi ab aliqua culpa. Cum igitur ipsa actualem culpam nunquam habuerit, sequitur plane, quòd ab originali redempta fuerit. Quare ipsam in peccato originali conceptam fuisse, consequens est. GAL. Ratio tua nulla est. Cum æque redemptor ac saluator sit, qui hominem custodit, ne captiuus fiat, sicut is qui eum à captiuitate liberat. Quemadmodum ita medicus dicitur, qui homini regulam & ordinem dat, ut sanitatem cõseruet, & ne in ægritudinem decidat, uti qui ægrotantem sanat. Quam ob rem Auicenna medicinam definiuit esse scientiam, qua humani corporis dispositiones noscũtur, ex parte qua sanatur, uel ab eo infirmitas remouetur, & habita sanitas conseruatur, amissaq; recuperatur. Eadem quoq; ratione dicimus, ita redemptorem & saluatorem appellandũ, qui prohibet ne quis in peccatum cadat, sicuti eum qui hominem à peccato subleuat. Ex his dicere possumus, geminam esse redemptionem, subleuatiuã & præseruatiuã. Præter-

Medicina quid sit.

Duplex redemptio.

Præseruatiuam & longe nobiliorem ac perfectiorem subleuatiua. Sicuti enim multo melius est, quempiam à uulnere præseruare, quàm ei post acceptum uulnus remedium adhibere: ita longe nobilius ac perfectius est, aliquem à peccato, ne in ipsum cadat præseruare, quàm illum postquàm in illud ceciderit, à peccato liberare. Quare nobiliori ac perfectiori modo redimitur, maiusq; beneficium accipit, qui à peccato futuro immunis præseruatur, quàm qui à peccato perpetrato eripitur. Multo igitur præstantior ac perfectior est redemptio præseruatiua, quàm redemptio subleuatiua. Cæteri omnes homines redemptione subleuatiua à peccato redempti fuerunt. Virgo autem gloriosa sola ex uiro & muliere propagatis, redemptione præseruatiua redempta est. Quomodo & angeli boni ne cum lucifero ruerent, à peccato redempti fuere, ut Ioannes Chrysostomus optime sentit. De ipsa autem uirgine immaculata Anselmus in libro secundo, Cur Deus homo, cap. 10. loquens, Indiguit (inquit) beata uirgo redemptione, & Christi passione, non propter peccatum quod in se fuerit, sed propter peccatum quod infuisset, nisi ipsemet ex speciali priuilegio eam præseruasset. Hoc preterea & ipsa redemptionis humanæ perfectio necessario exigebat. Sunt enim sex ipsius redemptionis modi. Primus quidem est, cum quis à peccato actuali mortali, postquàm in ipsum cecidit, redimitur. Et hoc modo peccatores qui in peccatum mortale ceciderunt, per pœnitentiæ sacramentum redimuntur. Secundus uero modus est, cum quis ab ipso peccato mortali præseruatur. Et hoc modo apostoli redempti fuerunt. Qui postquàm spiritum sanctum acceperunt, nunquam mortale peccatum admiserunt. Tertius autem modus est, cum quis peccato ueniali commisso redimitur. Quo modo iusti redimi solent, qui de lege communi ipsum ueniale peccatum omnino euitare nequeunt. Cum iuxta sapientis dictum, Septies in die cadat iustus, & resurgat. Quod non nisi de ueniali peccato intelligi potest. Quartus quoq; modus est, cum quis ab ipso ueniali peccato præseruatur. Quo quidem modo Ioannes Baptista redemptus est. Qui ut quibusdam placet, peccati uenialis penitus expers fuit, ob id quod de eo ecclesia canit, Ne leui saltem maculare uitam, famine posses. Quintus preterea modus est, cum quis ab originali peccato contracto redimitur. Quomodo paruuli baptizati per baptismi sacramentum redimuntur. Sextus demum modus est, cum quis ab ipso originali peccato illæsus præseruatur. Et hoc modo sola beatissima uirgo ex naturali propagatione genitis, redempta est. Nisi igitur ipsa ab originali peccato merito mortis filij sui præuisse, omnino immunis præseruata esset, nec humanum genus perfecte redemptum fuisset, nec Christus ipse humani generis perfectus redemptor extitisset. Cum illud omnibus modis quibus redimendum erat, non redemisset.

Sex redemptionis modi.

Ad ſeptimam Hogoſtrati obiectionem. Et quòd uirgo gloriosa nunquam ægrotauerit, nec unquam menſtrua paſſa fuit. Et quam ob rem obierit. Et quòd mortua, ſtatim reſurrexit. Caput X.

HOGOSTRATVS,

PEccatum originale fuit mortis cauſa, iuxta dominicum illud Geneſis ſecundo capite dictum, Qua hora comederitis ex eo, morte moriemini. Sed beatiſsima uirgo corporaliter mortua fuit, ut catholica tenet eccleſia. Ergo peccati Adæ fuit particeps. Quare & in originali peccato ipſam conceptam fuiſſe, conſequens eſt. Alioqui pœnam abſque culpa minime habuiſſet. Cum pœna ſola ſuos debeat tenere autores, ut habetur. l. Sancimus. C. de pœnis, & l. ſi pœna. ff. eodem titu. & l. Ob maritorum. C. Ne uxor pro ma. cum reliquis. Item in cap. Illud. 11. q. tertia, & cap. Romana. De ſenten. excō. libro ſexto, Et multis alijs in locis. GAL. Concedo quidem, mortem peccati fuiſſe effectum, poſtquàm Adam peccauit, in his qui in ipſo peccauerunt, atque in peccatis naſcuntur. Adam tamen ipſe antequam peccaſſet, in rerum æternarum contemplatione & fruitione uerſabatur. Et hæc erat arbor uitæ in paradiſo ſita ſecundum Talmudiſtas. Sed quia diuinorum contemplationem reliquit, uitijsq; mundanis atque concupiſcentijs carnalibus adhæſit, in ægritudines & mortem incidit. Ideoq; morimur. Et hæc eſt arbor ſcientię boni & mali, quę mortis cauſa eſt, iuxta eorundem ſententiam. Hinc eſt illud Geneſis ſecundo capite dictum, בי ביום אכלך ממנו מות תמות Hoc eſt, Quia qua die comederis ex eo, morte morieris. Hoc autem ex homine compoſito ex quatuor elementis, à quibus quatuor procedunt humores, manifeſte apparet. Vitia enim humana & ſi multiplicia ſint, in quatuor tamen genera diuiduntur. Quorum primum quidem in cibo & potu conſiſtit. Secundum uero in coitu. Tertium autem in rerum gubernatione. Quartum denicq; in diuitiarū augmēto. Ex cibo nāq; & potu certum eſt, quatuor generari humores, unicuiq; peculiares, ut phlegmatico phlegma, cholerico cholerā, melācholico melācholiam, & ſanguineo ſanguinem. Eadem quoq; ratione uenerem ſectāti, cum uoluerit libidinis appetitum explere, augeť calor. Et ſi re optata fraudetur, melācholia multiplicat. Et ſic de reliquibus humoris dicendū eſt, Quo fit, ut à cōplexione ſua homo egrediatur, augeatq; unum humorem ſuper alium, qui propter exceſſum ęgritudinem efficiunt. Fitq; exinde elementorum diuiſio, ac animę corporisq; ſeparatio, quę mors appellaťur. Ex quo ſequitur, quòd Adam uitia ſectatus, in infirmitates mortemq; incurrerit. Gloriosa autem uirgo ac eius filius cum peccati Adę haudquaq; participes fuerint, atq; ab originali peccato penitus alieni extiterint, merito impaſſibiles & immortales eſſe debebant. Sed quia ob redemptionem noſtram mors

Arbor uitæ quid.

Arbor ſcientiæ boni & mali quid.

Quadruplex uitiorum genus

Adam quare effectus eſt mortalis.

mors Christi & passio necessaria erat, cum sine ea parcere humano generi diuina iustitia nollet. Ideo Christus corpus passibile & mortale necessario habere debuit. Intemerata itidem uirgo cum filium passibilem & mortalem genitura esset, qui cum ea una caro futurus erat, & ab impassibili & immortali passibile & mortale naturaliter procedere non posset, necessario mortalis quoque fuit. Quare tam mater quàm filius mortui sunt. Verumtamen à malis & pœnis contingentibus propter Adæ peccatum, & non necessarijs Christi passioni, ipsa beata uirgo liberata fuit, cum ab initiali peccato omnino immunis esset. Vt est cum dolore parere, quod Heuę pro maledictione datum fuit, menstruis fœdari, & infirmitatibus ex peccato prouenientibus affici, quorum omnium uirgo gloriosa penitus expers fuit. Et quia sicuti mors & passio Christi & intactę uirginis fuit ad humani generis redemptionem, ut dictum est. Ita Christi resurrectio, non obstante quòd necessaria esset ad catholicę fidei confirmationem, necessario esse debebat, ex quo ab originali peccato expers omnino erat. Pari quoque ratione uirgo ipsa immaculata mox ut mortua est resurrexit, & unà cum filio in cœlum empyreum assumpta, ac in Regni cœlestis solio sublimata, atque ad dexteram filij sedens, in anima simul & corpore gloriosissima regnat. Et propterea Psalmographus Psalmo 132. de resurrectione filij & matris loquens, ait, קומה יהוה למנוחתך אתה וארון עזך Id est, Surge Deus in requiem tuam, tu & arca fortitudinis tuæ. De ipsius autem ad dexteram filij sessione atque corporis gloria, idem Psalmo 45. ita inquit, נצבה שגל לימינך בכתם אופיר Hoc est, Astitit Regina ad dexteram tuam in diademate, uel uestitu aureo. Vbi per uestimentum aureum gloria superna, atque excellentissima corporis, quod animæ est indumentum, exprimitur. CAP. Et si recte quidem dixeris, Virginem glorioſam nunquam menstrua passam fuisse, cum mundissima esse debuerit, ut de mundissima matre (sicut ait Augustinus) mundissimus nasceretur filius. Hinc & Anselmus, Decuit inquit uirginem ea puritate nitere, qua maior sub Deo nequit intelligi. Quam ob rem non solum ab omni peccati labe purissima esse debuit, uerumetiam nec ulla alia immundicia ei attribui potuit. Idcirco cum ratio ipsa expostulet, ut extra mulierum regulam de menstruo esset, eam menstruis nunquam fœdatam fuisse haudquaquam dubito. Vellem tamen rationibus id probares. GAL. Vt singulari igitur deuotioni tuæ, quam erga ipsam geris, satisfaciam, quod petis triplici ratione probabo. Primo quidem, quia adeo proportionata, adeoq; bene complexionata fuit, ut menstruis omnino careret. Quandoquidem Auicenna ac cæteri naturales scribant, menstruorum causam in mulieres superfluitatem esse materiæ. Ideo natura ut huiusmodi superfluitatem expellat, menstruorũ uiam inuenit. Glorioſa autẽ uirgo cum ob

Mater Messiæ quare mortua est.

Mater Messiæ mortua mox glorioſa resurrexit.

Mater Messiæ nunquam menstrua passa fuit

optimam cõplexionem quam habebat, materię ſuperfluitatem nullam
Secunda ratio. in ſe habuerit. Quare nec menſtrua in ea locum habuerunt. Deinde uero, quia mulier cum menſtrua patitur, ęgrotat ac undiq; dolet. Omnes autem ægritudines cum ex peccato primorum parentum proueniant, ipſaq; intemerata uirgo eorum peccati particeps minime fuerit. Sequitur plane, ipſam menſtrua nunquam paſſam fuiſſe. Vnde nec legimus
Tertia ratio. eam aliquando ægrotaſſe, aut aliquo dolore laboraſſe. Poſtremo, quia cum mulier menſtruata dicatur polluta, iuxta illud Leuitici decimo octauo capite dictum, ראל אשה בנדת טמאתה לא תקרב Hoc eſt, Ad mulierem in pollutione menſtruationis ſuæ ne accedas. Si igitur beatiſſimam uirginem menſtrua paſſam diceremus, ſequeretur lane, eam fuiſſe pollutam. Quod ſi eſſet, falſum prorſus eſſet Sapientis illud Canticorum quarto capite, de ipſa in perſona Dei dictum, Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. HOG. Si beatiſsima uirgo ante filij paſsionem obijſſet, dic mihi quónam anima eius profecta fuiſſet? Ad inferós ne, an in cœleſtem paradiſum? Si enim in cœleſtem paradiſum dixeris, id nequaquam eſſe potuiſſet, cum nondum portæ cœli paterent. Ad inferos ergo ipſam deſcẽſuram fuiſſe, te dicere oportebit, ad infernum ſcilicet ſuperiorem, quem nos limbum uocamus, quo ſancti patres ante mortem Chriſti deſcendebant. Sed eò ſancti patres nullam aliam ob cauſam proficiſcebantur, niſi propter originale peccatum. Igitur & ipſa propter originale peccatum illuc profecta fuiſſet. Quare eam & in originali peccato conceptam fuiſſe, conſequens eſt. GAL. Duas tibi do reſponſiones. Primum enim dico, Quòd in neutrum locum acceſsiſſet, ſed ad alium locum cœlorum ſanctiſsimum. Deinde uero aio, propoſitionem tuam de eius obitu ante filij ſui paſſionem, falſam penitus eſſe, cum eam ante paſsionem filij obijſſe, impoſsibile fuerit. Quod triplici ratione probatur. Prima quidem eſt, quia ita à Deo præordinatum fuerat, ut paſsionem filij ipſa uideret. Quare aliter euenire non potuiſſet. Secunda uero eſt, quia neceſſe erat, ut ipſa quoque ad remiſsionem peccati interueniret, cum omnia quæ in perpetrando Adæ peccatum interceſſerant, eius relaxationi interuenire debuerint. Quemadmodum igitur muliere mediante peccatum illud commiſſum fuit, ita etiam muliere mediãte, remittendum erat. Vt ſicut mulier peccatrix mortem mundo intulit, ita mulier ſanctiſsima & immaculata uitam afferret. Iuxta illud D. Auguſtini, Auctrix peccati Heua, auctrix meriti Maria. Heua occidendo obfuit, Maria uiuificando profuit. Percuſsit illa, ſanauit iſta. Tertium eſt, Quia neminem Deus ante tempus conſtitutum obire facit, niſi duabus ex cauſis. Aut ſcilicet ob eius ſcelera, quibus mortem meretur, aut propter eius bonitatem & uirtutes, ne eas peccando perdat. Quum enim Deus ſcit quempiam in peccatum recaſturum,

Obiectio.

Prima reſponſio.

Secunda reſponſio.

Impoßibile fuit, matrem Meßiæ ante paßionem filij mortuam fuiſſe.

rum,& ob id damnandum, pro ſua miſericordia nolens animam eius perditum iri,facit eum tempore iuſticię bonitas ſuæ obire. Cum igitur beatiſsima uirgo fuerit ab omni prorſus peccatorum labe immunis, necp in peccatum labi potuerit,non potuiſſet ante tempus obire. Cum à diuina iuſticia nihil iniuſti procedere poſsit. Ex his igitur quæ in prę-miſsis capitibus dicta ſunt,ſole clarius patet. Quod non obſtantibus Hogoſtrati obiectionibus,opinio antiquorum Hebręorum de immaculatiſsima matris Meſsiæ conceptione,ueriſsima atcp catholica ſit.

Quòd propter matrem Meſsiæ uocatus fuerit Iſrael populus Dei peculiaris. *Caput* XI.

CAPNIO.

EA quę dixiſti arbitror,Iſraeliticum populum propter amorem quem Deus ab æterno erga matrem Meſsiæ habuit, populum Dei peculiarem nuncupatum fuiſſe. GAL. Optime quidem arbitraris. Tam ingens enim,tamcp immenſus fuit ab æterno Dei in matrem Meſsiæ amor, ut propter eam Iſraeliticum populum ſibi peculiarem fecerit,eo quòd ex ipſo proditura eſſet. Quod apertiſsime Rabbi ille inſinuauit,cuius tanta apud Hebræos eſt autoritas,ut eum רבינו הקדוש Rabbenu Haccados, id eſt, Magiſtrum noſtrum ſanctum appellent. Is enim libro qui גלי רזייא Gale razeya, hoc eſt, Reuelator ſecretorum dicitur, ad ſextam Antonini Conſulis petitionem, ſic inter alia dixit: Quod petiſti. Quam ob rem Iſrael populus Dei peculiaris dictus fuerit,dicam tibi quod ſcriptum reperi à Rabbi Simeone filio Iohai in libro qui מחקר הסודות Mechkar haſſodoth, id eſt,Inueſtigator arcanorum inſcribitur,ita dicente, Cœpit Rab Iſaias ſermonem & dixit, Veh tibi Moab, perdidiſti populę chamos,dedi filios eius in libertatem,& filias in captiuitatem. Veh illis,ueh illis, qui uocati ſunt patres totius orbis, & humani generis, ac inſuper populus Dei peculiaris. Et poſt pauca. Videns inquit Deus ex Iſrael excidendam eſſe petram ſine manibus, quæ eſt petra primaria, ex qua Meſsias futurus eſt, qui extendet miſericordias ſuas ſuper uniuerſum orbem, propterea uocari uoluit Iſrael patrem uniuerſi orbis, ac populum ſuum peculiarem. Hæc ille. Rabbi autem Nehumias filius Haccanæ באיגרת הסודות Beigereth haſſodoth, id eſt, in epiſtola arcanorum, uerba antedicta exponens, ſic ait, Hæc petra primaria eſt mater Regis Meſsiæ. Ad eorum igitur declarationem, dico, Doctorem illum antiquum nullam aliam ob cauſam ſenſiſſe, Iſraelem dictum fuiſſe populum Dei peculiarem, niſi ob quandam eius prorietatem nobis occultã. Id autem propterea eſt,quòd unumquodcp agens uno ex tribus modis in aliud agit,aut ſcilicet quãtitate,aut qualitate,

tate,aut proprietate quadam ſibi inſita. Quod autem quantitate agit, eſt exempli gratia,ut cibus,quem ſi ſupra modum quiſpiam capiat, in cidit in ſtomachi dolorem,ſi uero minus debito ſumat,deuenit in eth cam. Quod autẽ qualitate agit,eſt ſicut ignis, qui calefacit, & nix, quæ frigefacit. Quorum alterum eſt caliditate calidum,alterum frigiditate frigidum. Caliditas autem & frigiditas qualitates ſunt. Quod denique proprietate occulta agit,eſt ueluti magnes,qui ferrum ad ſe trahit, & lapillus quem uulgo turchinam uocant,quem ſi geſtauerit quiſpiam, deq; ſublimi loco ceciderit,ſi mẽbra frangenda eſſent,lapillus quidem frangitur,geſtans uerò remanet illæſus. Aut tanquam amethyſtus,qui dum geſtatur,prohibet ebrietatẽ. Aut ut cæteri lapilli,ac gemmæ pro prietates uarias habentes. De quibus ſiquis interroget, Cur eiuſmodi operationes faciant. Ex eorum proprietate occulta eas prouenire gem marij reſpondent. Huius autem rei rationem ſibi ignotam eſſe aiunt. Ego uero dico, quòd & ſi nos huiuſmodi proprietates lateant, Deo tamen notæ ſunt,qui mundum è nihilo creauit,& unicuiq; rei uim pri priam indidit. Quare ipſe optime ſcit,cur magnes ferrum trahat. Et de ſingulis. His igitur præmiſsis,quæramus ab Iudæis. Qua harũ ope rationum elegit Deus Iſraeliticum populum,ut eſſet ei prę cunctis gen tibus populis electus,& peculiaris? Quantitate ſcilicet,an qualitate,an proprietate? Si quantitate dixerint,ob maximum ſcilicet eorum numerum,falſum omnino eſt,cum ſcriptum ſit Deuter.7.cap. Te elegit Dominus Deus tuus, ut ſis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui ſunt ſuper terram. Non quia cunctas gentes numero uincebatis,uobis iunctus eſt Dominus,& elegit uos,cum omnibus ſitis pauciores. Si autem qualitate reſponderint,hoc eſt propter ſanctas eorum operationes. Hoc itidem falſum eſt,cum etiam ſcriptum ſit Deuter.9.cap. Nec enim propter iuſticias tuas,& æquitatẽ cordis tui,ingredieris,ut poſſi deas terras eorum. Eos igitur concedere oportet. Quod nullam aliam ob cauſam, Iſraeliticum populum Deus elegerit,niſi propter proprietatem occultam,quæ erat illis inſita,quę fuit immaculata mater Meſsię ex eis proceſſura. Quemadmodum uetus ille eorum Doctor aſſeruit, quem diximus, רבינו הקדוש Rabbenu Haccados, id eſt Magiſtrum noſtrum ſanctum,ab eis uocari.

Quòd mater Meſsiæ ex ſtirpe Regia Dauid, & tribu Iuda prodituræ erat. Vbi Matthæus & Lucas Chriſti genealogiam deſcribentes, optime concordantur. Caput XII.

CAPNIO,

SI Deus totum Iſraeliticum populum propter Meſsiæ matrem ſibi elegit,peculiaremq; fecit,multo magis tribum illam atque familiam,ex qua ipſa proceſſura erat,ſibi elegiſſe, cenſendus eſt. Ex

est. Ex qua igitur tribu, ex quá ue familia eam proditurum fuisse, prisci Iudæorum asserebant? GAL. Ex tribu Iuda, & ex domo siue familia Dauid. Nam si Messiam ex tribu Iuda, & domo Dauid nasciturum fuisse, tam per sacram scripturam, quàm per Talmudicos codices amplissime patet, ipsíq; ueteres Iudæorum Messiam ipsum ex muliere absque uiro (ut in sequentibus abunde probabitur) generandum tradiderunt. Sequitur sane, eos proculdubio matrem quoque eius ex tribu Iuda, & stirpe Dauidica futuram fuisse, minime ignorasse. Et ut alios omittam, quos ante ipsam esse contigit, antiquus ille eorum Doctor, quem ipsi רבינו הקדוש Rabbenu Haccados, id est Magistrum nostrum sanctum appellant, eo in libro quem גלי רזייא Gale razeya, id est, Reuelatorem secretorum nuncupauit, ad tertiam Antonini Consulis urbis Romæ petitionem respondens, ac ea referens, quæ inter cætera ab Elia apparente sibi in spelunca oranti, acceperat, sic ait, Quod autem petisti, cuius esset filia (mater scilicet Messiæ, de qua loquebatur) ex quá ue tribu. Animaduertere debes parentem eius duplex habiturum nomen, unum Eli, alterum Iehoiakim. Et Eli quidem, quod est nomen deriuatiuum, ostendit eum ad sublimem gradum ascensurum. Iehoiakim uero quod est nomen compositum, significat Deum in manu ipsius suscitaturum saluationem Israelis maximam. Tribus autem Iudæ descendit ex domo Zerubabelis filij Sealthiel. Sicut scriptum est Zachariæ quarto capite, Quis tu mons magne coram Zerubabel, in planum deducet petram primariam. Hæc petra primaria est mater Regis Messiæ. Hæc Rabbenus ille Haccados. CAP. Et si prisci quidam Iudæorum qui ante matrem Messiæ fuerunt, ipsam ex tribu Iuda & domo Dauid futuram, prædixerint, ut ex his quæ nunc induxisti, aperte ostenditur. Iuniores tamen eorum fatentur quidem, Messiam ex tribu Iuda, atque Dauidica stirpe nasciturum. Quod consequenter nec de matre eius abnuere possent, si Messiam ipsum de uirgine absque uirili semine secundum eorum scripturas concipiendum, concedere uellent. Sed gloriosam ipsam Mariam uirginem nostri Messiæ matrem, ex tribu Iuda & Dauidica progenie ortam fuisse, negant, cum id ex euangelio non constet. Si enim (inquiunt) Maria Christi uestri mater, ex tribu Iuda, ac Regia Dauidis prosapia nata est. Cur Euangelistæ Christi uestri genealogiam scribentes, de hoc non meminerunt? Nam neque Lucas quidem id refert, qui Christi uestri genealogiam à Ioseph usq; ad Adam deducit, neque Matthæus hoc attestatur, qui ipsam ab Abraham usque ad Ioseph deducens, sic tandem ait, Iacob autem genuit Ioseph uirum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui uocatur Christus. Quare unum de duobus uos concedere oportet, Aut Christum uestrum patrem habuisse Ioseph, aut ipsum non fuisse ex tribu Iuda, & Dauidica stirpe progenitum. Quocirca ut mutafiant

Iuniorum Iudæorum argumentatio.

fiant eorum labia dolosa, uelim per ipsorum scripturas probares, D
uam nostram Mariam uirginem, ex Dauidica progenie per lineam re
ctã descendisse. GAL. Impia Iudęorũ calliditas utrinq; oppugnand
ueritatis calumnias inuenit. Sed frustra certe laborãt, cum lux ipsa uer

Quorundam nostrorum responsio.

tatis in tenebris latere nequeat. Quidã itaq; ex nostris uolentes difficul
tatem hanc auferre, aiunt Mariam & Ioseph ex eadem fuisse tribu. Vt
de Ioseph eam ex lege ducere cogebat. Ideo autem generationis Chri
sti ordinem ad Ioseph usq; deduci dicunt, quia mos non est scriptura
rum, ut generationis series per fœminas texat. Sed hi quidem uerum
aiunt, difficultatem tamen quam nobis Iudæi faciunt, minime tollunt.
Non enim probant Mariam ipsam beatissimã ex tribu Iuda, & domo
Dauid descendisse, nec per consequens eã & Ioseph ex una tribu fuisse.

Alia quorundã nostrorum responsio.

Idcirco nonnulli alij id probare uolentes, dicunt, quòd Leui qui (ut re
fert Lucas) ex catena Nathan filij Dauid, per rectam lineam descendit,
genuit Melchi, & Panthera. Panther autem Barpanthera, sic appella
tum. Barpanter autem Iehoiakim. Iehoiakim uero ipsam Dei genitri

Responsionis prædictæ confutatio.

cem. Sed hi profecto & à ueritate longe discedunt, & obiectionem no
bis ab Iudæis factam nullatenus soluunt. Cum uerum minime sit (pace
eorum dixerim) Leui genuisse Melchi & Panthera. Immo Melchi ge
nuit ipsum Leui. Vt ex Luca satis euidenter apparet, qui Christi gene
rationẽ ex filijs ad patres prosecutus, ita ait, Et ipse Iesus erat incipiens
quasi annorum triginta, ut putabatur filius Ioseph, qui fuit Eli, qui fuit
Mathan, qui fuit Leui, qui fuit Melchi. Ex quo manifeste patet, Melchi
non fuisse filium Leui, ut isti asserunt, sed patrem. Quod si esset, ut aiũt,
neq; tamen sic esse, per euangelium, aut per scripturas apud Iudæos au
thenticas probant. Quo fit, ut eorum argumento nequaquam satisfa
ciant. Quid ergo nos dicemus? Dicam in hoc ipse quicquid sentiam,
saluo tamen meliori iudicio, & sacrosanctæ ecclesiæ determinatione,

Galatini uera responsio.

cui me semper in omnibus submitto. Dauid itaq; duos inter cæteros
legimus habuisse filios, Selomonem scilicet & Nathan. Per lineam au
tem Selomonis descendit Ioseph, uirginis gloriosæ spõsus. Per lineam
uero Nathan, descendit ipsa beatissima uirgo ueri Messiæ mater. Mat
thæus igitur per Selomonis lineam, ipsius Ioseph genealogiam descen
dendo describit. Lucas uero per lineam Nathan, Dei genitricis pro
geniem ascendendo exprimit. Quod ex Zachariæ prophetia maxime
insinuatur, qui cum uidisset in spiritu beatissimam uirginem ex Zeru
babele Sealthielis filio prodituram, ex qua Messias nasciturus erat, ita
quarto capite dixit, מי אתה הר הגדול לפני זרבבל למישור והוציא את האבן
הראשה תשאות חן חן לה. Hoc est, Quis tu mons magne coram Zeruba
bel in planum. Et educet petram primariam, & ponet gratiam gratiæ
ei. Vbi per petram primariam, uirginem intemeratam intellexit, ex
qua Messias processurus erat, ut Rabbenus Haccados paulò superius
exposuit.

expoſuit. Propterea Rabbi Ionathas Vzielis filius, uerba hæc Zachariæ, Et deducet petram primariam. Ita Chaldaicè exponit, ורמינת אבנא יפוק משיחא ושמיה יהי לעלמין Id eſt, Et ex ipſa petra procedet Meſſias, cuius nomen eſt æternum. Quod cum illo Euangeliſtæ conuenit, In principio erat uerbum. Quare autem uirgo glorioſa, petra primaria dicatur, in præcedentibus dictum eſt. Notandum eſt autem, quòd hic Zerubabel eſt ille de quo ſcribit Lucas, texendo eiuſdem uirginis genealogiam per lineam Nathan, non autem ille de quo Matthæus meminit, ipſius Ioſeph genealogiam per Selomonis lineam deſcribens. Cum duo fuerint Zerubabeles, duoq; Sealthieles, eorundem Zerubabelum patres. Quod ex eo potiſſimum patet, quòd Zerubabel ille, de quo Matthæus ſcribit, duabus generationibus poſt trãſmigrationem Babylonis natus ſit. Ait enim ſic, Ioſias aũt genuit Iechoniam & fratres eius in tranſmigratione Babylonis. Iechonias aũt genuit Sealthiel. Sealthiel autem genuit Zerubabel. Sed Zerubabel de quo meminerunt Zacharias & Lucas, ante tranſmigrationem Babylonis eſt. Quod ex uerbis Haggæi manifeſte uideri poteſt, ita capite ſecundo, dicentis, Factum eſt uerbum Domini in manu Haggæi prophetæ, dicens, Loquere ad Zerubabel filium Sealthiel, Ducem Iuda, & ad Iehoſuam filium Iehoſadec, Sacerdotem magnum, & ad reliquos populi, dicens, Quis ex uobis eſt derelictus, qui uiderit domum iſtam in gloria ſua prima? Ex quibus uidetur, Zerubabel hunc domum Dei in ſuo primo ædificio uidiſſe, & conſequenter ante tranſmigrationem ipſam Babylonis natum fuiſſe. Præterea, prophetia ipſius Zerubabelis fuit in ipſa tranſmigratione, immo ipſe populum eduxit ex eadem tranſmigratione, ut apud Ezram 2. capite habetur. Ex his igitur palàm oſtenſum eſt, alium fuiſſe Zerubabelem, de quo Zacharias & Lucas ſcripſerunt, & alium de quo Matthæus meminit. Idcirco in genealogia quam Matthæus deſcribit, à Zerubabele uſque ad Ioſeph undecim tantummodo generationes ponuntur. In illa uero de qua Lucas agit, à Ioſeph uſq; ad Zerubabelem multo plures inueniuntur, propter maius temporis curriculum, quod interceſſit. Ex quibus omnibus plane colligitur, gloriosam uirginem Mariam noſtri Saluatoris matrem, ex tribu Iuda & Regia Dauidis proſapia extitiſſe, atq; per lineam rectam Nathan filij Dauid, quam Lucas optime deſcribit, prodijſſe. Si quis autem contra id quod diximus obijciat, eo quòd in ſerie eiuſdem genealogiæ nulla de ſancto Iehoiakim ipſius uirginis patre fiat mẽtio. Dico ipſum Eli fuiſſe Iehoiakim, qui aſcendendo primus in ordine ponitur. Nam apud Syros Iehoiakim, Eli, & Eliakim idem ſunt, ut ſcribit Philo Iudæus. Vnde pater matris Meſſiæ Eli & Iehoiakim uocatus eſt, uti & antea Rabbenus Haccados ex reuelatione Eliæ prædixerat, ſicuti in præmiſſis patuit. Et poſtmodum R. Haccanas R. Nehumiæ filius, optime teſtatus

est,in epistola quam ad cognitionem generationis Messiæ scripsit,di-
cens, Erat quædam puella in Bethlehem Iudæ nomine Maria, filia Ie-
hoiakim Eli de genere Zerubabelis filij Sealthielis,ex tribu Iuda. Eua-
gelista igitur proprium eius nomen accepit,quod fuit Eli. Sancta uero
ecclesia nomen eius uulgare,quod fuit Iehoiakim. Neq; tamen ab re.
Cum Iehoiakim(ut in præcedentibus dictum est)Deus erigit,uel susci-
tat,uel confirmat,interpretetur, & Deus ipse ex eius filia incarnatus,
humanum genus quod per peccatum ceciderat,ac morti æternæ con-
demnatũ fuerat,ad gratiam & gloriam erecturus,atq; suscitaturus de-
set.Eli autem à uerbo עלה ala,quod ascendere significat,deriuat,co
quòd humanum genus per eius filiam ad supremum gradum ascensu-
rum fuerit. CAP. Si ergo Ioseph non fuit eius filius,sed ipsius Iacob,
ut in eius genealogia Matthæus refert. Quam ob rem Lucas ipsum Io-
seph filium eius nuncupat,dicens,Qui fuit Eli, scilicet filius? GAL.
Quidã ex nostris dicunt,Quod Iacob & Eli fratres fuerunt,mortuoq;
Eli absq; liberis,Iacob frater eius, ut semen ac nomen ipsius suscitaret,
(uti lex præcipiebat) eius uxorem duxit,ex qua ipsum Ioseph genuit.
Eam ob rem alterum secundum naturam,alterum secundum legem ei
patrem fuisse,aiunt. Sed ut uerum fatear,nimium falluntur. Tum,quia
Iacob & Eli licet ex eadem tribu fuerint,atq; Dauidica ex stirpe prodie-
rint,fratres tamen esse non potuerunt. Cum alter per lineam Selomo-
nis,alter per lineã Nathan descenderit. Quare & ualde distantes erant.
Tum etiam,quia cum quis fratris defuncti ducebat uxorẽ, filio quem
ex illa suscipiebat,nomen fratris defuncti imponebat,iuxta priscorum
institutionem. Vt & semen & nomen fratri suo suscitaret,cum lex ut
trunq; suscitari iuberet. Quare Iacob si (ut aiunt) uxorem fratris sui Eli
defuncti accepit,ipsi Ioseph,non Ioseph,sed Eli sicuti defunctus appel-
latus fuerat, nomen imposuisset. Dico igitur saluo meliori iudicio,
Quod quia coniuges per uerum matrimoniũ efficiebantur una ca-
ro,iuxta illud Gene.Erunt duo in carne una. Ideo pater unius coniu-
gis,pater alterius recte dicebatur. Quod etiam in Bereshith Rabba con-
firmatur,super illud Gen.37.c.dictum, ויקומו כל בניו וכל בנותיו לנחמו
Hoc est,Et surrexerunt omnes filij eius,& filiæ eius ad consolandum
eum,scilicet Iacob. Sic enim ibi dicitur, Omnes filiæ eius cur dictum
est, cum Iacob unam tantum haberet filiam, scilicet Dinam? Quia
non est prohibitum homini,uocare generum filium suum, & nurum
filiam suam. Et quamuis inter beatissimam uirginem & Ioseph carna-
lis non intercesserit copula,inter eos tamen uerum fuit matrimonium,
quare & ueri coniuges fuerunt. Quod angelus testatus est, dum apud
Matthæum primo capite dixit, Ioseph fili Dauid, noli timere accipe-
re Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est, de Spi-
ritu Sancto est. Eam ob rem, non inepte Ioseph dici potuit filius
Eli

Quæstio.

Responsio eorundam uostrorum.

Responsionis prædictæ confutatio.

Galatini responsio.

Eli siue Iehoiakim, qui suæ intactę coniugis pater fuit. Quia igitur mos non erat scripturarum per mulieres genealogias texere. Idcirco Lucas in genealogia glorioſæ uirginis loco ipſius uirginis, ipſum Ioſeph posuit, eumq; filium Eli, hoc est Iehoiakim, nuncupauit.

Quòd mater Messiæ Maria uocari debebat. Caput XIII.

CAPNIO,

Dic obsecro. Sciuerúnt ne ueteres Iudæorũ, qui matrem Messiæ antecesserunt, quo nomine ipsa uocanda esset? Nam si nomen patris eius (ut in præmissis ostendisti) quosdam eorum latuit, neque nomen ipsius eos latuisse putandum est. GAL. Ita prorsus. Quidam enim prisci eorum (mirabile dictu) nec nomen quidem ipsum quo mater Messiæ uocanda erat, ignorauerunt. Ipsam nanq; Mariam appellandam fuisse, prædixerunt. E quibus unus ille extitit, qui tantæ apud eos autoritatis est, ut eum רבינו הקדוש Rabbenu Haccados, id est, Magistrum nostrum sanctum uocitent. Hic enim in tertia petitione eius libri qui גלי רזיא Gale razeya, id est, Reuelator arcanorum dicitur, inquisitioni Antonini consulis urbis Romę satisfacere uolens, qui ipsum inter cætera de nomine matris Messiæ interrogauerat, sic ei respondit, prout sibi in spelunca duplici oranti, Elias reuelauerat. Quod autem interrogasti, quo nomine prophetissa uocet, Maria est nomen eius. Ideoq; Isaias cecinit 9. capite dicens, כי ילד ילד לנו בן נתן לנו Hoc est, Quia infans natus est nobis, & filius datus est nobis. Et infrà, למרבה המשרה Id est, Ad multiplicandum imperium, uel principatum, siue, Vt multiplicetur imperium uel principatus. Quæ uerba significant Messiam à Deo generãdum esse, qui multiplicabit imperium, qui est Dominus totius orbis. Nasceturq; ex Maria Domina. Et hoc est quod dicit, למרבה המשרה lemarbe hamisra, id est, Ad multiplicandũ imperium. Ab his enim dictionibus oritur מרים שרה Miriam sara, id est, Maria Domina, hoc modo. Si accipies ל lamech, ם mẽ, & ר res, constituent primam particulam lemarbe, hoc est למר lemar. Si autem acceperis ה he ex lemarbe, & ה he huius dictionis המשרה hamisra. Quarum singularum numerus est quinq;, & ambæ decem conficiunt, significant י iod huius dictionis מרים Miriam. Addito autem ם mem huius dictionis hamisra, Ecce tibi מרים Miriam, id est Maria. Ex dictione autem המשרה hamisra, restat שרה sara, id est Domina, quæ tribus literis scribitur. Ecce tibi ex lemarbe hamisra, quod idem est quod ad multiplicandum imperium, siue principatum, למרים שרה lemiriam Sara, id est Mariæ Dominæ. Vt nobis innotescat, hanc Mariam esse Dominam & superiorem uniuersi, ac cœlorum Reginam. Dixit ei Antoninus, Quare igitur diuisa est י iod in

duo ה he. Et cur interpoſita eſt ב beth, in medio nominis מרים Mi-
riam, id eſt Maria. Quid ue ſignificat ם mem, clauſa huius dictionis
לסרבה lemarbe, quæ iure optimo aperta eſſe debebat, quando quidem
in medio dictionis conſtituitur. Reſpondit ille, Diuiſa eſt iod in duo
he, ut nobis ſecreta admirabilia panderet. Quemadmodum enim he
ex daleth & uau componitur in hac figura ה. Ita Rex Meſſias compo-
nitur ex diuinitate & humanitate. Et ſicuti hæc duo he, ſunt duo da-
leth, ex quibus procedunt duo uau, tanquam duo filij, qui ab ipſis ori-
untur, hoc modo, הה. ita in ſubſtantia Regis Meſſiæ inueniuntur duæ
filiationes. Quarum una eſt diuinitatis, qua Dei filius eſt: altera huma-
nitatis, qua erit filius huius prophetiſſæ. Et ſicut harum literarum da-
leth & uau quæ conficiunt he, unaquæque eſt ab inuicem diſtincta,
quanquam ſit una litera, ſic enim ſcribitur ה. Ita in Meſſia, ſubſtantia
diuinitatis & ſubſtantia humanitatis, quæ ſimul unitæ ſunt, ſunt unus
Meſſias. Quod autem beth huius dictionis לסרבה lemarbe poſitum
ſit in medio nominis מרים .i. Maria, oſtendit huius prophetiſſæ men-
tem & cogitationem omnem eſſe, ut ſuam uirginitatem cõſeruet. Erat
enim uirgo mente & actu. Quoniam per beth בתולה bethula, id eſt
uirgo ſignificatur. Mem uerò clauſa huius dictionis לסרבה lemarbe,
quæ numerum 277. importat, oſtendit quòd ab hora qua prophetaſſa
fuit, Ecce uirgo concipiet, uſq; ad Meſſiæ natiuitatem, 277. ad unguem
anni præteribunt. Hæc omnia ad uerbum ille eorum Doctor, quem
ipſi Magiſtrum noſtrum ſanctum uocant. Ex quibus maxima arcana,
ac ſanctæ noſtræ fidei conſentanea, ſacramq; theologiam redolentia,
longe ante Chriſtum natum reſerata, colliguntur.

*Quòd mater Meſſiæ uirgo futura erat. Et de omnimoda eius uir-
ginitate, uidelicet ante partum, in partu, & poſt par-
tum.* *Caput* XIIII.

CAPNIO,

De ם mem clauſa.

QVoniam per mem clauſam, in medio dictionis lemarbe ſcri-
ptam, non ſolum determinatus ſexcentorum annorum nu-
merus (ut in præcedẽti capite Rabbenus Haccados tradidit)
inſinuatur, qui ab eo tempore quo prophetia illa prolata eſt, ad Meſſię
uſq; natiuitatẽ defluxuri erant, uerumetiam matris Meſſię omnimoda
uirginitas ſignificatur. In hoc enim quòd in medio eiuſdem dictionis
לסרבה lemarbe, in qua matris Meſſię nomen (ut probaſti) oſtenditur,
mem clauſa præter morem ponitur, palàm innuitur, Meſſiam præter
naturæ morem de Maria uirgine fuiſſe naſciturum. Idcirco ad perfi-
diam iuniorum Iudæorum magis conuincendam, rem non inutilem
facies, ſi matrem Meſſiæ uirginem futuram fuiſſe, per eorum ſcripturas
oſten-

ostenderes. GAL. Virginem futuram fuisse Messiæ matrem, Iudaica impietas minime negare potest. Hoc enim & per legẽ, & per propheta rum oracula, & per ueterum Talmudistarum testimonia, passim atq; clarissime demonstratur. Et primum quidem Leui. 12. cap. id plane habetur, cum sic dicitur, אשה כי תזריע וילדה זכר וטמאה Hoc est, Mulier quæ susceperit semen, & pepererit masculum, & immunda erit. Cum itaq; naturaliter nulla mulier sine semine parere possit. Textus autem dicat, Mulier quæ susceperit semen, & pepererit masculum. Sequitur profecto, Quod quandoq; mulier aliqua sine suscepto uirili semine, paritura esset masculum, atq; ab omni macula munda foret. Hæc autem alia futura non erat, nisi mater Messiæ. De qua postea prophetæ apertius locuti sunt. Nam Isaias quidem sic de ea 7. ca. ait, ויוסף יהוה דבר אל אחז לאמר: שאל לך אות מעם יהוה אלהיך העמק שאלה או הגבה למעלה ויאמר אחז לא אשאל ולא אנסה את יהוה : ויאמר שמעו נא בית דוד המעט מכם חלאות אנשים כי תלאו גם את אלהי : לכן יתן אדני הוא לכם אות הנה העלמה הרה וילדת בן וקראת שמו עמנו אל. i. Et adiecit Deus loqui ad Achaz, dicẽs, Pete tibi signum, uel miraculum à Domino Deo tuo, profunda petitionem, & exalta eam sursum. Et dixit Achaz, Non petam, & non tentabo, uel non exaltabo Deum. Et dixit (Isaias scilicet) Audite ergo domus Dauid, Nunquid parum est ex uobis, uexare, uel laxare homines, quia uexabitis, uel laxabitis etiam Deum meum? Propter hoc dabit Dominus ipse uobis signum, uel miraculum. Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, & uocabit ipsa nomen eius Emmanuel. Quæ quidem uerba & si tam clara sint, ut expositione non egeant, ea tamen Iudęi hucusq; tempestatis multifariàm à uero sensu extorquere conantur. Quorũ calumnias in sequenti capite, cum ad ipsorum obiecta respõdebimus, refellemus. Nunc Ieremiam audiamus, ita 31. cap. dicentem, ברא יהוה חדשה בארץ נקבה תסובב גבר Hoc est, Creauit Deus nouum super terrã, mulier circundabit uirum, uel fortem, siue potẽtem, id est Deum, iuxta ueterum Iudæorum glossas, & præsertim illius, quem ipsi רביגו חסדוש Rabbenu Haccados, id est Magistrum nostrum sanctum appellant, in libro quem גלי רזיא Gale razeya, id est, Reuelatorem arcanorũ nuncupauit, ad secundam Antonini Consulis urbis Romæ petitionem. Quod autem uir iste sit Messias, & quòd à muliere uirgine in utero per conceptũ circundandus esset. Aliter enim nulla nouitas in mundo futura fuisset, patet ex eo quod in expositione libri Geneseos Rabbi Mosis Hadarsan legitur, super illud Geneseos 41. cap. dictum, ופרעה חולם Id est, Et Pharao fuit somniãs. Ibi enim dicitur, Rabbi Iehosuam filium Leui ita ad uerbum dixisse: Veni & uide, quia non est mos Dei sancti & benedicti, sicut mos carnis & sanguinis. Caro enim & sanguis uulnerat, subula, uel nouacula, & curat emplastro. Deus uero sanctus & benedictus huiusmodi artem non habet, sed eisdem quibus uulnerat,

medetur & ſanat. Et hoc eſt quod ſcriptum eſt Iere. 30. cap. כי אעלה ארכה לך וממכותיך ארפאך Hoc eſt, Quoniam obducam cicatricem tibi, & ex uulneribus tuis curabo te. Et ſic etiam inuenies in Iſrael. Eadem enim re qua uulnerauit eos, ſanauit illos. Nam peccauerunt quidem in uirgine. Sicut dictum eſt Ezech. 23. cap. ושם עשורי בתוליהן Id eſt, Et ibi ſubacta ſunt ubera uirginum ſuarum. Puniti quoq; ſunt in uirgine. Sicut dictum eſt Tren. 5. cap. נשים בציון ענו בתלת בערי יהודה Hoc eſt, Mulieres in Syion humiliauerunt, uirgines in ciuitatibus Iuda. Et conſolatus eſt eos etiam in uirgine, iuxta dictum illud Ieremiæ 31. cap. שובי בתולת ישראל אל עריך אלה : עד מתי תתחמקין הבת השובבה כי ברא יהוה חדשה בארץ נסבה תסובב גבר Id eſt, Reuertere uirgo Iſrael, reuertere ad ciuitates tuas iſtas. Quouſque inſanies uirgo apoſtatrix? Quia creauit pro creabit Deus nouum ſuper terram, mulier circumdabit uirum. Rabbi Hunna in nomine Rabbi Idi, & Rabbi Iehoſuas dixerunt, Quod hic uir eſt Rex Meſſias. De quo dictum eſt Pſalmo ſecundo, אני היום ילדתיך Hoc eſt, Ego hodie genui te. Et de eo quoque Iſaiæ 62. capite, לציון לא אחשה ולמען ירושלם לא אשקוט עד יצא כנגה צדקה וישועתה כלפיד יבער Id eſt, Propter Syion non tacebo, & propter Ieruſalem non ſilebo, donec egrediatur ut ſplendor iuſtus eius, & ſaluatio eius ardeat ut facula. Et hoc eſt quod ſcriptura dicit Iudicum 5. capite, יבחר אלהים חדשים אז לחם שערים Hoc eſt, Eliget Deus nouitates uel nouos, & tūc expugnabit portas. Hactenus traditio. Ex qua propoſitum ſatis aperte patet. Portæ autem quas Meſſias debellare debebat, erant limbus patrum, qui ut in præcedenti libro diximus, infernus ſuperior, ac porta inferni inter cætera eius nomina, apud Hebræos uocabatur. Id ipſum quoque in מסכת יומא Maſſecheth yoma, id eſt in libro dierum, hoc modo legitur: Dixit Elias ad Rabbi Iudam, Dixiſtis quamobrem nō ueniet Meſſias. Et ecce in hoc tempore dies propitiationis eſt, & conſtupratæ quot uirgines in נהר דעה Nehar daa, id eſt in flumine conſcientiæ. Ex hac traditione, manifeſte datur intelligi, quòd cauſa quare Meſſias non magis accelerauit aduentus ſui tempus, fuit conſcientiarum uirginum Iudaicarum corruptio. Quæ omnes fere uel per coniuges, uel per alios deflorari cupiebant. Sola ergo Maria uirgo beatiſſima, quæ ſola inter cæteras omnes ſe uirginitatem perpetuo ſeruaturam propoſuit, Meſſiam concipere meruit. Quod in eo maxime notatur, quod ſic illam angelo reſpondiſſe, legimus Lucæ primo cap. Quomodo fiet iſtud, quoniam uirum non cognoſco? Hebræa ſiquidem ipſa exiſtens. Non cognoſco, pro non cognoſcam dixit, more utique Hebræorum, qui una eademq; uoce, & præſens & futurum tempus ſæpe deſignant. Ezechiel quoq; hanc matris Meſſiæ uirginitatem optime inſinuauit, cum capite 44. hæc protulit, ויאמר אלי יהוה השער הזה סגור יהיה לא יפתח ואיש לא יבא בו כי יהוה אלהי ישראל בא בו והיה לנשיא הנשיא הוא ישב בו לאכל לחם לפני יהוה

יפתח ואיש לא יבא בו כי יהוה אלהי ישראל בא בו והיה סגור Id est, Et conuerti me ad uiam portæ mediocris sanctuarij, quæ respicit orientem. Et ipsa clausa erat. Et dixit Deus ad me. Porta hæc clausa erit, non aperietur, & uir non ueniet in eam, uel non transibit per eam. Quoniam Dominus Deus Israel uenit, uel ingressus est per eam. Et erit clausa. Et hic est finis פסוק pasuc, id est uersiculi apud Hebræos. Vbi in eo quod dicitur ter clausa porta hæc, quæ matrem Messiæ uirginem significabat, designatur, ipsam uirginem ante partum, in partu, & post partum futuram fuisse. Hanc omnimodam matris Messiæ ueri Dei & hominis uirginitatem clarius expressit Rabbi ille Simeon ben Iohai in commentarijs libri Geneseos remotiore Ierosolymorum lingua conscriptis (siquidem ipse eorum autor fuisse creditur) dum exponens illud primo capite eiusdem libri dictum, Faciamus hominem ad imaginem nostram, tanquam similitudinem nostram. Hæc inter cætera dicit, חוטמא בחוטמא אשתמודע פרצופא : הא חזי מה בין עתיקא לזעיר אפין דא מארי החוטמא חיין בנוקבא חיין דחיין דא חוטמא הוא פרדשהא דביה נשיב רוחא לזעיר אפין ובריעת סליחה נחת רוח דרוחא דנפיק מהכא מאינון נוקבין חד רוחא נפיק לזעיר יומין לאתער בגנתא דעדן וחד רוחא דחיי דביה זמנון בזמנא דבריה דדור למנדע חכמתא . ומההוא נוקבא אתער ונפיק רוחא סתימאה וזמין לשרא . על מלכא משיחא דכתיב ונחת עליו רוח יהוה רוח חכמה ובינה רוח עצה וגבורה רוח דעת ויראת יהוה הרי ארבעה ריחיי ורא הרא אמרין תלתי : רבי יוסי אמר ביומוי דמלכא משיחא לא ייומדון חד לחד אולית חכמתא דא דהבי כתיב ולא יאמרו עוד איש את אחיו וגומר כי כולם ידעו אותי מקטנם ועד גדולם : ובההוא זמנא יתער עתיק יומין רוחא דנפיק מן מוחא סתימאה ובדשלית דא כל רוחין דלתתא יתערון עמיה ומאן אינון בתרין קדישין דזעיר אפין : .i. Vultus per uultum, uel facies per faciem manuducit nos in cognitionem facierum. Aduerte. Quidnam interest inter antiquũ & iuniorem facierum, Hic est Dominus qui posuit faciem uiuentem in fœmina, quæ quidem facies est uir à uita, procedens à uita. Hæc insuper facies est paradisus, in quo habitat spiritus iunioris facierum. At uero fœmina genuflectit, petitque ueniam à spiritu qui immittitur in illam, qui spiritus processit ab altissimo throno diuinitatis ad fœminam unam. Et spiritus qui egressus est, siue qui processit, est spiritus iunioris dierum, quiescens in delicijs paradisi. Hic autem uitarum spiritus, præparatus fuit olim etiam ante tempus filio Dauidis, ad percipiendam sapiẽtiam. Ab illa autem fœmina magna uirtute experrectus spiritus egressus est de uulua clausa, paratus & aptus esse Princeps altissimus. Is uero est Rex Messias. De illo siquidẽ scriptũ est, Et quiescet super eum spiritus Dei, spiritus sciẽtię et intellectus, spiritus cõsilij & fortitudinis, spiritus sapiẽtię & timoris Dei. Hi sunt quatuor modi qbus uẽturus est hic spiritus, & unus tantũ spiritus est Dñs noster distinctus à tribus. Dixit R. Iose,

In diebus regis Messiæ, non dicet alter ad alterum. Doce me scientiam. Quoniam scriptum est, Et non docebit ulterius uir uel aliquis fratrem suum, quia omnes cognoscent me à paruulis eorum usque ad maiores eorum. In tempore autem illo expergiscetur antiquus dierum, & spiritus qui egressus est de uulua clausa. Cum uero ipse surget, omnes etiã spiritus surgent cum illo. Et quinam sunt illi? Hi nimirum, qui donati sunt coronis sanctis iunioris facierum. Hæc ille ibi supra. Vbi nescio quid clarius dici potuisset, de Messiæ diuinitate, deq; matris eius uirginitate, longe ante ipsius uirginis ortum. Per figuras insuper matris Messiæ uirginitas præostensa atq; declarata fuit. Et primum quidem per illud, quod Exo. 3. cap. ita legitur, וירא והנה הסנה בוער באש והסנה איננו אכל ׃ ויאמר משה אסרה נא ואראה את המראה הגדול הזה מדוע לא יבער הסנה Hoc est, Et uidit, & ecce rubus ardens in igne, & rubus non uorabatur. Et ait Moses, Accedam utiq;, & uidebo uisionem magnam istam, quam ob rem nõ comburatur rubus. Sequitur, Et uocauit eum Deus de medio rubi. Et post pauca. Et dixit ad eum, Ego sum Deus patris tui Deus Abraham, Deus Ishac, & Deus Iacob. Vbi filij Dei natiuitas ex uirgine intacta atq; incorrupta, Mosi mirabiliter præmonstrata fuit. Per succensum enim rubum & non combustum, ostensum est, quòd ex illo populo salua matris suæ integritate proditurus esset. Qui igne diuinitatis carnis humanæ naturam quasi rubi spinam acciperet, & inconsumptam humanitatis substantiam in ipsa diuinitatis flamma seruaret. Legitur quoq; in libro Iudicum cap. 6. Gedeonem sic dixisse, והיה על הגזה לבדה ועל כל הארץ הרב וידעתי כי תושיע בידי את ישראל כאשר דברת Id est, Si ros fuerit super uellus tantum, & super totam terram siccitas, tunc sciam, quòd saluabis in manu mea Israel, sicut dixisti. Et ita factum est. Vbi uellus qui agni habitus est, humanam naturam designat, quam ros diuinitatis assumpsit. Terra uero sicca est, uirginis uterus, humano semine non infusus. Quod uero postea dicit, quòd solum uellus siccum sit, & tota terra rorem habens, significat, quòd habitus Christi non sit infusus. Tota autem terra uirginei corporis spiritus sancti gratia fuerit imbuta. In uirga etiam Aharon significata est matris Dei uirginitas & integritas. Quæ absq; illo exteriore humore sola Dei uirtute floruit, fronduit, ac fructum fecit, tam sanis quàm ægris, dulcem pariter & utilem. Sic enim de ea Num. 17. c. legitur, והנה פרח מטה אהרן לבית לוי ויצא פרח ויציץ ציץ ויגמול שקדים ׃ Hoc est, Et ecce floruit uirga Aharon domui Leui, & produxit florem, atq; germinauit germen, & perfecit amygdalam. Nec nobis obstat, quòd hic dicitur uirgã Aharon floruisse domui Leui. Quia non solũ de tribu Iuda, sed de tribu quoq; Leui, ac etiã de gentibus nasciturus fuerat Messias. Cõtra igit̃ uniuersã naturę iura, uirga Aharõ ꝓduxit, qd̃ nec semine suggeri potuit, necq; dice. Virga igit̃ ualuit cõtra naturã nuces ꝓducere. Et uirgo dei mater

non potuit

nõ potuit præter naturam, ex iussu Dei filium generare? Dicant nobis Iudæi incredulí, quónam pacto arida uirga floruit, & fronduit, atque amygdalas protulit. Et nos dicemus eis, quomodo uirgo Dei filium concepit & peperit. Sed nec Iudęi nobis uirgæ conceptum explicare poterunt, nec nos eis uirginis partum. Cum ipsi prętera credant, Heuam de corpore Adę fuisse formatam, aiunt enim hoc uoluntatis diuinę miraculo accidisse. Per eundem etiam modum respondendum eis est de Messię conceptione, ac natiuitate ex uirgine. Cum diuina uoluntas naturę cursu, aut ordine minime indigeat.

Oppositionum recentiorum Iudæorum, matris Messiæ uirginitatem impugnantium, confutatio. Caput XV.

CAPNIO.

VAmuis hęc ita sint. Iudęi tamen nostri tẽporis matris Messię uirginitatem impugnare cupiẽtes, mirifico signo illo de uirgineo conceptu & partu, ab Isaia dato, atq; per te inducto, multifariàm contradicere non desistunt, impossibile existimantes, uirginem concepturam, ac filium parituram fuisse. Quare asserunt hęc Isaiæ uerba, cum dixit, Alma cõcipiet & pariet filium, non de matre Messiæ intelligi debere, sicuti prisci eorum exposuerunt, & fides catholica de uirgine gloriosa Maria, illa eadem uerba prædicta fuisse, affirmat. Quocirca plura cõtra nos in hoc facere solent argumenta. Quibus ut obmutescant eorum in matrem Messiæ latratus, te per eorum scripturas respondere cupio. Primum itaq; sic argumentantur. Signum hoc (inquiunt) quod propheta dedit, liberationis futuræ Regis Achaz à duobus Regibus, qui contra eum uenerant, signum fuit. Christus autem uester post Achaz ultra annos quingentos, natus est. Signum igitur hoc conceptionis eius ex uirgine (ut aitis) esse non potuit. *Primum Iudæorum argumentum.*

GAL. Facile nobis erit huic argumento respondere, si prius pro ueritatis prophetię intellectu, historiã summatim notauerimus. Tempestate igitur, qua Achaz in Iudęa regnabat, cum reges potentes duo, Syriæ scilicet & Israel Ierosolymã copioso exercitu obsedissent, ut scribitur apud Isaiam 7. cap. & 4. Reg. 16. tunc misit Dominus Deus Isaiam ad Achaz, ut eum moneret, ne ab illorum Regum exercitu metueret. Ipse autem ut prauus & incredulus (erat enim idolorum cultor) prophetæ uerbis credere noluit. Quã ob rem propheta eum monuit, ut ex quo ei non credebat, peteret fieri aliquod suæ liberationis signũ, dicens, Pete tibi signum, uel miraculum à Domino Deo tuo. Profunda petitionem, & exalta eam sursum. Hoc est, Pete signũ tuæ liberationis fieri, siue ex inferni profundo per alicuius mortui resuscitationẽ, siue de cœlo per solis stationẽ, sicut tempore Iehosuę factũ est. Ille autem *Solutio.*

cum

cum impius esset, nolens à Deo signum petere, excusationem prou
lit. Quod hoc esset Deum tentare. Vnde ait, Non petam, & non tenta
bo, uel non exaltabo Deum. Verbum enim אנסה anasse, quod ibi po
nitur, & tentare & exaltare significat. Cum igitur Isaias cognouisset, q
non bona fide Achaz hoc dixerat, sed potius quia Deum minime time
ret, ipsum huiusmodi signo indignum iudicans, signum ei dare nolu
sed illud domui Dauid dedit, dicēs, Audite ergo domus Dauid Num
quid parum est ex uobis, uexare homines, quia uexabitis etiam Deum
meum? Propterea dabit dominus ipse uobis signum. Ecce uirgo con
cipiet, & pariet filium, & uocabit ipsa nomen eius Emmanuel. Ex his
patet, signum de uirginis conceptu, & partu non fuisse datum ipsi A
chaz, sed domui Dauid, ex cuius semine Messias secundum carnem na
sciturus erat. Negandum igitur est, quod in argumento dicitur, hoc si
gnum scilicet ipsi Achaz fuisse datum. Ad illud autem quod dicitur,
Quod cum Christus post Achaz per annos ultra quingētos natus sit,
conceptio eius ex uirgine signum liberationis prædictæ à duobus illis
Regibus esse non potuit. Dicimus duplex in sacra scriptura reperiri si
gnum. Vnum prognosticum, alterum rememoratiuū. Prognosticum
quidem signum est respectu futuri euētus. Cuiusmodi fuit illud, quod
(ut dicitur Iudicum 6. cap.) Gedeoni in uellere futuræ uictoriæ indica
tiuum datum fuit. Rememoratiuum uero respectu prēteriti. Cuiusmo
di illud extitit, quod Mosi Dominus dedit Exo. 3. c. dicens, כי אהיה עמך
והזה לך האות כי אנכי שלחתיך בהוציאך את העם ממצרים תעבדון את האלהים על ההר הזה
Hoc est, Et hoc erit tibi signum, quod miserim te. Cum eduxeris popu
lum meum de Ægypto, immolabis super montem istum, gratias scili
cet agens mihi de missione hac, quæ tibi imponitur. Signum igitur de
uirginis conceptu & partu rememoratiuum fuit, non prognosticum.
Nec obstat magna temporis distantia, cum ita signum rememoratiuū
in magna distantia prēteritum respiciat, sicut & prognosticum respicit
futurum. Decuit certe signum hoc in magna distantia dari, ut Achaz
qui uerbo prophetæ incredulus fuit, ita signū illud à seipso longinquū
haberet, sicut nec ipse mente credebat. Illi tamen qui ab eo descenturi
erant, tandem illud uidere debebant. Ideo signum hoc non ei, sed do
mui Dauid datū fuit. CAP. Deinde obiiciunt. Quod ubi additio no
stra, Ecce uirgo, dicit: Hebraica litera, Ecce העלמה haalma ponit. Alma
autem apud eos non uirginē, sed adolescentulā significare dicunt, quæ
tam de uirgine, q̄ de corrupta dicit. Prophetā igitur nō de uirginis,
adolescentulæ conceptu & partu locutū fuisse, aiunt. Nam si de uirgi
nis cōceptu locutus esset, nō Ecce alma. i. adolescentula, sed Ecce בתולה
bethula, quod idē est quod uirgo, dixisset. GAL. Tria sunt apud He
bræos (ut nosti) uocabula, idē ferè significātia. Videlicet נערה Naara,
בתולה bethula, עלמה alma. Naara enim solū ætatis respectum habēs,
puellam

Signū duplex prognosticum & rememoratiuum.

Secundum Iudæorum argumentum.

Solutio.

puellam siue adolescentulam significat, tam uirginem quàm corruptã. Bethula uero ad uirginitatem duntaxat respectum habens, uirginem significat, siue adolescentula sit, siue anus. Alma autem ad utrunque respectum habens, ad adolescentiam scilicet & ad uirginitatem, & adolescentulam & uirginem designat. Quapropter mulier siue iuuencula sit, siue annosa, quamdiu uirgo est, bethula appellari potest. Quamdiu autem iuuẽcula est, siue uirgo, siue corrupta sit, naara nuncupatur. Alma autem nulla uocari potest, nisi & iuuencula sit, & uirgo intacta. Quod ipsa quoq; uocabuli interpretatio aperte indicat. Deriuat enim עלמה alma, à uerbo עלם alam, quod abscõdere, siue celare significat, ut dicit Rabbi Kimhi in libro Serassim. Sicut est illud Psal. 90. dictum, שת עונותינו לנגדך עלומנו למאור פניך .i. Posuisti iniquitates nostras coram te, abscondita nostra ad lumen uultus tui. Et rursus Psalmo 44. הוא יודע תעלמות Hoc est, Ipse cognouit abscondita cordis. Et apud Iob 28. cap. והעלמה יוציא אור .i. Et abscondita producit in lucem. Item Gen. 24. cap. העלמה יוצאת לשאב Hoc est, Alma egrediens ad hauriendum. Hæc omnia (inquit Rabbi Kimhi) absconsionem & celationem significant. Quam ob rem alma apud eos adolescentulam aspectibus hominum absconditam, celatam, & occultam, atq; omnino intactam significat, de cuius pudicitia atq; integritate nullum sit dubium, maxime cum ei proponitur articulus, qui apud Hebræos est hæc litera ה he, quæ dictionem determinate significare facit, & sæpe additur his quæ uel nota sunt, uel de quibus prius facta est mẽtio. Nec in tota scriptura sacra inuenitur dictio hæc העלמה haalma cum litera he scripta, siue articulata, nisi in tribus locis. Et primum quidem Gen. 24. ca. cum de Rebecca dicitur, הנה אנכי נצב על עין המים והיה העלמה היוצאת לשאב אמרתי אליה השקיני נא מעט מים מכדך .i. Ecce sto iuxta fontẽ aquæ, & erit haalma. i. uirgo egrediens ad hauriendum, & dicam ei, Pota me quæso modico aquæ de hydria tua. Quæ dum alma uocata est, uirgo erat atq; intacta, ut patet per textũ, qui ibidem sic de ea dicit, בתולה ואיש לא ידעה Hoc est, Virgo, & uir nõ cognouerat eam. Deinde reperitur Exo. 2. cũ de Maria sorore Mosis ita scribit, ותלך העלמה ותקרא את אם הילד .i. Et perrexit haalma. i. uirgo, & uocauit matrẽ ipsius infantis. Et ista quoq; tunc adolescentula uirgo erat. Tertia demũ apud Isaiam hoc in loco inuenitur, ut paulo ante patuit. Tribus his locis duntaxat exceptis, alibi nusq; in tota sacra pagina apud Hebræos inueniẽt dictio hæc haalma cũ articulo scripta. Si igitur duæ primæ sic denominatæ fuerunt, uirgines intactæ erant, cum ita denominarentur, id idem tenendum est de ista, de qua Isaias loquitur, Cum iuxta sapientum sententiã, de omnino consimilibus, idem omnino debeat esse iudiciũ. Eam ob rẽ 70. interpretes cum in hunc locũ deuenerunt, pro haalma, uirgo cũ articulo prępposito transtulerunt, dicentes, ἰδοὺ ἡ παρθένος. Et reliqua. Quod aũt sic intelligi oporteat,

oporteat, ex eo quoque patet, quòd signum illud pro ciuitatis libera-
tione ab Isaia datum, ut ait Rabbi Selomo, ualde miraculosum esse de-
bebat. Adolescentulam autem concipere & parere filium, uirginitate
non remanente, nullum est miraculum, cum hoc naturaliter fieri quo-
tidie contingat. Necessario igitur dicendum est, signum quod eis pro-
pheta dederit, uirginem scilicet concepturam, ac filium parituram, præ-
ter naturæ morem, & solo Dei miraculo futurum fuisse. Quia igitur ut
ad Iudæorum obiectionem respondeamus, mulier quę Dei filium con-
ceptura ac paritura erat, & puella siue iuuencula, & uirgo omnino inta-
cta esse debebat. Idcirco Isaias ut utrunq; insinuaret, dixit, Ecce haalma
quod utrunque (ut dictum est) significat. Et non dixit, Ecce bethula
quod unum tantummodo designat. Præterea si Ecce bethula dixisset,
non omnimodam matris Messiæ uirginitatem præsignasset. Nam be-
thula & si uirginem significet, non tamen omnino intactam. Quod R.
Selomo aperte ostendit, cum super illud Gen. uigesimoquarto capite
dictum Bethula, id est uirgo erat, & uir non cognouerat eam, uolens
rationem reddere. Si dixit textus Bethula, id est uirgo erat, quare adie-
cit, Et uir non cognouerat eam. Sic ait, בתולה במקום בתולים ואיש לא
ידעה שלא בדרכה לפי שבנות הגוים משמרות עצמן ממקום בתולין ומפקירות
עצמן ממקו אחר על כן העיר על זו הפסו שהיתה נקייה מכל Hoc est, Vir-
go erat, & uir non cognouerat eam, scilicet per uiam non rectam. Quo-
niam filiæ gentium custodiebant quidem corpus suum in loco uirgini-
tatis, prostituebant autem illud in alio loco. Patet ex hoc ipsam mun-
dam fuisse in toto, hoc est omnino incognitam, & intactam. Ex quibus
manifestum est, quòd bethula non est omnino intacta, & incognita ui-
ro, cum possit esse contra naturam corrupta, atque uiris cognita. Alma
autem omnino intactam significat, utrisque penitus incognitã. CAP.

Tertium Iudæorum argumentum.

Ad hæc Iudæi. Si העלמה haalma articularia (inquiunt) aliquam sui
mentionem (ut dixisti) præcedere exigit, & huius uirginis quam uos
Christiani salua uirginitate concepturam, ac parituram fuisse, asseritis,
nulla apud ipsum Isaiam, neque apud alium prophetarum præcessit
mentio. Sequitur plane, uirginem de qua uos loquimini, nõ esse illam
de qua Isaias meminit, dicens, Ecce haalma concipiet & pariet filium.
Per hæc ergo uerba, matris Messiæ uirginitatem probare non pote-

Solutio.

stis. GAL. Immo Selomo longe ante Isaiam de uirgine ista sub no-
mine alma, mentionem fecerat, ita Prouerb. trigesimo capite dicens,
שלשה המה נפלאו ממני וארבעה לא ידעתים : דרך הנשר בשמים דרך נחש
עליצור דרך אניה בלבים ודרך גבר בעלמה Hoc est, Tria sunt quæ separa-
ta sunt, uel distant à me, uel mirabilia sunt mihi, & quartum minime
cognoui. Via aquilæ in cœlis, uia colubri super petram, uia nauis in
corde, uel in medio maris, & uia uiri in alma, id est in uirginem. His
uerbis optime Selomo Messiæ uias describit, Incipiens enim à nouis-
sima

sima eius uia, hoc est, ab ascensione in cœlum, ad primam, id est ad eius incarnationem, quæ de uirgine futura erat, tandem peruenit. Quarum quidem uiarum alium expositorem non quæramus, quàm eum quem ipsi רבינו הקדוש Rabbenu Haccados, id est, Magistrum nostrum sanctum appellant. Is enim in libro qui גלי רזייא Gale razeya, id est, Reuelator arcanorum inscribitur, ad secundam Antonini Consulis urbis Romæ petitionem, qui eorundem uerborum explanationem poscebat, sic ait, Magnam rem quæsisti. Sed quia dictum est Prouer. 11. ca: מנע בר יקבהו לאום Id est, Qui abscondit frumentum, id est doctrinam, uel expositionem legis, maledicetur in populis. Dicam tibi rem admodum sublimem. Via aquilæ in cœlis est Rex Messias, qui post passionem suam ascendet in cœlum. Quemadmodum dictum est Amos nono capite, הבונה בשמים מעלותיו Hoc est, Qui ædificat in cœlo ascensionem suam. Via nauis in medio maris. Hic itidem est Rex Messias. Cuius uita sicut nauis in medio mari agitabitur. Sicut dictum est Iere. trigesimo capite, מדוע ראיתי כל גבר ידיו על חלציו Id est, Quare uidi omnis uiri manus super lumbos suos. Viri, hoc est Dei, qui Hebraicè dicitur גבר gheuer, id est fortis uel potens. Quoniam omnibus fortitudo seu potentia est ipse Deus. Et uia colubri super petram. Hic est etiam Rex Messias, qui se faciet, ut colubrũ, quem Moses super petrã posuit, ut duceret filios Israel in terram sanctã. Rabbi autem Iodam dixit, Et uia colubri super petram. Hic est Rex Messias, qui transibit per petram postquàm sepultus erit, & ab ipsa egredietur, nec uidebitur quà transierit. Sicut dictum est Exodi trigesimo tertio cap. הנה מקום אתי ונצבת על הצור והיה בעבור כבודי ושמתיך בנקרת הצור Hoc est, Ecce est locus apud me, & stabis super petram. Cumq; transibit gloria mea, ponam te in foramine petrę. Et uia gheuer, id est uiri uel fortis, seu potentis in alma. Hic quoque est Deus amans filias Ierusalem, ut generetur Rex Messias ex una earum. Concipiet autem & pariet, remanebitq; uirgo. Sicut dictum est Ieremiæ trigesimo primo capite, Quia creauit Deus nouum super terram, fœmina circumdabit גבר gheuer, id est uirum, fortem, seu potentem, hoc est Deum. Hæc omnia ad uerbum Rabbenus Haccados, quem ipsi Magistrum nostrum sanctum uocant. Via igitur gheuer, id est uiri fortis, uel potentis, hoc est Dei in alma, id est in uirginem, fuit filij Dei ex uirgine incarnatio. Et hanc quidem uiam plene atque perfecte Selomo cognoscere non potuit. Quónam pacto absque humano semine uirgo concipere posset, ac perfectum Deum & hominem in utero concludere, filiumq; parere, ac uirgo remanere, nec Selomonis intellectus plene capere potuit, nec unquam lingua ulla explicare. Quam ob rem recte dixit, Et quartum minime cognoui. Merito igitur de matre Messiæ Isaias ait, הנה העלמה הרה Hinne haalma hara, id est, Ecce uirgo concipiet: cum litera he,

id est,cum articulo præpositio,tanquã de nota loquens apud prophe-

Iuniorum Iudæorum obiectio.

tas,& de qua iam Selomo meminerat. CAP. Iudæorum nostri seculi peruersitas,contra id quod de alma dictum est,subsannando adhuc& blasphemando,exclamat,& dicit,Prosequamini textum,per uos indu ctum.Legite ulterius quod Prouer.30.ca.sequitur,Sic enim ibi immediate scriptũ inuenietis, כן דרך אשה מנאפת אכלה ומחתה ואמרה לא פעלתי און Id est,Sic est uia mulieris adulteræ,quæ comedit,& tersit os suum, & ait,Non feci iniquitatem. Ecce inquiunt,quòd alma hoc loco non potest esse nisi corrupta,eo quòd mulieri adulterę comparetur. GAL.

Confutatio.

Ad reprimendam eorum audaciam,respõdetur,quòd Selomonis uerba hoc in libro,ideo משלי Misle,id est,Prouerbia,uel parabolæ uocantur,quia semper fere unum prætendunt,& aliud intendunt.Alioqui Massal, id est Parabola, uel similitudo, uel exemplum non erit משל Massal,si ita ut sonat,omnino intelligatur. Viam ergo mulieris adulteræ non debemus hic ad literam accipere,sed uitam & pessimum agendi modum alicuius alterius,adulteræ mulieris factum imitantis. Quam ob rem prisci quidam Iudæorum per uiam mulieris adulteræ hoc loco primi parentis præuaricationem intellexerunt. Vnde ille idem,quem רבינו הקדוש Rabbenu Haccados, id est,Magistrum nostrum sanctum, ab eis uocari diximus, ibidem locum hunc exponens, ita ait, Sic est uia mulieris adulteræ. Cum cæteris, Totum hoc egit Adam qui de peccato suo sese excusauit, noluitq; illud fateri, sed dixit, Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno,& comedi. Fecitq; ut meretrix, quæ comedit,& os purgat, nihil mali se fecisse contendens. Quam ob rem rationi congruit, ut totus terrarum orbis plectatur. Et cum uenerit tempus saluationis, æquum est, ut Deus ad inferos descendat, eosq; saluet. Et hoc est quod dictum est Ieremiæ secundo capite, הנני נשפט אותך על אמרך לא חטאתי Hoc est, Ecce ego iudicabor tecum, eo quòd dixeris non peccaui. Item apud Isaiam sexagesimo sexto capite, כי באש יהוה נשפט Id est, Quia in igne Deus iudicabitur. Hæc ille. Nos autem dicere possumus, per uiam mulieris huius adulteræ, Iudæorum quoque perfidiam non inepte designari. Quibus à Domino per Isaiam quinquagesimoseptimo capite,ita dicitur, ואתם קרבו הנה בני עוננה זרע מנאפת ותזונה Hoc est, Et uos accedite huc filij augu tricis,semen adulteræ, & fornicariæ. De quibus etiam apud Ezechielem decimosexto capite, ita scribitur, Sic ait Dominus Deus ad Ierusalem. Et infra, ולא הייתי כזונה לקלם אתנן האשה המנאפת תחת אישה תקח את זרים : Id est,Et non fuistis sicut meretrix ad deridendum, uel contemnendum precium,sed ut mulier adultera,quę sub uiro suo, uel pro uiro suo susciptit alienos. Et post aliqua ibidẽ, ושפטתיך משפטי נואפות ושפכות דם ונתתיך דם חמה וקנאה Hoc est, Et iudicabo te in

Iudæi comparantur mulieri adulteræ.

iudicijs

iudicijs adulterarum & effundentium sanguinem,& dabo te sanguinẽ furoris & zeli. Ex his igitur patet,quòd mulier adultera in præmissa Salomonis parabola est synagoga Iudaica,quæ comedit,& comedere nõ desinit sapidissimum sibi panem illum,de quo Prouerb. 20. capite, ita scriptum est, ערב לאיש להם שקר ואחר ימלא פיהו חצץ Id est, Sapidissimus est homini panis mendacij,& postea, uel denique implebitur os eius calculo. Calculus hoc in loco,non est nisi pœna inferni æterna. Nam calculus cum durus sit,masticari non potest, neque consumi,neque deglutiri,neque expui,cum totum os plenum est. Sic pœna inferni durissima quidem ac durabilis est, nullatenusq; euadi potest, neque finiri,neque diminui,neque aliqua lachrymarum humiditate molliri. Quod autem panis mendacij suauis ac sapidus sit Iudæis, per id potissimum ostenditur, quod apud Ieremiam nono capite, sic de eis dicitur, ואמת לא ידברו למדו לשונם דבר שקר Id est,Et ueritatem non loquuntur, docuerunt linguam suam loqui mendacium. Item apud eundem quinto capite, ואם חי יהוה יאמרו לכן לשקר ישבעו Id est, Et si uiuit Deus dixerint. Verumtamen hoc ad mendacium, uel ad falsitatem,uel ad fraudem iurabunt. Quemadmodum ergo uia aquilæ in cœlo,& uia colubri uel serpentis super petram, & uia nauis in corde uel in medio maris,& uia uiri uel potentis,hoc est Dei in alma,id est in uirginem, factæ sunt Salomoni mirabiles ac difficiles, multumq; ab eius intellectu distantes. Sic fuit apud eum admodum mirabilis, ac ualde ab eius ratione distans nequissimæ huius adulteræ uia. Quomodo enim Salomonis ratio capere potuisset, aut debuisset malicię immensitatem, impietatis profunditatem, ac perfidiæ quantitatem, qua erat hæc adultera Messiam iustum ac omnino innocentem morte condemnatura, & Barabbam seditiosum atq; homicidam liberari petitura? Aut quomodo eiusdem sapientis intellectus comprehendere sufficisset,qua etiam fatuitate,qua insania,qua mentis inopia,quá ue diabolica inuidia stimulata,aut quo cacodæmone agitata, posset uerum Messiam repellere,solo uerbo cæcos illuminantem,claudos dirigentem, languidos curãtem,leprosos mundantem, mutis sermonem, surdisq; auditum restituentem, dæmoniacos liberantem, de paucis panibus plura hominum milia satiantem, & duos falsos Messias,qui nihil tale unquam fecerant,unum post alterum pro uero Messia suscipere,Bencozbam scilicet ante urbis Ieroſolymæ excidium,& Barcozbam apud Bitter non multo post eiusdem urbis incendium,quos ex nomine solo saltem,& horrori habere debuerat & suspectos, cum uerque mendacij uel falsitatis filius interpretetur? Optime igitur ipse Salomo quatuor uiarum antedictarum,hoc est,Messiæ mysteriorum altitudinem,ac huius mulieris adulteræ ingratitudinem,impietatem, perfidiamq; admiratus,uerba hæc subiecit: Sic est uia mulieris adulte-

Mendacium Iudæis delectabile.

rę, ſic ſcilicet admiranda, atq; ad intelligendum difficilis, & ſupra quàm dici poteſt, ſtupenda. Quæ panem tot mendaciorum & comedit, & comedere adhuc tam auide nunquam deſiſtit. Et quaſi tergens os ſuum, ac ſi nihil mali operata ſit, erubeſcere neſcit. Et hoc eſt quod ei apud Ieremiam 3. cap. dicit, ומצח אשה זונה היה לך מאנת הכלם Hoc eſt, Frons meretricis facta eſt tibi, renuiſti erubeſcere. Quæ cum ita ſint, oppoſitionibus eorundem in matris Meſsiæ uirginitatem oblatrantiū, non obſtantibus, ſic exponenda ſunt præmemorata Iſaiæ uerba, Ecce hal-ma, id eſt ipſa uirgo ſancta & abſcondita, de qua longe ante Selomo meminerat, cõcipiet diuina uirtute, & pariet filium. Et uocabit ipſa uirgo ab angelo Gabriele præmonita & inſtructa, ac ſpiritu ſancto repleta, nomen eius Emmanuel, quod idem eſt quod nobiſcum Deus, per quod diuinæ atque humanę naturæ in una Meſſiæ perſona aperte demonſtratur. Ad cętera autem Iudęorum argumenta, quę ut uerum huius prophetiæ ſenſum peruertere poſsint, contra nos facere ſolent, in tertio libro, ubi Meſsiam Emmanuelem uocandum fuiſſe, oſtēdimus, plenius iam reſpondimus.

Præmiſſorum uerborum Iſaiæ expoſitio.

Quòd mater Meſsiæ ſpiritu ſancto cooperante, Dei filium conceptura erat. Caput XVI.

CAPNIO,

Illc non ab re ſcire uelim, An ueteres Iudæorum ſicut matrem Meſsiæ uirginem cõcepturam, ac parituram prędixerunt: ita quoq; ipſam de ſpiritu ſancto concipere debuiſſe prænunciauerint. GAL. Id quidem à prophetis longe ante prænunciatū fuit, & ab antiquis Iudęorum Doctoribus expreſſe expoſitum. Nam de prophetis quidem in perſona ſpiritus ſancti loquens Iſaias, ſic 8. capite ait, ואקרב אל הנביאה ותהר ותלד בן Hoc eſt, Et acceſsi ad prophetiſſam, & concepit & peperit filium. CAP. Iuniores Iudæorum uerba hæc de accęſſu ipſius Iſaiæ per concubitum ad uxorem ſuam, exponunt. Quæ (ut aiunt) ex ipſo concipiens, peperit ipſius prophetæ filium. GAL. Nos eos uerba ipſa falſo exponere, atq; contra prophetę intentionem peruertere, ex ipſiuſmet prophetę uerbis oſtendemus. Neq; enim immediate præcedentia, neq; mox ſequentia, expoſitioni eorū ſuffragantur, quin potius manifeſte contradicunt. Sic nanque propheta ante dixit, ואעידה לי עדים נאמנים את אוריה הכהן ואת זכריהו בן יברכיהו Id eſt, Et conteſtatus ſum mihi teſtes fideles, Vriam ſacerdotem, & Zachariam filium Barachię. Et his præmiſsis immediate protulit uerba hęc, Et accesſi ad prophetiſſam, & concepit & peperit filium. Et poſtea illico ſubiecit, ויאמר יהוה אלי קרא שמו מהר שלל חש בז Hoc eſt, Et dixit Deus ad me, uoca nomen eius. Velociter ſpolia, cito prędare. Vel, Voca nomen eius, Expeditum, ſpoliatorem, feſtinum, prędatorem. Hęc autem ſicio-

Iudæorum falſa expoſitio.

Confutatio.

sic Ionathas in Chaldæum transtulit, ואמר יהוה לי קרי שמיה אוחי למבן ביזה ולמעדי עראה Id est, Et dixit Deus ad me, Voca nomen eius. Velocem ad spoliandum spolia, & festinum ad prędandum prędam. Quę nullatenus filio Isaię conueniunt. Cum nec sic uocatus fuerit, neque de eius nomine, neq; de uita, neq; de gestis, neque de morte ipsius aliqua fiat in sacra scriptura mentio. Quare non illi, sed Messię aptissime congruunt. Qui uelox ad spoliãdum infernum futurus erat, & festinus ad prędandum, hoc est, ad auferendam à diabolo prędam, quam propter peccatum primi hominis possidebat. Quod in se iam complendum Messias noster testatus est, cum Lucę 11. cap. dixit, Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet. Si autem fortior eo superueniens, uicerit eum, uniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Circa præcedentia autem duo ab Iudæis quæramus. Primum ad quid propheta testes illos induxerit? Nunquid ei ad uxoris suæ concubitum accedenti, testibus opus erat? Hoc enim turpe est, uel cogitare, nedum dicere. Deinde qui nam fuerint hi testes, Vrias scilicet sacerdos & Zacharias Barachię filius? Constat enim Vriam hunc non utique illum idolorum cultorem fuisse, ut quidam ex nostris putant, Cui Achaz (ut 4. Regum 16. capite, legitur) è Damasco literas scripsit. Sed illum de quo Ieremias meminit 26. ca. dicens, Fuit uir prophetans in nomine Domini, Vrias filius Semęi, quem & Iehoiakim Rex occidit. Zachariam quoq; hunc, Barachiæ filium eum fuisse certum est, qui in numero 12. prophetarũ undecimus est. De his enim secundum Hebræorum expositiones, Isaias ibi loquitur. Hos autem longe post Isaiam nasci contigit. Ex quo patet, Isaiam ipsum non in persona sua, sed in persona spiritus sancti uerba illa protulisse. Qui quidem spiritus sanctus antequàm ad prophetissam, id est ad uirginem illam, quæ saluatorem conceptura & paritura erat, accederet, ut sua uirtute & cooperatione, absq; uirili semine filium Dei conciperet, & pareret, hos prophetas ueritatis futuræ testes sibi adhibere debebat. Alter enim eorum, Vrias scilicet Semęi filius, multa mala contra Iudęos, & ciuitatem eorum uentura prędixit, quę postmodum in captiuitate Babylonica eis obuenerunt. Alter uero, hoc est Zacharias Barachiæ filius, multa ac maxima bona eis in aduentu Messiæ uentura, prophetauit. Et pręsertim cum 2. capite dixit, רני ושמחי בת ציון כי הנני בא ושכנתי בתוכך נאם יהוה: Hoc est, Lauda & lætare filia Syion. Quia ecce ego uenio, & habitabo in medio tui, ait Deus. Et rursus nono cap. גילי מאד בת ציון הריעי בת ירושלם הנה מלכך יבוא לך צדיק ונושע הוא Id est, Exulta satis filia Syion, iubila filia Ierusalem. Ecce Rex tuus ueniet tibi iustus & Saluator ipse. Hoc autem ita esse, ut exposuimus, per Rabbi Ionathæ Targum, id est per translationem Chaldaicam maxime uidetur, quæ sic eo in loco habet, ואסהיר קרמי סהרין מהימנין ית

Primum quæsitum ab Iudæis quærendum.
Secũdum quæsitum.

ואמרית לאיתאה בנבואת אוריה כחנא והא אתי ואת בל נחמתא ואמרית לאיתאה
בנבואת זכריה בן יברכיה אנא עתיד לאיתאה Hoc eſt, Et conteſtatus ſum ex parte mea teſtificationes malas quas dixi uenturas in prophetia Vriæ Sacerdotis: Ecce futurum eſt quoque ſic, ut omnem conſolationem quam dixi uenturam in prophetia Zachariæ filij Barachiæ, ego adducturus ſim. Et intraui ad prophetiſſam, & concepit & peperit. Vbi euidenter oſtenditur, uerba iſta non Iſaiæ, ſed ſpiritus ſancti fuiſſe. Quod autem hi prophetæ ſint ipſi ĩdem, de quibus Iſaias in perſona ſpiritus ſancti loquitur, primo per Rabbi Selomonem apparet. Quilo cum hunc exponens, ſic ait: Et adhibui mihi in diebus etiam Iehoiakim duos teſtes fideles. Quorum unus eſt Vrias Sacerdos, quem Iehoiakim interfecit. Sicut dictum eſt Ieremiæ uigeſimo ſexto capite, Fuit quoque uir prophetans in nomine Domini Vrias filius Semæi de Cariathiarim. Et prophetauit contra ciuitatem iſtam, & contra terram iſtam, iuxta omnia uerba Ieremiæ. Et alter eſt Zacharias filius Barachiæ, qui prophetauit in anno ſecundo Darij, dicens, Adhuc habitabunt, uel ſedebunt ſenes & uetulæ in plateis Ieruſalem. Vrias ergo fuit ſignum Zachariæ. Si enim uidiſtis impleri prophetiam Vriæ, ſitis expectantes, quòd prophetia quoque Zachariæ implebitur. Et hoc quemadmodũ adhibui mihi teſtes in facto Sennacherib. Amos enim teſtis fuit ſupplicij decem tribuum, dicens 7. cap. Et Iſrael captiuatione captiuabitur. Iſaias uero ad animandum Hezekiam, ut fiducialiter ageret. Sequitur in Prophetia, Et peperit filium, illum ſcilicet eundem filium, quem uocauit prophetiſſa Emmanuel. Hæc Rabbi Selomo. Deinde id idem per Talmud probatur. Legitur nanque in fine libri מכות Maccoth, id eſt flagellorum. Quod Rabbi Elazar, & Rabbi Iehoſuas, & Rabbi Akiba, cum ſemel Ieroſolymam poſt eius excidium aſcendiſſent, atq; ad montem ſpeculatorum perueniſſent, ſciderunt ueſtimenta ſua. Et cum ſe ad montem domus Domini contuliſſent, uidiſſentq; uulpem de domo ſancti ſanctorum egredientem, cœperunt ipſi flere. Rabbi autem Akiba ridebat. Dixerunt ergo ei, Quare tu rides? Reſpondit eis, Et quam ob rem uos fletis? Dicunt ei, Quia locus de quo ſcriptum eſt Num. 3. c. Et alienus qui appropinquauerit, morietur. Nunc in eo completum eſt illud Tren. 5. c. dictum, Super montem Syion quod deſertum eſt, uulpes ambulauerunt in eo. Et poſt hæc, nõ plorabimus? Dixit eis Rabbi Akiba, Propterhoc ego rideo. Scriptum eſt enim Iſaiæ 8. c. Et conteſtatus ſum mihi teſtes fideles, Vriam ſacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ. Et quæ eſt materia Vriæ apud Zachariam? Vrias nanque fuit in ſanctuario primo. Sicut dictum eſt Ieremiæ 26. cap. Vir quoq; fuit prophetans in nomine Domini Vrias filius Semæi de Cariathiarim. Et prophetauit contra ciuitatem iſtam, & contra terram iſtam, ſecundum omnia uerba Ieremiæ. Et audiuit rex Iehoiakim,

Rabbi Selomonis expoſitio.

Iehoiakim,& omnes robusti eius. Et eduxerunt Vriam ex Ægypto,& introduxerunt eum ad Regem Iehoiakim,& percussit eum gladio. Zacharias autem in sanctuario secundo fuit. Sed scriptura suspendit prophetiam Zachariæ in prophetia Vriæ. In Vria enim scriptum est Micheæ 3. capite, Causa uestri Syion quasi ager arabitur, & Ierusalem aceruus erit. Et mons domus sanctæ bestijs syluæ, uel in excelsa syluæ. In Zacharia uero scriptum est 8. cap. Adhuc habitabunt senes & uetulæ in plateis Ierusalem,& uir cuius baculus in manu eius propter multitudinem dierum. Cum igitur prophetia Vriæ impleta sit, gauisus sum, quia scio, quòd prophetia quoque Zacharię implebitur. Quo audito, dixerunt ad Rabbi Akiba huiusmodi uerba, Consolatus es nos, consolatus es nos. Hæc omnia Talmud. Ex quibus aperte liquet, hos eosdē prophetas esse, de quibus Isaias in persona spiritus sancti locutus est. Quod autem hi prophetæ multo post Isaiam nati fuerint, id quoque facile uideri poterit. Nam Vrias quidem à Iehoiakim Rege interemptus fuit. Isaias uero quarto anno Regis Achaz (ut ait Rabbi Selomo) uerba prædicta protulit. A quarto autem anno Achaz, usq; ad Iehoiakim fluxerunt anni 140. Nam omnes anni quibus Achaz regnauit fuerunt 16. E quibus quatuor subtractis, remanent 12. In quorum principio factum est antedictum Isaiæ uaticinium. Deinde Hezekias filius eius annis regnauit 29. Post quem Manasses 55. Exinde Amon annis duobus. Postea Iosias annis 31. Post modum Ioachaz mensibus tribus. Post quem Iehoiakim, qui Vriam prophetam supradictum occidit, annis 11. Qui quidem anni omnes simul sumpti, sunt 160. & menses tres. Ex quo satis manifeste patet, quòd primus testis, scilicet Vrias, quem Isaias uel spiritus sanctus sibi adhibuit, nōdum natus erat, quando adhibitus fuit. De secundo uero, hoc est de Zacharia, nemo hoc dubitandum duceret. Cum à quinto anno Achaz, usque ad secundum Darij, quo ipse prophetauit, anni 250. fluxerint. Cum igitur hi tales ac tanti prophetæ quos sibi testes adhibuit Isaias, immo spiritus sanctus per Isaiam, ubi de uirgine prophetissa & filio eius Emmanuel locutus est, tempore Isaię nondum nati essent. Palam ostenditur omnibus usum rationis sanum habentibus, prophetissam illam de qua spiritus sanctus per Isaiam loquebatur, dicens, Accessi ad prophetissam, & concepit & peperit filium, nondum natam fuisse, nec per consequens ipsam Isaię uxorem esse potuisse, ut falso Iudęi iuniores delirantes affirmant. Sed potius uirginem illam, quę spiritu sancto interueniente, dei filium conceptura, & paritura erat, de qua pauloante quoque memineram, dicens, Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, & uocabit ipsa nomē eius Emmanuel. Ex his etiam patet, accessum hunc ad prophetissam, spiritalem futurum fuisse. Quæ cum ita sint, clarum est, prophetissam hanc aliam non fuisse, quàm uirginem Mariam, quę Messiam Dei

filium conceptura, & paritura erat. Ad quam accessit spiritus sanctus, non locum mutando, sed per prophetam loquendo, & demum tempore ab ęterno prędestinato, uirtutem sine uiro concipiendi, ei conferendo. Et tunc uirgo ipsa cõcepit, & peperit filium, Dei uerbum carne humana indutum, ac mundi saluatorẽ. Hic igitur spiritus sancti accessus tunc ad eam factus est. Cum ut ait Lucas 1. cap. in mense sexto, à conceptione scilicet Ioannis Baptistæ, missus est angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilęę cui nomen Nazareth, ad uirginem desponsatam uiro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen uirginis Maria. Et ingressus angelus ad eã, dixit, שלום מחן מלאה יהוה עמד ברוכה את בנשים Id est, Aue gratia plena, Deus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat, qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei, אל תראי מרים כי מצאת חן לפני האל הנד הרה ויולדת בן וקראת שמו ישוע וזה יהיה גדול ובן עליון יקרא ויתן לו יהוה אלהים כסא דוד אביו וימלוד בבית יעקב לעולם ולמלכותו אין קץ Hoc est, Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero, & paries filium, & uocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur. Et dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in ęternum, & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum, כאי זה איפן יעשה זה כי איש איני יודעת Id est, Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco? Et respondens angelus dixit ei, רוח הקדש יבא עליך ויבלת עליון יסך לבי ולכן הכולד ממך קדוש בן עליון יקרא והנה אלישבע קרובתך והיא הרה בן בזקנותה וזה החדש ששי לה שנקראת עקרה כי לא יהיה בלתי אפשרי לפני יהוה כל דבר Hoc est, Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq́ & quod nascetur ex te sanctum uocabitur filius Dei. Et ecce Eliseba cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, quæ uocatur sterilis. Quia non erit impossibile apud Deum omne uerbum. Dixit autem Maria, הנה שפחת יהוה יעשה לי ברברך Id est, Ecce ancilla Dei, fiat mihi secundum uerbum tuum. Quo dicto, mox concepit Dei filium. Nec est mirandum, quòd Iudæi recentiores hæc tam euidentia, utpote à suis patribus tradita, nequaquam intelligunt. Cum hoc satis idem propheta eodem in capite ostenderit, sic dicens, והכיתי ליהוה המסתיר פניו מבית יעקב Hoc est, Expectabo Deum occultantem faciem suam à domo Iacob. CAP.

Iudæorum iuniorum obiectio.

Vnum est, quod hic iuniores Iudæorũ contra nos obijciũt. Quia cum ꝓpheta in persona spiritus sancti dixit, Et accessi ad prophetissam, & cõcepit, & peperit, nõ de futuris, sed de pręteritis locutus est. GAL. Hęc profecto obiectio, nec Iudęos impingat, nec eis famẽ aufert. Mos quippe diuinę scripturę est, pręteritũ ꝓ futuro (ut te minime latet) sępissime ponere. Eo q́ dictũ dei, haud secus atq́ factũ habeatur. Vt pulchre dicitur in Midras tillim. i. in expositione Psalmorũ, super illud Psal. 107. dictum,

Confutatio.

Præteritũ pro futuro quare ponatur.

Enim, יאמרו גאולי יהוה אשר גאלם מיד צר Id est, Dicent redempti Dei, quos redemit de manu tribulantis. Ibi enim hæc inter cætera Hebraicè scripta leguntur, אמר רבי יהודה בר שלום יפה הוא אומר לפי שמאמרו של הקדוש ברוך הוא מעשה אמר רב הונא בשם רבי יוסתאי בשם רבי שמואל בר נחמן וממקום אחר למד שמאמרו של הקדוש ברוך הוא מיעשת הוא ומנין אתה למד מאברהם מה כתיב ביום ההוא כרת אברהם ברית לזרעך נתתי : אתן אינו אומר אלא נתתי ועד עכשיו לא הוליד בנים אלא שמאמרו של הקדוש ברוך הוא מעשה אמר הקדוש ברוך הוא אמרתי רבר נעשה מעשה את כאן אומר גאולי שיבבר גאלם Id est, Dixit Rabbi Iudas filius Salom. Pulchre dictum est, redemit, quamuis futurum esset. Quoniam dictū Dei sancti & benedicti tanquam factum est. Dixit Rabbi Hunna in nomine Rabbi Dustai, in nomine Rabbi Semuel filij Nahman. Ex alio quoque loco docemur, quòd dictum Dei tanquam factum est, Vnde de Abraham quid scriptum est in libro Geneseos, quintodecimo capite? ביום ההוא כרת יהוה את אברם בריח לאמר לזרעך נתתי את הארץ הזאת : Hoc est, In die illo scidit Deus cum Abram pactum, dicēs, Semini tuo dedi terram hanc. Non dixit: Dabo, sed dedi. Et quomodo, cum nondum Abraham filios genuisset? Quia dictum Dei, factum est, ideo sic dixit. Hinc etiam docemur, quòd dictum Dei factum est, cum dicitur, Ego Dominus locutus sum, & feci. Et quando fecit? Nisi quia dictum Dei, factum reputatur? Bene ergo dictum est, Redemit, quamuis futurum esset. Hæc traditio. Glossa autem Rabbi Selomonis super illud Isaiæ, Hæc uerba feci eis, sic dicit: Feci, id est faciam. Omnis nanque lingua prophetarum, de futuro tanquam de iam facto loquitur. Ex quibus patet obiectionem Iudæorum nullam penitus esse. Quandoquidem secundum traditionem præmissam, sic accipienda sint ipsa Isaiæ uerba, Et accessi, id est accedam ad prophetissam, & concepit & peperit, id est & concipiet & pariet filium.

Quòd mater Messiæ prophetissa esse debebat, prophetas omnes excellens. Caput XVII.

CAPNIO,

HIs optime quoq; ostensum est, glorioſam uirginem Messiæ matrem prophetissam futuram fuisse. Quamuis autem nō ignorem, Vatem eam excellentissimam extitisse. Vt in his præsertim quæ in Cantico suo mirificentissime prædixit, luculenter apparet. Inter quæ sic de se ipsa cecinit, Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Vt tamen impia iuniorum Iudæorum contundatur perfidia, qui ipsam blasphemijs innumeris pe tere non pertimescunt. Velim ut sicut eam in præcedētibus, & initialis peccati expertē, & uirginē purissimā, per eorū scripturas demōstrasti,

Ita

Ita quoque & prophetiſſam ipſam futuram fuiſſe, per aliquem ex pri
ſcis eorum, qui id expreſſe dixerit, oſtenderes. GAL. Quoniam in
antecedentibus multa hac de re dicta ſunt, & adhuc aliqua in ſequen
tibus dicentur, nunc illum duntaxat maximæ apud eos autoritatis ui
rum, quem ipſi רבינו הקדוש Rabbenu Hakados, id eſt, Magiſtrum
noſtrum ſanctum nuncupant, ſatis ſit audire. Is nanque in tertia eius
libri petitione, qui גלי רזייא Gale razeya, id eſt, Reuelator arcanorum
inſcribitur, ab Antonino urbis Romæ conſule interrogatus. Quæ fu
prophetiſſa illa de qua Iſaias meminit, cum dixit octauo capite, Et ac
ceſsi ad prophetiſſam, & concepit & peperit filium. Ita reſpondit, Se
penumero in hac quæſtione ſuſpenſus fui & anxius. Et quadam dicin
greſſus patrum ſpeluncam, ubi ſepulti ſunt Adam & Heua, Abraham
& Sara, Ishac & Rebeka, Iacob & Lia, ut illic orarem, inueni Eliam,
quem percontatus ſum. Quare notum tibi facio, quod ab ipſo accepi.
Hæc prophetiſſa eſt mater Regis Meſſię, quem Deus ſanctus & bene
dictus ſe miſſurum ad Iſrael pollicitus eſt. Dicta eſt autem prophetiſſa,
quia ſuo uaticinio ſcit omnia, à primordio ad finem uſque. Quod ne
mo unquam prophetarum cognoſcere potuit. Ipſa eſt enim omnium
prophetarum domina & magiſtra. Et hæc eſt alma illa, de qua dixit Sa
lomo Prouerb. 30. capite, Et uia uiri in alma, id eſt, Et uia Dei in uirgi
nem. De qua & Iſaias ait 7. cap. Ecce haalma concipiet & pariet filium.
De ea quoq; apud Micheam 5. cap. ſic dicitur, Et tu Bethlehem Ephra
tha paruula es. Et poſt pauca. Propter hoc dabis eos uſque ad tempus,
quo parturiens pariet. Præterea de Rege Meſsia etiam quem prophe
tiſſa iſta paritura eſt, dixit Iſaias 9. cap. Infans natus eſt nobis, filius da
tus eſt nobis. Et erit principatus ſuper humerum eius, & uocabitur no
men eius, Admirabilis conſiliarius, Deus fortis, Pater ſempiternus,
Princeps, Pax. Hæc ille. Longe ante quàm prophetiſſa hæc nata eſſet.
Cuius uerba Iudæi minime negare poſſunt, cum ipſum magiſtrum no
ſtrum ſanctum uocent, eiusq; autoritas maxima (ut dictum eſt) apud
eos exiſtat.

Quòd mater Meßiæ ſedes Dei futura erat, ſuper quam diuina ma-
ieſtas ſedere debebat. *Caput* XIX.

CAPNIO,

CVm Iere. 17. c. uerba iſta protulit, כסא כבוד מרום מראשון מקום
מקדשנו מקוה ישראל יהוה Hoc eſt, Soliũ gloriæ altitudinis, à
principio locus ſanctificationis noſtrę, expectatio Iſrael deus.
Quid ibi per ſoliũ glorię intelligit? Ego enim per ſoliũ gloriæ eo in lo
co glorioſam uirginẽ Meſſię matrẽ intelligi arbitror. Quę cũ ſit in cœ
leſti gloria ſup omnes choros angelicos exaltata, recte ſoliũ glorię alti
tudinis dicit, hoc eſt ſedes Dei altiſſimi ſup quã diuina ſedet maieſtas.

GAL.

GAL. Recte ais mi Capnio. Vt igitur melius quod sentis, declaretur, ea quæ Rabbi Moses ben Mainon in libro More parte prima, capite nono dicit, afferam. Vbi quónam pacto sedes Deo attribuatur, exponens, hæc inter cætera ait, Quid sedes significet, notum est. Cum quispiam eam ornatam & pontificio more paratam conspiciet, existimabit in ea Regem, aut Imperatorem aliquem sessurum. Ipsa enim sedentis excellentiam ac maiestatem ostendit. Hac ratione domus Dei, sedes Dei appellatur, quippe cum ipsa dominium & potestatem eius ostendat, qui in ea gloriam suam, & claritatem patefacit. Ideo Ieremias dixit, Solium gloriæ altitudinis à principio, locus sanctificationis nostræ. Eadem ratione & cœli sedes Dei uocantur, quatenus inuentoris fortitudinem ostendunt, motorem moderatoremq; huiusce mundi inferioris, atque influentiam gratiæ eius patefaciunt. Idcirco dictum est apud Isaiam 56. capite, השמים כסאי Id est, Cœli sedes mihi sunt. Ac si dicat, Cœli essentiam meam, fortitudinem, & potentiam iugiter ostendunt. Quemadmodum sedes dominium & maiestatem eius insinuat, qui in ea sedere dignus est. Hoc autem necessarium est in Deum credenti. Non quòd hæc sedes corpus sit, in quo Deus sedeat. Absit, ut in hunc errorem incidamus. Cum enim iam probauerimus, Deum corporeũ non esse, quomodo dicemus, eum loco, aut tabernaculo corporeo indigere? Certum est autem (ut diximus) quemlibet locum à Deo gloria sua magnificatum, ut est domus sancta, aut cœli, sedem eius dici. Verumtamen cum Deus largiori modo locutus est Exo. 17. cap. Quia manus solius Domini, & bellum Dei erit contra Amalech à generatione in generationem. Hæc est propria Dei substantia atq; essentia. Neque imaginandum est, hanc sedem esse rem ab illa distinctã, aut à Deo creatam, ut cæteræ eius creaturæ. Quia sequeretur, Deum esse in tempore, & absq; sede fuisse ante quàm eam creasset. Hoc autem dicere, aut credere, est maxima hæresis, cum scriptum sit Psal. 102. ואתה יהוה לעולם השב כסאך לדר ודר. i. Et tu Deus in æternum permanes, sedes tua in generationem & generationem. Hoc est, Quemadmodum tu Deus æternus es, ita & sedes tua æterna est. Et ob id ostenditur, hanc sedem non esse rem à Deo distinctam. Et ideo hæc sedes, & quodcunq; aliud significat propriam Dei essentiam, non sunt res ab eo distinctæ. Hactenus R. Moses ille Ægyptius. Ex cuius quidem uerbis tres eliciuntur cõclusiones, cum tria sediũ genera ipse adducat. Quarũ duæ creatæ sunt, tertia uero increata. Prima conclusio est, Quod prima sedes creata, quam Doctor ipse licet pro domo sancta accipiat, dicatq; in ea ob eius excellẽtiam sedentis maiestatẽ cognosci, rectius tamen de intemerata Messiæ matre intelligitur, quę propter eius perfectionẽ atq; excellẽtiam, sedes Dei futura erat, in qua Deus ipse ostendere debebat gloriam suam & claritatẽ, quę est Messias totius mundi gloria, lux, & claritas. Ob quod dictum

Triplex genus sedium.

Prima conclusio.

Prima sedes est mater Messiæ.

dictum est Isaiæ nono cap. העם ההולכים בחשך ראו אור גדול ישבי בארץ צלמות אור נגה עליהם Id est, Populus qui ambulabant in tenebris, uiderunt lucem magnam. Qui sedebant in terra umbræ mortis, lux orta est super eos. Quare uerba Ieremiæ, cum dicit, Solium gloriæ altitudinis à principio, non intelliguntur pro domo sancta, quæ erat in Ierusalem. Quia & si Deus in ea gloriam suam ostenderit, illa tamen gloria comparatione gloriæ & claritatis, quam in matre Messiæ ostenturus erat, nihil fuit. Neque enim reperimus domum illam sanctam à mundi principio fuisse, ut matrem Messiæ extitisse, in præcedentibus probatum est. Prȩterea solium gloriæ domus illa sancta dici non potest, cum sedes Dei gloriosa debeat perennis seu perpetua esse, & non euanescere. Quia quicquid Deus semel accipit, nunquam dimittit. Et quanquam duæ aliæ Dei sedes, quas ipse affert, uidelicet cœli, & propria Dei essentia, altera perpetua sit, altera æterna, Domus tamen sancta in Ierusalem excidio transijt, atq; euanuit. Denique sequitur in Ieremię textu, Expectatio Israel Deus. Vera autem expectatio & spes Israel, non fuit nisi Messias, qui ex matre sua sanctissima proditurus erat. His ergo rationibus palàm ostenditur, uerba Ieremiæ antedicta, non de domo sancta, ut Rabbi Moses Ægyptius sentit, quæ unà cum Ierusalem corruit, sed de matre Messiæ intelligi debere, ut ipse intelligenda optime iuuetis. Ipsa enim (ut ait Rabbenus Haccados in libro Gale razeya, ad tertiam Antonini consulis Vrbis Romæ petitionem) futura erat sedes, quam Deus construxit, ut in ea sederet Rex Messias, ad ostendendam maiestatis suæ gloriam cunctis mortalibus. Secunda autem & tertia conclusio sunt, secundam quidem sedem esse creatam, tertiam uero increatam. Hæc autem duæ Dei sedes sunt Messias ipse. Nam creata quidem est eius humanitas, quæ uerbo Dei facta est sedes, increata uero diuinitas ipsa. Quod autem Messiæ humanitas dicta sit Dei sedes, patet per illud Psalmi 44. dictum, כסאך אלהים עולם ועד שבט מישר שבט מלכותך Sedes tua Deus perpetua & æterna, sceptrũ directionis, sceptrum Regni tui. Quemadmodũ enim ex operatione cœlorum, ostenditur inuentoris eorum gloria, hoc scilicet argumento. Quodcunque mouetur, necessario motorem habet, atque gubernatorem. Cœli autem mouentur, motorem igitur habent, atque gubernatorem, ita ex Messiæ humanitate, propter eius diuinas operationes, ostenditur supositum ipsius esse Deum, uniuersi orbis conditorem & gubernatorem. Sicuti enim cœli ostendunt motoris sui gloriam, & huius orbis inferioris moderationem, mediante suæ gratiæ influentia. Ita Messiæ humanitatis ostendit magnificentiam & dominium inuentoris, & motoris huius mundi, mediante saluationis influentia, quam humanitati Deus influit. Sedem uero tertiam dicit esse diuinitatem, quæ increata est. Nam increatus est pater, increatus filius, increatus spiritus sanctus.

Secunda & tertia conclusio.

Secunda sedes est Messiæ humanitas.

Tertia sedes, est diuinitas.

Sensus

Sensus autem eorum uerborum quæ adducit, Tu autem Deus in æternum permanes, sedes tua in generationem & generationem, Iste est. Quemadmodum tu Deus æternus es, ita sedes tua quæ est filius tuus, æterna est, Quia æternus pater, æternus filius, æternus spiritus sanctus. Ex uerbis igitur ipsiusmet Rabbi Mosis Ægyptij, plane (ut probauimus) ostenditur, præmemorata Ieremiæ uerba, Solium gloriæ altitudinis à principio, locus sanctificationis nostræ, de beatissima Messiæ matre intelligenda esse, quæ est sedes Dei altissimi. Dixit autem, A principio, ut ostendat eam absque initiali peccato conceptam fuisse. Idem quoq; optime insinuatur per illud Ezechielis primo cap. dictum, ומעל לרקיע אשר על ראשם כמראה אבן ספיר דמות כסא ועל דמות הכסא דמות כמראה אדם עליו מלמעלה Id est, & super firmamentum, quod erat imminens capiti eorum, quasi aspectus lapidis saphiri, similitudo throni, & super similitudinem throni quasi aspectus hominis desuper. Vbi Ezechiel de immaculata matre Messiæ uaticinatus est. Postquàm enim uiderat quatuor animalia, eorumq; motum, ait se uidisse super capita animalium in cœlo stare similitudinem throni, uel solij, siue sedis, quæ est gloriosa mater Messiæ. Moxq; super hanc similitudinem hominis, qui est Dei filius incarnatus, seu Messias. Dicit autem aspectum huius sedis esse similem saphiro, ut non solum innuat huius intemeratæ uirginis gloriam, sed ipsius quoque omnimodam puritatem. Quia sicut saphirus licet ex elemento terrestri, opaco & obscuro originem habeat, à sui tamen principio diaphanus, & clarus est. Ita immaculata mater ipsa Messiæ, & si à parentibus peccato obnoxijs prodierit, à sui tamen initio, clarissima & absque originalis peccati macula fuit. Hæc de immaculata ac sanctissima matre Messiæ secundum ueterum Hebræorum sententias dicta sufficiant. Nunc ad filium eius redeuntes, de ipsius mysterijs agamus.

Mater Messiæ assimilatur saphiro.

Liber octauus.

De Messiæ mysteriis quæ in Domino nostro Iesu Christo consumata sunt.

Quòd Messias secundum carnem ex Iacob & cæteris patribus per lineam rectam descensurus erat. Caput I.

CAPNIO,

DE Messię igitur mysterijs nunc dicturus, quibus iuniorum ludęorum perfidia optime cōuincitur (per ea nanq; Dominum nostrum Iesum Christum uerum fuisse Messiam, palàm ostenditur. Cum in eo omnia ipsa Messiæ mysteria à prophetis prænunciata, ad unguem completa fuerint) primum quòd Messias ipse ex Iacob cæterisq; patribus, per lineam rectam descēsurus esset, patefacere debes. GAL. Adducam igitur quæ hac de re Numeri 24. ca. hoc modo scribuntur, דרך כוכב מיעקב וקם שבט מישראל ומחץ פאתי מואב וקרקר כל בני שת : והיה ארום ירשה והיה ירשה שעיר איביו וישראל עשה חיל : וירד מיעקב והאביד שריד מעיר Id est, Egressa est stella Iacob, & surrexit uirga, uel sceptrum ex Israel, & conquassauit angulos, uel uertices Moab, & diruit, uel dissipauit omnes filios Seth. Et erit Edom possessio eius. Et erit possessio Seir inimicis eius, & Israel agens fortiter. Et dominabitur de Iacob, & destruet residuum, uel reliquias de ciuitate. Vbi glossa R. Selomonis, De ciuitate (inquit) famosa Edom, id est, de Roma. De Re ge autē Messia dicitur, Et dominabitur de Iacob, Cum reliquis. Nam de ipso dictum est Psalmo 72. Et dominabitur à mari usque ad mare. Item in Abdia, Et non erit residuum domui Iacob. Hæc Rab. Selomo. Hæc autem uerba, Egressa est stella ex Iacob, & surrexit uirga, uel sceptrum ex Israel. Ita Rabbi Ankelos Chaldaicè transtulit, יקום מלכא מבית יעקב ויתרבי משיחא מישראל Id est, Surget Rex ex domo Iacob, & nutriet se, & magnificabit Messias ex Israel. Ex qua Chaldaica translatione duo habentur. Primum quidem, quòd scriptura hęc de Messia loquitur. Secundum uero, quòd eadem præteritum pro futuro more prophetico ponitur. In commentarijs autem Rabbi Mosis Hadarsan in librum Geneseos, super illud 49. cap. eiusdem libri dictum, Non recedet sceptrum de Iuda, cum cæteris. Sic dicitur, Hoc est quod ait Ba-

laam,

haam, Egressa est stella ex Iacob: & reliqua. Et quando cõplebitur prophetia hæc? Cum ueniet Silo, id est Messias. Ex his patet propositum. Quod etiam de Iuda, & subsequẽter de Issai Messias proditurus esset, habẽt in Beresith קטנה Ketanna. i. in expositione minori libri Gen. super illud Gen. 49. c. dictũ, יהודה אתה יודוך אחיך Hoc est, Iuda te confitebuntur fratres tui. Vbi sic dicitur, Iudas quartus natus est in tribubus, in die quarta creata sunt luminaria cœli, & de Messia scriptum est Psal. 88. Et thronus eius sicut sol coram me. Et de Iuda natus est Messias, iuxta illud Isaiæ 11. cap. dictum, Et egredietur uirga de stipite Issai, & planta de radicibus eius fructificabit. Hęc traditio. Quod etiam ex David nasciturus erat, habetur in Midras tehilim, id est, in expositione Psalmorum, cum super illud Psalmi 17. dictum, לכן שמח לבי ויגל כבודי Hoc est, Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit gloria mea. Sic dicitur, אמר רבי אבחו שמח לבי ברברי תורה ויגל כבודי במלך המשיח שעתיד לצאת ממנו בי על בל כבוד חפה Id est, Dixit Rabbi Abhu, Lætatum est cor meum, scilicet in uerbis legis, & exultauit gloria mea, in Rege scilicet Messia, qui egressurus erat de ipso Dauid. Quoniam de ipso dictum est Isaiæ 4. cap. בי על בל כבוד חפה Hoc est, Quia super omnem gloriam erit operimentum, uel thalamus. Hæc ibi. Dixit autem Rabbi Kimhi, quod חפה huppa, quod in uerbis Isaiæ ponitur, est locus in quo abscõdit se sponsa cum sponso. Ex quibus aperte liquet, Messiam secũdum carnem ex Iacob & cæteris patribus processurum fuisse. Sed quoniam multa in præcedentibus de hac materia dicta sunt, quæ nunc diximus, sufficiant.

Quod Messias nouo modo nasciturus erat, hoc est absque uiri semine, siue de matre absque patre. Caput 11.

CAPNIO,

VAnquam in superioribus multa de matris Messiæ uirginitate dixisti. Quia tamen recentiores Iudæorũ asserunt, Messiam ex uiro & muliere more cęterorum hominum, generandum, non paruam in hoc tam matri, quàm filio blasphemiam inferentes. Idcirco ad reprimendam falsiloquam, atq; impiam eorum temeritatem, proba obsecro per eorum scripturas, Messiam ipsum nouo modo, hoc est, de matre absq; patre nasciturum fuisse. GAL. Messiam nouo modo generandum fuisse, patremq; carnalem minime habitarum, multifariam à patribus antiquis dictum fuit. Quare in primis notandum est quod legitur in Midras tillim, id est, in expositione Psalmorum, super illud Psal. 2. dictum, אספרה אל חק יהוה אמר אלי בני אתה אני היום ילדתיך Hoc est, Narrabo præceptum, Deus dixit ad me, filius

meus es tu, Ego hodie genui te. Vbi sic dicitur, מספרים הם תנאי מלך
המשיח בחוזקה חל נביאים וכתובים כמו שאמר מרחם משחר לך טל
ילדותיך רב חונא אמר שלשה חלקים היסורין אחת נטלו אבות העולם וכל
הדורות ואחת דורו של שמר ואחר דורו של משיח ובך תיתי שעתיה אומר
הקדוש ברוך הוא עלי להראותו בריאת חדשה וכן הוא אומר אני היום ילדתיך
Id est, Narratæ sunt materiæ siue mysteria Regis Messiæ, in scriptura
prophetiarum, atque agiographorum. Sicut dictum est Psal. 110. De
matrice ex aurora, uel de matrice aurorę, tibi ros natiuitatis tuæ. Dixit
Rabbi Hunna (uel ut alibi legitur) Rabbi Idi, In tres diuisiones diuisæ
sunt tribulationes. Vnam tulerunt patres mundi (Abraham scilicet &
cæteri) omnesq́ generationes. Alteram tulit generatio destructionis
(scilicet eorum qui per Romanos destructi sunt) Tertiam uero genera-
tio Messiæ. Et cum uenerit hora eius, dicet Deus sanctus & benedi-
ctus, Super me est, id est ad me spectat, ut creem eum nouam creatu-
ram. Et hoc est, quod ipse dicit, Ego hodie genui te. Hactenus traditio.
In qua duo sunt quæ satis euidenter ostendunt, quòd Messias non si-
cut cæteri homines, sed nouo modo fuerat concipiendus, ac generan-
dus. Vnum quidem est id quod postremo ait, quòd scilicet Deus erat
ipsum nouam creaturam creaturus. Alterum uero, quod pauloante
iuxta Hebraicam ueritatem dixit eo in loco, ubi nos habemus, Ex ute-
ro ante luciferum genui te. De matrice ex aurora, uel de matrice aurorę
tibi ros natiuitatis tuæ. Sic enim ibi Hebraicus textus habet, quod ue-
ritati nostræ fidei magis consonat. Probato nanque per traditionem
istam hæc de Messia fuisse dicta, nihil aliud rationabiliter & cõuenien-
ter per matricem auroræ intelligi oportet, quàm matricem seu uterum
sacratissimæ matris eius ad literam. Quæ ipsum uirtute diuina conce-
ptura, ac paritura erat, absque uirili semine, saluaq́ uirginitate. Quem-
admodum aurora solem recipit, ipsumq́ parit sine corruptione. Quod
totum per rorem natiuitatis Messiæ ex matrice auroræ datur intelligi.
Aurora quid. Aurora enim est pars illa cœli & terrę, quæ mane ante solis ortum illic,
ubi sol exoritur, illuminata apparet. Quæ quàmprimum lucescere in-
cipit, aurora dicitur: quàmprimum uero sol oritur, & uidetur, amplius
Matrix auroræ quid. non appellatur aurora. Matrix autem aurorę siue uterus, dicitur inter-
sticium illud inter terram siue mare orizõtis nostri aspectus, per quod
Ros natiuitatis quid. sol se ipsum effert & eleuat, ac uidetur surgere, & ascendere. Ros uero
natiuitatis est prima hominis conceptio in utero, quæ non ab re ros di-
citur. Vt enim ros cito à sole soluitur, sic & primi conceptus tam homi-
num quàm cęterorum animalium facillime fiũt aborsus, diuturniores
Expositio catholica. autem difficulter abortiuntur. Sensus igitur est, Quod quemadmodũ
sol pręexistens se ipso sine ullo alio educente, sese de centro aurorę pro-
fert. Sic uerbum Dei per se ipsum, sine uiro generante, primum conce-
ptum natiuitatis suæ humanitatis accipere debebat ex centro auroræ,
id est

id est ex utero uirginis, nullo uiro cooperãte: idem existens Dei filius, qui prius erat. Id quoq; ex eo cõfirmatur, quod in annotationibus R. Mosis Hadarsan legitur, super illud Psalmo 85. אמת מארץ תצמח וצדק משמים נשקת Id est, Veritas de terra germinabit, & iusticia de cœlis respicietur. Sic enim ibi dicitur, אמר רבי יודן זאת היא השועתינו שתצמח מארץ באמצעיות אלהי ויהיו נקשרות שניהם יחד ולמה אמר תצמח ולא אמר תולד לפי שלא תהיה דומה לתולדת בריות העולם אלא נפרדת בלתי חבור וזה הוא שאמר גם יהוה יתן הטוב וארצנו תתן יבולה והאמת הוא כי אין מי שיגיד שם אביו ושידעו אלא הוא נסתר מעיני החמון עד שיבא הוא ויגידהו Hoc est, Veritas de terra germinabit, & iusticia de cœlis respicietur, Dixit Rabbi Ioden, Hæc est salus nostra, quæ de terra orietur mediante Deo, eruntq; coniunctę ambæ simul (ueritas, scilicet & iusticia) & cur dixit, Germinabit siue pullulabit, & non dixit nascetur? Quia nimirum generatio siue natiuitas eius non erit similis generationi siue natiuitati creaturarum quæ sunt in mundo, immo diuersa & distans absq; socio & cõiunctione. Et hic erit saluator noster & iustus noster, quẽ mittet Deus. Et hoc est, quod dicit in eodem Psal. את על יתום תפילו ותברו על ריעבם Id est, Etiam Deus dabit bonum, siue bonitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Constat autem, non reperiri, & non esse, qui enarret nomen patris eius, neq; qui illud sciat, sed hoc occultum est ab oculis uulgi, donec ueniat ipse, & manifestum faciat illud. Hęc R. ille Moses Hadarsan ubi suprà. Qui etiam in cõmentarijs in librum Geneseos, super illud 25. eiusdem libri, Et dixit eis Ruben, Non effundatis sanguinem, mittite eum in puteum istum, qui est in solitudine, & manum non mittatis in eum. Sic ad uerbum dicit. Hoc est quod scriptum est Iob 6. cap. גם יהוה יתן הטוב וארצנו תתן יבולה .i. Etiam super pupillũ irruitis, & mercamini uel epulamini cõtra proximum uestrum. Hoc perinde est, ac si scriptura dicat illud Tren. ult. ca. Pupilli facti sumus absq; patre. Dixit Rabbi Berachias, Quod Deus sanctus & benedictus, ait Israeli, אתם אמרתם לפני יתומים היינו ואין אב הנואל אשר אקים מכם אין לו אב שנאמר הנה איש צמח שמו ומתחתיו יצמח וכן הוא אומר ויעל כיונק לפניו ובשורש מארץ ציה ועליו דוד אומר מרחם משחר לך טל ילדותיך ועליו הכתוב אומר אני היום ילדתיך .i. Vos dixistis coram me pupilli facti sumus absque patre. Redemptor quoq; quem constituam, uel suscitabo ex uobis, absq; patre erit. Sicut dictum est Zach. 6. c. Ecce uir, germen nomen eius, & de subter se germinabit. Et sic etiam ipse ait Isa. 53. c. Et ascendet sicut uirgultum coram eo, & sicut radix ex terra sicca. De ipso quoq; Dauid inquit Psal. 110. De matrice aurorę tibi ros natiuitatis tuę. Et super ipsum etiam scriptum est Psal. 2. Ego hodie genui te. Hęc ibi. Vbi bonus iste R. Berachias, per multa nititur ostendere, Messiam absq; uirili semine fuisse generandum. Primum quidem per id quod ait, absq; patre ipsum futurum fuisse. Secundo, quia testimonio Zacharię dixit ipsum subter

se.i.per se germinaturum. Tertio, quia ex testimonio Isaię dixit, eum ex terra sicca ascensurū: per terram siccam uirginē humano semine nō humectatā, intelligens. Quarto, quia dixit, de matrice auroræ tibi ros nativitatis tuæ. Per matricem auroræ uterum uirginis etiam intelligens, quemadmodū & nos exposuimus. In eo autē quod postremo subiecit. Ego hodie genui te, diuinitatem eius expresse ostendit, qua ęternaliter à patre genitus est, semperq; gignitur. Satis adhuc aperte ostenditur corpus Messiæ non ex uiri semine, sed ex purissimę uirginis substantia tracturum fuisse materiam, ex eo quod in Beresith, קטנה ketanna.i.in expositione parua libri Gen. scribitur, super illud eiusdem libri 4.cap. dictum, ויד ארם עוד את אשתו ותלד בן ותקרא את שמו שת כי שת לי אלהים זרע אחר תחת הבל Id est, Et cognouit adhuc Adam uxorem suam, & peperit filium, & uocauit ipsa nomen eius Seth. Quia posuit mihi Deus semen aliud pro Habel. Dixit Rabbi Tanhuma, Illud uidelicet semē, quod surrexit de alio loco. Et quod est istud? Istud est Messias. Hoc idē ponitur in Midras Ruth.i.in expositione libri Ruth. Vbi sic demum dicit, כתיב כי שת לי אלהים זרע אחר אותו הזרע שהוא באמת מקום אחר הוא מלך המשיח Hoc est, Scriptum est Gen.4.c. Posuit mihi Deus semen aliud, ipsum semen quod emanat ex alio loco. Et istud est Rex Messias. Item in Beresith קטנה ketanna.i.in expositione minori libri Gen. super illud Gen.19.cap. ונשכבה עמו ונחיה מאבינו זרע .i. Veni potemus patrem nostrū uino, & dormiamus cum eo. Et uiuificemus de patre nostro semen. Legitur sic, Dixit R. Tanhuma, Viuificemus ex patre nostro filium, non est scriptum, sed semen. Illud igitur semen, quod erit ueniens de alio loco. Et quod erit hoc? Hoc erit Rex Messias. Hęc ibi. Hoc ergo semen illud esse intelligi oportet, de quo Psal.104. dicitur, זרע אברהם עבדו בני יעקב בחיריו הוא יהוה אלהינו Hoc est, Semen Abrahæ serui tui, filiorum Iacob electorū eius, ipsum est Dominus Deus noster. Simile huic habetur apud Malachiā 2.c. dicentem, ומה האחד מאמש זרע אלהים .i. Et quid unus erat quærēs? semen Deum. Super quo R. Abraham Auen Azra, & R. Selomo dixerunt, Magistri nostri hoc exposuerunt, Quod conuenerunt coniuges alienigenarū ad prophetam, eiq; dixerunt, Et nónne Abraham fecit sic, qui duxit Hagar super uxorē suam? Ait eis propheta, Alius spiritus inerat illi. Non enim erat eius intentio, sicut est intentio nostra. Quia non dedit oculos suos in eā. Dixerunt ei, Et quid ipse unus querebat? Quæ fuit eius intentio? Respondit illis, Vt esset sibi זרע אלהים Zera elohim i.semen Dei, uel semen Deus. Hæc illi. Vbi notandum est q; sicut יהוה אלהים Adonai elohim, est dominus Deus. Ita haud incōgrue זרע אלהים Zera elohim, semē Deus esse potest. Messiā præterea ex muliere abq; uiro generandum fuisse, siue ex matre sine patre, adhuc probat testimonio ipsius Iacob. Ita Gen.49.c. dicētis, לא יסור שבט מיהודה ומחקק מבין רגליו

רגליו עד כי יבא שילה Hoc est, Non recedet sceptrū de Iuda, & scriba de medio pedū eius, donec ueniat שילה Silo, i. filius ipsius, mulieris. f. Sic enim exponit hoc uerbum silo R. Kimhi in cōcordantijs suis, in dictione Silo. Vt in 4. c. quarti libri latius patuit. Ad cuius declarationē animaduertendū est. Quod magnum discrimen faciunt Hebræi in grāmatica sua (ut ipse bene nosti) inter demōstrationem masculinam & fœminam. Nam si dicturi sunt filiū eius, uel ipsius, siue illius, demōstratione masculina, dicūt בנו Beno, cum litera ו uau in calce dictionis. Si aūt dicturi sunt, filiū eius uel illius, siue ipsius, demōstratione fœminina, dicūt בנה Bena, cū litera ה he in fine dictionis. Hæc aūt dictio שילה Silo cuius in prolatione dicatur demostratione masculina, cum iure dici debuerit שילה Sila, quod scribę aptauerūt. Scriptū tamē est cū litera ה he demōstratione fœminina. Dicit enim שילה Silo. Quod idē est quod filius, scilicet mulieris. Sic ergo dicit textus, Non recedet sceptrū de Iuda, & scriba de medio pedum eius, donec ueniat filius ipsius mulieris. Vt autem sciatur, quid filius mulieris significet, notanda sunt uerba Gen. 15. cap. scripta, ורוד רביעי ישובו חנה Id est, Et generatione quarta reuertentur huc. Quæ dicta fuerunt à Deo, cum Abrahæ Ægyptiacam captiuitatem nunciaret, quæ animarum captiuitatem in inferno præfigurauit. Verum enimuero nonnulli iuniorum Iudæorum expo nunt, has quatuor generationes annos fuisse quadringentos, asserentes unamquanque earum annorum fuisse centum. Quorum quidem expositio nulla est. Quoniam uel computant hos annos à tempore prolationis prophetiæ, uel ex quo cœpit ipsa captiuitas Ægyptiaca. Quod utrunque falsum est, Nam si ab eo tempore computent, quo prophetia prolata fuit, multum tempus supra quadringentos annos decurrisse inuenient. Si uero à principio ipsius captiuitatis, non complebitur prædictus annorum numerus. Cum captiuitas ipsa pluribus quàm decem & ducentis non durauerit annis. Quidā uero alij uolunt, & præsertim R. Selomo, ipsas quatuor generationes fuisse patrem, filium, nepotem & abnepotem. Quorum quoq; expositio falsior est prima. Quia quatuor hę generationes aut à tempore prophetię numerandæ sunt, aut à captiuitatis ipsius exordio. Quod si eas à tempore prophetiæ numerauerimus, septem, & nō quatuor inueniemus generationes. Quę sunt, Abrahā, Ishac, Iacob, Iudas, Peres, Sorō, & Caleb. Si aūt eas ab initio eiusdē captiuitatis cōputauerimus, ut R. Selomo facit, qui cōputat Iudā, Peres, Soron, & Caleb, pauciores q̄ quatuor erūt. Nam Iudas & Peres filius eius, anteq̄ Ægyptum ingrederētur, nati erant, ut patet Gen. 45. c. Quare subtiliori indagatione à nobis uidendum est, quid quatuor generationes istæ significent. Itaq; nondum est quatuor inueniri hominum generationes. Prima quidem fuit Adæ, qui sine uiro & muliere procreatus est. Secūda uero Heuæ, quę ex uiro absq; mu-

Iudæorum iuniorum falsa expositio.

Confutatio.

Alia eorum expositio.

Confutatio.

R. Selomonis expositio.

Confutatio.

Quadruplex hominum generatio.

liere producta est. Cum ergo iuxta Aristotelis doctrinã eadem sit contrariorum disciplina. Et posita una contrarietatis differentia, opus est poni & alterã. Nam si nigrum inuenitur, & album inueniri necesse est. Si dulce reperitur, & amarum quoq; reperiri, concedere oportet. Idcirco necessarium est, duabus generationibus præmissis oppositas duas assignari. Opposita igitur generationi Adæ, qui absq; uiro & fœmina productus est, tertia generatio est, qua omnes communiter ex uiro & muliere generantur. Contraria uero generationi Heuę, quæ de uiro absq; fœmina formata fuit: quarta datur generatio, qua Messias de muliere absq; uiro nasciturus erat. Quapropter sic exponenda sunt uerba antedicta. Generatione quarta reuertentur huc. i. adueniente Messiæ generatione, animæ ex captiuitate inferni liberabuntur, & ad patriam cœlestem à qua propter Adę peccatum expulsi fuerant, ipso Messia duce, reuertentur. Propter hanc igitur generationem, dixit Iacob, Nõ recedet sceptrum de Iuda, & scriba de medio pedum eius: donec ueniat filius ipsius mulieris, hoc est Messias, qui ideo filius mulieris dictus est, quia de muliere absque uiro nasciturus erat.

Catholica expositio.

Quòd Reges gentium ad Messiam adorandum uenturi erant, ei munera deferentes. *Caput* III.

CAPNIO,

QVum de mysteriis, quæ circa Messię natiuitatem contingere debebant, multa in superioribus reseraueris: Satis enim abunde dixisti, quónam tempore Messias ipse uenturus erat, & in qua ciuitate, quóue in loco nasciturus. Et quòd proprio nomine Iesus uocandus esset. Nunc reliquum est, ut de Regibus gentium qui ad lo. cum natiuitatis eius, ad ipsum adorandum uenturi erant, eisq; munera oblaturi, aliquid ex eorum scripturis dicas. GAL. Dicam de mysterio isto, quid prisci Iudęorũ dixerint. In Midras nãq; tehilim. i. in expositione Psalmorũ super illud Psal. 87. dictũ, אזכיר רהב ובבל ליודעי Hoc est, Cõmemorabo Raab & Babylonem scientibus, uel cognoscẽtibus me. Hęc leguntur, Dixit R. Ioses filius Symon, עתידין אומות העולם לחביא דורונות למלך המשיח שנאמר חשוררים מראש אמנה Id est, Futurum est, ut nationes mundi adducant munera Regi Messiæ. Sicut dictum est, Cantici canticorum 4. cap. Munera dabis de capite Amana. Sequitur in eodem Psal. יחוח יספר בכתב עמים זה ילד שם. i. Deus cõputabit, uel scribet in scriptura populos, iste natus ibi iugiter. Hoc est, Ex illis populis qui adducent munera Regi Messiæ, Deus sanctus & benedictus ascribet eos cum Israel. Sequitur, זה ילד שם Hoc est, Iste natus est ibi iugiter, ac si dicat, Hi tales erunt, ac si nati in illa hora fuerint. Et hoc est, Iste natus est ibi iugiter. Hęc traditio. Ad cuius intellectũ notandũ est: quòd nunquam in tota ueteri sacra scriptura ponuntur populi pluraliter,

raliter, quin gentiles, uel ij qui non erant Iudæi, per eos apud ipsos intelligant. Apud Isaiam quoq; ita de hoc eodem mysterio 60.c. legitur, קומי אורי כי בא אורך וכבוד יהוה עליך זרח : כי הנה החשך יכסה ארץ ועיפל לאמים ועליך יזרח יהוה וכבודו עליך יראה : והלכו גוים לאורך ומלכים לנגה זרחך Id est, Surge illuminare, quia uenit lumen tuum, & gloria Dei super te illuxit, uel orta est. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos. Super te autem illucescet, uel orietur Deus, & gloria eius super te apparebit. Et ibunt gentes ad lumen tuum, & Reges ad splendorem illuminationis tuæ. Hæc autem Rabbi Ionathas ita Chaldaicè traducens, exposuit, קומי אנהרי ירושלם ארי מטא זמן פורקניך ויקרא דיהוה עלך יתגלי ארי הא חשוכא יחפי ארעא וקבלא למלכוותא וביר ישרי שכינתא דיהוה ויסריח עליך יתגלי ויתחזי עממיא לנהוריך לקבל זהורך Hoc est, Surge illuminare Ierusalem, quia appropinquauit tempus saluationis tuę, & honor Dei super te reuelauit se. Quia ecce tenebrę operient terram, & caligo Regna. Super te autē descendent diuinitas dei, & honor eius super te reuelabitur. Et ibunt gentes ad lumen tuum, & Reges ad fusci piendum splendorem tuum. Quod autem hæc de Messia dicta sint, ex eo patet quod in Beresith rabba. i. in expositione libri Gen. habet, super illud Gen. 25. c. dictū, Et emisit eos desuper Ishac filio suo, cum adhuc uiueret, ad plagam orientalē. Ibi enim sic dicitur, Hoc est quod scriptum est apud Iob. 6. c. חביטו ארחות תמא הליכות שבא קוו למו .i. Respicite semitas Tema, itinera Saba, expectate eum, uel eos. Non est Saba, nisi filij Abrahæ. Sicut dictum est Gen. 25. c. ויקשן ילד את שבא ואת דדן Hoc est, Et Iakſan genuit Saba, & Dedan. Cum magnificatus esset Salomo in Regno suo, dixerunt, Forsitan hic est Messias, & statim uenerunt ad eum. Sicut dictum est 3. Reg. 10. c. Et Regina Saba audita fama Salomonis, in nomine Dei uenit ad tentandum eum in ænigmatibus. Non legas מלכת שבא .i. Regina Saba, sed מלכות שבא .i. Regnum Saba. Et quid est dictum in nomine Dei? prophetę fuerunt apud eos, qui eis in nomine Domini Dei sui prophetauerunt uerba, quæ eis tradita fuerunt, & quæ successiue ad manus eorum ex Abraham uenerant. Et unde habetur, quòd uenturi essent in diebus Messiæ, eiq; seruituri? Ex eo quod dictum est Isaiæ sexagesimo cap. שפעת גמלים תכסך בכרי מדין ועיפה כלם משבא יבאו זהב ולבונה ישאו ותהלות יהוה יבשרו Hoc est, Multitudo camelorum operiet te, dromedarij Madian & Epha. Omnes ipsi de Saba uenient, aurum & thus deferent, & laudes Dei (tetragrammaton) annunciabunt. Hic enim Rex Messias. Sicut dictum est Ieremiæ 23. & 33. capite, וזה שמו אשר יקראו יהוה צדקינו Hoc est, Et hoc est nomen quo uocabunt eum, Deus (tetragrammaton) iustus noster. Et sic Isaias ait sexagesimo capite, Et super te illucescet, uel orietur Deus (tetragrammaton) & gloria eius super te apparebit. Et ibunt gentes ad lumen tuum, & Reges ad splendorem

illustra-

illuſtrationis tuæ. Hactenus traditio. In qua quinque præcipue notanda ſunt. Quorum primum quidem eſt, quia dicit, Quod Regina Saba audita fama Selomonis, uenit in nomine Dei ad tentandum eum cum ænigmatibus. Et cauſam aſsignans, ait, Quia cum magnificatus eſſet Selomo in Regno ſuo, dixerat, Forſitan hic eſt Meſsias. Ex eo autem quod ait, Non eſſe legendum; Regina Saba, ſed Regnum Saba, reſpondetur obiectioni, quam nobis iuniores Iudæorum facere ſolent, dum falſo probare conãtur, Chriſtum noſtrum nõ fuiſſe Meſsiam, eo quòd propheta dixerit, Omnes de Saba uenient, aurum & thus deferent, & teſte Euangelio, non omnes illi de Saba, ſed pauci Chriſtũ adoratum uenerint. Hic igitur per ſuum Talmud optime conuincuntur, cum ait, Non legas, Regina Saba, ſed Regnum Saba. Quia cum Rex repræſentet omnes de Regno ſuo exiſtentes, Regina ipſa Saba quæ uenit ad Selomonem, totum regnum ipſum repræſentabat. Cum ergo Regum qui ad adorandum Chriſtum natum uenerunt, unus rex Saba extiterit, qui omnes eiuſdem regni repræſentabat. Ideo recte per Iſaiam prædictum fuerat, Omnes de Saba uenient, aurum & thus deferent. Probatum eſt quoq; in præcedentibus, raro in ſacra pagina omnes pro ſingulis omnium, quin potius ſæpenumero pro minima parte poni. Secundo in eadem traditione notandum eſt. Quod ait, illos de Saba in diebus Meſsiæ uenturos fuiſſe, eiq; ſeruituros. Quod per prædicta Iſaiæ uerba futurum fuiſſe oſtendit. Tertio, quia dicit eos de Saba filios Abrahæ fuiſſe, quod per ſacræ ſcripturæ autoritatem probat, quam ibi inducit. Et quod fuerit in eis propheta, qui in nomine Dei ſui eis uerba prophetauerit, quæ illis tradita fuerant, & quę ad manus eorum ſucceſsiue ex Abraham uenerant. Quarto, quia exponendo illud Iſaiæ, Omnes de Saba uenient, aurum & thus deferent, & laudes Dei (tetragrammaton) annunciabunt. Dicit hunc Deum nomine tetragrammaton ſcriptum, cui illi de Saba munera illa oblaturi erant, eiusq; laudes annunciaturi, regem eſſe Meſsiam. Quod Ieremiæ teſtimonio probat, dicentis, Et hoc eſt nomen quo uocabunt eum, Deus (tetragrammaton) iuſtus noſter. Quod (ut in præcedentibus dictum eſt) eſt nomen unicum Deo ac ipſi ſoli appropriatum, ipſiusq; creatoris indicans eſſentiam. Quare nulla pura creatura eo nomine uocari poteſt. Ex quo aperte ſequitur, Meſsiam eſſe Deum. Quinto, quòd gentiles ad lumen huius Meſsiæ nomine Dei tetragrammaton uocandi, ituri eſſent. Quod optime cum eo conuenit, quod Ioannes Euangeliſta ait, Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Atque cum eo quoque quod Eccleſia in ſymbolo canit, Lumen de lumine, Deum uerum de Deo uero. Quod autem Meſsias ut Deus adorandus eſſet, habetur Pſalmo 72. Vbi ſic legitur, מלכי תרשיש ואיים מנחה ישיבו מלכי שבא וסבא אשבר יקריבו Hoc eſt, Reges

Reges Tarsis & Insularū munus reddent, Reges Saba & Seba xenium afferēt. Et post pauca subditur, ויחי ויתן לו מזהב שבא ויתפלל בעדו תמיד בל היום יברכנהו Hoc est, Et uiuet, & dabitur ei de auro Saba, & orabunt ipsum iugiter, tota die benedicent ei. Quod autem hęc omnia de Messia intelligi debeant, ex eo patet, quod in Beresith rabba, id est, in expositione magna libri Gen. super illud 33. ca. dictum, Et compulit eum & recepit, ita legitur. Dixit Rabbenu, id est, Magister noster. Quod omnia munera illa, quæ dedit pater noster Iacob Esau, futurum est, ut Reges mundi Regi Messiæ restituant. Vnde probat hoc? Ex eo quod scriptum est Psalmo septuagesimo secundo, Reges Tarsis & Insularum munus adducent. Non ita scriptum est, sed munus reddent. Quod autem omnia præmissa in Domino nostro Iesu Christo completa fuerint, ex ijs ostenditur, quæ Matthæi 2. capite, hoc modo scribuntur, Cum natus esset Iesus in Bethlehem Iudæ in diebus Herodis Regis, ecce magi ab oriente uenerunt Ierosolymam, dicentes, Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in oriente, & uenimus adorare eum, & reliqua. Deinde subiungitur, Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius. Et procidētes adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei muncra, aurum, thus, & myrrham.

Quod Messias ex Aegypto reuocandus erat, quo post natiuitatem suam, Herodem fugiens, profecturus erat. Caput IIII.

CAPNIO,

Aliud adhuc mysterium est, quod post Messiam natum, euenturum erat. Eius scilicet profectio in Ægyptum, atque inde postmodum regressio in terram Israel. Nam ut Euangelista refert, post magorum Regum discessum, parante Herode Christo insanti necem, monitu angelico Christus ipse matris gestatus sinu. Herodem fugiens, in Ægyptum se contulit. Et postmodum Herode defuncto, ad terram Israel reuersus est. Velim igitur abs te audire, si quid ueteres Iudæorum, qui Christi præcesserunt aduentum, de hoc mysterio prædixerint. GAL. Messiam post natiuitatem suam Herodis fugiens persecutionem, in Ægyptum abiturum fuisse, indeq; postmodum Dei iussu regressurum, prisci illi patres minime certe tacuerunt. Scribitur enim in expositione libri Geneseos Rabbi Mosis Hadarsan, super illud Geneseos quadragesimo capite dictum, וחנה גפן לפני Hoc est, Ecce uitis coram me, Hoc modo. Hic est Israel, sicut scriptum est Psalmo octuagesimo, גפן ממצרים תסיע Id est, Vitem de Ægypto transferes, uel mouebis. Alia expositio. Et ecce uitis coram me. Hic est Rex Messias de quo dictum est Psalmo octuagesimo, ובנה אשר נטעה ימינך

Messias dictus est uitis.

Hoc

Hoc eſt, Et præpara, uel perfice quam plantauit dextera tua, uel, Et uitem præparatam & diſpoſitam. Vel, Et abacum quam plantauit dextera tua. Vbi notandum eſt, quòd בנה chana, quod ibi ponitur, eſt omen uitis ordinatæ atq; bene diſpoſitæ, ſignificat quoque abacum. Eſt etiam chana, uerbum imperatiui modi à uerbo Hebraico כון can, quod præparare, uel diſponere, uel perficere ſignificat. Hæc igitur chana, id eſt, uitis bene diſpoſita, & ordinata eſt Rex Meſſias, qui ex Ægypto transferẽdus erat. Ad prædicta quoq; plurimum facit, quod ſcriptum eſt in libro ברכות berachoth, id eſt, benedictionum, in cap. quod incipit, הרואה מקום Harroe makom, id eſt qui uidet locum. Sic enim dicitur, Qui uidet per ſomnium שורקה Soreka, id eſt, palmitem uitis, יראה צפח yera ſappe, id eſt, uidebit, uel contemplabitur Meſſiam, de quo ſcriptum eſt Pſal. 80. Vitem de Ægypto transferes. Vbi notãdum eſt, quòd transferes dicit textus, & non tranſtuliſti, ut noſtra æditio habet. Per hoc igitur euidenter patet, quòd non de Iſrael propheta locutus fuerat, ſed de Meſſia, qui ex Ægypto reuocandus erat. Quod lucidius per Rabbeni Haccados expoſitionem oſtenditur, eo in libro, quem גלי רזויא Gale razeya, id eſt, reuelatorem arcanorum nuncupauit. In ſeptima enim eiuſdem libri petitione, legitur, quod eum interceſſiſſet ab eo Antoninus Vrbis Romæ Conſul quæſiſſet. Quid ſibi uellet illud Pſal. 80. dictum, Vitem de Ægypto transferes, uel remouebis. Respondit ei, Hic eſt Meſſias. Dixit ei Antoninus, Ergo Rex Meſſias in Ægypto naſciturus eſt? Nónne in Bethlehem, ut dictum eſt apud Michææam 5. cap. Et tu Bethlehem terra Ephrata, paruula es in milibus Iuda. Ex te mihi egredietur, qui ſit Dominator in Iſrael? Reſpondit ei Rabbenus, Fateor Regem Meſſiam in Bethlehem naſciturum. Sed dicit, Vitem de Ægypto transferes. Cum enim natus erit Meſſias, Herodes qui in Ieruſalem regnabit, quæret eum ad necem. Reuelatione autem diuina in Ægyptum fugere cogetur, ubi aliquandiu morabitur & poſtea in Ieruſalem iuſſu Dei reuertetur. Idcirco textus dicit, Vitem de Ægypto trãsferes. Propter matrem uero ſuam ait, Et abacum quam plantauit dextera tua. Hęcille Rabbenus Haccados uere ſanctus. Quare autem mater Dei aſsimiletur abaco, in tertio capite ſeptimi libri ex ſententia eiuſdem Rabbeni Haccados ſatis dictum eſt. Iuxta autem traditiones præmiſſas, quæ Meſſiam ex Ægypto reuocandum fuiſſe aſſerunt, eidem Meſſię optime conuenit illud Dominicum apud Hoſeam 11. cap. dictum, וממצרים קראתי לבני Hoc eſt, Et ex Ægypto uocaui filium meum. Nec obſtat propoſito noſtro, quòd uocaui dicit, & non uocabo. Quia ut ait Rabbi Selomo ſuper illud Iſaiæ 42. cap. dictum, Hæc uerba feci eis, Omnis lingua prophetica loquitur de futuro tanquam de præterito. Et hoc ideo, quia dictum Dei habetur pro facto, iuxta ueterum Talmudiſtarum ſententiam, ut latius in antecedentibus declaratum

declaratum est. Ex præmissis igitur liquido patet, Messiam non solum ex Ægypto reuocandum fuisse, uerum etiam uitem à Deo plantatam futurum. Quod cum dicto eiusdem Domini bene congruit, apud Iohannem quinto capite dicentis, Ego sum uitis uera, & pater meus agricola est.

Quòd Messias miracula propria uirtute facturus erat. Et de miraculis Domini nostri Iesu Christi, & discipulorum eius, ex Talmud. Caput V.

CAPNIO,

DOminus noster Iesus Christus quoniam miracula multa fecit propria uirtute. Idcirco ad probandum ipsum uerum fuisse Messiam, ostendere debes, Messiam ipsum facturũ fuisse miracula. GAL. Id aperte Isaias inter cæteros prædixit, cum cap. 25. ait, גמויל אלהים הוא יבא ויושיעכם ! אז תפקחנה עיני עורים ואזני חרשים תפתחנה אז ידלג כאיל פסח ותרון לשון אלם Id est, Præmium Dei, uel præmium Deus, ipse ueniet & saluabit uos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patefient. Tunc saliet tãquam ceruus claudus, & decantabit lingua muti. Ex quibus manifestum est, Quod Messias non solum miracula propria uirtute tanquam Deus facturus esset, sed quòd Deus etiam foret. Quandoquidem præmissa Isaiæ uerba de ipso Messia intelligi debere, prisci Iudæorum tradiderunt. Qui etiam Phatisæos quos פרוצים parecim, id est scelestos, seu corruptos moribus, uel temerarios uocant, Miraculis Messiæ non credituros fuisse, palàm prædixerũt. Vt Rabbi Moses Hadarsan, in suis commentarijs pulchre attestatur, super illud Psal. 74. אותותינו לא ראינו אין עוד נביא ולא אתנו ידע עד מתי Id est, Signa nostra non uidimus, non est ultra prophe-ta, neque nobiscum qui sciat amplius, uel usquequo. Ita dicens, שאל רבי נטרונאי מהר רבתיב אותותינו לא ראינו אין עוד נביא ולא אתנו ידע עד מתי אמר לו רב אחא זה נאמר על פריצי הדור שלא יאמינו לאותות שיעשה משיח צדקנו ויאמרו עליו בי פועל במבשפות ושמות הטומאה ובי אותם האותות לא היו אותם שנתנבאו על המשיח ואם חיו בי הם לא היו יודעים גם לא היה להם נביא שיגיד להם שחיו אמיתיות ולב חיה לו מן חראוי שיביא ראיה מאמיתות דבריו ואם לא שיהר גוחו ולוח אמר מהי אלחי יחדת צר ינאץ אויב שמך לנצח לו שלא יסבול דבריהם באלנam illud est, quo scriptum est, Signa nostra non uidimus, non est ultra propheta, neq; nobiscum qui sciat amplius, uel usq; quo. Respondit ei Rab Aha, Hoc dictum est de generatione scelestorum, qui non credent signis, quæ faciet Messias iustus noster. Sed dicent de illo, quòd operabitur ea arte magica, & nominibus immundiciæ. Et quòd signa quæ ipse dabit, non erant signa illa, quæ prophetauerunt prophetę de Messia. Et quòd si ipsa erãt, latebant eos, & quòd nõ erat inter eos pro-

pheta, qui posset illis ueritatem manifestare. Quapropter necesse illi e-
rat probationem uerborum suorum afferre, alioqui ipsi interficerent
eum. Et ideo exclamat propheta, dicens, Vsq; quo Deus improbabit
aduersarius? blasphemabit inimicus nomen tuum in æternum? Acsi
dicat Deo, quòd non patiatur similia uerba. Hæc ibi. Quamuis autem
miracula Christum fecisse recentiores Iudæorum negare non possint,
cum ipsius miracula maxima ac manifesta fuerint, conati tamen sunt, ea
mendacio, atq; blasphemia deturpare. Videntes enim ipsa talia fuisse,
quòd facultatem omnem creatam excederent, nõ ea diabolicæ uirtuti,
ut patres eorum tribuere ausi sunt, sed diuino nomini, qd' שם המפורש
Sem hammephoras, id est nomen expositum nuncupant, tribuerunt.
Asserentes eum nomen illud recte pronunciando, miracula illa fecisse.
Quomodo autem nomen illud didicerit, ostẽdere uolentes, libellum
quendam mendacijs blasphemijsq; plenum, non ex Talmud, unde hæc
arcana catholicæ ueritatis excerpsimus, sed ex diabolica suggestione
composuerunt. Sed eos prorsus mentiri, atq; falsiloquos esse, ex eo uel
potissimum uideri potest, quòd apostoli, cæteriq; eius discipuli, post
mortem ipsius, non per Sem hammephoras, id est per nomen Dei ex-
positum, sed in nomine ipsius Iesu Nazareni, teste Talmud, miracula
faciebant. CAP. Vbi in Talmud id habetur? GAL. In Talmud Ie-
rosolymitano, in libro qui עבירה זרה Auoda zara, id est seruitus aliena
dicitur. Ibi enim sic ad uerbum legitur, Dixit Rabbi Iohanan, quòd fi-
lius filij Rabbi Iehosuæ filij Leui quoddam mortiferum deglutiuerat,
coniuratumq; illi fuit in nomine Iesu filij פנתר Panther, & sanatus
est. Cum autem euasisset, dixit pater pueri ei qui eum sanum fecerat,
Quid super eum dixisti? Ait illi, Nomen Iesus Nazareni inuocauit. Di-
xit pater pueri, Remissius fuisset ei, si mortuus fuisset, & non audisset
uerbum hoc. Et sic statim factum est ei (propter patris scilicet ingratitu-
dinem) Dixit Rabbi Ioses, quòd serpens quidam momordit Elazar fi-
lium Duma. Venit igitur ad eum Iacob, id est, Iacobus uir quidam de
discipulis Iesu filij Panther, ut curaret eum, & ait ei, Dicam tibi ex no-
mine Iesu Nazareni, & curaberis. Dixit ei Rabbi Semuel, Nõ licet tibi
hoc fili Duma. At ille dixit ei, Et ego inducam probationem, Quòd li-
citum sit mihi, ut curet me. Et non permisit eum inducere probationẽ,
donec mortuus est. Et quam probationẽ inducere poterat? Illud quod
scriptum est Leui. 18. cap. אשר יעשה אתם האדם וחי בהם .i. Quæ (scilicet
mandata mea) faciet homo, & uiuet in eis. Hæc omnia in eodem libro
Talmud Ierosolymitani. Idem quoq; habetur in מדרש קוהלת Midras
coheleth. i. in expositione libri Ecclesiastis, super illud 1. cap. dictum,
בל תדברים יגעים לא יוכל איש לדבר Hoc est, Cũctæ res difficiles, uel cun
cta uerba difficilia non potest uir sermone exprimere. Vbi hoc modo
dicitur, Accidit quòd R. Elazarum filium Duma momorderit serpẽs.
Venitq;

Venitq; Iacob, id est Iacobus de uilla, זכניה Zaccania ad curandum eum in nomine Iesu filij Panther. Et non permisit eum R. Semuel, sed dixit ei, Non licet tibi fili Duma. Ait ille, Permitte me curari, & ego inducam cõtra te autoritatem, quòd liceat mihi. Et nequiuit autoritatem inducere, donec egressa est anima eius. Et quæ erat autoritas, quam inducere uolebat? Leuit. 18. c. Quæ faciet homo, & uiuet in eis. Dictũ est hoc in mandatis Dei, quæ facere debet homo, ut uiuat, & nõ ut moriatur in eis. Hæc traditio. Ex his igitur duabus Iudaicis traditionibus palam liquet, post mortem Domini nostri Iesu Christi facta fuisse miracula in nomine eius. CAP. Cur Dominum Iesum, filium Panther appellant? GAL. Quia cum patrem in terris nõ haberet, idcirco alij ipsum filium Panther, qui secundũ quosdam atauus fuit uirginis glorioſę matris eius ex linea Nathan filij Dauid. Alij uero filium Ioseph, qui quidẽ eiusdem uirginis sponsus fuit, uocabant. Contra iuniores autem Iudæorum, qui miracula Christi propria ac diuina uirtute ab eo facta fuisse, negant, ita ipse apud Hoseam 7. cap. ait, אוי להם כי נדדו ממני שד לחם כי פשעו בי ואנכי אפדם והמה דברו עלי כזבים Id est, Veh eis, quia refugerunt à me, uastatio eis, quia præuaricati sunt in me. Et ego redimã eos. Et ipsi locuti sunt contra me mendacia. Ieremias quoq; 5. c. inquit, ואם חי יהוה יאמרו לבן לשקר ישבעו : יהוה עיניך חלא לאמונה הכית אתם ולא חלו כליתם מאנו קחת מוסר חזקו פניהם מסלע מאנו לשוב Hoc est, Et si uiuit Deus dixerint, Verumtamen falsitatem iurabunt. Domine oculi tui nónne ad fidem. Percussisti eos, & non doluerunt. Cõsumpsisti eos, & renuerunt accipere disciplinam, indurauerunt facies suas supra petram, renuerunt conuerti.

Quòd miracula Domini nostri Iesu Christi, discipulorumq; eius nullatenus negari possint. *Caput* VI.

CAPNIO.

VIm de miraculis nostri redemptoris, discipulorumq; eius sermonem cœperimus. Ideo ut recentiorum Iudæorum, qui ea tam obstinate aut negant, aut impugnãt, impia temeritas magis arguatur, probandum est, miracula ipsa tam firmiter constare, ut nulla possint aduersariorũ negari nequitia. GAL. Id certe trifariàm ostenditur. Per uariam scilicet scripturam, per crebram famam, & per necessariam rationem. Primo quidem per uariam scripturam, uidelicet Iudæorum, Christianorum, & Saracenorũ, Per scripturam Iudæorum inquam, ut ex his quæ dicta sunt, patuit. Scripturam uero Christianorum ad hoc inducere non oportet. Tum quia de ea nullum est dubium. Tum etiam, quia ipsam aduersarij non recipiunt. Quamuis eã recipere deberent, cum nõ nisi uera narret. Et Psalmographus Psal.

87. dicit, יהוה יספר בכתוב עמים .i. Deus narrabit in ſcriptura populorum. Quamuis dictū hoc ita quoq; interpretetur, Deus annumerabit in ſcriptura populos. CAP. Quæ ſunt ſcripturę populorū, per quas (ut interpretatio prima inſinuat) Dominum ueritatem narraturū propheta dixit. GAL. Scripturæ utiq; gentilium, qui Meſſiam recepturi erāt. Populos enim in plurali numero uetus ſacra ſcriptura (ut in prece dentibus diximus) ſemper pro gentilibus, aut pro ijs qui Iudæi non erant, accipit. Poſſumus quoq; dicere, has populorū ſcripturas eſſe ſanctorū imagines, quæ in templis Chriſtianorū, ad populorū inſtructionem fieri ſolent. In quibus miracula tamen Chriſti, tum ſectatorū eius literarum ignari iugiter legunt, quæ in codicibus ſapientes lectitant. Saracenorū autem ſcripturā & ſi eam Iudęi non recipiant, ſicut nec nos ipſam recipimus, ad ipſorū tamen Iudæorū confuſionem, hoc loco inducendā arbitror. Vt cognoſcant mundū uniuerſum Chriſti miracula recepiſſe. Quod abſq; diuina uirtute fieri nō potuit. In Saracenorū igitur lege quæ Alchoranus dicit, inter cætera cōtinetur, Quòd Gabriel angelus ad Mariā uirginem à Deo miſſus fuit. Qui ei conceptū Domini Ieſu ſola Dei uirtute, abſq; uirili ſemine nunciaret. Ibidemq; dicitur, quòd eo die quo natus eſt, aperte atq; diſtinctē locutus ſit. Deinde, q; matri Iudęos fugienti, ac eſurienti, palmam inclinari fecerit, ut ex dactylis eius comederet. Et ut biberet, ad palmæ radicem fontem erumpere fecit. Et q; eodem quoq; die, quo natus eſt, matrē Iudęis eam de adulterio arguentibus, excuſauerit. Ibidē etiam legitur, q; dominus ipſe Ieſus iam grandis factus, ſuſcitabat mortuos, mundabat leproſos, illuminabat cæcos, curabatq; ſolo uerbo cuiuſcūq; generis ægros. Et q; de luto quoq; formatis, uitam ſimul & uolatū dabat auiculis. Et q; menſam in ſuper de cœlo deſcendere fecit, ſuper quam cum diſcipulis cœnauit. Itē q; effigiem ſuam uni ex diſcipulis ſuis impreſſit, qui ſpōte ſua pro ipſo à Iudæis eſt crucifixus. Ipſe autem Chriſtus in cœlum à Deo eſt eleuatus. Et q; inde iterum eſt in fine mundi uēturus, & mundū uniuerſum (per annos ſecundum eos) 40. iudicaturus. Miraculū quoq; ſeptē dormientium, qui à Decio Cæſare, ob Chriſti confeſſionē, in quadā ſpelunca fortiſſimo muro cōcluſi fuerunt, & ſomno per ducentos annos protracto, tempore Theodoſij imperatoris expergefacti ſunt, & Chriſtianæ fidei & futuræ reſurrectioni teſtimonium perhibentes, in ipſo Alchorano pulchre inuenitur. Conſtant deinde Chriſti miracula per crebram famā. Quę eſt iuxta ſapientū ſententiam, multorū narratio, de aliquo per ſenſum perceptibili, in præſenti tempore conſtituto, ſiue in pręteritis ſucceſſiuis & nō interruptis. Quorū multitudinem impoſſibile eſt, ſecundum conſuetudinē, ad confingendum tale quid, imperceptibiliter conuenire. Rerum autem (ut aiunt) quę per crebram habentē famam, duo ſunt genera. primum quidem eſt, Vt narrent qui crebram faciunt

Mahmed quid de miraculis Chriſti ſenſerit.

Crebra fama quid eſt.

ciunt famam, aliquid quod ipsi uel uisu, uel aliquo alio sensu percepe
rint. Huiusmodi aũt narratio tunc uerã præbet scientiam, cum duo cõ
currunt. Quorũ unum est, ut narrantiũ multitudo ad eum perueniat
numerum, ꝙ impossibile sit secundũ cõsuetudinẽ, multitudinem illam
ad mendacium confingendũ imperceptibiliter conuenire. Vt si uerbi
causa, uideamus homines diuersarũ distantiumq; regionũ, diuersarũq;
consuetudinũ ac linguarũ, conuenientes, in mundo urbẽ esse, quæ Ro
ma dicit: nobis pro certo constabit, hanc urbem in mundo esse. Alterũ
uero est, ꝙ narratum sensibus possit esse subiectũ. Nam si oriẽtales om
nesq; occidentales mundũ initium habuisse, aut æternũ fuisse narra
rent, mundiq; effectorẽ unum, aut plures extitisse, dicerent, eorũ certe
narratio scientiã non prẽstaret, sed fidẽ, cum eiusmodi narrata sensibus
nequeant subiacere. Si uero exẽpli gratia, narrarẽt, ꝙ in regione aliqua
puta in Flandria, ad faciendũ ignem glebis pro lignis utantur, eorũ narra
tio sciẽtiam faceret, cum id quod narrant, sensibus apprehendi possit.
Quãdocunq; igitur duo ista cõcurrunt, uidelicet ꝙ narratores tot atq;
tales sint, ꝙ secundum consuetudinẽ ad confingendum mendaciũ, ne
queant imperceptibiliter cõuenire, & ꝙ narratum sensatũ fuerit. Tunc
procul dubio iuxta Auicennæ, & Algazelis, & Ibnazatib sententiã, cer
tam præstat scientiã. Et hoc modo Iacob filiũ suum Ioseph, quem mor
tuum credebat, uiuere sciuit. Secundũ autem rerũ genus quæ per cre
bram famam habent, est cum narrantes quidẽ ita se habet, ut dictũ est,
Verum rem quam narrant, se nõ uidisse aiunt. Asserunt tamen, multi
tudinẽ talem qualem diximus, se uidisse, & audisse, quæ quod ipsi nar
rant, se uidisse & audisse dicebat. Hoc aũt genus tunc certã prẽbet sciẽ
tiam, cum in eo duo illa cõcurrunt, quæ in primo genere cõcurrere di
ximus. Et tertium hoc aliud, ꝙ si narrantium catena lõgius se extende
rit, nunq; tamen sit interrupta, neq; omnino extenuata, sed semper finis
& media in quantitate & qualitate, principio correspondeant. Quem
admodũ si dixerint aliqui de lege Mosis, ꝙ ad Ezram & quosdam pau
cos deuenerit. Per hunc modum hodie homines Alexandrũ, per hunc
modum Cæsarẽ, per hunc modum Platonẽ, per hunc modũ Aristote
lem, per hunc modum cæteros quosq; excellentissimos, quos antiqua
tradidit uetustas, fuisse sciunt. Per hunc etiam modũ si animaduertas
Iudæos nostri tẽporis, scire oportet Mosem fuisse, mirabilia fecisse, le
gemq; dedisse, Iudæos quoq; antiquos uitulũ adorasse, prophetas plu
rimos occidisse, ac Dominũ Iesum qui se Messiã asserebat, reprobasse,
& loco eius duos falsos Messias recepisse. Quapropter ad hunc sciẽdi
modum, Moses Iudaicum populum mittebat, dum Deut. 32. ca. dixit,
זכר ימות עולם בינו שנות דר ודור שאל אביך ויגדר זקניך ויאמרו לך .i. Me
mento dierũ seculi, aduerte annos generationis & generationis. Inter
roga patrem tuum, & annũciabit tibi. Hunc etiã sciendi modũ Dauid

ponit, cum Psal. 77. ait, לבניהם וישימו באלהים כסלם ולא ישכחו מעללי אל ומצותיו יצרו לבניהם וישימו באלהים כסלם ולא ישכחו מעללי אל ומצותיו יצרו Hoc est, Vt cognoscat generatio ultima, filij nascent, surgent, & narrabunt filijs suis. Et ponent in Deum fiduciã suam, & nõ obliuiscentur operũ Dei, & mandata eius seruabunt. CAP. Hic sciendi modus per crebrã famã, secundũ Aristotelis doctrinã ualde debilis uidet. Tum enim, quia de singularibus sensibilibus procul factis à sensu, nõ habetur sensatio, nec per cõsequens scientia. Tum deinde, quia non propter hoc sumus simpliciter experti fidei & credulitatis. Nã ad hoc sunt propositiones probabiles, quæ ponuntur ab Aristotele in libro maioris Rhetorices. Tum demum, quia famosum secundum Aristotelem, idem est quod probabile, ut patet in quinque probabilium modis, ab ipso in primo libro Topicorũ positis. GAL. Ad hanc obiectionem Ibnazatib unus de supra enumeratis philosophis Arabicis, respondeat, sic inter cætera dicens, Scito inter sapientes controuersiã fuisse. Vtrum scientia quæ per crebrã habetur famã, necessaria sit, an ꝓbabilis. Circa quod dictis pro utraq; parte q̃plurimis, electio tãdem omniũ est, ipsam necessariã esse. Necessariũ siquidem est, quod dubiũ nobis fieri, tentantes nos ipsos, nolumus, neq; ualemus. Porrò cũ auditis omnibus, quæ contra crebrã famam obijciunt, famam, tentamus nos ipsos. Inuenimus animas nostras præcise iudicantes, ꝙ Moses exẽpli gratia, fuit: & dixit se Dei nuncium, ad filios Israel missum. Nec inuenimus aliquid de obiectis, hoc trãsfigẽs. Sic nec illa quæ necessaria sunt. Nihil ergo quod contra crebrã famam est, meret responsum. Responsum nanq; oportet esse probabile. Retinere aũt necessariũ cum probabili circulationẽ inducit, & impossibile est. Hæc ille, ex Arabico ad uerbũ traducta. Ex quibus patet, ꝙ quę cõtra crebrã famam dicta sunt, non merent responsionẽ. Miracula postremo Domini nostri Iesu Christi per necessariam rationẽ, hoc est per eorum effectum constare, probant. Ars nanq; ratiocinandi & demonstrandi, causas ex eorum effectibus optime concludere, docet. Siquidẽ nemo rationis particeps fortẽ esse ambigit, cui actus fortiũ inesse, ꝑspexit. Et cuicunq; uelocitas inest, ipsum uelocẽ esse manifestũ est. Agit enim uniuscuiusq; natura quod sibi propriũ est, nec rerũ contrariarũ minime effectibus. Dominũ igitur nostrũ Iesum Christũ, eiusq; sectatores opera in nomine ipsius uisibiliter fecisse, quæ totius naturæ superãt facultatẽ, in mirabili langorũ curatione, in mortuorũ suscitatione, in cœlestiũ corporũ elementorũq; stupenda mutatione, & quod mirabilius est, in humanarũ mentiũ subita inspiratione, ꝙ idiotę. Latq; ignari spiritu sancto in instãti repleti, summã sapientiã, scripturarũ intelligentiam, uariarũq; linguarũ facundiã cõsecuti sint. Hæc inq̃ omnia à dño nostro Iesu Christo, & post ipsum ab ipsius sequacibus in nomine eius facta fuisse, effectus subsecutus euidenter ostẽdit. Quòd uidelicet nõ armorũ uiolentia,

Obiectio.

Responsio Ibnazatib.

Necessarium quid est.

violẽtia, nõ uoluptatũ permissione, seu licẽtia, sed p̃ rudes ac simplices Christi discipulos, ualde paucos ac pauperes, cõtra inauditã p̃secutorũ totius orbis tã ludęorum q̃ gentiliũ rabiẽ, ac tyrannidẽ, innumerabiles turbę nõ rudium atq; uulgariũ tantũ, sed sapientissimorũ quoq; hominum, spreta dęmonũ cultura, quę ita animos alliciebat, ut ab ipsa nunq̃ antea, aut per Mosem aut per aliquẽ alium etiã ipsi ludæi multis ac stupendis uisis miraculis, usquequaq; auersi fuerint, ad fidẽ ipsius dñi Iesu affectuosissime sunt conuersæ. In qua q̃dem fide omnẽ humanũ intellectum, rationẽq; transcendentia docent, corporis uoluptates maxime mortalibus optatæ, cohibent, laboriose inuisibilia quæri, & mundana omnia cõtemni iubent. Quibus animos mortaliũ assentire, & maximũ miraculũ est, & manifestũ diuinæ inspirationis opus. Hoc aũt nõ à fortuna uel casu factum fuisse, ex eo potissimũ patet, q; totum id multis ante seculis per ꝓphetarum oracula, se Deus facturũ prædixit, tempus & modũ faciendi designãdo. Hæc igit tam mirabilis ad fidẽ Christi mundi cõuersio, præteritorũ quæ narrant, & in libris scripta legunt miracu lorũ, certissimũ est indicium. Ita ut ulterius ea iterari, nõ sit necesse, cum in suo effectu euidentissime appareant. Quamuis nostris etiã temporibus, ad Christianæ fidei conseruationẽ, per sanctos suos miracula deus facere nõ cesset. Quo circa si Iudæi cum quibus nobis bellũ est, miracula Christi nobis negare uellent, id nobis unum grande, ac omniũ maximum restat miraculũ. Quòd ad credendũ tam ardua, ad agendum tam difficilia, sanguini & carni cõtraria, & ad sperandũ tam alta, tãq; occulta, mundus à suis erroribus et uitijs, quibus illectus atq; absorptus erat, à tam paucis uiris, atq; ignaris secundũ seculũ & mendicis inductus sit, eisq; sine miraculis crediderit. Quod aũt Iudæi quidẽ miracula Christi resp̃uere deberẽt, gentiles uero ipsa recipere, utrunq; à ꝓphetis lõge ante nunciatũ fuit. Hinc Psalmographus Psal. 86. dixit, אין כמוך באלהים אדני ואין כמעשיך : כל גוים אשר עשית יבואו וישתחוו לפניך אדני ויכבדו לשמך כי גדול אתה ועושה נפלאות אתה אלהים לבדך. i. Nõ est sicut tu, in dijs Deus, neq; sicut opera tua. Omnes gentes quas fecisti, uenient, & adorabũt faciem tuã Deus, & honorabunt nomen tuũ, quoniã magnus es tu, & faciens mirabilia. Tu es Deus solus. Quòd aũt Messias sit facies Dei, nomen Dei, & Deus, in superioribus latissime patuit. Ex his igitur quæ dicta sunt, palàm patuit, quòd miracula Domini nostri Iesu Christi, atq; eius sectatorum in nomine ipsius facta, talia fuerunt, tamq; firmiter constantia, ut nulla ualeant aduersariorum calumnia negari.

Quòd Messias propheta esse debebat. Cap. VII.

CAP. VIa quorundam ex Iudæis nostri temporis tanta est maligni tas, ut Messiam prophetam fore penitus negẽt. Ideo ut ex hoc etiam mysterio, Dominum nostrum Iesum Christum uerum fuisse Messiam, concludamus, Messiam ipsum prophetam futurum

fuisse, probandum est. GAL. Hoc ex eo manifeste ostenditur, quod Moses de eo loquens, ita Deut. 18. c. dixit, נביא מקרבך מאחיך כמני יקים לך יהוה אלהיך אליו תשמעון Hoc est, Prophetam de medio tui, de fratribus tuis tanquam me statuet, uel suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ei obedietis. CAP. Iudei ipsi asserunt, prophetã hunc qui sicut Moses futurus erat, non esse Messiam, sed unumquemq; prophetarũ, qui post Mosem uenturus fuerat. Quare autoritatem quam nunc induxisti, nõ de Messia, sed de singulis prophetis, quos post Mosem esse contigit, intelligendã esse aiunt. Eam ob rem ad reprimẽdam eorum audaciam, prophetam hunc qui sicut Moses esse debebat, Messiam esse, per eorũ scripturas probare debes. GAL. In Midras coheleth. i. in expositione libri Ecclesiastis, super illud 1. c. eiusde libri dictũ, מה שהיה הוא שיהיה i. Quid est quod fuit? ipsum quod erit. Sic legitur R. Berachiam in nomine R. Ishac dixisse. Sicut fuit redemptor primus. i. Moses, ita erit redemptor ultimus. i. Messias. Qualis autem fuit redemptor primus? Talis, ut dictum est Exo. 4. c. ויקח משה את אשתו ואת בניו וירכיבם על החמור Hoc est, Et ecce accepit Moses uxorem suam, & filios suos, & equitare fecit eos super asinum. Sic facturus est redemptor ultimus. Sicut dictũ est Zach. 9. c. עני ורכב על חמור ועל עיר בן אתונות .i. Pauper & equitãs super asinam, & super pullum filium asinarum. Et quemadmodum redemptor primus fecit descendere manna. Sicut dictum est Exo. 16. cap. הנני ממטיר לכם לחם מן השמים Hoc est, Ecce ego pluam uobis panem de cœlo. Ita redemptor ultimus faciet. Sicut dictum est Psalmo 71. יהי פסת בר בארץ .i. Erit placenta frumenti in terra. Et sicuti redemptor primus fecit ascendere fontem, ita redemptor ultimus, qui est Messias, ascendere faciet aquas. Sicut dictum est Ioelis ultimo cap. ומעין מבית יהוה יצא והשקה את נחל השטים Hoc est, Et fons de domo Dei exibit, & rigabit torrentem, uel uallem, siue planiciem Setim. Hæc traditio. Per quam (ut uisum est) Iudæi negantes Messiam futurum fuisse prophetã similem Mosi facile conuincuntur. Quanq̃ hęc similitudo qua Messias Mosi similis futurus erat, potissimum circa legis diuinæ dationem consistere deberet. Nam & si multi futuri essent legumlatores, siquidem Mercurius Trimegistus Ægyptijs, Phoronæus Græcis, Lycurgus Lacedæmonijs, Numa Pompilius Romanis legem laturus erat. Nemo tamen legem diuinam sicuti Moses dederat, daturus erat, nisi Messias. Cum cæteri omnes non diuinas, sed humanas tantummodo condituri essent leges. Quare maxime in danda lege diuina, Messias Mosi persimilis suscitandus erat, ut latius in decimo libro patebit, cum de noua Dei lege per Messiam instituenda, dicendum nobis occurret. Nunc autem satis est, per Hebraicas scripturas probasse, prophetam hunc similem Mosi ex Iudæis suscitandũ, Messiam futurum fuisse. CAP. Iudæi adhuc nobis obijciunt, dicentes, Nunq̃ audiuimus Christũ uestrũ prophetam

Iuniorum Iudæorum obiectio.

Alia Iudæorũ obiectio.

prophetam extitisse. Nec etiam uos prophetam ipsum uocatis. Si ergo Messias propheta esse debuit, & Christus uester propheta non fuit, ipsum Messiã non fuisse, necessario consequens est. GAL. Respondeat eis, Et Christum nostrũ prophetam fuisse, & nos ipsum prophetã habere. De ipso nanq; Lucas cap. 24. ait, Qui fuit uir propheta, potens in opere & sermone. Quare mulier illa Samaritana (ut refert Ioannes 4. c.) Domine, inquit, ut uideo propheta es tu. Si autem quærentes à nobis dixerint, Quid prophetauerit? Respondebimus eis, Quod multa quidem, & præsertim de se ipso, de discipulis suis, & de Iudæis. Nam de se ipso quidem, ut est illud apud Lucam 18. ca. Ecce ascendimus Ierosolymam, & cõsumabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur. Et postq̃ flagellauerint, occident eum, & die tertia resurget. Itẽ apud Matth. 16. c. Filius hominis (inquit) uenturus est in gloria patris sui cum angelis suis. Et tunc reddet unicuiq; secundum opera eius. De discipulis uero suis, cum dixit apud Matth. 10. c. Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim uos in concilijs, & in synagogis suis flagellabunt uos, & ad præsides, & ad reges ducemini propter me in testimonium illis & gentibus. Et reliqua. Prophetauit demum de Iudæis, cum ut ait Lucas 19. c. Videns ciuitatem fleuit super illam dicens, Quia si cognouisses & tu. Et quidem in hac die tua quę ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia uenient dies, & circumdabunt te inimici tui uallo, & circumdabunt te, & coangustabunt te undiq;, & ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem. Eo quòd non cognoueris tempus uisitationis tuæ. Idem quoque alijs in locis. Quapropter eum prophetam uerum fuisse, & non alium quàm illum eundem, de quo Moses locutus est, ut iam ostendimus, dubium nullum est.

Responsio.

Iesus Nazarenus fuit uerus propheta.

Quòd Messias pœnitentiam prædicare debebat. Caput VIII.

CAPNIO,

Pœnitentiam Dominũ nostrum Iesum Christum docuisse in Euangelijs legimus, Immo cum primum prædicare cœpit, hæc proposuit uerba, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim uobis Regnum cœlorum. Pœnitentiam quoque ipsum per se, & per suos discipulos prædicando, uniuersum orbem ad unius & ueri Dei cultum adduxisse, certum est. Eam ob rem ut hoc etiam mysterio, ipsum uerum extitisse Messiam, ostendere ualeas, Messiam ipsum pœnitẽtiam prædicaturum fuisse, atq; per pœnitentiã mundum uniuersum

uniuersum ad salutis metam adducturum, te per ueterum Iudęorũ scri
pturas ostendere oportet. GAL. De pœnitẽtia itaq; quã Messias tum
per se, q̃ per discipulos suos prædicaturus erat, scriptũ est in libro מכות
Maccoth. i. flagellorũ, Ieroſolymitano, in ca. quod incipit אלו הן הגולין
Ellu hen haggolin. i. Isti sunt captiui. Vbi sic ad uerbũ dicitur. Dixit R.
Pinhas, Scriptum est Psalmo 25. טוב וישר יהוה על כן יורה חטאים בדרך
Hoc est, Bonus & rectus Deus, propter hoc docebit errantes uiam, uel
in uia. Quare autem est bonus? Quia rectus. Et quare est rectus? Quia
bonus. Propter hoc docebit errantes uiam. Docebit siquidẽ uiam, per
quam faciant pœnitentiam. Quæsitum est enim à sapientia, quæ sit pœ
catoris condemnatio? Et dixit eis qui quæsiuerant, quod scriptum est
Prou. 13. c. חטאים תרדף רעה .i. Peccatores persequetur malum. Quęst.
uerunt etiam à propheta. Quæ est peccatoris condemnatio? Et ait eis
Ezech. 18. c. הנפש החוטאת היא תמות Hoc est, Anima quæ peccauerit,
ipsa morietur. Interrogauerunt quoq; legem, dicentes, Quæ est pecca
toris condemnatio? Et respondit eis, Offerat sacrificiũ, & remittetur ei,
Sicut scriptum est Leuit. 1. cap. ונרצה לו לכפר עליו .i. Et placatus erit ei,
ut parcat illi. Interrogauerunt deniq; Deum sanctum & benedictum,
Quæ est peccatoris condemnatio? Et dixit eis, Agat pœnitentiam, &
ignoscet ei. Et hoc est quod scriptũ est Psal. 24. Bonus & rectus Deus,
propter hoc docebit errantes, uel peccatores uiam, uel in uia. Quia ipse
ostendet peccatoribus uiam agendi pœnitentiã. Hæc trąditio. In libro
quoq; יומא yoma. i. Dierum, in cap. quod incipit יום הכפורים yom
hakippurim. i. Dies propitiationũ. Ita legitur. Dixit R. Ishac, Veni &
uide, quòd mos Dei sancti & benedicti, non est sicut mos carnis & san
guinis. Mos nanq; carnis & sanguinis est, quòd si homo offendit proxi
mũ suum, quãdoq; placet eum uerbis, quandoq; nequeat ipsum uerbis
tantũ placare. Mos aũt Dei sancti & benedicti non est sic. Homo enim
transgredit transgressione, & tamẽ placat ipsum uerbis. Sicut dictũ est
Hoseę 14. c. שובה ישראל עד יהוה אלהיך כי כשלת בעוניך קחו עמכם דברים
ושובו אל יהוה Hoc est, Conuerte, uel age pœnitentiã Israel, usq; ad do
minũ deum tuũ. Quia impegisti, uel corruisti in iniquitate tua. Sumite
uobiscũ uerba, & reuertimini ad Deũ. Et non solũ hoc, sed etiã confer
ei bonitatẽ. Sicut cõsequenter dictũ est, ראמרו אליו כל תשא עון וקח טוב
i. Dicite ei, totum aufer peccatũ, & accipe bonũ. Nec solum hoc, sed pe
rinde quoq; eũ scriptura habet, ac si offerret in sacrificio uitulos. Sicut
deinde dictũ est, ונשלמה פרים שפתינו Hoc est, Et reddemus uitulos la
biorũ nostrorũ. Forsitan dices, Vitulos ne culpæ? Docet q̃d ad hoc di
cendũ sit, id quod sequit, ארפא משובתם אוהבם נדבה .i. Sanabo peruer
sitatem, uel cõuersionem eorũ. Diligã eos spõte. Hæc traditio. Quanta
adhuc sit pœnitentię efficacia & uirtus, maxime ex eo apparet, quod in
Midras שיר השירים Sir hassirim. i. in expositione Cantici cant, scribit,
super

Pœnitentiæ efficacia.

super illud 5 c. eiusdem libri dictum, Aperi mihi soror mea. Ibi enim sic dicitur: Dixit R. Ioses, Quòd Deus sanctus & benedictus dixerit Israeli, Filij mei aperite mihi aperturam unam pœnitentiæ, sicut est foramen acus, & ego aperiam uobis aperturas misericordiæ, per quas intrabunt quadrigæ & currus. R. Leui dixit, Si filij Israel pœnitentiam egissent saltem uno die, statim redempti essent, statimq; ueniisset eis filius Dauid. i. Messias. Vnde pbat hoc? Ex eo quod scriptũ est Psal. 94. היום אם בקולו השמעו hoc est, Hodie si uocẽ eius audieritis. Hæc traditio. Ex his uerbis Psalmi postremò de Messia inductis, ratione præcedentiũ uerborũ eius dẽ Psalmi, necessariò sequit, Messiã deum esse. In eodẽ siquidẽ Psalmo ita præmittitur, באו נשתחוה ונברעה נברכה לפני יהוה עושנו כי הוא אלהינו ואנחנו עם מרעיתו וצאן ידו Hoc est, Venite adoremus, & curuemur, flectamus genua ante faciẽ Dei factoris nostri. Quia ipse est Deus noster, nos autẽ populus pascuæ eius, & oues manus eius. Et mox immediate subijcit, quod de Messia expositũ est, Hodie si uocẽ eius audieritis. Ex quo profecto consequens est, q; Deus qui uiam pœnitentiæ docturus erat, ut in principio huius capitis dictũ est, non sit nisi ipse Messias, qui pœnitentiã prædicare debebat. Ad cuius rei confirmationẽ, notandũ adhuc est, quod in Midras quoq; Sir hasirim dicitur, super illud Canti ci cant. 7. dictum, צופה פני רמשק hoc est, Respiciẽs uersus Damascũ, uel faciẽ Damasci. ubi sic legit, Dixit R. Iohanan, Futurũ est, ut Ierusalẽ pertingat usq; ad portas Damasci. Quæ est huius rei probatio? Quod scriptũ est Zach. 9. משא דבר יהוה בארץ חדרך ודמשק מנוחתו Onus uel prophetia uerbi Dei in terra Hadrach. Et Damascus erit reqes eius. Quid est Hadrach? R. Iudas & R. Nahmias sunt in hoc discordes. Nã R. Iudas quidem dicit, quòd est locus Damasci qui Hadrach uocat. R. uero Nahmias ait, q; hic est Rex Messias, qui est חד had. i. acutus gẽtibus seculi, & רך rach. i. tener Israeli. Alia expositio dicit, quòd חדרך Hadrach est Rex Messias, qui futurus est להדריך lehadrich. i. ad dirigendũ, uel ad adducendũ uniuersum mundũ per pœnitentiã ad faciem Dei sancti & benedicti. Sequitur, Et Damascus erit requies eius. Et quando Damascus erit requies eius, nõ erit requies eius nisi domus sanctuarij. Sicut scriptũ est Psal. 132. זאת מנוחתי עדי עד Hoc est, Hæc requies mea in sempiternũ, hic habitabo, quia desideraui eã. Hæc omnia traditio. Ad quorũ intellectũ animaduertendũ est, q; hæc dictio Hidrach apud Hebræos duobus modis dicit, & pronunciat. Quãdoq; enim scribit cũ litera ה he, quę quinta est in alphabeto, & tũc una dictio est, quę per uiã deducere significat. Qñq; uero scribit cũ litera ח heth, quę octauũ obtinet alphabeti locũ, tunc duę sunt dictiones. s. חד had. i. acutus, et רך rach i. tener. Quæ quidẽ duo optime Christo cõueniunt, qui pœnitentibus acutus erit per iusticiã, & tener per misericordiã. Fuit quoq; Paulo pseudo quẽti acutus, iuxta portas Damasci, & postmodũ tener eidẽ pœnitẽti.

Et tunc

Et tunc Damascus fuit ipsius diuinitatis requies in mẽte Pauli. Accẽ Syion in apostolis cæterisq; fidelibus. Neq; tunc solum, uerum etiam in perpetuum. Nunquam enim Christus ut Deus, in mẽtibus fidelium habitare desinet. Alia autem dictio cum ח he scripta, scilicet חרר Hadrach, quæ dirigere uel per uiam deducere sonat, aptissime quoq; saluatori nostro congruit. Ipse enim & per se, & per suos discipulos pœnitentiam prædicando, uniuersum penè orbem ad unius ueri Dei agnitionem, atq; salutis metam direxit, atq; deduxit.

Quòd Messias pauper & humilis esse debebat. Caput IX.

CAPNIO,

INter cætera quæ de Messia recentiores Iudæorũ maxime negant, est eius paupertas & humilitas. Cum enim tam magnã tamq; miram Domini nostri Iesu Christi paupertatem atque humilitatẽ fuisse audiunt. Quod nec ubi caput declinaret (Matthæo teste) habuerit, nec unde didragma solueret, nec unde (ut Lucas refert) pauperum discipulorũ esuriem sedaret. Ne eum uerum fuisse Messiam fateri cogantur, negant Messiam ipsum pauperẽ, & humilem futurum fuisse. Quod te ad cõuincendam eorum perfidiam, per eorum scripturas ostendere, necesse est. GAL. Quamuis in hoc Iudaica cęcitas atq; superbia usq; adeo maxime errauerit, ut propterea Dominum Iesum Messiam non fuisse decreuerit, quia ipse admodum pauper & humilis fuit. Regem tamen Messiam pauperem fore legebant, sed talem fuisse uenturum, ob eorum superbiam non intelligebant. CAP. Hoc est inquam, quod maxime probare debes. GAL. In primis itaq; Zachariam audiant, hæc inter cætera 9. cap. dicentem, גילי מאד בת ציון הריעי בת ירושלם הנה מלכך יבוא לך צדיק ונושע הוא עני ורוכב על חמור ועל עיר בן אתונות : Hoc est, Exulta ualde filia Syion, iubila filia Ierusalem. Ecce Rex tuus ueniet tibi iustus & saluatus ipse, pauper & equitans super asinam, & super pullum filium asinarum. Et post pauca, ודבר שלום לגוים ומשלו מים עד ים ומנהר עד אפסי ארץ Id est, Et loquetur pacem gentibus, & dominium eius à mari usq; ad mare, & à flumine usque ad fines terræ. Quod autem hæc de Messia intelligi debeant, patet per Rabbi Selomonis glossam. Quæ ita ait, Ecce Rex tuus ueniet tibi. Non potest hoc exponi, nisi de rege Messia. Quia dictum est hic, Et dominiũ eius à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad fines terræ. Et non inuenimus talem dominatorem in domo secunda, hoc est tempore secũdi templi fuisse. Ex quibus aperte liquet, Regnum Messię spiritualiter intelligendum esse, cum regnum temporale & paupertas simul esse non possint. Ad hoc etiam facit quod Rabbi Moses Hadarsan in expositione Genesis, super illud 49. cap. eiusdem libri dictum, ligans ad uitem pullum suum.

fuum. Sic dicit, Cum uenerit Messias in Ierusalem, ipse erit cingens asinum suum, & equitabit, & super eum ueniet in Ierusalem, ut ducat se ipsum in paupertate, uel humilitate. Sicut scriptum est Zach. 9. c. Pauper & humilis, equitans super asinum, uel asinam. Sequitur in libro Genesis ibidem, Et ad palmitem fili mi asinam suam. Quãdo enim ueniet ad congregandum Israel. Sicut dictum est Zach. 10. אשרקה לחם ואקבצם כי פריתים Hoc est, Sibilabo eis, & congregabo eos, quia redemi eos. Tunc equitabit super filium asinæ suæ. Et sic dicit Zach. 9. cap. Et super pullum filium asinarum. Hæc traditio. Item in Bereshith rabba super illud Gen. 49. c. scriptum, Non recedet sceptrum de Iuda, cum cæteris, ita legitur, Non recedet sceptrum. Hic est Rex Messias filius Dauid, qui uenturus est ad confrigendum regna in uirga, uel cum uirga. Sicut dictum est Psal. 2. תרועם בשבט ברזל כבלי יוצר תנפצם. i. Confringes eos in uirga, uel uirga ferrea, & tanquam uas figuli proijcies eos. Sequitur, Et scriba uel contritor de medio pedum eius. Hic est etiã Rex Messias, qui uenturus est ad cõterendum gentes pedibus suis. Quemadmodũ dictum est Isa. 26. cap. תרמסנה רגלי עני Hoc est, Conculcabit eam pes pedum pauperis. Iste enim pauper est Messias, de quo dictum est Zachariæ 9. ca. Pauper & equitans super asinam. Hucusq; traditio. Ex his igitur quę dicta sunt, satis manifeste patet, Messiam pauperem & humilem futurum fuisse, ac super asinam equitantem ad saluandum uenturum. Quare Iudæi minime inficiari poterunt, Saluatorem nostrum uerum fuisse Messiam, propterea quia pauper & humilis fuerit.

Quòd Messias passiones multas subiturus erat, ac Deus quoque multa passurus. *Caput* X.

CAPNIO,

VOniam Iudæi nostri temporis, cum audiũt, Redemptorem nostrum uel post 40. dierum & noctium ieiunium esurijsse, multipliciterq; à diabolo tentatum, uel ex itinere defatigatũ, cum ciuitates & castella regnum Dei euangelizando, peccatoresq; ad pœnitentiam inducendo, circuiret, uel tanquam hominem pauidũ Iudæos eum lapidare uolentes, fugisse, uel instante passionis suę hora, pauere & tedere, ac tristari cœpisse, ut se uerum hominem demonstraret. Ipsum neq; uerum Messiam, neque Deum extitisse, aiunt: Eam ob rem haud inepte facies, si & Messiam & Deum ipsum (idem enim uterq; futurus erat) per eorum scripturas talia, ac longe grauiora passurũ fuisse, ostenderes. GAL. Ieremiam itaq; primo adducam capite 14. hæc inter cætera proferentem, מקוה ישראל מושיעו בעת צרה למה תהיה כגר בארץ ובאורח נטה ללון למה תהיה כאיש נדהם כגבור לא יוכל להושיע ואתה בקרבנו יהוה ושמך עלינו נקרא אל תניחנו. Hoc est, Expectatio Israelis,

Saluator eius in tempore tribulationis, cum eris ut aduena in terra, & sicut uiator declinans ad manendum, uel ad hospitandum. Quare eris ut uir pauidus, uel territus, sicut ualidus qui non potest saluare. Tu autem in medio nostri Deus, & nomen tuum super nos inuocatū est. Ne derelinquas nos. Ad præmissa quoq; optime facit, quod in libro תורת כהנים Torath cohanim, id est legis sacerdotum, hoc est in expositione libri Leuitici, legitur super illud 25. cap. eiusdem libri dictum, כי גרים והושבים אתם עמדי Id est, Quoniam aduenæ & habitatores, uel coloni uos mecum. Ibi enim sic dicitur, Dixit deus sanctus & benedictus, Nō faciatis uobis substātiam. Aduenæ enim & habitatores aduenticij uos mecum. Et sic Dauid ait primi libro Paralip. 29. cap. כי גרים אנחנו לפניך והושבים ככל אבותינו Hoc est, Quoniam aduenæ uel peregrini nos coram te, & moratores, uel coloni, sicut omnes patres nostri. Tanquam umbra dies nostri super terram, & non est mora. Et sic etiam dicit in Psal. 38. גר אנכי עמך תושב ככל אבותי Id est, Aduena enim uel peregrinus ego tecum, morator uel colonus, sicut omnes patres mei. Vos igitur mecum גרים ותושבים gherim uetossabim, id est aduenæ, uel peregrini, atq; moratores, uel coloni. Sufficit seruo, ut sit sicut Dominus eius, cum uenerit quod mihi futurum est, ecce ipsum erit mihi, quod uobis fuit. Hæc traditio. Præmissa autem tam Ieremiæ, quàm huius traditionis uerba, proprie nec soli Deo, nec soli homini conuenire possunt. Soli ergo Messiæ, qui & Deus & homo est, optime conueniunt. Ipse enim & ratione diuinitatis, expectatio Israelis est, & ratione humanitatis, ut aduena, & peregrinus, atq; ut uir territus ac pauidus, necnon ut fortis qui saluare nō potest, in sua passione fuit. Ad propositum quoq; est secundum Chaldaicam translationem, id quod apud Isaiam 5. cap. ita scribitur, לכן גלח עמי מבלי דעת Hoc est, Propterea captiuatus est populus meus sine cognitione. Vbi glossa R. Selomonis ait, Propterea hoc scilicet quia est sine scientia & cognitione. Et reliqua usq; לכן הרחיבה שאול נפשה ופערת פיה לבלי חק Id est, Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque termino. Vbi glossa Rabbi Selomonis. Dilatauit (inquit) infernus animam suam, id est ipsum. Et aperuit os suum, absque termino. Quia non fuit חק hok, id est præceptum diuinum in manu eorum. Et post pauca, וישח אדם וישפל איש Hoc est, Et inclinabitur, uel incuruabitur homo, & humiliabitur, uel inferiorabitur uir. Vbi glossa Rabbi Selomonis, Transtulit (inquit) hoc Ionathan Chaldaicè sic, Et incuruabitur, uel Inclinabitur homo, & humiliabitur altus, uel fortis uirorum. Patet per huiusmodi expositionem hæc quæ ibi dicuntur, quòd ipsi tales fuerunt coram Deo sancto & benedicto, ut ostenderet se tanquàm uirum נרתם Nidham, id est territum uel pauidum. Et hoc est quod ipse dicit Deuter. 32. capite, צור ילדך תשי ותשכח אל מחוללך Hoc est, Deum

Deum qui te naſci fecit,uel qui te genuit,debilitabis,uel affliges, & obliuiſceris Deum uulneratum,uel occiſum,uel afflictum,uel doloratū tuum.Hucuſq; R.Selomo.Huic ſimile eſt,quod in libro ספרי Siphre habetur,cum eo in loco,ubi præmiſſa uerba.Deum qui te genuit debilitabis,uel affliges,cum reliquis exponuntur. Sic ad uerbum dicitur, Dixit Deus ſanctus & benedictus Iſraeli,Feciſtis me,ac ſi eſſem maſculus uolens parere. Nam ſi mulier eſſet parturiens,ſedens ſuper partu ſuo,nónne tribulata eſſet? Quemadmodum dictum eſt Iſaiæ 32. capite, באו בנים עד משבר ואח אין לליד .i. Venerunt filij uſq; ad partum,& potestas non eſt pariendi. Et ſi eſſet aliqua dolens,atque primo parturiens, nónne magis tribulata eſſet? Vt Iere. 4. c. קול בחולה שמעתי יצרה במבכירה Hoc eſt, Vocem enim quaſi parturientis audiui, anguſtiam ut primo parientis.Et ſi eſſent duo in uiſceribus eius,nónne magis anguſtiaret? ut dictum eſt Gen. 25. c. ויתרוצצו הבנים בקרבה .i. Et collidebant ſe filij in medio eius.Et ſi eſſet maſculus,cui uia non eſt pariendi,qui quæreret parere,nónne anguſtia ipſius duplicata eſſet? Quemadmodū dictum eſt Iere. 30. cap. שאלו נא אם יוליד זכר Hoc eſt,Interrogate quæſo,& uidete,ſi parturit maſculus. Alia expoſitio. Deum qui te genuit debilitabis,uel affliges,& obliuiſceris Deum uulneratum,uel occiſum,uel afflictum,uel doloratū tuum. Dixit Deus ſanctus bendictus,Obliti eſtis mei propter meritum patrum ueſtrorum.Et ſic ipſe ait Iſaiæ 51. capite, הביטו אל צור חצבתם .i. Reſpicite ad petram,unde exciſi,uel dolati eſtis. Alia adhuc expoſitio. Deum qui te genuit debilitabis, Dixit Deus ſanctus & benedictus,Omni tempore quo ego quęſiui benefacere uobis, uos debilitaſtis ſupernam potentiam meam. Sequitur,Et obliuiſceris Deum doloratum tuum. Dixit R.Meir, Deum ſcilicet qui doloratus erit pro te,uel per te. Deum inquam qui anguſtiatus erit pro te,uel per te.Sicut dictum eſt Pſal. 47. שם חיל כיולדה Hoc eſt,Ibi dolor ut parturientis.Hæc omnia ex libro Siphre.Legitur etiam in libro Sanhedrin in capite Helec.Quod dixit R.Iehudi, Non ueniet filius Dauid,id eſt Meſsias,donec extēderit ſe Regnum nequam (id eſt Romanum iuxta R.Selomonis gloſſam) ſuper Iſrael.Dixit R. עולא Vla, Veniat Meſſias,& ego non uideam eum.Dixit R.Ioſes, Veniat,& utinam dignus ſim,ut ſedeam in umbra caudæ aſinæ eius.Dixit אביי Abbaye ad Rabba,Quæ eſt cauſa, ob quam non uis eum uidere? Nunquid propter paſsionem,uel tribulationem ipſius? Traditio enim eſt. Quod diſcipuli Eliezer interrogauerunt eum dicentes,Quid faciet homo,& liberabitur à paſsione,uel tribulatione Meſsiæ? Reſpondit eis, Exerceat legem,& opera miſericordiæ.Dixit Mor,Ecce ſit lex,& opera miſericordiæ,forſan peccatum faciet eum obnoxium. Quemadmodum obiecit Iacob.Scriptum eſt enim Gen. 31. cap. Et dixit Dominus ad Iacob,Reuertere ad terram patrum tuorum,& ad locum natiuitatis tuæ,& ego

Talmudiſtica expoſitio.

Alia Talmudiſtica expoſitio.

ero tecum. Et tamen scriptum est Gen. 32. ca. ויירא יעקב מאוד .i. Et ti-
muit ualde Iacob. Timebat enim ne peccatum eum fecisset obnoxium.
Sic etiam dixit R. Iohanan, Veniat Messias, & ego non uideam eum.
Dixit ei ריש לקיש Res lakis, Quid causæ est? Nunquid propter hoc
quod scriptum est Amos 5. cap. Quomodo si fugiet uir à facie leonis?
Nequaquam, sed propter id quod scriptum est Iere. 30. c. Interrogate
quæso, & uidete, si parturit masculus. Quam ob rem? uel quid sibi uult
hoc? מדוע ראיתי כל גבר ידיו על חלציו ביולדה ונהפכו כל פנים לירקון Hoc
est, Quia uidi omnē uirum, cuius manus super lumbos eius, uelut par-
turientem, & conuersæ sunt omnes facies ad ictericiam, angelorum sci-
licet & Israel, secūdum R. Selomonis glossam. Quid est autem uidi om
nem uirum? Dixit Rabba, Hic est ille, qui habet omnem uirtutem, uel
potestatem, Deus scilicet, ut ait R. Selomonis glossa, qui ipsemet angu
stiabit̄ ut parturiens. Et quid est, Et conuersæ sunt omnes facies ad icte
riciam? Dixit R. Iohanan, Etiam facies superioris & inferioris familiæ.
In hora enim qua dixit Deus sanctus & benedictus, Hi sunt opus ma-
nuum mearū, & isti quoq; opus manuū mearū. Et quomodo destruā
hos, propter istos? Dixit R. פפא Papa, Ad hoc est, quod dixerūt homi
nes. Cucurrit bos, & cecidit, & substiterūt ei equū in stabulo. Hucusq;
traditio. Glossa aūt R. Selomonis exponens exemplū postremo indu-
ctū, sic ait, Cū bos cuiusdā curreret, cecidit. Substituerūt ergo equū lo-
co ipsius in stabulo. Qd̄ antea nō fecisset dn̄s bouis & equi, tantū enim
diligebat bouē. Postq̄ autē curatus est bos, graue fuit ei, equū de stabu
lo expellere, & ibi bouē reponere. Ita facit Deus sanctus & benedictus,
Quando enim casus Israelis cōtingit, dat Deus magnitudinē eorū gen
tibus mūdi. Cū uero postea Israel ad pœnitentiā reuertit̄, durū est deo,
perdere eos. s. gentiles propter Israel. Hæc R. Selomo. Plura certe sunt
in hac traditione notāda. Primū quidē, ꝙ Messiæ, aduētus magno affe
ctu desiderabat̄ ab omnibus, etiā ab his qui ꝓpter tormēta quæ passu-
rus erat, eum uidere nolebāt. Deinde uero, ꝙ iuxta autoritatē illā Iere-
miæ quā ibi inducūt, causam reddere uolētes, quare ipsum uidere nole
bāt, uidelicet, Interrogate quæso, & uidete si parturit masculus. Quam
ob rē? Quia uidi omnē uirū, cuius manus super lumbos eius, uelut par
turientē. Deus ipse tēpore Messiæ, extrema tormēta passurus erat. Nā
omnē uirum ibi Deum sanctū & benedictū sapientes Talmudistę esse,
exponunt. Tertio demū, quòd gentes mundi loco Iudæorū à Deo cō-
stitutæ sunt, Iudæiq; ipsi de loco suo deiecti. Id quoq; quantum ad no-
strum spectat propositum, in Beresslith rabba סטנה ketāna. i. in exposi
tione minori libri Gen. clarius patet, cum super illud Gen. 36. c. scriptū,
Et regnauit in Edom Bela filius Beor. Sic dicit̄, Hoc est quod scriptum
est Iere. 30. c. Quoniā sic dicit Dn̄s, Vocē terroris, uel tremoris audiui-
mus, formidinis & nō pacis. Interrogate quęso, & uidete, si parturit ma
sculus.

Talmudistica expositio.

culus. Quare? Quia uidi omnem uirum, cuius manus super lumbos eius, ut parturientem. Quia scriptum est in lege, Possibile est dici, Iste est Deus sanctus & benedictus, cui inest omnis uirtus, contribulatus, uel doloratus, uel angustiatus pro seculo. Hæc traditio. Id idem etiam ponitur in Midras tehilim. i. in expositione Psalmorũ, super illud Psal. 19. dictum, Exaudiat te Dominus in die tribulationis. De hoc insuper Ieremias ult. Trenorum cap. sic ait, רוח אפינו משיח יהוה נילכד בשחיתותם Hoc est, Spiritus oris nostri, Messias Deus (tetragrammaton) captus est in retibus, uel correptionibus eorum. De quo diximus, In umbra eius uiuemus in gentibus. Ex his omnibus optime patet, Messiam Deũ & hominẽ passiones nimias, tormentaq; inaudita passurũ fuisse.

Quòd Messias tormenta acerbissima uoluntarie propter humanum genus, suscipere debebat. Caput XI.

CAPNIO,

VIm Christum uoluntarie pro humani generis salute passum legamus. Scire uelim an ueteres Iudęorum Messiam uoluntarie tormenta passurum, prædixerint. GAL. Ita prorsus. Nã ut prophetas nunc omittam, Messiam ipsum sponte ac uoluntarie propter humani generis charitatẽ, tormẽta passurum fuisse, in expositione libri Geneseos R. Mosis Hadarsan, clarissime ostenditur. Vbi super illud 1. cap. eiusdem libri dictum, ויאמר אלהים יהי אור ויהי אור Hoc est, Dixit Deus, Sit lux, & fuit lux. Ita legitur. Hoc est quod scriptum est Psal. 96. אור זרע לצדיק. i. Lux orta est iusto. Dixit R. Abba, Scriptum est etiam Dan. 2. ca. ונהורא עמיה Hoc est, Et lux cum eo. Hæc est enim lux Regis Messiæ. Sic enim de eo dictum est Psal. 36. כי עמך מקור חיים באורך נראה אור. i. Quoniam tecum est fons uitæ, in lumine tuo uidebimus lumen. Istud enim est lumen Regis Messiæ. Docet autem quòd Deus occultauerit Messiam, & generationem eius sub throno gloriæ suæ. Dixit igitur satan corã Deo, Domine mundi, hoc lumen sub throno gloriæ tuæ reconditum, cuius est? Respondit ei, Messiæ & generationis eius. Ait satan coram eo, Domine mundi, permitte me, & aduersabor Messiæ, & generationi eius. Dixit ei Deus, Non posses contra eum. Ait rursus coram eo satan, Permitte me, & ego potero. Dixit ei Deus sanctus et benedictus, Si tu fueris satan ita auidus in hoc, ego destruam ipsum de mundo. Verumtamen nec unam quidem animam illius generationis ego destruam. Moxq; cœpit Deus sanctus & benedictus loqui cum Messia, eiq; dixit, Messia iuste meus, Isti qui reconditi sunt apud te, huiusmodi erunt, quòd futurum est, ut peccata eorum inducant te in iugũ graue. Oculi enim tui non uidebunt lumen, & aures tuæ audient opprobrium magnum. Nasus tuus odorabit fetorem, &

os tuum gustabit amaritudinem, adhærebitq; lingua tua palato tuo, & hærebit cutis tua ossibus tuis, attenuabiturq; fortitudo tua à luctu, & gemitu. Est'ne ergo uoluntas tua in eis? Si enim tu super te hæc suscepperis, bene quidem erit. Sin autem, ecce ego abigam ea ex nunc. Respondit coram eo Messias: Domine mundi, ego quidem lætus suscipio super me tribulationes istas, siue tormẽta, eo tamen pacto, quòd tu in diebus meis uiuifices mortuos, & eos qui à primo Adam eatenus mortui fuerint. Et non eos tantum salues, sed etiam illos qui à lupis & leonibus deuorati fuerint, ac illos quos in equoribus & fluminibus submergi contigerit. Neq; eos solum, sed etiam abortiuos. Neq; abortiuos modo, uerum illos quoq;, qui ascenderunt in præscientia tua creandi, in diebus meis salues. Dixit ei Deus sanctus & benedictus, Cõcedo. Protinus igitur suscepit ex dilectione super se Messias tormenta omnia, & tribulationes. Sicut scriptum est Isa. 53. c. נגש ויהוא נענה Hoc est, Obla tus est, & ipse afflictus. Hæc omnia traditio. Vbi quinq; præcipue notatu dignissima contra Iudæos nostri seculi continentur. Quorum primum quidem est, quòd Messias antequàm esset secundum humanitatem lux & lumen cum Deo, & in Deo, atq; principiũ quo Deus creauit mundum. Cui ualde consentaneũ est uerbum illud ipsius Domini Iesu, dicentis Ioan. 8. c. Anteq̃ Abraham fieret, ego sum. Item 7. c. Et ego lux in mundum ueni, ut omnis qui credit in me, in tenebris nõ maneat. Secundum uero est, quòd permissione diuina, satan erat Messiæ, in eumq; credentibus aduersaturus, ipsumq; omni conatu turbaturus. Cui plurimum consonat illud eiusdem Domini dictum Luc. 22. c. Simon ecce Satanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticũ. Ex quo patet, quòd nihil Christo derogat, quòd à diabolo tẽtatus sit. Tertium autem est, quòd Messias multipliciter atq; grauissime passurus erat propter humani generis peccata. Quod notatur, ubi dicitur, Deum cum Messia pactum iniisse, eiq; dixisse, Messia iuste meus, isti qui apud te repositi sunt, per prædestinationem scilicet, huiusmodi erunt, quòd futura eorum peccata inducent te in iugum grauissimum. Vnde liquet, quòd nihil eorum quæ saluator noster passus est, prohibet, ipsum fuisse Messiam. Cum Messiam ipsum pro hominum salute, & ut adimplerentur scripturæ, pati oportuerit. Quartum quoq; est, quòd sicut per Adam omnes moriebantur, ita per Messiam omnes uiuificandi erant. Hoc autem notatur, ubi Messias introducitur cum Deo loquens, ac dicens, Domine mundi, ego quidem lætus super me suscipio tribulationes istas, seu tormenta, ea conditione, ut in diebus meis mortuos uiuifices, cum reliquis. Quintum denicq; est, Quòd Messias non inuitus, sed libens ac uoluntarius ex charitate, propter humani generis salutem cruciandus erat, atq; tormenta passurus. Ex quibus nõ solum patet propositum, uerũ etiam Messiam ipsum, qui tormentis afficiendus erat, Deum uerum esse.

Quòd

Quòd Deus percuſsiones, opprobria, contumelias, ac etiam mortem paſſurus erat. *Caput* XII.

CAPNIO,

RTſi in præcedentibus ſatis abunde oſtenderis, Meſsiã Deum & hominem, ac deum ipſum tormenta plurima ſubiturũ fuiſſe. Vt tamen magis magisq; Iudaica perfidia conuincatur, deberes adhuc expreſsius Deum ipſum percuſsionibus, opprobrijs, ac etiam morte pro humani generis ſalute, afficiendum fuiſſe, per eorum ſcripturas probare. GAL. Id primò ex eo patet, quod Tren. 3. cap. ita ſcribitur, יֵשֵׁב בדד וידם כי נטל עליו ׃ יתן בעפר פיהו אולי יש תקוה ׃ יתן למכהו לחי ישבע בחרפה ׃ Hoc eſt, Sedebit ſolus, & tacebit, quia baiulauit, uel tulit ſuper ſe. Dabit in humo, uel in puluere os ſuum. Forſitan erit ſpes. Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobrio, uel contumelia. Quod autem hæc de Deo intelligi debeant, patet in Midras איכה Echa, id eſt in expoſitione planctus Ieremiæ. Vbi ſuper eiſdem uerbis, ſic ad uerbum dicitur: Dixit Rabbi Semuel filius Nahman, Quod uocauit Deus ſanctus & benedictus angelos miniſterij, dixitq; eis, Rex caro & ſanguis quando luget, quid facit? Dixerunt ei, Suſpendit ſaccum ſuper oſtium ſuum. Ille autem dixit eis, Ego quoque faciam ſic. Sicut dictum eſt Iſaiæ quinquageſimo capite, אלביש שמים קדרות ושק אשים כסותם Id eſt, Induam cœlos obſcuritate, & ſaccum ponam operimentum eorum. Iterum ait eis, Rex caro & ſanguis lugens, quid agit? Dixerunt ei, Extinguit luminaria. Dixitque eis, Etiam ego ſic faciam. Et hoc eſt quod ſcriptum eſt Ioelis tertio capite, שמש וירח קדרו וכבכים אספו נגהם Hoc eſt, Sol & luna obſcurati ſunt, & ſtellæ abſconderunt ſplendorem ſuum, & Deus de Syion rugiet, & de Ieruſalem dabit uocem ſuam. Adhuc interrogauit eos dicens, Rex caro & ſanguis lugens, quid facit? Reſponderunt ei, Vadit diſcalciatus. Dixit eis, Ego quoque ſic agam. Et hoc eſt quod ſcriptum eſt Nahum primo capite, יהוה בסופה ובשעירה דרכו ועינן אבק רגליו Id eſt, Deus in turbine, & in tempeſtate uia eius, & nubes puluis pedum eius. Rurſum interrogauit eos, dicens, Rex caro & ſanguis cum luget, quid facit? Dixerunt ei, Sedet & tacet. At ille dixit eis, Ego etiam ita faciam. Et hoc eſt quod ſcriptum eſt Trenorum tertio capite, Sedebit ſolus & tacebit, quia baiulauit, uel tulit ſuper ſe, dabit in humum, uel in puluerem os ſuum. Forſitan erit ſpes. Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobrio. Quare R. enucleans ſcripturam hanc, perueniensq; ad hos פסוקים paſukim, id eſt uerſiculos, ſemper flebat. Hæc omnia traditio. Micheas quoque de maxillæ Dei percuſſione hoc modo quinto capite locutus eſt, בשבט יכו על לחי את שופט ישראל Hoc eſt, Virga percutient

ſuper maxillã iudicis Iſrael. Quis ſit autem iſte iudex Iſrael, Iſaias oſtendit, dum 33. cap. ait, יהוה שפטנו יהוה מחקקנו יהוה מלכנו הוא יושיענו .i. Deus iudex noſter, Deus legislator noſter, Deus Rex noſter, Ipſe ſalua bit nos. Quod autem Deus eſſet contumelias grauiſsimas ab Iudæis paſſurus, per Hoſeam prophetam prænunciatum fuit, ita uerbis Dei, cap. 7. dicentem, אוי להם כי פשעו בי ואנכי אפרש כי נדדו ממני שוד להם כי Hoc eſt, Veh eis, quia receſſerunt, pro recedent à me. Viſitatio eis, quia culpauerunt, pro culpabunt in me. Et ego redemi, pro redimam eos. Ipſi autem locuti ſunt, pro loquentur ſuper me mendacia. In quibus quidem uerbis duo Iudæis maxima mala Deus comminatus eſt, damnationẽ ſcilicet æternam in ſeculo futuro, eo quòd ipſum negantes coram Pilato, ab eo receſſuri eſſent. Et ideo dicit, Veh eis quia receſſerunt, ideſt recedent à me. Et ultimam eorum uaſtationem, atq; per orbem diſperſionem, cũ ait, Vaſtatio eis, quia peccauerunt, id eſt peccabunt in me, hoc eſt, contra me. Et cauſam exprimere uolens, ſubdit, Et ego redemi, id eſt redimam eos. Ipſi autem locuti ſunt, id eſt loquentur ſuper me mendacia. Ac ſi dixiſſet, Ecce quanta erit eorum ingratitudo. Dum enim ego redimam eos, tunc ipſi ſuper me loquentur mendacia, me ſcilicet coram Pilato falſò accuſantes, & contumelijs grauioribus afficientes. Quod autem hæc ita prorſus ut expoſita ſunt, exponi debeant, per ueteres eorum Doctores, aperte liquet, & præſertim per ea quæ in Midras tehilim. i. in expoſitione Pſalmorum ſuper illud Pſal. 39. dictum, אמרתי אשמרה דרכי מחטוא בלשוני .i. Dixi cuſtodiam uias meas, à peccando in lingua mea. Sic enim ibi dicitur: Hoc eſt quod ſcriptum eſt Prouer. 15. c. מענה רך ישיב חמה ודבר עצב יעלה אף Hoc eſt, Reſponſio tenera compeſcit iram, & uerbum durum excitat furorem. Grauior enim eſt mala lingua, quæ ſcilicet contra Deum loquitur, quàm idolatria. Nam cum demum peccauerunt filij Iſrael in deſerto, non eſt lata cõtra eos ſententia iudicij donec peccauerunt deo in ore ſuo. Sic enim ſcriptura dicit, Et audiuit Deus uerborum eorum, & iratus eſt. Et rurſus ait Numeri 14. c. Viuo ego dicit Deus, ſi non ut locuti eſtis in auribus meis, ſic faciam uobis. Et ſic etiam Malachias inquit 2. cap. הוגעתם יהוה בדבריכם .i. Vexaſtis Deum in uerbis ueſtris. In factis ueſtris ipſe nõ dicit, ſed in uerbis ueſtris. Et ſic etiam Iſaias ipſe ait 3. cap. כשלה ירושלם ויהודה נפל כי לשונם ומעלליהם אל יהוה למרות עיני כבודו Hoc eſt, Corruit Ieruſalem, & Iuda cecidit, quia lingua eorum & opera eorum contra Deum, ad rebellionem oculorum gloriæ eius. Ita quoque per Ieremiam dicit, duodecimo capite, שמתי את ביתי נטשתי את נחלתי נתתי את ידידות נפשי בכף איביה Id eſt, Dimiſi domum meam, dereliqui, uel abieci hæreditatem meam, dedi dilectionem animæ meæ, uel dedi ex dilectione animã meã in manu inimicorũ eius. Fuit mihi hereditas mea quaſi leo in ſylua, dedit ſuper me, uel cõtra me uocẽ ſuã. Id circo odi

odi eam. Hucusq; traditio. Ex qua patet propositum. Cum enim Deus dicit, se ex dilectione animã suam, uel se ipsum dedisse, haud profecto dubium est, q; ipsam pro eorum redemptione, ad passionem & mortem dederit. Quod in eo notatur, cum dicit, In manu inimicorum eius. Quod autem Deus propter populi sui dilectionem, animam suam. i. se ipsum daturus esset, patet per Midras שיר השירים Sir hasirim. i. per expositionem Cantici canticorum. Quæ illud 1. c. eiusdẽ libri dictum, חגירה לי את שיאהבה נפשי Hoc est, Indica, uel nuncia mihi, quam dilexit anima mea. Sic exponit, Indica mihi plebẽ quam dilexit anima mea, plebem. s. pro qua dedi נפשי naphsi. i. animã meã, uel me ipsum, uel personam meã. Quod autem Deus mortẽ subiturus esset, patet per illud q̃d apud Malach. 1. c. ita scriptum est, ואמרתם הנה מתלאה והפחתם אתי אמר יהוה צבאות .i. Et dixistis, ecce qualis uilitas, & expirare fecistis me, ait Deus exercituum. Ibi enim expirare me fecistis, scriptum erat. Sed scribæ, expirare eum fecistis, posuerũt, ut testatur ibi R. Selomo in glossa. Item apud Habacuc 1. c. הלוא אתה מיקדם יהוה אלהי קדושי לא נמות Hoc est, Nunquid tu, ab antiquo Dñs Deus meus, sanctus meus, nõ moriemur? Sic enim ibi scriptum erat, Scribæ autem moriemur, posuerunt, ut dicitur in libro Siphre, super illud Nume. 10. c. dictum, Surge Domine & dissipentur inimici tui, & fugiant odientes te. Ex his igitur quę dicta sunt, manifestum est, Deum percussiones, cõtumelias, mortemq; passurum fuisse. Cum autẽ hæc Deus pati non posset, palàm profectò liquet, q; ea de Messia, qui & Deus & homo futurus erat, intelligenda essent. Cum ipsum etiam eadem omnia passurũ fuisse, prophetæ prædixerint.

Quòd Messias in sua passione uendendus exprobrandus, flagellis, colaphisq; cædendus, probris contumelijsq; innumeris afficiendus, ac purpura induendus, spinisq; coronandus erat. Caput XIII.

CAPNIO.

CVm Dominus noster Iesus Christus in sua passione uẽditus, exprobratus, uilipensus, & flagellis colaphisq; cæsus, probris iniurijsq; grauioribus affectus, ac purpura indutus, coronaq; spinea coronatus fuerit: uellem non ab re scire, an hæc eadem omnia Messiam in sua passione subiturum fuisse, per priscorum Iudæorum scripturas probari possit. GAL. Potest utique. Nam quòd Messias Deus & homo uili precio, hoc est triginta argenteis uendendus esset. Zacharias prædixit 11. capite. ita in persona eius dicens, וישקלו את שברי שלשים בסף ויאמר יהוה אלי השליכהו אל היוצר ארר היקר אשר יקרתי מעליהם Hoc est, Appenderunt mercedem meam triginta argenteis. Et dixit Deus ad me, Proijce ipsum ad figulum, uel statuarium, magnum decus quo honoratus sum ab eis. De hoc & Amos 2. c. sic ait,

sic ait, על שלשה פשעי ישראל ועל ארבעה לא אשיבנו על מכרם בכסף צדיק i. Super tribus sceleribus Israel, & super quatuor nõ conuertam, uel nõ reducam, uel nõ transferam eum, eo quòd uendiderint, uel mercati fuerint argento iustum. Quorum uerborum expositio in 24. cap. quartili bri latissime ponitur. Quod Messias ipse in sua passione exprobrandus esset, habetur Psal. 89. Vbi sic dicitur, אשר חרפו אויביך יהוה אשר חרפו עקבות משיחך Hoc est, Quod exprobrauerunt inimici tui Deus, quod exprobrauerunt talos Messiæ tui. Vbi glossa R. Selomonis. Talos inquit Messię tui, id est nouissima Regis Messię. Tunc autem nouissima Messiæ exprobrata fuerunt, cum ipse in sua passione & morte ab omnibus uilipensus fuit. Quod autem hæc expositio recta sit, patet in expositione libri Gen. Rabbi Mosis Hadarsan, super illud quod 39. cap. de Ioseph dicitur, Et fugit extra. Ibi enim sic legitur R. Iodan dixisse. Dixit Dauid, Quemadmodum ego non dixi Canticum, donec fui exprobratus, uel uilipensus. Sic filij Israel non sunt dicturi Canticum, cum uenerit Rex Messias, donec ipse fuerit exprobratus, uel uilipensus, uel uituperatus. Sicut scriptum est, Quod exprobrauerunt inimici tui deus, quod exprobrauerunt talos, id est extrema, uel finem Messiæ tui. De Messię quoq; exprobratione habetur in Midras tehilim, id est in expositione Psalmorũ super titulo illo Psal. 17. Verba Cãtici huius. Ita enim ibi dicitur, Cum uenerit Messias cum festinatione, non dicent Canticum, donec ipse Messias exprobratus fuerit. Quemadmodum dictum est, quòd exprobrauerunt inimici tui Deus, quod exprobrauerunt talos, id est nouissima Messiæ tui. In Misna quoq;, id est in Talmud scriptum est, quòd in talos, id est contra nouissima Messiæ impudentia multiplicabitur. Quod uero flagellis, alapisq; percutiendus esset, contumelijsq; grauissimis afficiẽdus, per illud maxime patet, quod Isaias in eius persona loquens 50. cap. ita dixit, גוי נתתי למכים ולחי לחיות למורטים פני לא הסתרתי מכלימות ורוק .i. Dorsum meum dedi percutientibus, & genas meas depilantibus, uel lacerantibus. Faciem meam nõ operui à cõfusionibus & sputo. Hoc etiam futurum fuisse, Psalmographus significauit Psal. 129. ita dicẽs, על גבי חרשו חורשים האריכו למעניתם Hoc est, Supra dorsum meum arauerunt arantes, prolongauerunt sulcum suum. Quod Chaldæus interpres qui præ manibus habetur, ita traducit, על גושמי ראו ראריא אוריכו למורחותהון .i. Super corpus meũ arauerunt arantes, prolongauerunt arationes suas. Vbi propheta præteritum pro futuro accipiens more prophetico, ad ostendendã infallibilem futuræ ueritatis certitudinem, in persona Messiæ locutus est. Super corpus igitur Messiæ arantes araturi erant, quia illud Iudæi flagellis crudelissime cedere debebant. Erant etiam super ipsum sulcum siue arationes prolõgaturi, quia illud plagis & percussuris totum repleturi erant, iuxta illud Isa. 1. c. dictum, A planta pedis usq; ad uerticem, nõ est in eo

ineo ſanitas. Quod etiam purpura in deriſum induendus erat, habe
tur in expoſitione libri Gen. R. Moſis Hadarſan, ſuper illud eiuſdem li
bri 49. c. dictū, בבס ביין לבשו ובדם ענבים סותה Hoc eſt, Lauabit in ui-
no ueſtimentum ſuum, & in ſanguine uuarum opertorium uel indu-
mentum ſuum. Ibi enim ſic legitur, Lauabit (inquit) in uino ueſtimen-
tum ſuum. Quando enim ueniet Meſſias, ueſtitur purpura pulchra ui-
ſu, quæ in colore ſimilis erit uino. Sequitur, Et in ſanguine uuarū indu-
mentum ſuum. Indumentū enim regis Meſſiæ erit ſericum, rubrum ut
ſanguis, & erit acu pictum deſuper alijs coloribus. Et ipſe erit caput
Iſrael. Et hoc eſt quod dictum eſt Iſaiæ 63. cap. מדוע אדום ללבושך Id
eſt, Quare rubrum eſt ueſtimentum tuum? Et in ſanguine uuarū indu-
mentū ſuum. Sicut dictū eſt ab eodem propheta ibidē, ורבגדיך כדורך בגת
i. Et indumenta tua ſicut calcantis in torculari? Hæc traditio. Vbi licet
ad literam & ueſtimentū purpureum quo Meſsias illudendus erat, &
tunica eius inconſutilis deſuper contexta per totum, aperte ponantur.
Verba tamen tam Iſaiæ, q̄ Iacob patriarchæ myſtice intelligenda ſunt.
Cum enim inquit, Lauabit in uino ueſtē ſuā, & in ſanguine uuarū oper
toriū ſuum. Diuerſis uerbis eandem replicando ſententiā, grande my-
ſteriū paſſionis Meſſiæ explicare uoluit. Nā dictio hæc Hebraica ענבים
anauim. i. uuarū quæ in ſecunda continetur clauſula, per regulā grāma
ticalem Hebraicā, qua literæ בומת bumaph. i. una pro alia ponuntur,
mutata ב beth in ו uau, idem eſt quod humiliū. Et tunc textus huius
hic erit ſenſus. Et in ſanguine humiliū opertoriū ſuum, ſupple lauabit.
Vt oſtenderet Meſsiā in ſua humilitate opertoriū ſuum, uel ueſtimen-
tum ſuū. i. corpus ſuum ſuo ſanguine loturū fuiſſe. Quod clarius Iſaiæ
uerba exprimunt. Quod autem ſpinis coronandus eſſet, ex eiuſdem
prophetæ uerbis aperte colligitur, dum 5. c. ait, כרם חיה לידידי. i. Vinea
fuit dilecto meo. Et poſt pauca, ויקו לעשות ענבים ויעש באשים Hoc eſt,
Et ſperaui ut faceret uuas, & fecit ſpinas. Vbi dictio illa hebraica באשים
beuſſim, & ſi ad labruſcas, & ſpinas ęquiuoca ſit, hic tamen ſpinas, non
labruſcas ſignificat. Quēadmodū ueterū expoſitiones aperte indicant.
Et ſic exponit R. Ionas hoc in loco, cum ait, Et fecit באשים beuſſim. i.
ſpinas. Sicut dictum eſt Iob 31. ca. Et pro hordeo באשה baaſſa. i. ſpina.
Quod per præcedentem clauſulam inſinuatur, in qua dicitur, Pro fru-
mento egreditur tribulus. Quod Rabbi quoq; Kimhi affirmat, dicens
באשים beuſſim, in hoc textu Iſaiæ genus eſſe ſpinarum. Hoc igitur to-
tum tunc adimpletum fuiſſe conſtat, cum ut refert Ioannes 19. ca. Mili-
tes plectentes, coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius, & ueſte pur
purea circumdederūt eum. Ex quibus omnibus patet, Meſſiam in ſua
paſſione uendendū, exprobrandū, & uilipēdendū, flagellis colaphisq;
cædendū, probris cōtumelijsq; grauiſſimis affligendū, ac purpura in-
duēdū, ſpinisq; coronādū fuiſſe. Hęc aūt ac cętera omnia quę de Meſſię
paſſiōe p̄miſimus, expreſſius diſtinctiusq; ab ipſo Iſaia p̄nūciata fuerūt.

Quòd

Quòd passionis Messiæ mysterium expresse atque distincte ab Isaia prænunciatum fuerit. Caput XIIII.

CAPNIO,

Dic obsecro, ubi Isaias de passionis Messiæ mysterio explicite atque distincte meminerit. GAL. In quinquagesimo tertio capite, Nam in fine 52. de hoc mysterio sermonem incipiens, per totum 53. illud tam expresse, tamq; distincte prosequitur. Vt non sicut propheta futura prædicere, sed res gestas tanquam Euangelista, narrare uideatur. Sic enim ait, : הנה ישכיל עבדי ירום ונשא וגבה מאד : כאשר שממו עליך רבים כן משחת מאיש מראהו וחארו מבני אדם : כן יזה גוים רבים עליו יקפצו מלכים פיהם כי אשר לא ספר להם ראו ואשר לא שמעו התבוננו : מי האמין לשמעתנו וזרוע יהוה על מי נגלתה : ויעל כיונק לפניו ובשרש מארץ ציה לא תאר לו ולא חדר ונראהו ולא מראה ונחמדהו : נבזה וחדל אישים איש מכאבות ויודע חולי וכמסתר פנים ממנו נבזה ולא חשבנהו : אכן חלינו הוא נשא ומכאבנו סבלם ואנחנו חשבנהו נגוע מכה אלהים ומענה : והוא מחולל מפשעינו מדכא מעונותינו מוסר שלומנו עליו ובחבורתו נרפא לנו : כלנו כצאן תעינו איש לדרכו פנינו ויהוה הפגיע בו את עון כלנו : נגש והוא נענה ולא יפתח פיו כשה לטבח יובל וכרחל לפני גזזיה נאלמה ולא יפתח פיו : מעצר וממשפט לקח ואת דורו מי ישוחח כי נגזר מארץ חיים מפשע עמי נגע למו : ויתן את רשעים קברו ואת עשיר במותיו על לא חמס עשה ולא מרמה בפיו : ויהוה חפץ דכאו החלי אם תשים אשם נפשו יראה זרע יאריך ימים וחפץ יהוה בידו יצלח : מעמל נפשו יראה ישבע ברעתו יצדיק צדיק עבדי לרבים ועונתם הוא יסבל : לכן אחלק לו ברבים ואת עצומים יחלק שלל תחת אשר הערה למות נפשו ואת פשעים נמנה והוא חטא רבים נשא ולפשעים יפגיע:

Hoc est, Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & sublimabitur ualde. Sicut stupuerunt super te multi, & sicut despectus, uel dissipatus à uiris aspectus, uel uultus eius, & forma eius à filijs hominum. Sic asperget gentes multas. Super eum stringent Reges os suum, quia quod non fuit narratum eis, uiderunt, & quod non audierunt, intellexerunt uel contemplati sunt. Quis credidit auditui nostro? & brachium Dei super quem, uel cui reuelatum est? Et ascendet sicut uirgultum coram eo, & uelut radix de terra arida. Non est species ei, neque decor. Et uidimus eum, & non erat aspectus, & non desiderauimus eum. Despectus erat, & nouissimus uirorum, uir dolorum, & notus infirmitate, & quasi uelatæ facies ab eo, uel, & cum uelatione facierum ab eo. Vilis, & non reputauimus eum. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros sustinuit. Et nos reputauimus eum ulceratum, percussum deum, & afflictum. Ipse autem uulneratus, uel occisus est propter culpas nostras, contritus propter peccata nostra. Disciplina pacis nostræ super eũ, & in liuore, uel uulnere eius medicatũ est nobis. Omnes nos quasi oues errauimus, unusquisq; ad uiam

suam

suam declinauit Et Deus obuiare fecit in eo peccatū omnium nostrū. Oblatus est,& ipse afflictus,uel,libens siue uoluntarius,& non aperiet os suum. Quasi agnus ad occisionem ducetur,& sicut ouis coram tondentibus se,obmutescet,& non aperiet os suum. De angustia,& de iudicio sublatus est,& generationem eius quis enarrabit? Quoniã abscissus est de terra uiuentium,propter scelus populi mei,& ulcus eorū, uel,& ulcus quod erat eis. Et dabit impios in sepulchrum suum, & diuitem in mortibus suis,uel,pro mortibus suis,eo quòd iniquitatẽ non fecerit,neq; fuerit dolus in ore eius,& Deus uoluit conterere eum infirmitate. Si posuerit pro peccato animam suam, uidebit semen longitudinis dierum,& uoluntas Dei in manu eius prosperabitur. Ex labore animæ suæ uidebit,saturabitur. In scientia sua,uel cum scientia sua iustificabit iustus seruus meus multos, & peccata eorum ipse portabit. Ideo diuidam ei in multis,uel participare faciam eum cum multis, & cum fortibus diuidet spolium,eoquòd effuderit,uel exposuerit,uel tradiderit in mortem animam suam,uel se ipsum,& cum iniquis computatus est. Et ipse peccatum multorum tulit,et pro peccatoribus exorabit. Hæc ille.

Sedecim mysteria.

In quibus quidem uerbis multa ipsius Messiæ referantur mysteria. Primum quidem est,quòd Messias ipse seruus Dei,quo ad humanitatem excellentior futurus erat cæteris sanctis, tam in cœlo q̃ in terra existentibus. De quo dicit,Exaltabitur,& eleuabitur,& sublimabitur ualde. Hoc enim in libro Sanhedrin,capite Helec, sic exponitur, ירום מאברהם ונשא ממשה וגבה מאר יותר ממלאכי השרת .i. Exaltabitur pluſquàm Abraham,eleuabitur pluſquàm Moses,& sublimabitur ualde,pluſquàm angeli ministerij.i.ministrãtes Deo. Ex quibus Messiam Deum futurum fuisse,cõsequens est. Nam cum solus Deus angelicam excedat naturam,& Messias angelis deo ministrantibus altior futurus esset,qui secundum Talmudistas cæteris omnibus & digniores & sublimiores sunt,ipsum certe Iudæi deum esse,per suas scripturas necessario cõcedere debent. Secundum est de eius exaltatione in cruce, per quam exaltandus,eleuandus,& ualde sublimandus erat,per suã nanq; passionem & resurrectionem ad se omnia trahere debebat. Idcirco sequitur,Sicut obstupuerunt super te multi,& sicut despectus,uel dissipatus à uiris aspectus,uel uultus eius,& forma eius à filijs hominum, sic asperget gentes multas,aqua scilicet baptismatis. Per quam eos qui legem eius recepturi erãt,ad æternam salutem deducere debebat. Nec obstat,quòd propheta quandoque ad secundam personam loquitur, quãdoq; ad tertiam,cum id more prophetico faciat. Quare reges gentium super eum admirati,os suum stringere debebant,ori suo manum imponentes. Quia quod eis narratum nõ fuerat,uisuri essent,& quod non audierant,contemplaturi forent. Certum enim est,quòd Messiæ mysteria non nisi Israelitico populo narrata à prophetis fuerunt. Ideo

Talmudistica expositio.

subdit, Quis credidit auditui nostro? & brachiũ Domini super quem, uel cui reuelatum est? Hoc est, Quis unquam credidit nunciationi nostræ, ut his quibus huiusmodi mysterium nunquã narratum fuit, neq; unquam reuelatum extitit, qua ratione Deus illud cõsumaturus esset, ipsum firmissime credere deberent? Tertiũ est, quòd Messias in exordio paruulus futurus erat, humilemq; habiturus ortum. Cum dicit, Et ascendet sicut uirgultum coram eo, & uelut radix de terra arida. Vbi & ipsius Messiæ nascentis paupertas exprimitur, & matris eius parientis uirginitas. Ipse enim propter paupertatem uirgulto gracili ac tenui recte in sua natiuitate comparandus erat, & mater eius ob suam uirginitatem terræ aridæ non inepte assimilanda, quoniã nullo prorsus humano semine humectata, ipsum conceptura ac paritura erat. Quartum est, quòd in suo progressu fuit despectus, & quasi pro nihilo reputatus. De quo dicit, Non est species ei, neq; decor. Et uidimus eum, & non erat aspectus, & non desiderauimus eum. Nam & si textus & desiderauimus affirmatiue dicat, negatiue tamen intelligendus est. Præcedens enim dictio negatiua לא lo. i. non, ut ait R. Dauid, duabus clausulis seruit. Ac si diceret, Et uidimus eum, & nõ erat aspectus, nec desideranimus eũ. Et uolẽs causam reddere, quare ipsum nõ desiderarent, statim subiecit, Despectus erat, & prohibitus uirorũ, uir dolorum, & notus infirmitate, & cum absconsione facierum ab eo. Quasi dicat, Facies nostras abscondebamus, ne ipsum aspiceremus. Et hoc ideo, quia uilis erat. Vnde nec reputauimus eum. Quintum est, quòd propter peccata nostra pati debebat. Idcirco dicit, Vere lãgores nostros ipse tulit, & dolores nostros sustinuit. Et nos reputauimus eum ulceratum, percussum Deum, & afflictum. Vbi ualde notandum est, quòd textus Hebraicus percussum Deũ habet, & non percussum à Deo, ut nostra ædi tio dicit, Ait enim sic textus ipse Hebraicus מוכה אלהים Mucche Elohim, i. percussum uel uulneratum Deum. Nam si percussum à Deo haberet, מוכה מאלהים Mucche meelohim diceret, cum præpositione me, quæ à, uel ab, uel de, uel ex, apud Hebræos significat. Sequitur, Ipse autem uulneratus est propter culpas nostras, contritus propter peccata nostra. Disciplina. i. correctio pacis nostræ super eum, & in liuore eius uulnere eius, hoc est per liuorem, & uulnus eius, medicatum est nobis.

Sextum est, quòd omnes iusti præter ipsum, & matrem eius, de lege cõmuni errauerunt à uia salutis, & ipse omnium peccata portauit, quo ad pœnas scilicet. Idcirco dicit, Omnes nos quasi oues errauimus, unusquisq; in uiam suam declinauit. Et Deus obuiare fecit in eo peccatũ omnium nostrum, ut ipse scilicet pro nobis omnibus satisfaceret. Septimum est, quòd has pœnas seu dolores ad mortem usq; uoluntarie & patiẽter pro nobis sustinuit. Ideo dicit, Oblatus est & ipse afflictus, uel uoluntarius siue libens, & nõ aperiet os suum. Sicut agnus ad occisionem

nem ducetur,& uelut ouis coram tondentibus se,obmutescet,& non aperiet os suum. Octauum est,quòd licet ut homo,passurus esset,& Deus tamen futurus erat omnino impassibilis. Idcirco subdit, De angustia & de iudicio sublatus est,& generationem eius quis enarrabit? Hic enim Deus pater de Messia homine loquitur,dicẽs, Postquàm de his quæ Messiæ quo ad humanitatem fieri poterunt,sublatus erit,idest cum ea parte sublata consideratus erit,generationem eius quis enarrabit?hoc est,modum & causam incarnationis eius,quis enarrare poterit?Nemini enim tãta facultas dabitur,ut eam plene atq; perfectè enarrare possit.Et causam reddens subdit.Quoniam abscissus est,id est abscindetur de terra uiuentium,propter scelus populi mei,& ulcus eorũ, uel quod erat eis. Quod pro ulcere originalis peccati accipit. Est enim ulcus(ut medicis placet)antiquum uulnus. Nonum est,quòd sicut propheta eum per meritum passionis fidelium redemptorẽ descripsit. Ita ipsum per diuinitatis potentiã infidelium damnatorem insinuauit, ubi ait,Dabit impios in sepulchrum suum,uel in foueam suam.Hoc est secundum R.Ionathæ expositionem, Tradet impios in gehennã,& diuites diuitiarum qui inique egerint in mortem perditionis. Decimũ est,quòd omnino iustus,atq; ab omni peccato immunis esse debebat, cum dicit,Eo quòd iniquitatem nõ fecerit,nec dolus inuentus fuerit in ore eius.Et Deus uoluit conterere eum infirmitate.Quasi diceret,Et si omnino iustus erit,totius q; peccati expers.Pro aliorum tamẽ peccatis passurus est. Vndecimum est,quòd propter mortis suæ meritũ,plurimos filios spirituales,hoc est,discipulos usq; ad mundi finem habiturus esset.Et hoc est quod dicit,Si posuerit,id est quia ponet pro peccato animam suam,uidebit semen longitudinis dierum.Quod de suis fidelibus,suaq; fide,quæ in æternum stabit,intelligitur.Sequitur,Et uoluntas Dei in manu eius prosperabitur.Et ratio est,quia ut dicitur, Ex labore,id est pro labore animæ suæ,quem ipse uidebit, saturabitur. Duodecimum est,quòd per sapientiam suæ doctrinæ,multos iustificaturus erat.Quare subdit,In scientia sua iustificabit iustus seruus meus multos,& peccata eorum ipse portabit. Tertiumdecimum est,quòd uictoriam contra diabolum habere debebat,& fortium spolia diuidere,eo quòd se ipsum in mortem traditurus esset.Idcirco ait,Ideo diuidã ei in multis,uel participare faciam eum cum multis,& cum fortibus diuidet spolium,id est spolia.Eo quòd exposuit uel tradidit in mortem animam suam,id est se ipsum. Quartumdecimũ est,quòd tanquam reus & malefactor cum sceleratis connumerandus erat.Idcirco inquit, & cum iniquis computatus est. Quintumdecimum est, quòd licet passio eius ad delenda omnium peccata sufficiens esse debebat, non tamen omniũ peccata deletura erat,sed eorum duntaxat,qui in eum crediturì essent,atq; pœnitentiam acturi.Eam ob rem subdit,Et ipse pec-

catum multorũ tulit. Sextumdecimum eſt, quòd tanta futura erat Meſſiæ charitas, quòd etiam pro ſuis aduerſarijs, ipſumq; affligẽtibus, atq; occidentibus, patrem ſuum ęternum orare debebat. Quocirca dicit, Et pro peccatoribus exorabit. Quæ quidem omnia & ſinguła in dño noſtro Ieſu Chriſto completa fuiſſe, nemo negandum duceret, qui geſta ipſius tam in uita, q̃ in morte diligẽter ſcrutatus fuerit.

Obiectionis recentiorum Iudæorum, Iſaiæ uerba falſo exponentium, confutatio, per ueterum Talmudiſtarum expoſitiones. Caput XV.

CAPNIO,

ET ſi hæc omnia ita prorſus, ut expoſuiſti, ſe habeant, iuniores tamen Iudæorum nobis obijciunt, quòd propheta ibi nõ de Meſſia (prout tu expoſuiſti) ſed potius ad literam de Iudæorum populo, quaſi de uno homine loquatur. Quemadmodum de eodem dicit, Filius meus primogenitus Iſrael. Quamobrem omnes penè recentiores, & præſertim R. Dauid, & R. Selomo, exponentes eadem Iſaiæ uerba de ipſo Iudæorum populo, omnia quæ in eiſdem uerbis continentur, uidelicet langores, plagas, deſpectus, ignominias, & cætera id genus, eidem populo applicant. Eapropter optime quidem faceres, ſi ad conuincendam eorum perfidiam, eadem ipſa prophetæ uerba, non niſi de Meſſia exponi poſſe, per eorum ſcripturas probando, falſam atq; peruerſam ipſorum expoſitionem refelleres. GAL. Verum quidem eſt, quòd R. Selomo, & R. Dauid, ac alij fere omnes iuniores, ut myſterium paſsionis Meſſiæ, quod in præmiſſis prophetæ uerbis plane traditur, occulere, atq; obfuſcare poſſent, expoſitione hãc extortam, contra literæ ſenſum, ueterumq; omnium ſententiam, finxerunt. Sed cum ueritas nunquam lateat, facile eſt mendaces atq; falſilocquos conuincere. Duo igitur hic faciam. Primum quidem, quòd prædicta Iſaiæ uerba nullatenus Iudæorum populo in hac nouiſſima captiuitate exiſtenti, applicari poſſint, oſtendam. Deinde uero, quòd ipſa eadem uerba nõ niſi de Meſsia exponi queant, per ſcripturas apud eos authenticas & approbatas probabo. Primum itaq; ex eo potiſsimum patet, Quòd multa quæ in eiſdem uerbis continetur, nullo modo Iu-

Primum. dæorum populo applicari poſſunt. Et maxime tria. Quorum primum illud eſt, Ipſe autem uulneratus eſt propter culpas noſtras, contritus propter peccata noſtra. Nam licet Iudæorum populus in captiuitate hac multipliciter ſit afflictus: id tamen non propter iniquitates & ſceleratas gentium patitur. Ita ut gentes propter Iudæorum talia patientium merita, ipſæ à Deo ſaluatæ ueniam recipiant, ut ipſi aiunt, qui aſſerunt gentes uerba hæc dicturas. Hoc enim non ſolum manifeſte falſum eſt, cum ſit contra diuinam iuſticiam, ſecundũ quam Deus reddit unicuiq; iuxta opera ſua, ſed etiam cõtra ipſorummet ſententiã. Qui ferè omnes

nemine

nemine diſcrepante, dicunt, Quod gentes quæ modò Iudaicum popu
lũ in hac captiuitate ſupprimunt, & affligunt, ſimiliter ſint propter hoc
à Deo puniendæ. Ad quod probãdum illud Ioelis ult. c. dictum indu-
cunt, Cõgregabo omnes gentes, & ducam illas in ualle Ioſaphat, & di-
ſceptabo cum eis ibi ſuper populo meo. Cum igitur propheta dicat,
Quòd in liuore ſiue uulnere huius ſerui Dei, de quo hic loquit, medica
tum ſit alijs. Et quòd Deus obuiare fecerit in eo peccatũ omnium alio-
rum hominũ. Sequitur ſane, quòd hic nõ loquatur de Iudæorũ popu-
lo, ob cuius pœnas alij nõ ſaluantur, ſed potius puniunt. Secundum ue *Secundum.*
ro eſt, cum propheta de eodem ſeruo Dei loquens, ait, Eo quòd iniqui
tatem nõ fecerit, neq; dolus fuerit in ore eius. Quod non ſolũ de Iudæis
aperte falſum eſt, ut per rei euidentiam liquido patet. Eo quòd pro ma
iori parte ſint omnes uſuris, iniquitatibus, dolis, ſortilegijs, maleficijs,
alijſq; flagitijs immerſi. Verum etiam ex teſtimonio ſacræ ſcripturæ eui
dẽter habetur, quòd in captiuitate hac nouiſſima (ut alibi ꝓbauimus)
non ſunt niſi propter propria eorũ ſcelera. Immo ſi de peccatis ſuis pœ
nitentiã agere uellent, ſtatim (ut in ſequẽtibus patebit) redẽpti eſſent.
Hoc inſuper eſt contra, ipſorũmet expoſitionem. Qui præſupponen-
tes, ſe ipſos in hac captiuitate non eſſe, niſi propter peccatũ magnũ, ſeu
magna peccata, quærentesq; inter ſe quod ſit peccatũ illud, uel quæ ſint
peccata illa? diuerſi diuerſa ſentiũt. Verũtamen in eo omnes cõueniũt,
ꝙ Iudæorũ populus in captiuitate iſta nõ eſt, ſine peccato ſeu iniquita-
te, nec propter aliarũ gentiũ peccata, ſed propter ſua propria dũtaxat.
Ex quo palàm liquet, ꝙ ſeruus Dei iſte, de quo Iſaias loquit, nõ poteſt
intelligi Iudæorũ populus, ſed Meſſias ipſe, qui à peccato omnino im-
munis futurus erat. Tertiũ deniq; eſt, cum de eodẽ ſeruo dei demũ pro *Tertium.*
pheta ait, Et pro peccatoribus exorabit. Quod de populo Iudaico in
captiuitate hac exiſtenti, haud quaq; intelligi poteſt. Ipſi enim nõ ſolum
nõ orant pro peccatorũ aliarũ gentiũ ſalute, ſed potius pro earũ deſtru
ctione, & præſertim pro Romani Imperij & eccleſiæ Chriſtianæ perni
cie ac perditione, exiſtimãtes, ꝙ poſt Romani Imperij defectionẽ, atq;
eccleſiæ Chriſti deſtructionẽ, ſe mox ab hac ſeruitute & captiuitate libe
randos eſſe, ut alibi oſtendimus. Ex quo manifeſtũ eſt, dictũ hoc ꝓphe
tæ, Et pro peccatoribus exorabit, nequaq; de eis uerificari poſſe. Ex his
igitur, atq; alijs multis in hac prophetia cõtentis, quæ nullatenus Iudæo
rũ populo in hac captiuitate exiſtenti, cõuenire poſſunt, clarũ atq; per-
ſpicuum eſt, ipſum dei ſeruum de quo propheta loquitur, ipſum Iudai
cum populum minime eſſe poſſe. Quod aũt præmiſſa Iſaiæ uerba ne
mini alij, q; ipſi Meſſiæ recte cõuenire poſſint, nõ ex prædictis tantũ, atq;
textu ipſo clare patet, uerũ ex dictis quoq; ueterũ expoſitorũ clarius at
que euidẽtius apparet. Omnes quippe priſci expoſitores, tã qui Chriſti
anteceſſerunt aduentum, q; qui poſt Chriſtũ paſſum fuerunt, eadẽ ipſa

Isaiæ uerba, nõ nisi de Messia intelligi exposuerũt. Sicuti ipse quoq; R. Selomo aperte testatur, dum ipsa exponens, super illud, Ecce intelliget seruus meus, cum reliquis: sic ait, Magistri nostri totum hoc de Messia intelligi affirmant. Quod etiam per multos alios uideri potest, qui diuersis in locis uerba ipsa de Messia fuisse dicta asserunt. Nam in expositione libri Gen. R. Mosis Hadarsan, super illud 24. cap. dictum, ויביאה יצחק האהלה שרה אמו Hoc est, Et introduxit eam Ishac in tabernaculũ Sarę matris suæ. Sic ad uerbum dicitur, Hic est Rex Messias, qui fuit in generatione impiorum, & reprobrauit eos, & elegit deum sanctum & benedictũ, & nomen sanctum eius, ut coleret eum toto corde. Deditq; cor suum ad petendas miserationes pro Israel, & ad ieiunandum, & ad humiliandum se pro eis. Sicut dictum est Isa. 53. c. Et ipse uulneratus est propter culpas nostras, cõtritus propter peccata nostra. Disciplina pacis nostræ super eum. Cumq; filij Israel fuerint peccantes, ipse exorabit pro eis. Quemadmodum dictum est Isaiæ eodem cap. Et in liuore eius medicatum est nobis. Et propterea Deus seruat eum, ut saluet Israel, & ut exultet cum eis in resurrectione mortuorũ. Sicut dictum est Deut. 33. c. Beatus tu Israel. Quis ut tu, populus saluatus per Deum, clypeum auxiliatoris tui? Sicut & Isaias ait 45. c. Israel saluatus erit in Deo saluatione seculorũ, uel sempiterna. Nõ erubescetis, neq; cõfundemini usq; in secula æternitatis. Hæc traditio. Scriptum præterea est in libro Sanhedrin, cap. Helec, Quòd ex domo R. id est à discipulis R. dictum fuit, Quòd languidus est nomen Messię, iuxta illud Isaię 53. c. dictum, Vere langores nostros ipse tulit, & dolores nostros sustinuit. Ibidem quoq; legitur quod dixit R. Si Messias de uiuis est, ipse est sicut magister noster sanctus. Si uero de mortuis, est sicut Daniel uir desideriorum. Vbi glossa R. Selomonis, Si Messias est (inquit) de illis qui adhuc uiui sunt, in ueritate est sicut magister noster sanctus. Ipse enim & langores sustinuit, & sanctus fuit. Si uero de illis est, qui iã mortui sunt. Ecce ipse fuit sicut Daniel uir desideriorum, qui adiudicatus fuit passionibus in lacu leonum, & sanctus, & perfectus, ac princeps fuit. Tamen מגרי chegon, id est sicut, non sumitur hic stricte. Hæc R. Selomo. Ex quibus manifeste patet, dubium fuisse apud ueteres Iudæorũ, Vtrum tunc Messias ueniret, an mortuus esset. Constabat enim eis, ipsum iam uenisse. Eodem insuper in libro & capite uerba illa, Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur, eleuabitur, & sublimabitur ualde (ut in præcedenti capite diximus) ita exponuntur. Ecce prosperabitur seruus meus Messias, exaltabitur plusquàm Abraham, eleuabitur plusquàm Moses, & sublimabitur plusquam angeli ministerij, qui scilicet Deo ministrant. Ex quibus omnibus satis manifeste patet, Quòd omnia Isaiæ uerba ab eo loco, Ecce intelliget seruus meus, usq; ad finem 53. capitis, ab antiquis Iudæorũ sapientibus de Messia intellecta fuerunt.

Consu-

Confutationis prædictæ confirmatio per Chaldaicám R. Ionathæ paraphrasin in eadem Isaiæ uerba. Caput XVI.

CAPNIO,

QVoniam R. Ionathæ filij Vzielis Chaldaica translatio quam Targum uocant, tantæ apud eos est autoritatis, ut nemo eorum ei contradicere audeat, uelim ad huius confutationis confirmationem, per ipsam Targum eiusdem R. ostenderes, antedicta omnia Isaiæ uerba non posse neq; de populo Israelitico, neque de ullo alio quouis homine, nisi de ipso Messia intelligi. GAL. Nō ab re mi Capnio hoc me facere hortaris. Quando quidem idem R. in sua Chaldæa paraphrasi, omnia eadem uerba (ut nosti) de Messia ad nostrū propositum exponit. Nam ubi Hebraicus textus dicit, Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & sublimabitur ualde. Ita ipse Chaldaicè ait, הא יצלח עבדי משיחא ירם ויסגי ויתקית לחדא Hoc est, Ecce prosperabitur seruus meus Messias, exaltabitur, & multiplicabitur, & fortificabitur ualde. Vbi uerò Hebraicus textus habet, Sic asperget gētes multas, super eum stringent Reges os suum. Ipse ita Chaldaicè dicit, כן יבדר עממין סגיאין עלותי ישתקון מלכין ישוון ידיהון על פומהון Id est, Sic mundabit, uel eliget gentes plurimas. Super ipsum tacebūt Reges, & ponent manum suam super os suum. Vnde patet, quòd uerbum illud Hebraicum ספצו quod ibi ponitur, & æquiuocum est (Nam & aperire, & abbreuiare, siue stringere significat) hic non pro eo quod est aperire (ut author nostræ æditionis accepit) sed pro eo quod est abbreuiare, uel stringere, accipitur. Vbi autem Hebraica litera dicit, Quia quod non est narratum eis, uiderunt, & quod non audierunt, intellexerunt, uel cōtemplati sunt, Ionathas ipse sic ait, ארי דלא ישתעיאו להון חזו ודלא שמעו יסתכלו Id est, Quoniam quibus non est de ipso narratum, uiderunt, & qui non audierunt, contemplati sunt. Et ubi Hebraicè dicit, Quis credidit auditui nostro, & brachiū Dei super quē reuelatum est? Sic ipse Chaldaicè dicit, מאן הימין לבסורתנא דא ותקית דרע גבורתיה דיהוה בדין על מאן אתגליאת Hoc est, Quis credidit annūciationi nostræ huic? & fortitudo brachij uirtutis Dei huiusmodi, super quem reuelata est? Et quod Hebraicè habetur, Non est species ei, neque decor: cum reliquis. Sic idem Chaldaicè exponit, לא חיזו חולא חזויה ולא אימתיה אימת הדיוט ויהי זיו קודשא זיויה דכל דיחזיניה אסתכל ביה Id est, Non erit uisio despicabilis uisio eius, neque reuerentia, uel authoritas eius, reuerentia uel authoritas idiotæ. Sed erit gloria sanctitatis, gloria eius. Et quicunque uiderit eum, contemplabitur ipsum. Propter hoc erit ad bonam annunciationem. Et quod Hebraica litera habet, Et quasi uelatæ facies ab eo: cum reliquis. Ipse ita Chaldaicè transtulit, למדעין דהות מסלקא אפי שבינתא מננא בסירין ולא

חשיבין Hoc est, Et quasi fuisset ablata, uel remota facies diuinitatis eius à nobis uidentibus, & non reputantibus. Quod autem Hebraicè dicitur, Vere langores nostros ipse tulit, & dolores nostros sustinuit. Ipse ita in Chaldæum uertit, כבין על חובנא הוא יבעי ועוייתנא דיליה ישתבקון אנחנא Id est, Sic uel tunc pro reatibus nostris ipse exorabit, & peccata nostra propter eum remittentur nobis. Et quod Hebraicè habetur, Disciplina pacis nostræ super eum, cum cæteris. Ita ipse Chaldaicè traduxit, וכאו לפניה שלמא יסגי עלנא ובדניתוהי לפתגמוהי חובנא ישתבקון לנא Id est, Et in doctrina eius pax multiplicabitur super nos, & in morte ipsius, ad sermonem eius, reatus nostri remittentur nobis. Quod uero hebraicè dicit̃, Omnes nos quasi oues errauimus: cũ reliqs, ita ipse Chaldaicè exposuit, כולא בענא אתבדדנא גבר לקבל ארחיה גלינא ומן קדם יהוה הות רעוא למשבק חובי כלנא בדיליה Hoc est, Omnes tanquam oues dispersi fuimus, quilibet uersus uiam suam captiuatus erat. Et ex parte Dei beneplacitum fuit, parcere, uel remittere reatus omnium nostrum, propter ipsum. Et quod Hebraicus textus habet, Oblatus est & ipse afflictus uel uoluntarius, uel libens, & non aperiet os suũ. Sic ipse Chaldaicè traduxit, בעי והוא אתתב ועד לא פתח פומיה אתקבל תקיפי עממיא Hoc est, Exorauit, & ipse exauditus est, donec non aperuit os suum, suscepturus robustos gentium. Et ubi Hebraicè habetur, Quasi agnus ad occisionem ducet̃, & reliqua. Sic idem Chaldaicè dicit, כאמרא לנכסתא ימסר וברחל דקדם גוזהא שתקא ולית לקבליה דפתח פומיה ומליל מילא Id est, Sicut aries occisioni tradetur, & sicut ouis coram tondentibus se, mutefiet. Et non erit qui pro eo aperiat os suum, & loquatur uerbum. Et quod Hebraica litera habet, Et generationem eius quis narrabit? Sic ipse Chaldaicè transtulit, ופרישן דיתעבדן לנא ביומוהי מאן יכיל לממני Hoc est, Et mirabilia quæ fient nobis in diebus eius, quis poterit enarrare? Quod autem Hebraicè legitur, Dabit impios in sepulchrum suum, & diuitem in mortibus suis. Ita ipse Chaldaicè exposuit, וימסר ית רשיעייא לגיהנם וית עתירי נבסיא דמנסר במותא דאבדנא Id est, Et tradet impios in gehennam, & diuites diuitiarum, qui inique egerint, in mortem perditionis. Et quod Hebraicè dicitur, Et Dominus uoluit conterere eum infirmitate. Si posuerit pro peccato animam suam, & reliqua. Ita ipse Chaldaicè quoq; exposuit, ומן קדם יהוה הות רעוא למצרת לדבאה ית שארא דעממיא בדיל לנקמא מחובין נפשיהון יחזון במלכות משחהון יסגון בנין ובנן יורבין יומין ועבדי אוריתא דיהוה ברעותיה יצלחון Hoc est, Et ex parte Dei beneplacitum fuit, ut conflaretur, & contereretur residuum populi sui. Vt mundarentur à reatibus suis animæ ipsorum, & uideant Regnum Messiæ sui. Multiplicabunt filios & filias, qui prolongabunt dies. Et facientes legem Dei, in beneplacito ipsius prosperabuntur. Quod etiam Hebraicè dicit̃, In scientia sua iustificabit iustus seruus meus multos, & peccata eorum ipse portabit.

portabit. Ita quoq; ipſe tranſtulit, בחכמתיה יזכי זכאין כריל לשעבדא Id eſt, In ſapientia ſua iuſtificabit iuſtos, ut obliget multos ad legem, & pro reatibus eorum ipſe exorabit. Et quod demum Hebraicus textus habet. Eo quòd expoſuit uel tradidit in mortem animam ſuam, cum reliquis, uſq; in finem. Idem ipſe ita Chaldaicè traduxit, atq; expoſuit, חלח דמסר למותא נפשיה ויח מרורייא שעביד לאוריתא והוא על חובין כגיאין יבעי ולמרורייא ישתבק בריליה Hoc eſt, Pro eo quòd tradidit in mortem animam ſuam, uel ſe ipſum, & tranſgreſſores obligauit ad legem. Et ipſe pro reis multis exorabit, & tranſgreſſoribus parcetur propter ipſum. Ex hac igitur Chaldaica traductione palàm oſtenditur, prędicta omnia Iſaiæ uerba ab exordio uſq; in finem, alij nemini, quàm ipſi Meſſiæ recte competere poſſe.

Quòd Deus in cruce ſuſpendendus erat, crucíq; affigendus. Et ille eſt Meſſias, qui morte crucis moriturus fuerat. Caput XVII.

CAPNIO.

VAmuis per ea quæ de Meſsiæ paſsione hactenus dixiſti, ità Iudæorum noſtri temporis perfidia conuincatur, ut amodo nec hiſcere quidem audeant. Vt tamen clarius adhuc eorum arguatur impietas, qui propterea Dominũ noſtrum Ieſum negant uerum fuiſſe Meſſiam, quòd cruci fuerit affixus. Licet pleriq; eorũ ipſum ſuſpenſum fuiſſe mentiantur. Eapropter Meſsiam ipſum Deum & hominem in cruce ſuſpendẽdum, ac morte crucis obiturum fuiſſe, per eorum quoq; ſcripturas oſtendas, neceſſe eſt. GAL. Duo igitur hic mihi facere oportet. Primum enim Deum ipſum ſuſpendendum, crucíq; affigendum fuiſſe, probandum mihi eſt. Et demum, quòd Meſſias ipſe morte crucis moriturus erat. Quod Deus itaque ſuſpendendus eſſet, Deuter. 28. cap. ſatis clare habetur, ubi ſic dicitur, וחיו חייך תלאים לך מנגד ופחדת לילה ויומם ולא תאמין בחייך Hoc eſt, Et erunt uitæ tuæ ſuſpenſæ tibi coràm, & timebis nocte ac die, & non credes in uitas tuas. Vbi ideo fortaſsis pluraliter uitas dixit, Quia ſicut gemina eſt Meſsiæ natura, ita & eius uita, Deus ſcilicet & anima. Hæ autem Meſsiæ uitæ quæ pro nobis in cruce ſuſpendendæ erant, noſtræ ſunt. Nam de uitæ quidem quæ Deus eſt, ita Deuter. 30. cap. legitur, הוא חייך ואורך ימיך Id eſt, Ipſe eſt enim uita tua, & longitudo dierum tuorum. Quòd Meſsias quoque uita ſit, probatum eſt iam ſuprà. Nam & ipſe Dominus Ieſus id ipſum teſtatus eſt, dicens, Ego ſum uia, ueritas, & uita. In Bereſith etiam Rabba קטנה Ketanna, id eſt in expoſitione minori libri Geneſis, hoc certe mirabile quod dicturus ſum, ſcribitur, ſuper illud 22. cap. eiuſdem libri dictum, ויקח אברהם את עצי העולה וישם על יצחק בנו זה, id eſt. Et accepit Abraham ligna holocauſti, & poſuit ea ſuper Ishac filium ſuum, Sic enim ibi dicitur. Sicut זה ze, id eſt iſte, hoc eſt, Deus

qui

qui baiulat crucem ſuam ſuper ſcapulam ſuam. Simile quoq; huic habe
tur in libro ברכות Berachoth.i. Benedictionum, Ieroſolymitano, in ca.
quod incipit, מאימתי קורין Meemathai korin.i. Quãdo legũt. Ibi enim
ſic dicitur, Et fuit, cum compleuit Selomo orando ad Dominũ uniuer
ſam orationem, & deprecationẽ hanc, ſurrexit de conſpectu altaris Do
mini, procumbens ſuper genua ſua, & manus eius erant expanſę ad cœ
los. Dixit R. אבהו Abhu, Et manus eius erant expanſę ad cœlos. Nam
ſicut זה Ze.i. iſte crucifixus, uel in cruce extenſus erat ſtans. Hęc ibi, זה
Ze quod Latine interpretatur iſte, hoc in loco nõ eſt niſi Deus. Quod
per id quod in libro מנחות Menahoth.i. oblationũ, in cap. quod inci-
pit המנחות Hammenahoth.i. Oblationes, ſcribitur, maxime probat.
Vbi ſic dicitur, הקבה נקרא זה שנאמר זה אלי ואנוהו .i. Deus ſanctus & be
nedictus uocatur Ze.i. iſte. Sicut ſcriptum eſt Exo.15.c. Ze.i. iſte Deus
meus, & glorificabo eum. Hæc traditio. Secundum ergo duas iſtas tra
ditiones, Deus ſibi crucem humeris baiulaturas erat, & cruci manibus
extenſis, affigendus. Cum autem Deus ex ſua natura hęc pati nõ poſſit,
de Meſſia neceſſariò intelligenda ſunt, qui deus & homo futurus erat,
& morte crucis moriturus. Quod autem manus & pedes ipſius Meſſię
in cruce fodendi eſſent, Pſalmographus Pſal.22. pronunciauit dicens,
כי סבבוני כלבים עדת מרעים הקפוני כרו ידי ורגלי .i. Quoniam circumde-
derunt me canes. Concilium malignantium obſederunt me, foderunt
manus meas & pedes meos. Sophrim tamen.i. Scribe dictionem illam
כרו caru.i. foderunt in כארי caari, quod ſicut leo ſignificat, mutantes,
ſcripturam ſimul & ſenſum peruerterunt. Quod multis quoq; alijs in
locis eos feciſſe, in primo libro latiſſime oſtendimus. Verumtamẽ qui
dam ex noſtris (licet pie & bono zelo) aiunt. Quod cum textus Hebrai
cus hic dicit, Sicut leo manus meæ & pedes mei, ſiue manus meas & pe
des meos, conſtructio defectiua ibi ſit, ſubaudiendumq́, Impij tan-
quam leo manus meas & pedes meos foderunt, perforauerunt, fixe-
runt, aut male tractauerunt. Ad quod probandum, Chaldaicam tra-
ductionem inducunt, quæ hoc loco ſic habet, מטול דאחזרו עלי רשיעי
דמתילן לכלביא סגיאי בנישת מבצשין אקפוני נבתין היך ארויא ידיי ורגלי
Id eſt, Quoniam uallauerunt me impij, ſimiles canibus plurimis,
congregatio malignorum circumdedit me, mordentes ueluti leo-
nes manus meas & pedes meos. Ex quo inferunt, Hebræos locum
hunc non corrupiſſe. Sed ut uerum fatear, hoc eorum dictum mi-
hi minime placet. Tum primo, quia & ſi in infinitis penè codicibus,
quos nunc Iudæi paſſim præ manibus habent, כארי caari, id eſt ſicut
leo deprauatum ſit: in aliquibus tamen uetuſtiſsimis כרו caru, quod
idem eſt quod foderunt, ſcriptũ adhuc reperitur. tametſi Iudæi in eiſdẽ
non כרו caru, ut ſcriptũ eſt, ſed כארי caari, legant. Dicunt enim ibi כתיב
catheu, id eſt ſcribendum eſſe כרו caru, ſed קרי kare.i. legendum כארי
caari.

caari. Qui est tertius deprauandæ scripturæ modus, ut latius in primo libro ostensum est. Tum deinde, quia cum translatio Chaldaica quam inducunt, non sit Ionathæ filij Vzielis, qui annis pluribus Christi ortū antecessit, sed R. Ioseph cæci (ut ipsimet affirmare uidentur) qui annis fermè trecentis quadraginta post Christum passum claruit, nō mirum uideri debet, si deprauationem hanc secuta, ita hoc loco habeat. Quam uis ipsa quoq; multum contra Iudæos nostri temporis (quod maxime animaduertendum est) & hic, & alijs plurimis in locis ad propositum nostrum faciat. Tum demum, quia quòd nō כארי caari. i. sicut leo, sed כרו caru, id est foderunt, hic scriptum fuerit, non solum in expositione libri Gen. R. Mosis Hadarsan (ut in 8. cap. primi libri uisum est) liqui, dò patet, super illud. Et Abrahã adhuc stabat coram domino. Verum, etiam per 70. interpretum æditionem, qui ita hęc uerba transtulerunt, ἐπ ἐκύκλωσαν μὲ ἰύνοι πολλοί, συναγωγὴ πονηρευομένων πρόσεσχόν μοι, ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου. Ex quo manifestè liquet, quòd כרו caru. i. foderunt, & non כארי caari, hoc est sicut leo, hoc loco scriptum erat. Id etiam ex translatione illa Chaldaica, qua Indi atq; Æthiopes utuntur, potissimum uideri potest. Sic enim habet ⵔⵜⵓⵔ ⵅⵏ ⵅⵍⵢⵏ ⵓⵅⵏⵍⵢⵏ Canauuni oyouiya uaogariya. Id est, Vulnerauerunt, uel foderunt manus meas, & pedes meos. Non ergo Dauid in persona sua hæc uerba protulit, ut iuniores Iudæorum delirantes aiunt, sed in persona Messiæ, quem talia passurum præuidebat. Quod etiam ex immediatè sequentibus aperte insinuatur. Cum dicitur, אספר כל עצמותי המה יביטו יראו בי : יחלקו בגדי להם ועל לבושי ימילו גורל Hoc est, Numerabo omnia ossa mea, uel omnes litigatores meos. Ipsi considerabunt, & despicient me, diuidēt pannos meos sibi, & super uestem meam mittent sortem. Cum igitur hæc nunq; Dauid passus sit, nec unquā in eo cōpleta fuerint, de Messia ea intelligi oportet, præsertim cum scriptum sit in libro שבת Sabbath, in cap. quod incipit, במה חאשה יוצאה Bamme haissa yocza. i. cum quo uxor egredietur, R. חייא Hiya dixisset, omnes prophetas non prophetasse, nisi de diebus Messiæ. Prisci quoq; Talmudistæ illud Zachariæ 12. cap. dictum, והביטו אלי את אשר דקרו .i. Aspicient in me quem transfixerunt, Messiæ filio Ioseph attribuunt, ut refert ibidem R. Dauid Kimhi, Quod per ea etiam quæ in libro סוכה Succa, in cap. החליל המשיח Hahalil hammissa habentur, facile probatur. Ibi enim sic legitur, Scriptum est Zachariæ 12. cap. וספרה הארץ משפחות משפחות לבד Hoc est, Planget terra familiæ familiæ seorsum. Hic planctus ad quid fiet: controuersia est ibi inter Rabbi דוסא Dossa, & magistros. Vnus enim dicit, quòd planctus ille fiet super Messia filio Ioseph, qui occisus erit. Et alter ait, quòd super fomite qui interficietur erit, בשלמא Bislama, id est in pax ei qui dixit, quòd planctus antedictus fiet super Messia filio Ioseph. Hoc est enim quod scriptum est Zach. 12. והביטו אלי

את אשר דקרו וספדו עליו במספד על היחיד והמר עליו בתמרורים על הבכור :
Hoc eſt, Et aſpicient in me quem transfixerunt, & plangent ſuper eum quaſi planctum ſuper unicum. Et dolebitur ſuper eum, ſicut doleri ſolet ſuper primogenitū. Hæc traditio. Quamuis autem expoſitores ibi indiſcuſſum dimittant. Vtrum Meſſias ille dicatur filius Ioſeph, quia ex tribu Ioſeph proditurus eſſet, an à patre uocato Ioſeph. Dictum tamen Talmudiſtarum de Chriſto Domino noſtro intelligitur. Quem ideo Talmudiſtæ filium Ioſeph appellarunt, quia alium patrem in terris habiturus non erat, niſi putatiuum, Ioſeph ſcilicet matris ſuæ uirginis ſponſum, qui ut referunt Euangeliſtæ, pater eius putabatur. Quam ob rem & ipſa glorioſa Virgo dixit ei apud Lucam 2. c. Fili quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. Ex hac igitur traditione neceſſariò ſequitur, Deum ipſum uulnerandum, transfigendumq; fuiſſe. Nam cum ea uerba, Et aſpicient in me quem transfixerunt. Quæ ueteres Talmudiſtarum de Meſſia intelligi uoluerunt, in perſona Dei propheta protulerit, ac ſi Deus ipſe crucifigendus eſſet. Quod nec excogitari quidem potuiſſet, niſi diuinitas cum humanitate in ipſo Meſſia hypoſtaticè unienda fuiſſet. Conſequens profectò eſt, Meſſiam qui crucifigendus erat, Deum & hominem futurum fuiſſe. Cum præterea ſpiritum gratiæ ſuper homines effundere, nemini niſi ſoli Deo conueniat, clarum certe eſt, eum omnino Deum eſſe, in cuius perſona propheta loquitur, dicens, והשפכתי על בית דויד ועל ישב ירושלם רוח חן ותחנונים והביטו אלי את אשר דקרו Hoc eſt, Et effundam ſuper domum Dauid, & ſuper habitatores Ieruſalem ſpiritum gratiæ & deuotionum, ſiue precum. Et aſpicient in me quem confixerunt, uel transfixerunt. CAP. Iuniores Iudæorum tam euidens paſſionis Dei & hominis teſtimonium deprauare non ualentes, aiunt hoc in loco, Reſpicient in eum, & non in me, apud eos ſcriptum eſſe. GAL. Primùm eorum falſitas ex eo patet, quòd omnes antiqui eorum libri (ut ipſe optime noſti) ita prorſus habent, ut ego ſcripſi atq; traduxi. Deinde uero per Chaldaicam R. Ionathæ translationem, quæ ſic eadem uerba Chaldaicè profert. Et effundam ſuper domum Dauid, & ſuper habitatores Ieruſalem ſpiritum pietatis & miſerationum, & reſpicient in me quem transfixerunt. Quare & idem propheta 13. ca. ait, ואמר אליו מה המכות האלה בין ידיך ואמר אשר הכיתי בית מאהבי : חרב עורי על רעי ועל גבר עמיתי נאם יהוה צבאות הך את הרעה והפצין הצאן Hoc eſt, Dicet ad eum, Quid ſunt plagæ iſtæ inter manus tuas? Et dicet, His plagatus ſum in domo eorū qui me diligebant. i. qui me diligere debebāt. Framea ſuſcitare ſuper paſtorē meū, & ſuper uirū ſocium meū, uel cōſimilem mihi, ſeu cohærentē mihi, ait Deus exercituū. Percute paſtorē, & diſpergentur oues. Ex quibus omnibus luce clarius conſtat, Meſſiam Deum & hominē crucis patibulo ſuſpendendū fuiſſe, atq; crucis morte obiturū. Ad lu-

Iudæorum iuniorū obiectio

Confutatio.

Ad Iudæorum obiectum responsio, qui ideo Christum Deum non fuisse asserunt, quia in cruce se à Deo derelictum clamauerit. Cap. XVIII.

CAP NIO,

OIc nobis sese opponit recentiorum Iudæorum impia perfidia. Si Christus uester (inquiens) Deus fuit, Cur mox in cruce moriturus, se à Deo derelictū clamauit, dicēs, אלי אלי למה עזבתני Eli eli lama azabtani. Hoc est, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Si enim Deus & homo fuisset, nunquā homo ille à Deo cui hypostatice (ut ais) unitus erat, deseri potuisset. Quoniam ut ipsimet asseritis, quod semel assumpsit, nunquam dimisit. Quare cum se à Deo derelictū clamauerit, palàm ipsemet se Deum non esse, protestatus est. HOG. Ad hoc Hieronymus dicit, Christum ceciniisse in cruce Psal. 21. aliosq; sequentes, usq; ad illum Psal. 30. uersiculum, In manus tuas Domine commendo spiritum meum. Ex quo sequitur, q; uerba illa Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? non ideo dixerit, ut se à deo derelictum ostenderet, sed quia, cum alijs eorundem Psalmorū uerbis sibi dicenda occurrerint. GAL. Ego quidem Hieronymo non contradico, sed unum hoc adijcio, Quòd quemadmodum Iudęis etiam dixit apud Isaiam 33. cap. Et quare moriemini domus Israel? Non quidem ut hoc ab eis disceret, quin potius, ut eos ad suæ perditionis considerationē salubriter excitaret. Ita quo q; Christus cum in quantū homo clamando à Deo quæsiuit, ut quid eum in manibus Iudęorum ad illudendum, conspuendum, flagellandum, crucifigendū, occidendum q; dereliquisset, non quasi ignarus, nec quasi de Deo conquerens, uel ipsum arguens, id fecit, sed ut Iudæos ipsos audientes, ad saluberrimam suæ passionis considerationem, fidem q; induceret. Quod uerba mox ibidem sequentia aperte insinuant. Nam cum in persona Messiæ prophęta (ut dictum est) dixisset, אלי אלי למה עזבתני Hoc est, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me. Statim immediatè subiecit, רחוק מישועתי דברי שאגתי Hoc est, Longè à saluatione mea uerba rugitus mei. Verba utique rugitus Christi, quibus ut homo se à Deo suo derelictum clamauit, in cordibus Iudęorum eum occidere cupientium, longe fuerunt à saluatione eius, qua ipsum Deus suscitauit, atq; in cœlum uidentibus discipulis eleuauit. Vel aliter. Cum enim in sexto libro ex priscorum Talmudistarum sententia dictum sit, saluationem nostram saluationem Dei esse, eo quòd Deus saluando Israelem, se ipsum saluare dicatur. Hinc & Messias ipse qui humanum genus saluaturus erat, saluatus pro eo quod est saluator, plerunq; dicitur. Eam ob rem haud incongrue dici etiam potest, Verba rugitus, id est lamentationis Christi longè à saluatione eius, hoc est à redemptione humani generis futura fuisse, quo ad illos scilicet duntaxat, qui propter impœnitens & ob-

ſtinatum cor eorum non erant humanæ redemptionis fructum perce-
pturi. Quare & mox ipſe ſubiiciens, Sitio inquit, id eſt ſalutem omniũ
deſidero, quia pro omnibus patior, & ſi non omnes ſint merito paſſio-
nis meæ ſaluandi. Et in hunc ſenſum Chaldæus interpres prædicta uer
ba trãſtuliſſe uidet. Cum ita Chaldaicè ait, אלהי אלהי מיאול מיח שבקתני
רחיק מן פורקני מילי אבליותי : Id eſt, Deus meus, Deus meus, quare de-
reliquiſti me, longe à redemptione mea uerba lamentationis meæ.
HOG. Æditio noſtra longe aliter habet, quàm ipſe trãſtuliſti. Sic enim
habet, Deus Deus meus, reſpice in me, quare me dereliquiſti? longe à
ſalute mea uerba delictorum meorum. GAL. Vt inſpicienti euiden-
ter patet, pro fide Chriſtiana longe melius Hebraica ueritas hic habet,
quàm noſtra ſiue Græca, ſiue Latina habeat æditio. Cuius autores ne-
ſcio quo ſpiritu moti, pronomen hoc meus à principio eiuſdem uerſi-
culi remouerunt, & in medio eius reſpice in me addiderunt, atq; in fine
ipſius, uerba rugitus mei, in uerba delictorum meorum mutauerunt.
Quæ quidem tria, hoc eſt minuere, addere, mutare, multis alijs in ſacrę
ſcripturæ locis tam, apud Græcos, quàm apud Latinos ſæpiſſime fe-
ciſſe comperiuntur. Ex eo igitur quòd ſaluator noſter ſe à Deo derelic-
tum clamauerit, ipſum Deum non fuiſſe, minime concludere poterit
falſa nimium Iudæorum noſtri temporis calliditas. Neq; etiam nos ar-
guere ualebit, quòd Deum omnino impatibilem, immortalem, & in-
commutabilem, crucifixum, clauis ac lancea trãsfixum, mortuumq;, &
ſepultum fateamur, & credamus. Cum hæc omnia Meſſiam ipſum Deum & ho-
minem, non utiq; ſecundum diuinitatem, ſed ſecundum naturã noſtræ
mortalitatis aſſumptam, paſſum aſſeremus. Quæ omnia nobiſcũ pro-
phetæ, cæteriq; ſancti patres, ac ueteres Talmudiſtæ longe ante nos, &
faſſi ſunt, & crediderunt, ut in præmiſſis liquidò patuit. Quas ob res
haud inepte ipſi (ut ſuprà uiſum eſt) eum אל נערץ El naaraz. i. Deum
confractum, ſiue contritum, aut territum uocauerunt. Eſt enim אל El,
id eſt Deus, ſecundum formam Dei, Et נערץ naaraz, id eſt cõfractus,
ſeu cõtritus, uel territus ſecundum formam ſerui. Secundum quam in
ſua paſſione, ut refert Marcus 14. c. cœpit pauere & tedere, fuitq; flagel
lis contritus, colaphis alapisq; cæſus, atq; crucifixus, & clauis a lancea
confoſſus, atque confractus. Quapropter Pſalmographus Deum allo-
quens, & impiorum iudicio, ipſum contra ea quæ de Meſſia promiſe-
rat quaſi facientem, quodammodo arguens ſic Pſal. 89. ait, ואתה זנחת
ותמאס תתעברת עם משיחך : נארת בריתת עבדך חללת לארץ נזרו Id eſt, Et
tu repuliſti, & abieciſti, tranſgreſſus es, uel exceſſiſti, uel iratus es cum
Meſſia tuo. Neglexiſti pactum ſerui tui, profanaſti in terra coronam
eius. Et poſt pauca, עד מיה יהוה תסתר לנצח תבער כמו אש חמתך Hoc eſt,
Vſquequo Deus occultabis te, in æternum exardeſcet uelut ignis ira
tua? Vbi gloſſa R. Abraham Auen Ezra. Vſquequo (inquit) Deus
occulta-

occultabis te, ex una parte ſcilicet uel ex uno angulo aut uertice quaſi occultatus ſis, ita quòd non uideas mala Meſſię tui, ſed exardeſcat ſicut ignis contra eum ira tua? Et infrà, איה חסדיך הראשונים ארני נשבעת לדור באמונתך .i. Vbi ſunt miſericordiæ tuæ priores Domine, quas iuraſti Dauid per fidem tuam. Vbi gloſſa eiuſdem R. Abraham ait: Ac ſi dicat, Statue Domine iuramentum tuum, quod de aduentu Redemptoris feciſti. Et demum, ברוך יהוה לעולם אמן ואמן Hoc eſt, Benedictus Deus in ęternũ, amen amẽ. Vbi gloſſa ipſius R. Sẽſus eſt inquit, Quòd Pſalmiſta uiderit per ſpiritum ſanctum Meſſię aduentum, ideoq; dedit laudes nomini Dei, hoc eſt Deo. Fuit autem in Hiſpania quidam magnus ſapiẽs, & probus homo, cui Pſalmus iſte grauis admodum erat, & uſq; adeo, quòd ipſum nec legere poterat, nec patienter audire, eo quòd Pſalmiſta grauia contra Deum hic loquatur. Hæc ille.

Quod Meſſias in ſua morte felle & aceto potandus erat, eoq; moriente, tenebræ ſuper omnem terram fieri debebant. Caput XIX.

CAPNIO.

QVoniam legimus Chriſtũ redemptorem noſtrum in ſua paſſione felle & aceto potatum, tenebrasq; ſuper uniuerſam terram eo moriente, fieri contigiſſe. Eam ob rem ad magis expro brandam impiam obſtinatamq; ludæorũ noſtri temporis incredulitatem, hæc omnia in morte Meſſiæ accidere debuiſſe, per eorum ſcripturas probandum quoq; eſt. GAL. Primum itaq; notandum eſt, quod legitur in libro Sanhedrin, in cap. quod incipit, נגמר חרין Nigmar had din, id eſt, Diffinitũ eſt iudicium. Vbi ſic ad uerbum dicitur: Dixit R. חסדא Haſda, Quòd egreſſurus occidendus potabatur puluere incenſi in cypho uini, quatenus ſepararentur ſenſus eius ab eo. Sicut dictũ eſt Prouer. 31. cap. תנו שכר לאובד ויין למורי נפש Hoc eſt, Date ebriatiuum perdito, & uinum amaro animo. Erãt autem in Ieruſalem mulieres honeſtę, quæ hæc ſponte mittebant. Hęc Talmud. Bonum igitur uinum Domino Ieſu Chriſto, aliiſq; cum eo crucifigẽdis ad hoc miſſum ludęi biberunt. Quare tunc impletum eſt, quod longe ante per Amos cap. 2. dictum fuerat, ויין עגושים ישתו בית אלהיהם Id eſt, Et uinum damnatorum bibet domus Dei eorum. Quaſi diceret, Vinum damnatorum bibet domus Iſrael, & quod maioris erit facinoris, uinum etiam Dei eorum. Neque tamen cuipiam inconueniens uideri debet, quòd pauperum admodum ludęorum factum, domui Iſrael propheta attribuat. Cum ibi non ſolum ingens populi multitudo adeſſet, faciẽtibus quod dictum eſt, conſentiens, uerum eorum quoque de quibus Matth. 27. capite dicitur, Quod ſimiliter & Principes ſacerdotum illudentes cum ſcribis & ſenioribus dicebant, Alios ſaluos fecit, ſe ipſum non poteſt

ſaluum facere? Si Rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de cruce, & credimus ei. Cõfidit in Deo, liberet nunc eum, ſi uult. Dixit enim, quia filius Dei ſum. Mos eſt etiam diuinæ ſcripturæ multitudini quandoq; aſcribere, quod uel ab uno ſolo factum eſt. Legitur enim Iehoſuæ 7. ca. Dominũ ad ipſum Iehoſuam dixiſſe, Peccauit Iſrael, & tranſgreſſi ſunt pactum meum, quod pręcepi eis, & etiam acceperunt de anathemate, & etiam furati ſunt, cum reliquis. Ecce quomodo Dominus Iſraeli attribuit, quòd ſolus Achan perpetrauerat. Pro incenſo igitur & bono uino bibito, myrrham & acetum cum felle mixtum Iudaica impietas Domino Ieſu propinauit. Et tunc illud Pſal. dictum impletũ eſt, ויתנו בכרותי ראש ולצמאי ישקוני חמץ : Hoc eſt, Et dabunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potabũt me aceto. Hæc autem de Meſſia intelligenda fuiſſe, in Midras Ruth, id eſt in expoſitione libri Ruth euidentius apparet, ſuper illud quod dixit Booz, ſecundo capite, Accede huc, & comedes de pane, & tinges fruſtum tuum, uel bucellam tuam in aceto. Sic enim ibi dicitur: Loquitur de Rege Meſſia, Accede huc, id eſt appropinqua ad Regnum. Et comedes de pane. Iſte eſt panis Regni. Et tinges fruſtum tuum, uel bucellam tuam in aceto. Hæ ſunt paſſiones, uel tormenta Meſſiæ. De quo dictum eſt Iſa. 53. Et ipſe uulneratus eſt, uel occiſus eſt propter culpas noſtras, cõtritus propter peccata noſtra. Hæc traditio. Ex qua manifeſtè oſtenditur, quòd acetum Ruth ſignificauit, ac præfigurauit Meſſiæ paſſiones atq; tormenta. Quanto magis igitur in perſona Meſſiæ dictum fuiſſe oportet, quod iam præmiſſum eſt, Et dabunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potabunt me aceto. Quod maxime in iuſta Iudæorũ retributione innuit̃, cum protinus eodẽ in Pſal. ſubdit̃, יהי שלחנם לפניהם לפח ולשלומים למוקש תחשכנה עיניהם מראות ומתניהם תמיד המעד : שפך עליהם זעמך וחרון אפך ישיגם : תהי טירתם נשמה באלהים אל יהי יושב .i. Sit menſa eorum coram eis in laqueum, & quę ſunt pacis in ſcandalum. Obſcurentur oculi eorum à uiſione, & lumbos eorũ iugiter diſſolue. Effunde ſuper eos indignationẽ tuam, & ira furoris tui comprehẽdat eos. Sit habitatio eorum deſerta, in tabernaculis eorum non ſit habitator. Et poſt hæc ſtatim ſubijcitur, כי אתה אשר הבית רדפו ואל מכאוב חלליך יספרו : הנה עון על עונם ואל יבאו בצדקתך : ימחו מספר חיים ועם צדיקים אל יכתבו : Hoc eſt, Quoniam quem tu percuſſiſti perſecuti ſunt, & ad dolorem, uel ad afflictionem, uulneratos tuos uel occiſos tuos narrabũt. Pone peccatũ ſuper peccatũ eorũ, & nõ ueniant in, uel cũ, iuſtitia tua: deleant̃ de libro uitę, uel uiuẽtiũ, & cũ iuſtis nõ ſcribant̃. Hæc aũt omnia Chaldaicus interpres ita Chald. traduxit atq; expoſuit יהוי פתורהון דסדרו קומוי באכלי קומהון לקלא ונבסתהון להקלא : יתחשכן עייניהון מן למיחמי וחרציהון תדירא תזעזע : שדי עליהון רוגזך ותקות רוגזך ידבקינון : תהי משכנתהון צדיא במשכנהון לא יהא יתיב : ארום דאנת מחיתא רדפו ומאן דכאיב על קטולך ישתעיין : הבה עוויא על שויתהון ולא ידכון למיעל בכינשת

בבינשת צרקיר : יתימחון מספר רובין חייא ועם צרקייא לא יבחבון :

Hoc eſt, Sit mẽſa eorum quam parauerunt coram me, ut comederem, in laqueum, & ſacrificia eorum in ſcandalum. Obſcurentur oculi eorũ, ut uidere nequeant, & lumbos eorum cõtinuo tremore affice. Effunde ſuper eos furorem tuum, & fortitudo furoris tui apprehendat eos. Sit habitatio eorum deſerta, & in tabernaculis eorum non ſit habitator. Quoniam quem tu uulneraſti, perſecuti ſunt, & in afflictũ propter interfectos tuos, obloquentur. Adde peccatum ſuper peccatũ eorum, & non mereãtur ingredi in eccleſiam iuſtorum tuorum. Deleantur de libro memoriæ uiuorum, & cum iuſtis nõ ſcribantur. Ad horum uerborum Pſalmographi declarationem, notandum eſt, quòd menſa in ſacra ſcriptura quandoq; quidem regnum dicitur. Vnde in Midras tillim. i. in expoſitione Pſalmorũ, ſuper illud Pſal. 22. dictum, תערוך לפני שלחן Id eſt, Parabis coram me menſam. Sic dicitur, Hæc menſa eſt Regnum. Quandoq; uerò tota ipſa diuina ſcriptura quę in 24. diſtinguit libros, menſa nuncupatur, iuxta illud Deut. 8. cap. dictum, לא על חלחם לבדו יחיה האדם כי על כל מוצא פי יהוה יחיה האדם Hoc eſt, Non de ſolo pane uiuit homo, ſed de omni eo quod egreditur ex ore Dei, uiuit homo. Vtraq; hæc menſa facta eſt Iudæis in laqueum. Quia enim Meſſiam uino myrrhato & aceto cum felle mixto potauerunt. Idcirco & regnum & ueram ſcripturæ intelligentiam perdiderunt. Quare de eorum cæcitate ſubditur, Obſcurent oculi eorum à uiſione. i. ne uideant. Hinc etiã uerus Meſſias, qui eis ad pacem eſſe debuit, & pax uocatur, iuſto dei iudicio, factus eſt eis in ſcandalum. Quia os eius felle & aceto amaricauerunt. Et hoc eſt quod in planctu ſuo Ieremias 1. cap. ait, צדיק הוא יהוה כי פיהו מריתי Id eſt, Iuſtus eſt ipſe Deus, quia os eius amaricaui. Tunc enim Iudaica prauitas os Dei amaricauit, cum ſpongiam aceto felleq; plenam, arundini circumpoſitam, ori atq; naſo Domini noſtri Ieſu ueri Meſſiæ appoſuit. Quam ob rem tunc etiam impletum eſt Ezec. illud 8. cap. dictum, ותנם שולחים את הזמורה אל אפי Id eſt, Et ipſi erunt mittentes fetorem ad naſum meum. Quod exponens R. Kimhi ait, Vult dicere, odorem malum. HOG. His in locis longe ſecus ſcriptura noſtra habet, quàm tu traduxiſti. Nam illud quidem lamentationis Ieremiæ ſic habet, Iuſtus eſt Dominus, quia os eius ad iracundiam prouocaui. Hoc autem Ezechielis ita, Et ecce applicãt ramum ad nares meas. GAL. Vtrobique author noſtræ æditionis (pace eius dixerim) nimium Iudæis blanditus eſt. Nam dictio מריתי marithi, quæ in uerbis Ieremiæ ponitur, à uerbo מרה mara, quod amaricare proprie ſignificat, deriuatur. Idcirco מריתי marithi, idem eſt, quod amaricaui. Dictũ autem Ezechielis tam apud nos, quàm apud Hebræos penitus depraua-tum eſt, ſed multo magis apud nos quàm apud eos. Illi enim ſic habent, Et ipſi mittentes erunt fetorem ad naſum ſuum. Neutra tamen li-

tera uera est,neq; quam ipsi habent,neque quam nos habemus,sed illa quam prius posui. Antiqui nanq; eorum sapientes,quos סופרים Sophrim,id est scribas nuncupant,attendentes prophetam eadem uerba in persona Dei protulisse. Fetoremq; ad nasum eius poni, & inconueniens,& impossibile esse existimantes. Ne huiusmodi locutio in simplicium scãdalum cederet,scripturam hanc quemadmodum & alias eius generis quamplurimas,cõmutauerunt. Vt latius in primo libro ostendimus. Hic autem ad nasum meum scriptũ erat,quod ipsi mutantes ad nasum suum scripserunt. Vt ibidem quoq; per eorũ scripturas probauimus. Quod autem Messia moriente, sol obscurari debebat, tenebræq; per uniuersam terram fieri,longe ante per Amos prophetã nunciatum fuit, sic 8. cap. dicentem, והיה ביום ההוא נאם ארני יהוה והבאתי השמש בצהרים והחשכתי לארץ ביום אור : והפכתי חגיכם לאבל וכל שיריכם לקינה והעליתי על כל מתנים שק ועל כל ראש קרחה Hoc est,Et erit in die illo,ait Dominus Deus,& occidere faciam solem in meridie,& tenebrescere faciam terram in die lucis,Et conuertam festiuitates uestras in luctum,& omnia cantica uestra in lamentum. Et ascendere faciam super omnia dorsa saccum,& super omne caput caluicium, uel depilationẽ. Tenebras uero factas fuisse ea die & hora, qua Christus mortuus est, nemo it inficias. Cum id uel gentiles ipsi testentur. Depilationẽ autem hanc atq; lamentationem incõsolabilem tunc,aut parum pòst fieri contigit. Cum scilicet 40. anno ante templi euersionem, Iudicibus Iudæorum ex consistorio Gazith expulsis, omnis ab eis iudiciaria potestas ablata fuit. Sicut in quarto libro latissime patuit.

De merito passionis Messiæ, & mortis, ac effusionis sanguinis eius. Caput XX.

CAPNIO,

CVm per meritũ passionis Christi humanum genus saluatum sit. Ideo ut nihil de Messiæ passione prætermittatur, de merito nunc passionis,mortis,& effusionis sanguinis eius,aliquid ex Iudæorum scripturis patefacias. GAL. Faciam equidem. De merito itaq; passionis Messiæ id nunc solum audiendum sit,quod in libro qui apud eos ספרי Siphre uocatur,ex uerbis R. Iosis hoc modo scriptum est,Egredere & disce meritum regis Messiæ,ac præmium iustorum ab antiquo Adam. Cui non fuit datum, nisi unum præceptum de negatiuis,& transgressus est illud. Vide quot mortes decretæ sunt ei, & generationibus eius, generationibusq; generationũ,usq; ad finem omnium generationum. Porro qúænam mensura multiplicatur, mensurá ne boni,an mensura uindictæ? Esto dicẽs,quòd mẽsura boni multiplicatur,mensura uero uindictæ minuitur. Quasi dicat, Deus semper citra condignum punit, & ultra condignum remunerat. Rex igitur

Messias

Messias afflictus & humiliatus ieiunio, pœnisq́ affectus, meritum & præmium omnibus retribuet. Sicut dictum est Isa. 53. cap. Et Dominus obuiare fecit in eo peccatum omnium nostrum. Hæc Talmud. Hoc etiam modo argumentatus est Paulus ille summus Talmudista, cum ad Romanos scribens 5. ca. ait, Si unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei, & donum in gratia unius hominis Iesu Christi, in plures abundauit. Meritum autem mortis Messiæ ex eo maxime ostenditur, quod in eodem libro, ita legitur, מחמס בני יהודה אשר שפכו דם נקי בארצם באותה שעה ויהודה לעולם תשב ונקתי דמם לא ניקתי ובפר אדמתו עמו מגיין אתה אומר שהריגתו שביד אומות העולם בפרה חיא להם לעולם הבא שנאמר מזמור לאסת אלהים באו גוים בנחלתיך: Id est, De iniquitate filiorum Iudæ, qui fuderunt sanguinem innocentem in terra eorum in illa hora. Et Iudas semper manebit, & parcam, sanguini uero eorum non parcam. Parcet tamen terra eius, id est cadauer eius populo suo. Et unde habes, quòd mors eius, quæ est in manu gentiũ mundi, parcet eis in seculo uenturo? Quia dictum est in Psalmo Asaph, Deus uenerunt gentes in hæreditatem tuam. Hęc traditio. Ex qua manifestè liquet, per mortem Messiæ, futuram fuisse peccatorum remissionem. Tum ex eo quòd dicit, quòd terra eius, id est cadauer eius parcet populo suo. Tum etiam, quia ait, quòd mors eius scilicet Messiæ parcere debebat gentibus in seculo uenturo, id est tempore Messiæ. Et recte quidem. Nã Messias ipse pro humani generis salute, & præsertim propter saluandos patres moriturus erat. Quod ex commentarijs R. Mosis Hadarsan palàm ostenditur, super illud Psal. 49. ויחי עוד לנצח לא יראה השחת כי יראה חכמים ימות Hoc est, Et uiuet ultrà in sempiternũ, & non uidebit infernum, cum uiderit sapientes morientes, uel, uti uidebit sapientes morientes, ut aliqui interpretati sunt. Cum sic ibi dicitur, אמר רבי משה הדרשן זה הפסוק נאמר על מלך המשיח שימות בדי לפדות את האבות ואחר יחיה לנצח לא יראה שחת כמו החכמים שימותו Hoc est, Dixit R. Moses Hadarsan, Hic textus dictus est de Rege Messia, qui morietur propter redimendos patres. Et post modum uiuet in sempiternũ. Nec uidebit infernum, quemadmodum sapientes, qui moriuntur. Quod autem non nisi per sanguinis Messiæ effusionem, & à peccatis mundandi essent fideles, & ab inferno liberandi, patet per illud Zachariæ nono capite dictum, גם את בדם בריתך שלחתי אסיריך מבור אין מים כו Hoc est, Etiam tu per sanguinem pacti tui, emisi captiuos tuos de puteo, in quo non sunt aquæ. Ad cuius dicti intellectum, notandum est, quòd hæ dictiones tu & tuos, hic positę, fœminini sunt generis. Ideo eas ad aliquod fœmininum, cuius mentio præcesserit, referri oportet. Ad quod autem fœmininũ sint referẽdæ, ostendit̃ ibidẽ, cum paulò antè hæc uerba sic dicitur, גילי מאד בת ציון הריעי בת ירושלם הנה מלכך יבוא לך צדיק ונושע הוא Id est, Exulta ualde filia Syion, iubila

filia Ierusalem. Ecce Rex tuus ueniet tibi iustus & saluatus ipse. Vbi Io-
nathæ Chaldaica translatio sic dicit, הראי לחדא בנשתא ציון גילי סחלא
ירושלם Hoc est, Exulta in unũ ecclesia Syion, iubila ecclesia Ierusalẽ. Ad
filiã igit̃. i. ecclesiã Syion & Ierusalẽ referẽda sunt hęc pronomina ibi po
sita, cum dicitur. Etiam tu in sanguine pacti tui, emisi captiuos tuos de
puteo, in quo non sunt aquæ. Quæ quidem uerba sic R. Selomo expo-
nit: Etiam tu ecclesia Syion & Ierusalem saluaberis cum Messia: sicut ip
se iustus est & saluatus. Per sanguinem pacti tui, id est per meritum san
guinis pacti, qui effusus est super uos in Sinai. De quo dictũ est Exo.
14. cap. Ecce sanguis pacti, quod scidit Dominus. Emisi captiuos tuos
de puteo, id est de captiuitate. Hæc ille. Cum inquit de puteo, id est de
captiuitate, hoc non potest intelligi de puteo captiuitatis Ægypti, uel
Babylonis, cum aquis utraq; abundet, & propheta puteum de quo lo-
quitur, carere aquis dicat, Quare de puteo gehennæ in quo non sunt
aquæ, sed ignis & sulphur, dictũ eius intelligi oportet, ut patet in pro-
logo איכה רבתי Echa rabbethi, id est expositionis planctus Ieremiæ.
Vbi sic dicitur, Deus sanctus & benedictus promisit nobis, quòd eri-
peret nos de gehenna per meritum circumcisionis. Et ubi hoc dixit?
Apud Zachariam dicentem, Etiam tu per sanguinem pacti tui, emisi
captiuos tuos de puteo, in quo non sunt aquæ. Hæc traditio. Cum au-
tem dicit per meritum circumcisionis futuram fuisse saluationem, per
meritum effusionis sanguinis Christi intelligi uoluit, cuius typum cir-
cũcisio gessit. Nam cum omnes patriarchæ & prophetæ, omnesq; san-
cti patres quãtumcunq; sancti, qui circumcisionem acceperunt, usq; ad
passionem Christi, ad infernum descenderint, ut patet in multis locis
Talmud, & præsertim in libro qui חגיגה Haghiga dicitur, in ca. quod
incipit הכל חייבין Haccol hayyabin, id est omnes sunt obligati, ut latius
in præcedentibus ostendimus. Consequens plane est, quòd nõ per me
ritum circumcisionis, sed per meritum passionis Christi, cuius figuram
circumcisio gerebat, eramus ab inferno liberãdi. Pręterea cum nec pec
catorum uenia, nec satisfactio, nec per consequens animarum saluatio,
nisi per sanguinis effusionẽ fieri debuerit, ut patet in libro יומא yoma,
id est Dierum, in cap. quod incipit, Septem dies ante diem propiciatio
nis. Vbi sic ad uerbum legitur, Non est uenia, uel peccati remissio, nisi
per sanguinem. Sicut scriptum est Leuit. 17. cap. כי חדם הוא בנפש יכפר
Id est, Nam sanguis ipse pro anima satisfaciet, uel animæ parcere faciet.
Saluatio autem cum non nisi per Messiam futura fuerit, ut in superio-
ribus probatum est. Necessario profectò sequitur, quòd neque merito
circumcisionis, neq; merito sanguinis super filios Israel in monte Sinai
effusi, Deus peccata remittebat, sed merito duntaxat sanguinis Messiæ
effundendi, quem sanguines prędicti figurabant, sine quo nec fuit, nec
est, nec erit unquam perfecta peccatorum remissio.

Expositio R. Selomonis.

Quòd

Quòd Meßias ad infernum deſcenſurus eſſet, omnesq; electos inde educturus. *Caput* XXI.

CAPNIO,

VM Chriſtum Dominũ noſtrum poſt mortem ſuam ad inferos deſcendiſſe, indeq; electorum ſuorum animas eduxiſſe, & credamus, & cõfiteamur. Eapropter ut magis magisq; adhuc iuniorum Iudæorũ conuincatur perfidia, id ipſum & Meſſiam facturũ fuiſſe, probari quoq; per eorum ſcripturas oportet. GAL. Meſſiam itaq; ad infernum deſcenſurũ, atq; electos omnes inde educturũ fuiſſe, per illud in primis patet, quod in Bereſſith rabba, id eſt in expoſitione libri Gen. R. Moſis Hadarſan legitur. Vbi ſuper illud 24. c. eiuſdem libri dictum, Et induxit me in tabernaculũ. Sic ad uerbum dicitur: Dixit R. Iehoſuas filius Leui, Iui cum angelo mortis nomine קיפוד kippod, quouſq; perueni ad portas gehennæ. Statimq; miſi kippod angelũ, qui ſcilicet præeſt gehennæ, ut metiretur gehennam à capite uſq; ad finem, & nõ fuit ei hora uacans ad metiendũ. Quia tunc occiderunt Rabban Simeonem filium Gamlielis. Et uolui ire, & nõ potui. Poſt hoc autem iui cum kippod angelo, & ibat mecum Meſsias filius Dauid, quouſq; perueni ad portas gehennæ. Cumq; uiderent captiui qui in gehenna erant, lumen Meſſiæ, gauiſi ſunt eum recipere, dicentes, Hic educet nos de his tenebris. Sicut dictũ eſt Hoſeæ 13. c. מיד שאול אפדם ממות אגאלם Hoc eſt, De manu inferni redimam eos, à morte liberabo illos. Et ſic Iſaias quoq; dicit 35. c. ופדויי יהוה ישבון ובאו ציון .i. Et redempti Dei redibunt, & ueniẽt, uel intrabunt in Syion. Et reliqua uſq; ונסו יגון ואנחה Hoc eſt, Et fugient dolor & gemitus. Non dicitur autem Syion in loco iſto, niſi גן עדן gan eden, id eſt hortus uoluptatis, hoc eſt, paradiſus. Hucuſq; traditio. Quæ & ſi ſtultum quoddã uideatur ponere figmentum. Quia tamen Talmudiſtę arcana Meſsię non niſi in parabolis tradere ſoliti ſunt. Ideo figmentum illud finxerunt, ut Meſsiæ deſcenſum ad inferos, gaudiumq; ſanctorũ patrum in limbo exiſtentiũ, quod propter ipſius aduentum, ſuamq; liberationem habituri erant, inſinuarent. Quod teſtimonijs Hoſeæ & Iſaię optime probant. Hoc idem etiã ille eorum Doctor, quem רבינו חסדוש Rabbenu Haccados, id eſt Magiſtrũ noſtrum ſanctum uocant, longe ante Chriſtum natum apertius oſtendit, in libro quem גלי רזייא Gale razeya. i. reuelatorem arcanorũ appellauit. Et preſertim ad ſecundam Antonini Conſulis urbis Romę petitionem. Vbi inter cætera idem Antoninus ab eo quæſiuit, dicens, Ex quo גבר gheuer. i. uir Deũ ſignificat, quid ſibi uult textus ille Tren. 3. c. ſcriptus, אני הגבר ראה עני בשבט עברתו ׃ אותי נהג וילך חשך ולא אור Id eſt, Ego gheuer, id eſt uir uidens paupertatem, in uirga indignationis ſuę me minauit, & adduxit in tenebras, & non in lucem. Reſpondit ei Rabbenus: Hic eſt, Deus ſanctus & benedictus, qui ait, Ego ſum

uir

uir qui uidi paupertatem. Me minauit & adduxit in tenebras, & non in lucem. Hic itidem Deus ſanctus & benedictus eſt, qui dixit, Decre. ui deſcendere ad inferos, ad redimendas animas iuſtorum, quas in uir. ga indignationis ſuæ pater meus, qui eſt in cœlis, illic detrudit propter peccatum Adæ. Item eodem in libro ad ſextam eiuſdem Antonini pe. titionem, idem Rabbenus Haccados dicit ſe in libro R. Simeonis filij Iohai מחסר חסורות qui Mechkar haſſodoth, id eſt, Inueſtigatio ſecre. torum nuncupatur, hæc inter cætera inueniſſe. His auditis cœpit flere Rab Hoſeas, dixitq́, Veh illis, ueh illis impijs, iniquis, homicidis Iſrael. Quorum amore, ut peccatū illis dimittat, Deus ſanctus & benedictus mittet filium ſanctum ſuum, & carne humana ſe induet. Veh illis, quia propter ſuas prauas operationes erunt rebelles huic Meſſiæ, & reſpuēt dicta, quibus præcipiet, ut mundificentur aqua mundificationis, ad purganda eorum peccata. Ipſi uero non incedent in uijs Deo gratis, nec facient uoluntatē eius, ſed ingenti iracundia perciti, eum occident. Tunc anima eius deſcendet ad inferos, apud quos triduo morabitur. Vt inde omnes animas patrum iuſtorumq́ educat. Sicut dictum eſt Gen. 47. cap. אנבי ארד עמך מצרימה ואנבי אעלך Id eſt, Ego deſcendam tecum in Ægyptum, & ego inde educam te. Et faciet Deus ſanctus & benedictus, ut eos in paradiſum deducat, ſintq́ lęti in gloria Dei, iuxta illud Hoſeæ 6. c. dictum, Viſitabit nos poſt duos dies, in die tertia ſuſci tabit nos, & uiuemus ante faciem eius. Hæc omnia ille, quem ipſi Ma. giſtrum noſtrum ſanctum appellant. Ex quibus omnibus ſatis manife. ſte patuit, Meſſiam Deum & hominem ſtatim poſt mortem ſuam ad infernum deſcenſurum fuiſſe, atque animas electorum ſuorum inde educturum.

Quod Meſsias tertio die à mortuis reſurgere debebat. Cap. XXII.

CAPNIO,

IEſum Chriſtum quoq; Dominū noſtrum tertio die à mortuis reſurrexiſſe, Euangeliſtę ſcripſerunt. Hoc igitur idem in Meſ. ſia futurum fuiſſe, per Hebraicas ſcripturas oſtendere debes. GAL. Primum igitur quid ueteres Talmudiſtæ ſuper illud Pſal. 16. di. ctum, ſenſerint, dicam, אני בצדק אחזה פניך אשבעה בהקיץ תמונתך Hoc eſt, Ego in iuſticia, uel per iuſticiam uidebo faciem tuam, ſatiabor cum reſurrexerit forma, uel figura, uel imago, uel ſimilitudo tua. Suprà pro. batum eſt per Talmudiſtarū ſcripturas, Meſſiam eſſe faciem Dei. Hæc etiam forma, uel figura, ſeu imago, ſiue ſimilitudo Dei, de qua hic pro. pheta loquit̄, nō eſt niſi Dei filius, ſiue Meſſias ipſe ſecundū diuinitatē, ſecūdum quā ipſe dei filius ſimilis eſt patri. Vt etiā ſuprà, hoc eſt in 3. li. bro, oſtēſum eſt. Et hęc fuit illa figura, ſiue imago dei, quā Moſes uidit, cum

Talmudiſtica expoſitio.

cum Numeri 12. cap. dicitur, ותמנת יהוה יביט Id est, Et figuram Dei contemplatur. Quod R. Ankelos sic in Chaldæum transtulit, ודמות יקרא דיהוה מסתכל Hoc est, Et similitudinem, uel imaginem charitatis Dei intelligit. Ita ergo secundum sensum istum antedicta prophetæ uerba exponi possunt. Videbo faciem tuam, id est Messiam tuum. Satiabor, cū resurrexerit forma, uel figura, uel similitudo, uel imago tua, id est filius tuus. Quamuis autem aliter ipsa quoque exponant, ut infrà dicetur, cum de resurrectione generali dicendum nobis occurrerit, expositio tamen quam hic posuimus, in Bereshith Rabba סטנה ketanna, id est in expositione libri Gen. minori optime confirmatur, super illud quod 3. cap. eiusdem libri de Adam scriptum est, Et emisit eum Dominus de horto, uel de paradiso uoluptatis. Ibi enim sic ad literā legitur: Dixit R. Hamias, Emissus fuit Adam de paradiso in isto seculo, sed in futuro seculo non emittetur. Iuuatur autem hoc R. Hamię dictum, per id quod scriptum est Psal. 16. Ego in iusticia, uel per iusticiam contemplabor faciem tuam, satiabor cum surrexerit forma, uel figura, uel imago, uel similitudo tua. Dixit Deus sanctus & benedictus, In hora illa ego iustificabo eum, scilicet Adam ab illa sentētia. Dixit Deo sancto & benedicto Dauid, Et in illa hora qua resurget ille, qui est similitudo tua, satiabor, & in iusticia contemplabor, uel uidebo faciem tuam. Vbi glossa R. Selomonis, Cōtemplabor inquit faciem tuam. Sicut dictū est Isa. 52. כי עין בעין יראו בשוב יהוה ציון .i. Quia oculo ad oculū uidebunt, cum morabit uel habitabit Deus in Syion. Quod R. Ionathas ita Chaldaicè traduxit, ארי בעיניהון יחזון גבוראן דיעביד יהוה בר יתיב שבינתיה לציון Hoc est, Quia oculis uidebunt uirtutē, uel fortitudinē suam quā faciet Deus, cū sedebit uel morabit in Syion. Hæc omnia traditio. In quibus tria admodū magna continentur mysteria. Quorū primum est, ꝙ Adā olim de paradiso expulsum, erat Deus iustificaturus, auferendo sententiam contra eum illatam. Secundū est, ꝙ tunc id futurū erat, cum iuxta Dauidis prophetiam תמונה temuna. i. forma, uel figura, uel imago, uel similitudo Dei resurgeret. Tertiū est, ꝙ cum ille qui similitudo Dei, id est similis Deo patri erat secundum diuinitatem, secundum humanitatem resurrecturus esset, tunc sciebat Dauid se sanandū esse, ac per iusticiam faciem dei uisurū atq; contemplaturū. Nec tamen dixit, per cuius iusticiam ista cōsecuturus esset. Quia forte maluit hoc per Isaiā dictum iri. Qui post eū de Messia Dei filio loquens, sic ut in præcedētibus ostēdimus 53. c. inquit, Iustificabit iustus seruus meus multos, et peccata eorū ipse portabit. Hic etiā haud incōgrue dici potest, quod in libro Sāhedrin. c. Helec, hoc modo scriptū est: Dixit R. Nahmā ad R. Ishac, Quis fecit te audire, qñ uēturus sit בר ניפלי Bar niphli. i. filius caducus. Ait ei, Quis ē Bar niphli? Dixit ei, Messias. Ait illi, Messiā ne uocas Bar niphli i. filium caducū? Rndit ei, Etiā. Sicut de ipso scriptū est Amos 9. c. ביום

ההוא אקים את סכת דוד הנפלת Id est, In die illa ſuſcitabo, uel erigam ca-
ſulam Dauid deiectam, uel proſtratam. Hæc traditio. Vbi non ab re
uetus hic Talmudiſta, Meſſiam Bar niphli, id eſt filium caducum appel
lauit. Quia ut dictum ſuum prophetæ teſtimonio probat, Meſſias ipſe
quo ad corpus caſula Dauid deiecta, ſiue proſtrata in ſua paſſione &
morte eſſe debebat, in ſua autem reſurrectione à Deo ſuſcitari & erigi.
Hic neq; ſilentio prætereundum puto, quod in Midras tehilim, id eſt
in expoſitione Pſalmorum legitur, ſuper titulum illum Pſal. 21. qui eſt
על אילת השחר Hoc eſt, Super cerua auroræ. Vbi ſic dicitur: Hoc eſt
quod ſcriptum eſt, Excitare gloria mea, excitare pſalterium & cythara,
Excitabo auroram. Et infrà, Excitare in Edom, id eſt in Romanis. Futu
rum eſt enim ut aſtare facias nobis regem Meſſiam. Et quid eſt, Excita-
bo auroram, & aurora non excitat me. A ſeculo enim non uenit ſuper
me aurora, & inuenit me dormientem. Et hoc eſt, Excitabo auroram.
Et ſic ipſe dicit Pſal. 117. חצות ליל אקום להודות לך Hoc eſt, Media
nocte ſurgo ad confitendum tibi. Hactenus traditio. Vbi notandum
eſt, quòd gloria Dauid fuit in Meſſia, ut habetur in Midras tehilim, id
eſt in expoſitione Pſalmorum, ſuper illud Pſal. 16. Lætatum eſt cor
meum, ſcilicet in uerbis legis, & exultauit gloria mea. Dixit Rabbi
אבחו Abhu, id eſt in Rege Meſſia, qui ex me egreſſurus eſt. Sicut di-
ctum eſt Iſaiæ 4. cap. Quia ſuper omni gloria protectio. Hoc eſt Meſ-
ſias. Etiam caro mea habitabit ad fiduciam, ſcilicet poſt mortem. Dixit
Rabbi Ishac, Docet per hoc quòd non habuit in eo poteſtatem tinea,
& uermis. Hæc traditio. Præmiſſis quoq; addendum eſt, quod in Pſal.
16. hoc modo ſcribitur, לכן שמח לבי ויגל כבודי אף בשרי ישכן לבטח בי
לא תעזב נפשי לשאול ולא תתן חסידך לראות שחת Hoc eſt, Propter hoc
lætatum eſt cor meum, & exultauit gloria mea, etiam caro mea habita-
bit ad fiduciam. Quia non derelinques animam meam in inferno, nec
dabis ſanctum, uel pium tuum, ut uideat corruptionem. Vbi propheta
de corporis Chriſti incorruptione, deq; eius reſurrectione aperte lo-
quitur. De eadem quoq; corporis Meſſiæ incorruptione ſic apud Iſaiã
51. capite legitur, מהר צעח להפתח ולא ימות לשחת ולא יחסר לחמו Id
eſt, Citò clauſus, uel mobilis ad aperiendum, & non morietur ad cor-
ruptionem, nec diminuetur caro eius. Vbi gloſſa Rabbi Kimhi. Eſt in-
quit ibi לחמו lahmo, cadens ſuper carnem tantum, iuxta illud Leuit.
21. cap. בי אשי יהוה לחם אלהיהם הם מקריבים והיו קדש Hoc eſt, Quia ſa-
crificium Dei, carnem Dei ſui ipſi ſacrificant, erunt ſancti. Quod autem
tertio die reſurrecturus eſſet, patet per ea quæ R. Moſes Hadarſan in
expoſitione libri Gen. dicit, ſuper illud eiuſdem lib. 22. cap. dictũ, ביום
השלישי וישא אברהם את עיניו Id eſt, In die tertio eleuauit Abraham
oculos ſuos. Ibi enim idem Rabbi ſic ad uerbum ait, Hoc eſt quod ſcri-
ptum eſt Hoſeæ 6. c. יחיינו מיומים ביום השלישי יקימנו ונחיה לפניו ונדעה
נרדפה

נרדפה לדעת את יהוה Hoc est, Viuificabit nos post duos dies, in die tertio suscitabit nos. Et uiuemus ante faciē eius. Et sciemus, ut sequamur ad cognoscendum Deum. In die enim tertio, triduum, sicut scriptū est Gen. 42. c. Et dixit eis Ioseph, In die tertio. In die uero tertio dationis legis, iuxta illud Exo. 19. Et fuit in die tertio facto mane, & fuerunt uoces & fulgura. In die autem tertio exploratorū. Sicut dictum est Iehosuę 2. Et abscōdimini ibi tribus diebus. In die quoq; tertio Ionæ, iuxta illud, Fuit Ionas in uisceribus piscis tribus diebus & tribus noctibus. In die etiam tertio ascendentium de captiuitate. Sicut dictum est Ezrę 8. c. Et castrametati sumus ibi diebus tribus. In die demū tertio uiuificationis mortuorū, iuxta illud Hoseę 6. c. dictū, Viuificabit nos post duos dies, in die tertio suscitabit nos. Et uiuemus ante faciem eius. Quæ est Rex Messias. Sicut dictum est Psal. 80. יהוה אלהים צבאות השיבנו האר פניך ונושעה .i. Deus exercituum conuerte nos, ostende faciem tuam, id est Messiam tuum, & saluabimur. Hæc traditio. In libro autem Mechilta super illud Psal. 30. כי רגע באפו חיים ברצונו .i. Quoniā momentū in ira eius, & uita in beneplacito eius. Ita scriptum legimus, אמר רבי משה הדרשן כי רגע באפו חיים ברצונו נאמר על משיח צדקנו כי יהיה ברגע המות והחיים ברצונו לתת לאחרים ולקבלה הוע לעצמו וסמיך ליה רנה כי בשיתן המיתה לשום אדם ויבכו בעדו ובשיחיה אותו ירננו והוא בשימו יתאבלו כל רודפי שמו ובשיחיה ירננו ונסמך לזה יחיינו מיומים וביום ג׳ יקימנו ונחיה לפניו Hoc est, Dixit R. Moses Hadarsan, Quoniā momentū in ira eius, uita in beneplacito eius. Hoc dictum est de Messia iusto nostro. Quoniam erunt in momento mors & uita eius pro uoluntate sua, ad dandū alijs, & ad recipiendū in semetipso. Et huic coniungitur illud immediatè in eodem Psal. sequens, בערב ילין בכי ולבוקר רנה .i. Ad uesperum demorabitur fletus, & ad matutinum cantus. Quando enim alicui inferet mortem, flebunt super illum, & cum ad uitā restituet eum, Canticū canent. Cum autem ipse morietur, tristes erūt de morte eius omnes sectatores nominis eius, & cum ad uitam redibit, siue cum resurget, gaudebūt, & canent. Et huic additur illud, Viuificabit nos post duos dies, & in die tertia resurgere faciet nos, & uiuemus ante faciem eius. Verba igit̄ Hoseæ prophetæ sic iuxta eorum expositiones, intelligenda sunt, Viuificabit nos, scilicet Messias à morte culpæ post duos dies, quibus scilicet iacebit in sepulchro. In die tertio suscitabit nos, per spem scilicet resurrectionis. Nam Christi resurrectio nostræ resurrectionis generalis futuræ exemplum & causa fuit. Quemadmodum enim Christus resurrexit, ita nos quoq; resurgemus. Eam ob rē Petrus ille apostolorū princeps quasi prophetiā hanc Hoseæ exponere uolens, ita primæ primo ca. ait, Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundū magnam misericordiā suam regenerauit nos in spem uiuā, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis. Hoc ipsum autē per Rabbenū Haccados

Catholica expositio.

expreſſius dictū fuit, eo in libro qui גלי רזיא Gale razeya. i. Reuelator arcanorū inſcribit, dum ita dixit, Poſt triduū uero anima Meſſię ad cor pus ſuum reuertet, & exibit ex illo lapide in quo erit ſepultus. Sicut dictum eſt Exo. 33. cap. הנה מקום אתי ונצבת על חצור והיה בעבור כבודי ושמתיך בנקרת חצור Hoc eſt, Ecce locus eſt apud me, ſtabis ſupra petram. Cumq; tranſierit gloria mea ponam te in foramine petræ. Hæc ille quem Hebræi Magiſtrum noſtrum ſanctum uocant.

Quod Meſſias in cœlum aſcenſurus erat, ducens ſecum eos quos de inferno liberare debebat. Caput XXIII.

CAPNIO,

IN cœlum quoq; Chriſtum aſcendiſſe fides catholica firmiter tenet. Idcirco Meſſiā id ipſum poſt reſurrectionē ſuam factu-
rum fuiſſe, per Hebraicarū ſcripturarū teſtimonia probandū eſt. GAL. Hoc per ſeptem præcipue teſtimonia probare poſſumus. *Primum teſtimonium.* Quorū primū quidem illud ſit, quod Deut. 32. c. ponit, כי אשא אל שמים ידי Hoc eſt, Quia leuabo ad cœlos manū meam. Quod R. Ankelos in Chaldæum uertens, ſic expoſuit, ארי אתקיניה בשמיא ביה שביניתי .i. Quia ordinabo, uel pręparabo in cœlo domum diuinitatis meæ, & dicā permanens ego in ęternū. Id quoq; R. Selomo ita expoſuit, Leuabo ad cœlos manū meam. i. locū diuinitatis meæ. Locus autē & domus diuinitatis Meſſias eſt ſecundū humanitatem. Quod ſatis per Iſaiā oſtendit, ita 57. c. dicentem, כה אמר רם ונשא שוכן עד וקדוש שמו מרום וקדוש אשכון ואת דכא ושפל רוח להחיות רוח שפלים ולהחיות לב נרבאים Hoc eſt, Sic ait excelſus, habitans in æternitate, & ſanctū nomen eius. Excelſum & ſanctum inhabito, & cōtritum & inferiorem ſpiritu, ad uiuificandū ſpiritū inferiorū, & ad uiuificandū cor cōtritorum. Vbi gloſſa R. Selomonis, Excelſum inquit & ſanctum inhabito, & inde ego ſum cum cōtrito & inferiore ſpiritu. Prolongo enim diuinitatē meam ſuper eum. Hæc R. Selomo. Contritus autem & inferior ſpiritu. i. humilis, nemo aptius q; Meſſias eſt. De quo Iſaias 53. c. ait, Percuſſum Deū, uel Dei, & humiliatum. Et ipſe uulneratus, uel occiſus eſt propter culpas noſtras, cōtritus propter peccata noſtra. Videtur ergo R. Selomo in præmiſſis expoſitionibus propheta, quamuis neſcierit quid prophetauerit. Secundum *Secundum teſtimonium.* teſtimonium eſt Micheæ, ita de Meſſia, c. 2. dicentis, עלה הפרץ לפניהם פרצו ויעברו שער ויצאו בו ויעבור מלכם לפניהם ויהוה בראשם .i. Aſcendit portellum faciens ante eos. Irruperunt & trāſierunt portam, & egreſſi ſunt ſuper eam, & tranſibit Rex eorum ante eos, & Deus in caput ipſorum. Quod autem hæc de Meſſia intelligenda ſint, per eorum ſcripturas liquidò patet. Nam in expoſitione libri Gen. R. Moſis Hadarſan, ſuper illud 40. c. eiuſdem libri dictum, בחלומי והנה גפן לפני Hoc eſt, In ſomnio meo, & ecce uitis corā me. Sic dicitur, Hoc eſt quod ſcriptū eſt Pſal.

eſt Pſal.79. ובנה אשר נטעה ימינך .i.Et perfice,uel præpara quam plantauit dextera tua.Plantã ſcilicet de inferius.Et hæc eſt Abrahã,& plantam de ſuperius,& hæc eſt Meſſias.De quo dictum eſt Micheæ 2.cap. Aſcendit portellum faciens coram eis.Hucuſq; traditio.Gloſſa aũt R. Selomonis ita eadem Micheę uerba exponit.Aſcendit ſcilicet ſaluator eorum,portellũ faciens,in ſępibus ſcilicet ſpinarũ & uepriũ,ad dirigendũ eis uiam.R.quoq; Moſes Hadarſan ſuper illud Gen.44.c.dictum, Et acceſſit ad eum Iudas,ſic ait,Hoc eſt quod ſcriptũ eſt Cantici cant.1. Exultabimus & lætabimur in te.Et quando hoc erit?Cum aſcendet captiuitates de gehẽna,& diuinitas erit in caput eorũ.Sicut dictũ eſt Micheæ 2.c.Et tranſibit Rex eorũ coram eis,& Deus in caput eorũ.Idem quoq; R.in expoſitione libri Gen.ſuper illud 41.c.eiuſdem libri dictũ, Poſt finem duorũ annorũ,& Pharao ſomniauit.Ita dicit, Sed quid eſt adhuc quod ſcriptũ eſt Pſal.146. יהוה מתיר אסורים Hoc eſt, Deus abſoluet Aſurim.i.captiuos inferni,captiuos mortis. Hucuſq; R.Moſes Hadarſan.Itẽ in Midras Rabbethi.i.in expoſitione plãctus Ieremiæ ſuper illud 1.c.eiuſdẽ libri dictũ, ברבות אנחותי ולבי דוי .i.Multa enim ſunt ſuſpiria mea,& cor meum mœrens.Sic dicit,Tu inuenis,q; in eiſdẽ rebus,in quibus peccauit Iſrael,punitus eſt,& deinde cõſolatus.Peccauerunt enim in capite,Sicut ſcriptũ eſt Nume.14.Det nobis caput,& reuertamur in Ægyptum.Et puniti ſunt in capite,Sicut ſcriptũ eſt Iſa.1. Omne caput ad langorẽ. Et cõſolandi erant in capite.Quemadmodũ ſcriptum eſt Mich.2.c.Et trãſibit Rex eorũ coram eis,& Deus in caput eorũ.Quod aũt Meſſias ſit caput Iſrael,ſatis per eorũ ſcripturas in precedentibus probatũ eſt.Quod adhuc etiam per illud Hoſeæ 1.c.dictũ, optime patet, ונקבצו בני יהודה ובני ישראל יחדו וישמו לחם ראש אחד .i.Et congregabuntur filij Iuda,& filij Iſrael pariter,& ponent ſibi caput unum.Vbi gloſſa R.Selomonis ait,Caput unum,id eſt Dauid Regem eorum.Quia magnus dies congregationis ſeminis. Cum autem Hoſeas tempore Achaz Regis prophetauerit,non poſſunt uerba eius de Dauid filio Iſſai intelligi,cum ille longe antè fuerit.Quare de Meſſia, qui ut ſuprà oſtendimus,Dauid quoque in ſacra ſcriptura ſæpe dictus eſt, ipſa intelligi oportet.Tertium teſtimonium habetur Pſal.68.ubi dicit, עליתה למרום שביה שבי לקחת מתנות באדם ואת סוררים לשכן יה אלהים Id eſt,Aſcendiſti in altum,prædatus es prædam,accepiſti dona in Adam,& etiam deuiantes ad habitandum cum domino Deo.Quartum teſtimonium eſt apud Amos ſic 9.c.dicentem, הבונה בשמים מעלותיו ואגדתו על ארץ יסדה הקורא למי הים וישפכם על פני הארץ יהוה שמו .Hoc eſt,Qui ædificat in cœlo,uel in cœlis aſcenſiones ſuas, & faſciculum ſuum ſuper terram fundauit,qui uocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciem terræ,Deus (tetragrammaton) nomen eius.Quæ R. Ionathas Vzielis filius ita in Chaldæum tranſtulit, דאשרי בתקוף רומא

Tertium teſtimonium.

Quartum teſtimonium.

שכינת יקריה ובנשחיה על ארעא קשטא ראמר לבנשא מישריין ורסגיאן במי
ימא ומבדר להון על אפי ארעא יהוה שמיה Id est, Qui posuit in robusto
altissimo diuinitatem gloriæ suæ, & ecclesiam suam super terram con-
firmauit. Qui dixit, ut congregentur turmæ, uel multitudines ueluta-
qua maris, & sparget eas super faciem terræ, Deus (tetragrammaton)
est nomen eius. In superioribus autem probauimus nomen Dei tetra-
Quintum testi monium. grammaton soli Deo cõuenire, eoq; Messiam uocandum fuisse. Quin-
tum testimonium ponitur Deut. 33. cap. Vbi dicitur, אין כאל ישרון
רכב שמים בעזרך ובגאותו שחקים Hoc est, Non sicut Deus rectus a-
scensor, uel equitator cœli in adiutore tuo, & in magnificentia sua a-
scendens nubes uel cœlos. Quæ Rabbi Ankelos ita Chaldaicè tradu-
xit, לית אלה אלהא דישראל די שבנתיה בשמיא בסעד ותוקפיה בשמיא
Id est, Non est Deus, sicut Deus Israel. Cuius diuinitas in cœlis in ad-
iutore tuo, & uirtus, uel fortitudo in cœlis cœlorum. Rabbi quoque
Selomo in glossa super uerbo Ascensor cœli, sic ait, Ipse est Deus ille,
qui est in adiutore tuo, & in magnificentia sua ipse ascendens שחקים
Sextum testi monium. sehakim, id est cœlos uel nubes. Dictum est autem suprà, Messiam ad-
iutorem uocari. Sextum testimoniũ habetur Psal. 104. ubi sic legitur,
השם עבים רכובו המהלך על כנפי רוח : עושה מלאכיו רוחות משרתיו אש
לחט : יסד ארץ על מכוניה בל תמוט עולם ועד : Hoc est, Qui po-
nit nubem currum suum, uel equitaturam suam, ambulans super alas
uenti, qui facit nuncios suos spiritus, & ministros suos ignem uren-
tem, fundauit terram super basim suam, non labetur in seculum, & ul-
trà. Mystice hoc in loco terra Israel sunt apostoli & alij Messiæ nostri
discipuli, qui ut alibi probatum est, ueri Israelitæ fuerunt. Basis quoq;
terræ est ecclesiæ fundamentum. Ad cuius expositionis propositum sa-
cit, quod in Midras coheleth, id est in expositione libri Ecclesiastis le-
gitur, super illud primo capite, eiusdem libri dictum, דור הלך ודור בא
והארץ לעולם עומדת Id est, Generatio uadit, & generatio uenit. Ter-
ra autem in seculum, uel in æternum manet. Vbi sic ad uerbum dicitur:
Dixit Rabbi Ishac, Regnum hoc ingreditur, & Regnum hoc egredi-
tur. Israel autem permanet. Et hoc est, terra autem in æternum manet.
Iuuatur autem hoc à scriptura, quæ dicit Iudicum 18. cap. Et Ionathan
filius Gerso filij Manasse, ipsi & filij eius fuerũt sacerdotes tribui Dan,
usq; ad diem transmigrationis terræ. Et nunquid terra transmigrat, aut
transfert se? Non, sed isti sunt Israel, qui uocatur terra. Sicut dictum est
Malachiæ tertio capite, ואשרו אתכם כל הגוים כי תהיו אתם ארץ חפץ
Hoc est, Et beatificabunt uos omnes gentes, cum fueritis terra deside-
Septimum testi monium. rabilis. Hæc omnia traditio. Septimum testimonium est Rabbeni
Haccados, in libro quem גלי רזיא Gale razeya, id est Reuelato-
rem arcanorum appellauit, ita dicẽtis, Versabitur autem Messias post
resurrectionem suam cum iustis, qui audient præcepta eius 40. diebus,
in figu-

in figuram illorum 40. dierum, quibus erit in deserto ad affligendam animam suam, antequàm eum occiderint. Et his peractis, ascendet in cœlum, sedebitq; ad dexteram Dei. Sicut dictum est Psalmo 110. Dixit Deus Domino meo, sede ad dexteram meam.

Quòd Messias ad dexteram Dei patris sessurus esset. Cap. XXIIII.

CAPNIO,

ID quoq; est, quod maxime per eorum scripturas probare debes, Messiam scilicet ad dexteram Dei patris sessurum fuisse. GAL. Hoc etiam per multa priscorum dicta probare possumus. Præcipue autem per illud idem Psalmographi dictum, quod nūc per eum, quem ipsi רבינו הקדוש Rabbenu Haccados, id est Magistrū nostrum sanctum uocant, allegatum est. Sic enim Psalmographus ipse Psal. 110. Hebraicè ait, נאם יהוה לאדני שב לימיני Hoc est, Dixit Deus Domino meo, sede ad dexteram meam. CAP. Et si per hoc Psalmographi tam euidens testimonium, optime propositum probetur, Recentiores tamen Iudæorum ueritatis lumen extinguere conantes, asserunt, Dauid non de Messia, sed de aliquo alio uerba hæc fuisse locutū. Nam nonnulli quidem eum de Abraham eadem uerba dixisse, ferunt. Quem & ipsum Dominum suum uocasse affirmāt, ob reuerentiæ paternæ exhibitionem. Nonnulli uerò aiunt, Dauid de angelo in custodiam sibi deputato, uerba ipsa protulisse. Quem idcirco Dñm suum appellasse dicunt, quia cum unusquisq; hominum unum ex angelis ad sui custodiam destinatū habeat, recte angelus ei præesse dicitur, cuius custodiam gerit. Quare & eius Dominus recte quodammodo nuncupari potest. Et alia quoq; præter hæc multa huius generis delirantes, nobis obijciunt, ut ueritatem effugere possint. GAL. Hęc Hebraicas literas ignorantibus dicere possunt, non autem ijs qui eas callent. Ipsi enim (ut optime nosti) facile eos per proprias ipsorum scripturas conuincunt. Per authenticas igitur & approbatas ueterū suorum scripturas, euidentissime ostenditur, Dauid non de Abraham, neq; de angelo sibi custode deputato, neq; de aliquo alio, sed de Messia Deo & homine uerba illa dixisse, cum nulli puræ creaturæ sedere ad dexteram Dei conuenire possit. Primum igitur hoc patet per R. Ionathæ Targum, id est per Chaldaicā eius æditionem, quæ sic eadem uerba Chaldaicè exponit, אמר יהוה למימריה תיב לימיני .i. Dixit Deus uerbo suo, sede ad dexteram meam. Nonnulli tamen aiunt, non ita in traductione Chaldaica esse, sicuti ipse retuli, sed sic אמר יהוה במימריה למיתן לי רבונותא חלת דיתיבית לאולפן אוריתא ימיני אתיר Hoc est, Dixit Deus in uerbo suo, uel per uerbum suum, quòd daret mihi dominationem, eo quòd sederim ad discēdam legem, dextera mea expecta. Quibus ego uerum esse

inquām, in translatione Chaldaica Psalmorum, quam nunc Iudæi præ manibus frequentius habent, ita esse, ut ipsi dicunt, Ea tamen trāslatio non est Ionathæ, sed R. Akilas, siue R. Ioseph cæci, qui floruit annis fer mè trecentis post secundi templi euersionem. Translatio aūt Ionathæ, quam ipsi nondū uiderunt, ita prorsus habet, uti ipse retuli. Quā nec̄ idcirco negare debēt, quia eam ipsi nō uiderunt. Ipse siquidē Ionathas totam bibliā (ut alibi probauimus) in Chaldæū uertit, quamuis nō om nes eius libri nunc præ manibus habeant. Deinde probat uerba Dauidis illa. Dixit Deus Domino meo, sede ad dexteram meam, de Messia intelligenda fuisse, per Midras tehilim, super illud secundi Psalmi, אספרה אל חק .i. Narrabo præceptum. Vbi sic dicit, בספרים הם בחוקה של תורה ובחוקה של נביאים ובתובים בחוקה של תורה בני בכורי ישראל בחוקה של נביאים חנה ישכיל עברי ירום ונשא : בכתובים נאם יהוה לארני שב לימיני Hoc est, Narrata sunt mysteria eius scilicet Regis Messię in scriptura legis, in scriptura prophetarum, & agiographorū. In scriptura legis, ut illud Exo. 4. Filius meus primogenitus Israel. In scriptura prophetarū, ut illud Isa. 52. Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur. In agiographis, ut illud Psal. 110. Dixit Deus Domino meo, sede ad dexteram meā. Deinde id ipsum per Midras tehilim. i. per expositionē Psalmorum probatur, super illud Psal. 17. dictum, ותתן לי מגן ישעך וימינך תסעדני Hoc est, Et dabis mihi scutū saluationem tuam, uel saluationis tuæ, & dextera tua confortabit, uel fulciet me, uel suscipiet me. Ibi enim sic dicitur, חסרוש ברוך הוא מושיב לבא לעתיד אמר רבי חייא בשם רבי יוחן למלך חמשיח לימיני שנאמר נאם יהוה לארני שב לימיני Hoc est, R. Ioden in nomine R. Chia dixit, Futurum est, ut Deus sanctus & benedictus sedere faciat regem Messiam ad dexteram suam. Sicut dictum est Psal. 110. Dixit Deus Domino meo sede ad dexterā meam. Hoc idem etiā in expositione libri Gen. R. Mosis Hadarsan, optime insinuatur, cum super illud 18. c. eiusdē libri dictū, Et apparuit ei Dominus in ilice mambrę. Sic dicit, R. Barachias in nomine R. Leui, reserauit. i. exposuit hoc, per id quod scriptū est Psal. 17. Et dabis mihi scutū saluationē tuam, & dextera tua confortabit, uel suscipiet me. In futuro enim Deus sanctus & benedictus sedere faciet Messiam ad dexterā suam. Sicut dictum est, Dixit Deus Domino meo, sede ad dexteram meam. Hæc traditio. Ex his omnibus palàm ostensum est, prædicta Dauidis uerba de Messia omnino intelligenda esse, & consequenter Messiam ipsum ad dexteram Dei patris sessurum fuisse, quod erat probandum.

Quod Messias spiritum sanctum super apostolos, ac alios in se credentes, missurus erat. Caput XXV.

CAP. QVm Christum spiritū sanctum super apostolos, aliosq; suos discipulos in die Pentecostes misisse, legamus. Ideo ut omnia Messiæ mysteria in ipso Domino nostro cōpleta appareant, Messiam

Messiam ipsum hoc idem facere debuisse, per ueterum Iudæorum scripturas demum probari, necesse est. GAL. Spiritum sanctum super apostolos, aliosq; Messiæ discipulos, nec non super conuersos ac baptizatos ex gentibus, mittendum fuisse, ex his quæ apud Isaiam quadragesimoquarto cap. dicuntur, maxime habetur. Ibi enim sic legitur, אל תירא עבדי יעקב וישרון בחרתי בו : כי אצק מים על צמא ונזלים על יבשה אצק רוחי על זרעך וברכתי על צאצאיך וצמחו בבין חציר כערבים על יבלי מים : זה יאמר ליהוה אני וזה יקרא בשם יעקב וזה יכתב ידו ליהוה ובשם ישראל יכנה : Hoc est, Ne timeas serue mi Iacob, & rectissime quem elegi. Effundam enim aquas super sitientem, & fluenta super aridam. Effundam spiritum meũ super semen tuum, & benedictionẽ meam super stirpes tuas. Et germinabunt in medio fœni, uel herbæ, uelut salices super alueos aquarum. Iste dicet, Dei ego sum. Et iste inuocabit in nomine Iacob. Et hic scribet manum, uel fortitudinem suam deo, & nomine Israelis prænominabitur. Rabbi autem Ionathas hæc, Effundam spiritum meum cum cæteris, ita in Chaldæum uertit, אתן רוח קדשי על בנך וברכתי על בני בנך : ויתרבון צדיקייא רביבין ומפנקין בלבבי עשב באילן דמשלח שרשוהי על נגרין דמין Id est, Dabo spiritum sanctũ meum super filium tuum, & benedictionem meam super filios filiorum tuorũ, & nutrientur, uel multiplicabuntur iusti, tenelli, & delicati, quasi pullulamẽta herbæ, & quasi arbor mittens radices suas super alueos, uel fluenta aquarum. Glossa autem Rabbi Selomonis super uerba illa prophetæ, Effundam enim aquam super sitientem. Sic ait, Quemadmodum ego effundo aquas super sitientem, ita effundam spiritum meum super semen tuum. De supradicta autem aquarum super baptizandos effusione, nec non & spiritus sancti missione, Ezechiel quoq; meminit 36. capite dicens, וזרקתי עליכם מים טהורים וטהרתם מכל טמאותיכם Id est, Effundam super uos aquas mundas, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris. Et post pauca, ואת רוחי אתן בקרבכם ועשיתי את אשר בחקי תלכו ומשפטי תשמרו ועשיתם Id est, Et spiritum meum dabo in medio uestri, & faciam id propter quod in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & faciatis ea. Vbi Rabbi Ionathan hoc, Et spiritum meum dabo in medio uestri. Ita Chaldaicè interpretatus est, ורוח קדשי אתן במעיכם Hoc est, Et spiritum meum dabo in uisceribus uestris. De spiritus sancti etiam super apostolos, aliosq; Messiæ discipulos, in die Pentecostes effusione, siue missione, apud Isaiam habetur 32. sic dicentem, עד יערה עלינו רוח ממרום והיה מדבר לברמל וברמל ליער יחשב Id est, Donec effundatur super nos spiritus de excelso, erit desertum in Carmel, uel uineã Domini. Et Carmel, uel uinea Domini nemus reputabit. Vbi glossa R. Selomonis dicit, Donec effundat super nos spiritũ. Quemadmodũ dictum est Gen. 24. ותער uattear. i. Et effudit hydriã suam. Vocabulũ enim שפיכה sephicha. i. effusionis, frequen

ter de ſpiritu dicit, iuxta illud Zach. 12. ca. dictū, והשפכתי על בית דוד ועל יושב ירושלם רוח חן והתנונים .i. Et effundam ſuper domum Dauid, & ſuper habitatores Ieruſalem ſpiritum gratiæ & deuotionum. Et etiam dictum eſt apud Ioelem 3. cap. והיה אחריכן אשפוך את רוחי על כל בשר ונבאו בניכם ובנותיכם זקניכם חלמות יחלמון בחוריכם חזיונות יראו : וגם על העבדים ועל השפחות בימים ההמה אשפוך את רוחי : ונתתי מופתים בשמים ובארץ דם ואש ותימרות עשן .i. Et erit poſt hęc, Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem, & prophetabūt filij ueſtri, & filiæ ueſtræ. Senes ueſtri ſomnia ſomniabunt. Iuuenes ueſtri uiſiones uidebunt. Et etiam ſuper ſeruos & ancillas in diebus illis effundam ſpiritū meum. Et dabo prodigia in cœlo & in terra, ſanguinē, & ignem & uaporē fumi. Vbi gloſſa R. Selomonis ſuper illud, Et effundā ſpiritum meū ſuper omnē carnē ait. i. ſuper omnē illum cuius cor fuerit tenerū, ut caro. De quo dictum eſt Ezec. 36. Et dabo uobis cor carneū. Hæc R. Selomo. Prę miſſis quoque haud inepte ſubiungit, quod in libro Tanhuma ſuper illud Num. 15. c. dictū, Et eritis ſancti, hoc modo legit, Dixit Dominus Iſraeli, In ſeculo iſto per manum יצר הרע yeczer hara. i. fomitis, uel peccati originalis, uos eſtis à præceptis meis ſeparati. Sed in futuro in diebus Meſsiæ ego euellam à uobis ipſum. Sicut dictum eſt Ezech. 36. והסירותי את לב האבן מבשרכם ונתתי לכם לב בשר ואת רוחיאתן בקרבכם .i. Et auferā cor lapideum de carne ueſtra, & dabo uobis cor carneū, & ſpiritū meum ponā in medio ueſtri. Et reliqua ut ſuprà. Hęc traditio. Ex quibus liquidò patet, ideo ſpiritū ſanctum ſuper Iudæos obſtinatos nō ueniſſe, neq; effuſum fuiſſe, quia cor lapideum deponere noluerūt. Chriſti uero fideles idcirco ipſum abunde receperunt, quia cor carneū habuerunt. Quod experientia teſte nullatenus negari poteſt. Quod autem ſpiritū ſanctum Meſsias ipſe ſuper diſcipulos ſuos miſſurus eſſet, Rabbenus Haccados, qui longe ante Chriſtum natum fuit, in libro qui גלי רזיא Gale razeya. i. Reuelator arcanorū inſcribitur, apertiſsime prędixit, dum ad ſextam Antonini Conſulis urbis Romæ petitionem, hæc inter cætera reſpondit. Poſt dies uerò decem à ſua ſcilicet aſcenſione, ad perfectionem 50. dierū mittet ſpiritū ſanctū de cœlis ſuper iuſtos, ut in fide eius confirmentur. Moxq; illis præcipiet, ut eant, doceantq; omnes homines legem eius. Quemadmodū dictum eſt Ezec. 36. Et ſpiritū meum dabo in medio ueſtri, & faciā, ut in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis, & faciatis ea. Horum autem 50. dierū figura fuerunt illi 50. dies, quibus Iſrael agnum paſcalem occidit, & exijt de terra Ægypti, in quibus Deus ſanctus & benedictus miſit ſpiritū ſanctum ſuper eos, dedítq; eis legē ſanctā, ut eſſent firmi in fide eius. Sicut ſcriptū eſt Exo. 19. Iam nunc ueniā ad te in caligine nubis, ut audiat me populus loquentē ad te, & credat tibi in perpetuū. Hęc ad uerbum ille, quē aduerſarij ipſū רבינו הקדוש Rabbenu Haccados, i. Magiſtrū noſtrum ſanctū uocitāt.

Liber

Liber nonus.

De æterna Iudæorum reprobatione déque gentilium uocatione & ſalute.

Quòd omnes Dei promiſſiones cum conditione Iudæis factæ fuerint, uidelicet ſi Meſſiam reciperent, eiq; obtemperarent. *Caput* 1.

CAPNIO.



VOniam poſt myſteriorum Meſſiæ reſerationem, quæ in Domino noſtro Ieſu Chriſto penitus cõſumata fuiſſe, ipſe rerum euentus manifeſte oſtendit, te & de æterna Iudæorum reprobatione, qui ipſum uerum Meſſiam recipere abnuerunt, & de gentilium uocatione ac ſalute, qui ei deuotiſſime adhæſerunt, dicturum arbitror. Hoc enim ordo ipſe dicendorum expoſtulat. Eam ob rem tum pro fundamento eorum, quæ dicenda ſunt, tum etiam, ut iuſta atq; perpetua Iudæorum obſtinatorum reprobatio clarius appareat, faciliusq; probetur, in primis te per eorum ſcripturas oſtendere oportet, cunctas Dei promiſſiones Iudæis factas, cum conditione factas fuiſſe, uidelicet ſi Meſſiam recepturi eſſent, eiq; obtemperaturi. GAL. In hoc recentiores Iudæorum maxime errant, firmiter aſſerentes promiſſionem quidem Dei in bonis, etiam ſi ei facta ſit, qui de iuſticia ad iniuſticiam labitur, à Deo nunquam reuocari, ſed ſemper neceſſariò adimpleri. Malorum uero comminationem, etiam cum iuramento à Deo factam, ſæpenumero pœnitentia interueniente, reuocari. Ad quod probandum, Rabbi Selomonis uerba præcipue inducunt, ſuper illud Ieremiæ quod Ananiæ pſeudoprophetæ dixit, dum uigeſimooctauo capite ait, Propheta qui prophetat ad pacem, cum uenit uerbum prophetæ, ſcietur eſſe propheta, quem miſit Dominus in ueritate. Super hoc itaque ſic Rabbi Selomo inquit: Dixit Ieremias Ananiæ, Ego propheto Dei uindictam. Si uenerit quod propheto, non reputabor שקרן ſacran, id eſt mẽdax, ſiue fallax. Deum nanq; ſanctum & benedictum pœnitet ſuper malo. Propheta uero qui prophetat ad pacẽ, cum uenerit uerbũ ipſius prophetę, ſcietˉ eſſe propheta. Si aũt nõ uenerit uerbũ eius, mendax eſt.

Iudæorum iuniorum erronea opinio.

R. Selomonis falſa expoſitio

Sicut

Sicut dictum est Nume.23.c.Non est ut homo Deus,ut mentiatur. Ita enim exposuit hoc R. Tanhuma. Hæc R. Selomo. Ex quibus Iudæi inferunt,pollicitationes quidem Dei bonas nunquã reuocari posse. Cõminationes uero Dei sæpissime pœnitentia intercedente,irritas fieri. Nos autem postremam quidem opinionis eorum partem cõcedimus. Dei uidelicet cõminationes,ac malorũ promissiones propter scelera factas, per pœnitentiã omnino reuocari. Primã uero parte pacis,scilicet bonorumq́ promissiones à Deo factas,haudquaquam reuocari posse, tanquam falsam & hæreticam prorsus negamus. CAP. Vellem igitur eos in hoc mendaces esse,per eorum scripturas ostenderes. GAL. Primum itaq́ Iudæi nostri temporis qui hoc implicantur errore,illud audiant,quod 1.Reg.2.hoc modo legunt, ויבוא איש האלהים אל עלי ויאמר Id est,Et uenit uir Dei ad Eli,& dixit ad eum. Vbi glossa R. Selomonis ait,Hic uir Dei fuit Elcana. Et post pauca, לכן נאם יהוה אלהי ישראל אמר אמרתי ביתך ובית אביך יתהלכו לפני עד עולם Hoc est,Propter hoc ait Dominus Deus Israel,Dicens dixi,domus tua,& domus patris tui ambulabunt coram me usq́ in seculum. Quod ita R. Ionathas Chaldaicè interpretatus est, ותשתמש קדמי עד עלמיא Id est, Seruient coram me usque in seculum. Et mox deinde sequitur, ועתה נאם יהוה הלילה לי כי מכבדי אכבד ובזי יקלו הנה ימים באים וגדעתי את זרועך ואת זרוע בית אביך Hoc est,Et nunc ait Deus,Absit à me. Honorantes enim me,honorabo,contemnentes autem me,uilescent,uel uiliscabuntur. Ecce dies uenient,& confringam brachium tuum,& brachium domus patris tui. Vbi glossa Rabbi Selomonis ait, id est potestatem quam habetis in domo mea,& qua dicitis,Alioquin tollam ui. Honorantes enim me, hoc est,filios Pinhas (quem nostra æditio Phinees corrupte nuncupat) qui honorauit me in Setim,honorabo. Et sic factum est in diebus Selomonis,quando ædificata est domus sanctuarij. Tunc enim repulit Selomo Abiatar,qui erat de domo & familia Merari, ne esset sacerdos Domini iuxta uerbum Domini,quod locutus est ad domum Eli. Factusq́ est Sadoc sacerdos magnus,eo quòd esset de filijs Pinhas. Sic enim genealogizatum est in libro Verborum dierum,hoc est primi libri Paralip.6.cap. Hæc Rabbi Selomo, in quibus aperte repugnantia asserit ijs,quæ super Ieremiam eum dixisse audisti. Deinde quod apud Ieremiam 18.lectitant,eis propono, ubi sic dicitur, הכיוצר הזה לא אוכל לעשות לכם בית ישראל נאם יהוה הנה כחמר ביד היוצר כן אתם בידי בית ישראל ׃ רגע אדבר על גוי ועל ממלכה לנתוש ולנתוץ ולהאביד ׃ ושב הגוי ההוא מרעתו אשר׳ דברתי עליו ונחמתי על הרעה אשר חשבתי לעשות לו ׃ ורגע אדבר על גוי ועל ממלכה לבנות ולנטוע ׃ ועשה הרעה בעיני לבלתי שמוע בקולי ונחמתי על הטובה אשר אמרתי להיטיב אותו ׃ Hoc est, Nónne sicut figulus iste,potero facere uobis domus Israel? dicit Deus. Ecce sicut lutum in manu figuli, sic uos in manu mea domus Israel. Et statim

ſtatim cum loquar ſuper gente,& ſuper regno ut euellam, & confrin-
gam,uel diſſipem, uel diruam,& perdam illud,& conuerſa fuerit gens
illa à malicia ſua,ob quam locutus ſum cõtra eam,pœnitebit me quoq;
ſuper malo,quod cogitaui facere ei.Et mox cũ loquar ſuper gente,et
ſuper Regno,ut ædificem & plantem illud,& fecerit malum in oculis
meis,ut non audiat uocem meam,pœnitebit me quoq; boni,quod di-
xeram,ut facerem ei.Vbi gloſſa R.Selomonis,ſuper uerbo pœnitebit
me,id eſt cogitabo(inquit)aliam cogitationem.Ex his igitur teſtimo-
niis ſatis(ut arbitror)apertè liquet,Quòd propter ſequentem culpam
eius,cui boni promiſſio facta eſt,Deus promiſſionem illam irritam,&
inanem facit.Nam & ſi Deus in omnibus uerbis ſuis,& uerax & fidelis
eſt,eius tamen promiſſio ferè ſemper cum cõditione facta intelligitur,
quamuis conditio nõ exprimatur. Quod eleganter ex eo etiam patet,
quod in expoſitione libri Gen.à R.Moſe Hadarſan dicitur,ſuper illud
32.c.eiuſdem libri dictum, ויירא יעקב מאד ויצר לו .i.Et timuit Iacob ual
de,& anguſtia fuit ei.Ibi enim ſic ad uerbum legitur:Hoc eſt quod ſcri
ptum eſt Prou.28.c. אשרי אדם מפחד תמיד Hoc eſt,Beatus homo,qui
ſemper eſt timoratus.Sic enim eſt mos iuſtorũ.Nam eos Deus ſanctus
& benedictus certos & ſecuros reddidit,& tamẽ timuerunt. Sic & ille
fecit,qui electus erat inter patriarchas,& iſte,qui electus inter prophe-
tas. Electus quidẽ in patribus Iacob eſt. De quo dictum eſt Pſal.133.
Quoniam Iacob elegit ſibi Dominus.Huic dixerat Deus ſanctus & be
nedictus,Gen.31.Reuertere ad terrã patrum tuorũ,& ad locum natiui-
tatis tuæ,& ego ero tecũ.Et tamen ipſe demum timuit. Sicut dictũ eſt
Gen.32.Et timuit Iacob ualde. Quare timuit?quia dixit,Fortaſſis inqui
natus ſum in aliquo in domo Laban.Scriptũ eſt enim Deut.23.c.Et nõ
uidebit in te turpitudinem,& nõ recedet à te.Electus aũt in prophetis
fuit Moſes.Sicut dictũ eſt Pſal.105.Et dixit ut diſperderet eos,niſi Mo-
ſes electus eius ſtetiſſet.Huic etiã dixerat Deus,Exo.3.ca.Quoniã ego
ero tecũ.Et nihilominus poſtea timuit.Quemadmodũ dictum eſt Nu
meri 21.c.Et dixit Dñs ad Moſem,Ne timeas ipſum.Quod nequaq; di-
xiſſet,niſi ipſe timuiſſet.Hinc ergo dictũ eſt,Et timuit Iacob ualde.Le-
gimus etiam ibi,q; R.Hillel dixerit,Nõ ceſſes cõgregare merita,nec ſis
de te ſecurus,uſq; ad diem mortis tuæ.Quomodo?Ita q; licet homo ſit
iuſtus,timeat tamẽ omni tempore peccatũ,& nõ ſit de ſe ipſo ſecurus.
Et ſic eſt Dauid,dicens Pſal.27. לולא האמנתי לראות בטוב יהוה בארץ החיים
i.Si nõ credo uidere bonum Dei in terra uiuẽtium.Dixit R.Ioſes,Cur
punctatũ eſt, לולא lule.i.ſi non?Quia ſic dixit Dauid coram Deo ſan-
cto & benedicto,Dñe mundi,confido ego in te,q; daturus ſis præmiũ
bonũ iuſtis in futuro:neſcio tamẽ,ſi erit mihi pars inter eos,an nõ.Et ec
ce Dauid חסיד haſſid.i.ſanctus erat.Sic enim ipſe ait Pſal.85. שמרה נפשי
כי חסיד אני Hoc eſt,Cuſtodi animam meam,quia ſanctus ego ſum.Et

tamen

tamen ipſe timebat, ne peccatū infringeret meritum eius. Tradiderunt quoq; magiſtri, exponentes illud Exo. 15. c. ſcriptū, עד יעבור עמך יהוה עד יעבר עם זו קנית. i. Donec trāſeat populus tuus Deus, donec trāſeat populus iſte quem poſſediſti. Donec tranſeat populus tuus Deus. Iſte eſt primus introitus, uel aduentus in terram in diebus Iehoſuę. Donec tranſeat populus iſte quem poſſediſti. Hic eſt ſecundus aduētus in diebus Ezræ. Digni enim erant filij Iſrael, ut fieret ſignum uel miraculum in ſecundo aduentu eorum, quemadmodum factum fuit in primo. Peccatum tamē egit, quòd nullum fieret eis miraculum. Quare nec factum fuit. Et eam ob rem inuenitur Iacob timuiſſe à peccato. Dixit quoq; R. Iacob, Scriptū eſt Gen. 28. c. Et ecce ego ero tecum, & ſeruabo te in omnibus in quibus ieris, & reducā te ad terram iſtam. Non enim relinquā te, quouſq; fecerim quod locutus ſum tibi. Et tamen ſcriptum eſt Gen. 32. c. Et timuit Iacob ualde. Timuit quidem ne forte peccatum infregiſſet, quod Deus ſupra dixerat, ſibiq; promiſerat. Hæc omnia R. Moſes Hadarſan ex priſcorū traditionibus. Quibus addendum eſt, quod in libro Sanhedrin, cap. Helec, hoc modo legitur: Scriptum eſt Exo. 15. ca. כל חמחלה אשר שמתי במצרים לא אשים עליך כי אני יהוה רפאך Hoc eſt, Vniuerſum langorem, uel dolorem quem poſui in Ægypto, nō ponā ſuper te, quia ego Deus medicus tuus ſum. Si non ponet langorem, ad quid erit medicus? Dixit R. Iohanan, Scriptura hæc per ſe ipſam exponitur, cum ſtatim dicitur, והיה אם שמוע תשמע לקול יהוה אלהיך והישר בעיניו תעשה. i. Et dixit, Si auditu audieris uocem Domini Dei tui, & rectum in oculis eius feceris. Si audieris (inquit) non ponam. Si uero non audieris, ponam ſuper te uniuerſum langorem, & ſi medicus tuus ſim. Hęc traditio. Ex his omnibus euidenter patet, omnes Dei promiſſiones olim Iſraelitico populo factas, conditionales ſemper fuiſſe. Hoc eſt, Si illi quibus bonum aliquod promiſſum fuerat, à malo recedētes, ac in bono perſeuerantes, ei obedituri eſſent, etiāſi ſcriptura quandoq; huiuſmodi conditionem non explicuerit. Tunc enim haud ſecus conditio ipſa, ac ſi poſita explicite fuiſſet, intelligenda erat. Alioqui Iacob & Moſes qui poſtquàm à Deo tam firmam ſecuritatem acceperant, uehementer timuerunt, nullatenus ab infidelitatis et incredulitatis uitio, excuſari potuiſſent. Quod de tam ſanctis uiris nefas eſt uel ſomniare. Quæ cum ita ſint, ſole lucidius conſtat, promiſſiones omnes Iudæis de Meſſia, deq; eorum ſaluatione factas, conditionales fuiſſe, uidelicet ſi ipſum recepturi eſſent, eiq; tanquam Deo ſaluatori ſuo obtemperaturi. Cauſa igitur quare Iudæi non fuerunt per Meſſiam redempti, & ſaluati, alia non eſt, niſi quia ipſum non receperunt, neq; audire uoluerūt, quin potius negauerunt, atq; occiderunt, iuxta illud Pſalmographi ſt. Pſal. dictū, ואשלחתי בשרירות לבם ילכו במועצותיהם : לו עמי שמע לי ישראל בדרכי יהלכו : במעט איביהם

אויביהם אביע ועל צריהם אשיב ידי : משנאי יהוה יכחשו לו ויהי עתם לעולם : Id est, Et non audiuit populus meus uocem meam, & Israel noluit me. Et dimisi eos in cogitatione, uel obstinatione cordis eorū, ibunt in consilijs suis. Vtinam populus meus audisset me, Israel in uijs meis ambulasset. Quasi nihilum modicum inimicos eorū humiliassem, & super tribulantes eos uertissem manum meam. Odientes Deum negabunt eum, & erit tempus eorum in seculum. CAP. Hæc certe tam uera sunt, tanquam ueraciter atq; solerter dicta, ut nulla possint Iudæorum calumnia refelli. Verum enimuero quia antiquati mores difficile deponuntur, ipsiq; Iudæi (Mose patre eorum testimoniū perhibente) semper aduersus Deum ipsum, nedum contra ueritatē contentiose egerunt, iuxta illud Deut. 31. dictum, חן בעודני חי עמכם היום ממרים הייתם עם יהוה ואף כי אחרי מותי Hoc est, Ecce adhuc me uiuente uobiscū, hodie contentiosi fuistis cum deo, quanto magis ergo post mortē meam. Idcirco non dubito, Iudæos nostri temporis patrum suorum nequitiā imitantes, his quę tam euidenter per eorum scripturas probasti, adhuc contradicturos, non ratione quidem, neq; scripturæ authoritate, sed sola perfidiæ obstinatione ostendere conantes, q; bonorum promissiones nullo peccato impedire ualente, semper adimpleri necesse sit. Aliquam igitur exempli causa promissionē boni eis factam adducas, quæ peccato eorum impediente, impleta non fuerit. GAL. Vnam ergo duntaxat de multis bonorum promissionem certissimis uerbis factā, afferam, quam ad literam impletam fuisse, minime ostendere possunt, eam scilicet de qua Ieremias loquitur, dum 33. cap. ait, כי כה אמר יהוה לא יברת לדוד איש ישב על כסא בית ישראל : ולכהנים הלוים לא יברה איש מלפני מעלה עלה ומקטיר מנחה ועשה זבח כל הימים Hoc est, Quia sic ait deus, Non abscindetur Dauidi uir sedens super thronum domus Israel. Et sacerdotibus leuiticis non abscindetur uir coram me eleuans holocaustum, & adolens, uel suffumigans oblationem, & faciens sacrificiū, cunctis diebus. Et mox deinde sequitur, ויהי דבר יהוה אל ירמיהו לאמור : כה אמר יהוה אם תפרו את בריתי היום ואת בריתי הלילה ולבלתי היות יומם ולילה בעתם : גם בריתי תפר את דוד עבדי מהיות לו בן מלך על כסאו ואת הלוים הכהנים משרתי : אשר לא יספר צבא השמים ולא ימדד חול הים כן ארבה את זרע דוד עבדי ואת הלוים משרתי אתי Id est, Et fuit uerbum Dei ad Iere. ut diceret: Sic ait Deus, Si irritabitis pactum meum diei, & pactū meum noctis, ut non sit dies & nox in temporibus suis. Pactum meum etiam irritabitur cum Dauid seruo meo, ut nō sit ei filius regnans super thronum eius, & leuitæ sacerdotes ministri mei. Quemadmodū non numeratur exercitus cœli, & non mensuratur arena maris, sic multiplicabo semen Dauid serui mei, & Leuitas ministrantes mihi. Hæc ibi. Glossa autem R. Selomonis super illo, Si irritabitis pactum meum diei, & pactum meum noctis. Sic ait, Si poteritis irritare pactum, quod percussi

ad diem & noctem, ut sint in tempore suo. Quod quidem pactum pepigit cum Noa, & filijs eius cum dixit Gen. 8. cap. Dies & nox nõ quiescent. Hæc ille. Cum igitur constet, quòd ab urbis Ierusalem templiq; secundi excidio, hucusq;, anni plures quàm 1440. iam præterierint, in quibus neq; Regem de domo Dauid, aut ex seipsis, neq; sacerdotem magnum, aut paruum, neq; sacrificium unquam habuerunt. Nulla profecto uera, uel saltem ueri simili ratione nobis ostẽdere possunt, Deum quæ eis per Ieremiam in uerbis præmissis pollicitus fuerat, iuxta literam compleuisse. Quam ob rem promissiones Iudaicas à Deo factas, conditionales fuisset concedant, necesse est.

Quòd ualde pauci ex Iudæis saluandi erant, reliqui uero occidendi destruendi atque dissipandi. Caput 11.

CAPNIO,

ET si ex his quæ dixisti, facile patet, promissionem Iudeis à deo factam de eorum saluatione tempore Messiæ conditionalem fuisse, uidelicet si Messiam ipsum recepturi essent, eiq; obtemperaturi. Quare si maxima eorum pars per Christi aduentũ atq; passionem, non solum spiritualiter saluata non fuerit, uerum etiam temporaliter perdita, atq; dissipata, mirum minime uideri debet, cum ipsum uerum Messiam neq; receperint, neq; audire uoluerint, sed potius morte turpissima occiderint. Vt tamen magis eorum perfidia conuincatur, rem admodum nostro proposito congruam facies, si non omnes Iudæos, sed ualde paucos per Messiam saluãdos fuisse, ex eorum scripturis probaueris. GAL. Hoc in primis per eorum traditionem, quæ in libro Sanhedrin in fine cap. Helec, ponitur, aperte demonstratur. Vbi sic ad uerbum legitur: Dixit R. שמאי Sammai, Dictum est apud Ier. 3. c. ולקחתי אתכם אחד מעיר ושנים ממשפחה Hoc est, Et assumam uos, unum de ciuitate, & duos de cognatione. Et rursus dictum est, ואביאי אתכם ציון .i. Et introducã uos in Syion. Cõmensuratus est igitur egressus eorum ex Ægypto, ingressui eorum in terram. Sicut introitus eorũ in terram fuit duorum de sexcentis milibus. Vbi glossa R. Selomonis. Reliqui (inquit) mortui sunt in tribus diebus obscuratis. Dixit Rabba, Et sic erit in diebus Messiæ. Sicut dictum est Hoseæ primo capite, ועונתה שמה כימי נעוריה וכיום עלותה מארץ מצרים Hoc est, Et respondebit, uel cantabit ibi, sicut in diebus iuuentutis, uel pueritiæ suæ, & sicut in diebus ascensionis suæ ex terra Ægypti. Hæc traditio. Ex qua manifeste habetur, quòd sicut de sexcentis milibus Iudæorum, qui ex Ægypto egressi fuerant, non intrauerunt in terram promissionis, nisi duo duntaxat, Iehosuas & Caleb. Ita quoq; in diebus Messiæ (ut per Hoseã prophetam probat traditio) non erant de Iudeis nisi duo solummodo de sex-

de sexcentis milibus saluãdi, ac si unus de ciuitate & duo de cognatione (ut per Ieremiam prophetatum fuerat) assumendi essent, reliqui uerò omnes penitus destruendi, ac dissipãdi erant. Nec derogat Christo in aliquo prædicta Iudæorum destructio in diebus eius facta, quin potius ei quàmplurimum attestatur apud omnes, qui ueritatem nõ ignorant, qualiter antiqui Iudæorum patres (teste eorum Talmud) prophetarum uerba intellexerint. Legitur nanq; in libro Sanhedrin, in capite quod incipit, דיני ממונות Dinemammonoth, id est iudicia diuitiarũ. Quod filij R. חייא Hiya, sederunt coram R. in conuiuio. Cumq; nihil loqui uellent de secretis, sacræ scripturę, quæ à patre suo habuerant, ait R. Ieruitori. Auge uinum istis, quia sic loquentur. Quod cum factum fuisset, aperuit alter eorum os suum, & dixit, Non ueniet filius Dauid, donec defecerit duæ domus patrum de Israel, quæ sunt caput captiuitatis, quæ erat in Babylone, & נשיא Nasi, id est Princeps qui est in terra Israel. Sicut dictũ est Isa. 8. והיה למקדש ולאבן נגף ולצור מכשול לשני בתי ישראל לפח ולמוקש ליושב ירושלם וכשלו בם רבי ונפלו ונשברו ונקשו ונלכדו צור תעודה חתם תורה בלמודי והכתי ליהוה המסתיר פניו מבית יעקב וקויתי לו Hoc est, Et erit ad sanctificationem uel præparationem, & ad lapidem offensionis, & ad petram scãdali duabus domibus Israel, & ad laqueũ & ad ruinã habitatoribus Ierusalẽ. Et offendent ex eis multi, & ruent, & astringentur, & irretientur, & capientur. Liga testimonium, & signala legem in discipulis meis. Et expectabo Deum, abscondentem facies suas à domo Iacob, & prestolabor eum. Dixit ais R. filij mei spinas uos mittitis mihi inter oculos meos. Dixit ei R. Hiya, R. non sit hoc tibi malum. Vinum datum est in 70. & secretum datum est in 70. Intrauit uinum, & exiuit secretũ. Hæc traditio. R. autem Kimhi super illud Isaiæ, Et erit ad sanctificationem, sic exponẽs ait: Hoc est, Erit locus ad quem ibit homo, ut saluetur in eo. Sunt quoq; qui exponunt. Erit ad sanctificationem, id est ad præparationem: ac si dicat, ad prẹparationem ultionis, iuxta illud Iere. 12. c. dictum, והקרישם ליום הרגה Hoc est, Sanctifica eos ad diem occisionis. Hæc R. Kimhi. Circa hãc igitur traditionem primo notandum est, quòd ea Isaiæ uerba, Et erit ad sanctificationem, cum reliquis de Messia dicta sunt. Secundo, quòd ad huius rei ueritatem, & ad sententiam uersiculi, qui uerba ista antecedit: uidelicet, את יהוה צבאות אותו תקדישו Hoc est, Deum exercituum ipsum sanctificate. Sic dicit R. Ionathæ Chaldaica translatio, והוא מוראכם והוא מעריצכם והיה למקדש Hoc est, Et ipse sit timor uester, & ipse erit confortator uester. Et erit ad sanctificationem, & reliqua. Ex quo sequitur necessario, Messiam non hominem tantum, sed Deum quoq; esse. Tertio insuper notandum est, quòd Messias esse debebat non omnibus, sed aliquibus ex Iudæis, id est solis in eum credentibus, ac ei obtemperantibus ad sanctificationem, & præparationem, hoc est, ut eos sanctos ac præparatos

Traditio filiorum R. Hiyæ.

faceret ad æternę uitæ gloriæ ſuſceptionem. Nō credentibus uerò qui multo plures futuri erant, ad multiplicem deſtructionem, & perditionem (eorum requirente perfidia) eſſe debebat. Quod notatur cum dicit, Et offendent ex eis multi. Cum cęteris quæ ſequunt. Et ob hoc ſpecialiter traditio iſta Talmudiſtica hoc loco inducta eſt. Quarto quoq; animaduertēdum eſt, quòd Deus Iudæos omnes qui Meſſiæ nō erant crediturī, reprobare debebat, ab eisq; ſcripturæ intelligentiæ gratiam auferre, ipſamq; Meſſiæ diſcipulis conferre. Et hoc totum inſinuatur, cum dicitur, Liga teſtimonium, ſigilla legem in diſcipulis meis. Et expectabo Deum abſcōdentem facies ſuas à domo Iacob, id eſt à Iudæis. Quinto etiam notādum eſt, quòd traditio iſta propter magna Meſſiæ quæ cōtinebat arcana, apud priſcos patres in maximo habebatur, atq; ſeruabatur ſecreto. Sexto, quòd nullum latet ſecretum, ubi prævaleat ui num. Septimo demū, quòd deſtructo captiuitatis Babylonicæ capite, quod fuit Zerubabel & filij eius, ac Matathias & ſui, hoc eſt Machabæi, quos ipſi חשמונאי Haſmunai uocant, uenturus erat Meſſias. Filios autem Zerubabel יון yauan, id eſt Græci depoſuerunt, ab eisq; Iudæorum dominium penitus abſtulerunt. Quod quidem uel ex eo maxime uideri poteſt, quòd Matathias ac filij eius dominiū ipſum de manu Græcorū fortiter poſtea extorſerūt, factiq; ſunt Iudæorū Principes, uſq; ad Herodē Aſcalonitā, qui in eos poſtmodū inſurgens, Regnū de eorū manibus arripuit. Vt alibi latius diximus, Et ſic iuxta prędictā traditionē, ceſſauerūt duæ domus patrū de Iſrael, quę erāt caput captiuitatis, quæ ex Babylone redierat, uidelicet Zerubabel & ſui, & principes qui erāt in terra Iſrael, qui fuerūt Machabęi. Poſt Machabęorū igit̄ deſtructionē tēpore. I. Herodis Aſcalonitæ qui Machabæos perdidit, & Meſſiā uenisſe, & Iudæos magna ex parte paulo poſt deſtructos fuiſſe, ſecundū Talmudiſticā hāc traditionē certū eſt. Quod pauci quoq; ex Iudæis ſaluādi erant, exceptis ijs qui circa mūdi finē cōuerſi, de peccato ſuo pœnitentiā acturi ſunt, ex eo patet, qd̄ Iſa. 10. c. teſtatus eſt dicēs, אם יהיה עמך ישראל כחול הים שאר ישוב בו i. Si enim fuerit populus tuus Iſrael ſicut arena maris, reſiduū cōuertet̄ ex eo. Qd̄ R. Ionathas ita Chaldaicè traduxit, אין אם יהי עמך ישראל סגי כחלא דימא שאר רלא חטי ורתבו מחטאת Hoc eſt, Si enim fuerit populus tuus multus, ſicut arena maris, reſiduū qd̄ nō peccauerit, uel qd̄ peccati pœnituerit, cōuertet̄. Gloſſa aūt R. Selomonis ſuper prędictā Iſaię uerba, ſic ait, Etiā ſi fuerit Iſrael ſicut arena maris præ multitudine, ego cōflabo eos ut argētū, & redigēt in modicū. Reſiduū uero illius modici cōuertet̄ ad bonū. Præmiſſis etiā addendū eſt, qd̄ in lib. Sāhedrin, c. Helec, ſic ſcribit̄: Dixit Iohanan, Generatione in qua filius Dauid uēturus eſt, ſapiētes magiſtri minorabūtur. Reliquorū uero oculi deficiēt in luctu & ſuſpirio. Et anguſtiæ multæ, & ſentētiæ graues cōtra eos innouabunt̄. Adhuc enim prima nō executioni mādata, & iā ueniet altera. Ex qbus omnib. patet, ꝓpoſitū.

Quòd

Quòd Iudæi qui Meſsiam non erant recepturi ſcripturarum intelligentiam perdere debebant, tanquam fatui & aſini abſq; ſenſu permanſuri. *Caput* III.

CAPNIO,

ID quod iam in præmiſſis dixiſti, intelligendæ ſcilicet ſcripturæ gratiam ab Iudæis auferendam fuiſſe, & Meſſiæ diſcipulis conferendam, uelim ex eorum ſcripturis oſtenderes. Et præſertim, quòd qui Meſſiam recepturi non eſſent, ſcripturarū intelligentiam penitus perdere deberent. GAL. Primum hoc in libro Sanhedrin, c. Helec, clare habetur, ubi ita legitur: Dixit R. Iudas, Generatione in qua filius Dauid uenturus eſt, domus prædicationis erit ad fornicationem. (Gloſſa R. Selomonis. i. locus ubi ſapientes magiſtri docebant legẽ) & uiri Gazith (Gloſſa R. Selomonis. i. Sãhedrin, hoc eſt 70. Iudices ordinarij) circumibunt de ciuitate in ciuitatẽ, & nemo miſeretur eorum. Et ſapientia ſcribarum fœtebit, & timentes peccare reprobabuntur. Et facies illius generationis, ut canis (Gloſſa R. Selomonis. ad literam, erunt impudẽtes ut canes) & ueritas erit diminuta. In libro quoq; סיפרי Siphre, ſic exponitur illud Deut. 32. ca. dictum, דור עקש ופתלתל חל יהוה חגמלו זאת עם נבל ולא חכם Hoc eſt, Generatio praua atq; peruerſa nunquid Deo retribuetis hoc populo ſtulte, & non ſapiens. Populo ſtulte in ijs ſcilicet, quæ præceſſerunt. Et non ſapiens in ijs uidelicet, quæ in ſeculo uenturo fient. Et hoc eſt quod dictum eſt Iſa. cap. 1. ישראל לא ידע עמי לא התבונן. i. Iſrael non cognouit, populus meus non intellexit. Iſrael non cognouit ea quæ præterierunt. Populus meus nõ intellexit ad ſeculum uenturũ. Quid promeruit Iſrael, ut eſſent infatuati, & corde incraſſati? Quia nõ ſapuerunt in uerbis legis. Et ſic ipſe Iob dicit cap. 4. הלא נסע יתרם בם ימותו ולא בחכמה Hoc eſt, Nónne abſceſſit funis eorum cum eis, morientur, & non in cognitione, uel ſapientia. Hucuſq; traditio. Cum igitur ſeculũ uenturum uel futurũ in Talmud ſit fere ſemper tempus Meſſiæ, ſatis plane habetur ſecundũ præmiſſam traditionem, idcirco Iudæos infatuatos eſſe, quia non ſapuerunt, neq; intellexerunt uerba legis, quibus Meſſiæ euidenter oſtenditur, ut ipſum reciperent. Funis autem eorum cum eis tunc abſceſſit, quando negantes Meſſiam Deum ſaluatorem ſuum, & in hoc ſeculo in Romani imperij uoraginem, & in futuro in inferni barathrum præcipites corruerunt. Inſtar illius qui ſe ab alto per funẽ dimittit, quo diſſoluto, cum ipſo in præcipitium ruit. Iuxta illud Iſaiæ uaticinium 5. capite dictum, לכן גלה עמי מבלי דעת וכבודו מתי רעב והמונו צחה צמא ׃ לכן הרחיבה שאול נפשה ופערה פיה לבלי חק וירד הדרה והמונה ושאונה ועלז בה Hoc eſt, Propter hoc captiuatus eſt populus meus, quia fuit abſq; cognitione, & honorati eius mortui fame, & plebei eius ſicci ſiti. Propter hoc dila-

tauit infernus animam suam, & aperuit os suum absq; termino. Et descendet nobilitas eius, & uulgus eius, & tumultus eius. Et lætabitur in eo scilicet infernus. Super hæc autem uerba, Dilatauit infernus animã suam: cum reliquis, sic dicit glossa R. Rahmo, Mensura pro mensura. Ipsi enim dilatauerunt se ipsos ad deglutiendum cibum, & potum nimis, & aperuerunt os suum ad negandum Deum saluatorem suum, sicut dictum est Iere. 5. cap. Negauerunt Deum, & dixerunt non est ipse. In libro etiam הגיגה Haghiga, id est Solennitatis, in cap. quod incipit, הכל חייבין Haccol hayabin, id est omnes tenentur, hoc modo legitur: Scriptum est Iere. 49. cap. אברה עצה מבנים נסרחה חכמתם Hoc est, Perijt consilium à filijs, fœtida facta est sapientia eorum. Quando perditum est consilium à filijs, & fœtida facta est sapiẽtia eorum? Cum apud gẽtes seculi fuerint. Infatuauit enim Iudæos (Deo permittente) diabolus, abstulitq; ab eis sensum quo ad ueritatis intellectum. Et usq; adeo quidem, ut in diuinis scripturis minoris intelligentiæ sint, quàm asini. Quod ipsimet fateri coguntur. Nam in libro שקלים Sekalim, id est Ponderum, in cap. quod incipit ואלו הן Ve ellu hen, id est, Et isti sunt. Sic ad uerbum legitur: Dixit R. Haggai, Priores arauerunt, & seminauerunt, & surculauerunt, & messuerunt, & fecerunt areas, & triturauerunt, & uentilauerunt, & moluerunt, & apposuerunt nobis panem, id est scripturæ doctrinam. Et non est nobis os ad comedendum. Dixit R. Abba, Si fuerunt antiqui filij hominum, nos sumus asini. Dixit R. Men in illa hora. Etiam asinæ R. Pinhas filij Hair non sumus comparandi. Hæc omnia in Talmud. Aliud de hoc adhuc habetur testimonium in libro שבת Sabbath, id est sabbati. Vbi sic ad literam dicitur: Dixit R. Zera, quòd dixit R. Si priores fuerunt filij hominum, nos sumus asini. Et non sumus adhuc tales, qualis est asinus R. Hanina, uel sicut asinus R. Menahem, sed ut cęteri asini. Ex his autem quamuis Iudęi omnes qui Christũ non receperunt, asini esse conuincantur: eos tamen deteriores asinis existere constat, qui falso dogmate cæteros in foueam pertrahunt. Quos Ieremias pastores uocat, eorumq; asinitatem bestialitatẽ nuncupat, ita 10. c. dicens, כי נבערו הרועים ואת יהוה לא דרשו : על כן לא השכילו וכל מרעיהם נפוצה Hoc est, Quia bestię facti sunt pastores, & Deum non quæsierunt, propter hoc nõ intellexerunt, & totus grex eorum confractus. dispersus est. Rursus 50. capite sic ait, צאן אבדות היה עמי רעיהם התעום Hoc est, Oues perditæ fuerunt populus meus, uel populi mei, pastores earum errare fecerunt eas. Iudæorum utiq; pastores, eorum scilicet magistri, atq; Doctores, & si olim eos pluries errare fecerint, hodie tamen maxime errare faciunt. Quare non inepte de ipsis Saluator 15. cap. Matthæi loquens, dixit, Cæci sunt, & duces cæcorum. Si cæcus cæco ducatum præstat, ambo in foueam cadunt.

De

De perpetua Iudæorum reprobatione, & quòd tanquam Dei inimici de domo Dei expellendi erant. Caput IIII.

CAPNIO,

VDæos Deus tanquã sibi rebelles & inimicos cum de domo sua abiecerit, in æternumq; reprobauerit, ideo ad eorum confusionem hæc eis euentura fuisse, ex eorum scripturis afferenda sunt testimonia. GAL. Hæc potissimum Hoseæ testimonio patent, ita cap. 9. in persona Dei dicentis, על רע מעלליהם מביתי אגרשם לא אוסיף אהבתם Hoc est, Propter maliciam operum expellam eos de domo mea, nec addam diligere eos. Quod R. Ionathas ita Chaldaicè interpretatus est, על בישת עובדיהון מבית מקדשי אתרחינון לא אוסיף לרחמא עלויהון Id est, Propter maliciam operũ eorum de domo sancta mea expellam eos, nec adiiciam misereri super eos. De hoc & propheta Amos cap. 5. ait, נפלה לא תוסיף קום בתולת ישראל Hoc est, Cecidit, nec addet resurgere uirgo Israel. CAP. Quid si Iudæi dixerint, hæc de decem solum tribubus fuisse dicta? GAL. Dicatur eis, Quod si ita esset, haud quaquam deus per Hoseam dixisset, De domo mea expellam eos, cum decem tribus neque in domo Dei fuerint, neq; domum Dei curarint. Quod expressius apud Ieremiam prædictum est 7. cap. sic dicentem, והשלכתי אתכם מעל פני באשר השלכתי את כל אחיכם את כל זרע אפרים Id est, Expellam uos à facie mea, sicut expuli omnes fratres uestros, omne semen Ephraim. Vbi per Ephrahim decem tribus intelliguntur, eo quòd Ieroboam Rex eorum ex tribu Ephrahim fuerit. Quod etiam in Midras tehilim, id est, in expositione Psalmorum apertè ostenditur, cum super illud Psal. 76. dictum, נודע ביהודה אלהים בישראל גדול שמו Id est, Notus fuit in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius. Sic dicitur, In hora qua deus sanctus & benedictus facit misericordiam cum Iuda: perinde est, ac si ipse misericordiã faciat cum uniuerso Israel. Omnis quippe Israel appellatur nomine Iuda. Quatuor enim nominibus nuncupatur Israel, uidelicet Iacob, Israel, Epharaim, & Iuda. De hac etiam reprobatione Amos ipse ita 6. cap. dixit, נשבע אדני יהוה בנפשו נאם יהוה אלהי צבאות מתאב אנכי את גאון יעקב וארמנותיו שנאתי והסגרתי עיר ומלאה Hoc est, Iurauit Dominus Deus per animam suam. Dixit Dominus Deus exercituũ. Detestor ego superbiam Iacob, & palatia eius odi, & tradidi ciuitatem & plenitudinẽ eius. Quod R. Ionathas ita in Chaldæum uertit, קיים יהוה במימריה אמר יהוה אלהי צבאות מנבל אנא ית בית מקדשא רבותיה דיעקב Hoc est, Statuit dominus Deus in uerbo suo, uel per uerbum suum. Dixit Dominus Deus exercituum, Abominor ego domum sanctuarij, quæ est superbia Iacob. Glossa autem R. Selomonis sic ait, Tradidi ciuitatẽ & plenitudinẽ eius. i. Ierusalẽ & habitatores eius. Domus quoq; sanctuarij uocata est supbia, iuxta illud Ezechielis 24. c. dictum, הנני מחלל את מקדשי גאון עזכם Hoc est, Ecce ego pro-

Iudæorum obiectio.

Responsio.

phanabo ſanctuarium meum, elationem fortitudinis ueſtræ. Hæc R. Selomo. CAP. Quam ob rem hæc Iudæorũ reprobatio plerunq; in ſacra ſcriptura contritio uocata fuit, quæ lagenæ figuli comminutæ nõ inepte comparatur? GAL. Quia tanta futura erat eorum in hac captiuitate preſſura, ut meritò contritioni de qua nec teſta quidem minima remanet, aſſimilari poſſet. Omnis nanq; uaſis fractura ſolidari poteſt, & ad aliquod opus utile redigi. Teſtulæ autem uaſis, ſi uehementi contritione confringantur, partes eius ad nihilum ualent, niſi ut proïciantur. Et quo magis teſta quaſſata durat, eo magis ſemper augetur eius fractura. Cum igitur eorum reprobatio huiuſmodi teſtarũ contritioni comparetur, quę ad nihilum ualet ultrà, niſi ut proïciatur foras, palàm detur intelligi, eos in iſta captiuitate in tantam deuenturos fuiſſe deiectionem, quòd quamdiu in perfidia permãſerint, nunquam in priſtinã redire poterunt libertatem. Iuxta illud Pſalmographi Pſal. 2. dictum, תרועם בשבט ברזל כבלי יוצר תנפצם Hoc eſt, Cõfringes eos uirga ferrea, & tanquam uas figuli proïcies eos. Ex his igitur quæ dicta ſunt, manifeſtum eſt, Iudæos propter operum ſuorum maliciam, de domo dei ab ipſo Deo meritò eïjciendos fuiſſe, atq; nunquam ab eo diligendos, do. nec in perfidiæ malicia permanſuri eſſent. Quod præuidens Ieremias in calce lamentationis ſuæ cauſam quęſiuit, dicens, למה לנצח תשכחינו תעזבנו לאורך ימים Id eſt, Quare in æternum obliuiſceris nos, derelinques nos in longitudine dierum? Cui reſpondit Dominus 8. cap. eiuſdem prophetæ, ita dicens, ואמרת אליהם כה אמר יהוה היפלו ולא יקומו אם ישוב ולא ישוב : מדוע שובבה העם הזה ירושלם משובה נצחת התחזיקו בהרמות מאנו לשוב : הקשבתי ואשמע לוא כן ידברו אין איש נחם על רעתו לאמר מה עשיתי כל חשב במרוצתם כסוס שוטה במלחמה : גם חסידה בשמים ידעה מועדיה ותר וסוס ועגור שמרו את עת באנה ועמי לא ידעו את משפט יהוה : Id eſt, Dices ad eos. Sic ait Deus, Nunquid cadent, & non ſurgent? Si auerte ntur, & non conuertentur? Quam ob rem obſtinatus factus eſt populus iſte Ieruſalem obſtinatione uehementi, uel æterna. Fortificauerunt ſe in dolo, & noluerunt conuerti. Attendi & audiui non ita, ut ſcilicet in corde habent, loquuntur. Non eſt uir quem pœniteat ſuper malicia ſua, dicens, quid feci? Vniuerſus cõuerſus eſt ad curſum ſuum, uelut equus impetuoſus in prælio. Etiam ciconia in cœlo cognouit tempora ſua, & turtur, & grus, & hirundo obſeruauerunt tempus aduentus ſui. Populus uero meus non cognouit iudicium Dei. Ex quibus patet propoſitum.

Cur Iudæorũ reprobatio dicta eſt contritio.

Quòd Iudæi nunquam amplius in terram ſuam regreſſuri ſunt, neque eam poſſeſſuri. *Caput V.*

CAP. RECentiores Iudæorũ cum ſe per captiuitatẽ hanc in qua ſunt, ſceleris ſui reos eſſe cõuincuntur, ſtatim nobis obïciunt, ſeſe in terram ſuã regreſſuros eſſe, ipſamq; poſſeſſuros. Vt igitur non

non ſolum ſe in hoc falſiloquos eſſe, uerum & fruſtra id ſperare cognoſcant, quòd nunquam ſint in terram ſuam reuerſuri, nec ipſam unquam poſſeſſuri, ſcripturis eorum probandum eſt. GAL. Hoc optime per id habetur, quod apud eos in libro יבמות Iebamoth. i. Fratriarum, in cap. quod incipit, הארץ Haarez, id eſt Terra. Vbi ſic ad uerbum legitur, Traditum eſt in libro סדר עולם Seder olam, id eſt ordinis mundi, Scriptum eſſe Deuter. 30. c. והביאך יהוה אלהיך אל הארץ אשר ירשו אבתיך וירשתה Hoc eſt, Et introducet te dominus Deus tuus in terram, quam poſſederunt patres tui, & poſſidebis eam. Poſſeſſio nanq; prima & ſecunda fuit eis, tertia autem non erit. Dixit Rabbi Iohanan, Quis fuit author סדר עולם Seder olam, id eſt libri ordinis mundi? Rab Ioſes. Hæc traditio. Hoc ipſum in eodem libro Seder olam, hoc modo quoque habetur. Scriptum eſt Deuter. 30. cap. Et introducet te Dominus Deus tuus in terram, quam poſſederunt patres tui, & poſſidebis eam. Poterit ne fieri, quòd ſit tertia poſſeſſio in futuro? Docet quid ſit ad hoc dicendum, id quod ait, Quam poſſederunt patres tui, & poſſidebis eam. Poſſeſſionem enim primam, atque ſecundam habituri erant, poſſeſſio autem tertia non erit eis. Hæc traditio. Cum igitur Iudæi terram quondam ſuam bis tantum poſſeſſuri eſſent, ut ex his traditionibus aperte liquet. Et eam olim iam bis poſſederint. Nam primo quidē à tempore Iehoſuæ uſq; ad primi templi euerſionem, ſecundo uero à Zerubabelis & Ezræ temporibus, uſq; ad ultimi templi incendium, uel uſq; ad Hadriani Cæſaris tempora, eam poſſederunt, ut ex eorum ſcripturis multipliciter patet, ipſamq; tertio (traditionibus præmiſſis atteſtantibus) haud quaquam ſint poſſeſſuri. Ipſimet concedant, neceſſe eſt, ſe nunquam amplius terram ſuam poſſeſſuros eſſe, & conſequenter nec ad eam reuerſuros. Quare falſa prorſus ſunt, antiquisq; eorum ſcripturis penitus diſſentanea, quæcunque de ſuo in Ieruſalem reditu, deq; templi reædificatione, ac terræ illius tertia poſſeſsione, contra nos obijciunt, Verum enimuero tertia denicq; terrę eorum poſſeſsio, quam ipſi fruſtrà præſtolantur, Sarracenis (teſte Ezechiele) in eorum opprobrium ad tempus danda erat. Sic enim ſeptimo capite ait, והבאתי רעי גוים וירשו את בתיהם גאון עזים ונחלו מקדשיהם Id eſt, Et adducam malos gentium, hoc eſt Sarracenos, & poſsidebunt terras eorum, & ceſſare faciam ſuperbiam fortium, & hæreditabunt ſanctificata ipſorum. Et infrà, ותורה תאבד מכהן ועצה מזקנים Hoc eſt, Et lex peribit à ſacerdote, & conſilium à ſenioribus. Et hoc ideo, quia abſque ſacrificio, & abſque Principe, immo & abſque Deo (eorum exigente perfidia) uſq; ad mundi finem eſſe debebant.

Quòd

Quòd Iudæi absque Principe, absque sacrificio, & absque Deo usque ad mundi finem futuri erant. Caput VI.

CAPNIO,

VEllem quod postremo dixisti, Iudæos scilicet absq; Principe, absq; sacrificio, & absq; Deo usq; ad mundi finem esse debuisse, per eorum scripturas ostenderes. GAL. Id itaq; per illud Hoseæ 3. capite dictum optime probatur, כי ימים רבים ישבו בני ישראל אין מלך ואין שר ואין זבח ואין מצבה ואין אפוד ותרפים Hoc est, Quia diebus multis morabuntur filij Israel absq; Rege, & absq; Principe, & absq; sacrificio, & absq; ara, & absq; ephod (id est absq; ornamento pontificio) & imaginibus. Hæc autem Rabbi Ionathas ita Chaldaicè transtulit, אלין יומין סגיאין יתבו בני ישראל לית מלכא מדברית דוד ולית דיעביד שולטן על ישראל ולית דרבח לרעוא בירושלם ולית קמתא בשומרון ולית אפור ומחוי Id est, Quia diebus multis morabuntur filij Israel, in quibus non habebunt Regem de domo Dauid, nec gerentem potestatem super Israel, nec sacrificium acceptabile, uel placitum in Ierusalem, nec altare in Samaria, nec ephod denunciantem. Quemadmodum igitur Iudæi non erant habituri Regem de domo Dauid, nec Principem aliquem ex ipsis, nec sacrificium, nec altare: cum reliquis, quæ hic ponuntur. Ita etiam probatur, quòd nec sacerdotem, nec legem, nec etiam Deum uerum habituri essent, per illud quod 2. Par. 15. cap. ita scribitur, ימים רבים לישראל ללא אלהי אמת וללא כהן מורה וללא תורה Hoc est, Dies multi erunt Israeli sine Deo uero, uel ueritatis, & sine sacerdote docente, & sine lege. Vbi quod sine Deo uel ueritatis transtuli, sine iudicibus ueritatis, Hebræi dolosè interpretantur, eo quòd אלהי אמת Elohe emeth scriptum sit, quod ad Deum & ad iudices æquiuocum esse aiunt. Sed eos male ac falso id interpretari, ex eo potissimum uideatur. Quod quamuis nomen אלהים Elohim, Iudices quandoque in sacris literis significare inueniatur, de suo tamẽ primo significatu, Deum pluraliter propter diuinarũ personarum trinitatẽ, significat. Quamobrem hic potius Deum, quàm Iudices, significare dicẽdum est. Maximè cum ueteres Talmudistæ illud pro Deo uero, hoc in illo accipiãt. Nam in libro עבודה זרה Auoda zara. i. seruitus aliena, in cap. quod incipit, לפני איריהן liphne edehen. i. Ante festa eorũ. Ita ad uerbum legit: Dixit R. Hanina ad R. Elazar, Beatus tu, qui te ipsum exercuisti in lege, & in operibus misericordiæ. Et ueh mihi, qui exercui me in lege duntaxat. Quoniam ut dixit Rabbi Hunna, quicunque studet uel exercet se in lege tantum, similis est ei, qui non habet Deum. Sicut scriptum est secundi libri Paralipomenon decimoquinto capite, Dies multi Israeli sine deo uero, & sine sacerdote, & sine lege. Et quid est, sine lege: Dixit R. Hunna, Omnis studens in lege tantummodo, & in operibus misericordiæ

cordiæ uel pietatis non ſtudet, ſimilis eſt ei, qui nõ habet Deum. Sicut dictum eſt (ubi ſuprà, ſcilicet) Dies multi Iſraeli ſine Deo uero, uel ueritatis. Et notãdum, quòd cum paulò ſuperius dixiſſet Hoſeas, Iudæos diebus multis futuros ſine Rege, cum reliquis. Cõſequenter oſtendit, eos uſq; ad mundi finem ſine Deo uero & ſine Meſſia eſſe debere, cum ibidẽ immediate ſubiecit, ואחר ישובו בני ישראל ובקשו את יהוה אלהיהם ואת דוד מלכם ופחדו אל יהוה ואל טובו באחרית הימים .i. Et poſtea cõuertentur filij Iſrael, & quærent Dominum Deum ſuum, & Dauid regem ſuum, & pauebunt ad Deum, & ad bonitatem eius in fine dierũ. Quæ R. Ionathas ita in Chaldæum uertit, כתר כן יתובון בני ישראל ויתבעון יה פולחנא דיהוה אלהיהון ודשהמעון למשיחא בר דוד מלכיהון : Hoc eſt, Et poſt hæc pœnitebunt filij Iſrael, & quærent cultum domini Dei ſui, & obediẽt Meſſiæ filio Dauidis Regi ſuo. Hæc autem circa mundi finem futura ſunt, cum reliquiæ Iudæorũ ad Dñm noſtrum Ieſum uerũ Meſſiam cõuertentur. Idcirco uſq; ad tempus illud, abſq; rege, & Principe, abſq; ſacrificio & ſacerdote, abſq; lege, abſq; Deo uero, & abſq; Meſſia uero ſaluatore permanebit Iudaica perfidia. Quod erat probandum.

Quòd ſicut Hebræi in Iſrael & Iuda diuiſi fuerunt: ita tempore Meſſiæ fieri debebat eorum in Iudæos perfidos, & ueros Chriſtianos diuiſio. Caput VII.

CAPNIO.

QVanquam in præcedẽtibus ſatis abunde probaſti, paucos ex Iudæis tempore Meſſiæ ſaluandos fuiſſe, reliquos uero perdendos atq; diſſipandos. Conſtat tamen eos qui Redemptorem noſtrum uerum Meſſiam receperunt, & ſaluatos fuiſſe, & nomine mutato משיחים Meſſihim. i. Chriſtianos uocatos. Qui autem ipſum recipere abnuerunt, nec eos ſaluari cõtigit, necalio nomine uocari. Ad denotandam enim eorum perfidiam, Iudæi hactenus uocantur, & uocabuntur, quamdiu in perfidia permanſerint. Quare ad ipſam eorum perfidiam magis conuincendam, hanc eorum diuiſionem in perfidos Iudæos, ac ueros Chriſtianos tempore Meſſiæ futuram fuiſſe, per eorũ ſcripturas probare debes. GAL. Quemadmodum certe inter Iſrael & Iuda continue uiguit diuiſio, Iſraele ſcilicet duos uitulos aureos pro dijs adorante: ita inter Chriſtianos quoq; & Iudæos diuiſio nunquam eſſe deſinit, Iudæis ipſis Dñi noſtri Ieſu Chriſti & Chriſtianæ fidei ueritatẽ negantibus. Quocirca ſciendũ eſt, ſchiſma decem tribuũ Iudæis nomẽ hoc impoſuiſſe. Antea quippe Hebræi, ſeu Iſrael, uel Iſraelitæ, dicebant. Ex quo ergo in duo Regna populus ille diuiſus eſt, quicũq; ex eis Reges de ſtirpe Iudæ, aut de tribu Iuda habuerũt, Iudæi appellati ſunt. Decem uero tribus & quicunque in Samaria Ieroboam ſibi Regem aſciuerũt, Iſrael dicti ſunt. Quibus Ieroboam eorum Rex duos uitulos aureos

aureos faciens, unum in Dan, alterum in Bethel posuit. Dixitq; eis (ut habetur 3. Reg. 12. cap.) וב לכם מעלות ירושלם הנה אלהיך ישראל אשר העלוך מארץ מצרים Id est, Nolite ultrà ascendere in Ierusalem. Ecce dij tui Israel, qui te fecerunt ascendere ex terra Ægypti. Ob hoc autē acalia quàmplurima scelera, qualiter à Deo reprobati sint, sequentia ostendunt. Et primo quidem id quod legitur 4. Reg. 17. cap. וישבו את כל מצות יהוה אלהיהם ויעשו להם מסכה שנים עגלים ויעשו אשרה וישתחוו לכל צבא השמים ויעבדו את הבעל : ויעבירו את בניהם ואת בנותיהם באש וקסמו קסמים וינחשו ויתמכרו לעשות הרע בעיני יהוה להכעיסו : ויהאנף יהוה מאד בישראל ויסירם מעל פניו לא נשאר רק שבט יהודה לבדו : גם יהודה לא שמר את מצות יהוה אלהיהם וילכו בחקת ישראל אשר עשו׳ וימאס יהוה בכל זרע ישראל : ויענם ויתנם ביד שוסים עד אשר השליכם מפניו : כי קרע ישראל מעל בית דוד וימליכו את ירבעם בן נבט Id est, Et dereliquerunt omnia præcepta Domini Dei sui, & fecerunt sibi conflatorie duos uitulos, & fecerunt lucum, & adorauerunt uniuersam militiam cœli, & coluerunt Baal, tradiderunt q; filios suos, & filias suas per ignem, & diuinauerunt diuinationes, & augurati sunt, & uendiderunt se ad faciendum malum in oculis Dei, ad prouocādum eum. Et iratus est Deus uehementer in Israel, & abstulit eos de super facie sua, nec remansit nisi tribus Iuda sola. Porrò Iuda nō custodiuit mandata dñi dei sui, & ambulauerunt in statuis Israel, quas fecerunt. Reprobauit autem Deus omne semen Israel, & humiliauit eos, tradidit q; eos in manu diripiētium, quous q; proiecit eos à facie sua. Separauit enim uel diripuit Israel desuper domo Dauid. Et Regem fecerunt Ieroboam filium Nabath. Hæc omnia ibi ad uerbum traducta. Ex quibus clare habetur, & decem tribuum reprobatio, & ipsius reprobationis causa. Legitur etiā in libro Sanhedrin, cap. Helec, hoc modo: Tradiderunt Rabbanan, id est Magistri, Quod decem tribus non habent partē in seculo uenturo, nec sunt unquam reuersuræ. Sicut dictū est Deut. 29. c. וישלם יהוה מעל אדמתם באף ובחמה ובקצף גדול וישליכם אל ארץ אחרת כיום הזה : Hoc est, Et euellet eos deus desuper terra sua in ira & in furore & indignatione magna in seculo. s. uēturo, sicut dies ista. Quēadmodū enim dies ista uadit & nō reuertit, sic ipsi euntes, & nunq; reuertentes erūt. Verba hæc sunt R. Akiba. R. aūt Eliezer dixit, Quomodo dies ista obtenebrescit, deinde illucescit: ita & ipsi. Quēadmodū enim obtenebrescet eis, sic futuri sunt ex eis quibus illucescat. Hucusq; Talmud. Verbū autē hoc ultimū s. R. Eliezer uerificatū est tempore Christi & discipulorū eius, quando multi gētiles qui fuerant de decē tribubus Israel, Christianæ fidei lumine illustrati sunt. Gētiles enim cūcti effecti fuerāt (ut sequēs ostēditur addition) Notandū quoq; est q; seculū uenturū, siue futurū ferè semper in scripturis Hebraicis, p tēpore Messiæ accipit. In libro aūt Sāhedrin Ierosolymitano in c. qđ incipit, Isti sunt q nō habēt partē. Sic ad uerbū dicit, R. Elie-

R. Eliezer & R. Iudas de decem tribubus loquentes, alter quidem retu
lit, quòd non iuit in captiuitatem Israel, donec facti sunt omnes ממזרים
mamzerim. i. spurij. Dixit quoq; R. Iohanan, quòd non est captiuatus
Israel, donec factæ sunt ex eo 24. sectæ מינים minim. i. hæreticorũ. Vn
de scriptum est Ezech. 2. cap. בן אדם שלח אני אותך אל בני ישראל אל גוים
המורדים אשר מרדו בי המה ואבותם פשעו בי עד עצם היום הזה .i. Fili A-
dam mitto ego te ad filios Israel ad Goim hãmordim. i. ad gentiles apo
statas, qui apostatarunt à me, ipsi & patres eorum culpabiles extiterũt
in me, usq; in diem hanc. Hæc traditio. Quocirca Dominus rectè dixit,
Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Rursum aũt
ad id quod dictum est in præcedẽti traditione, quòd scilicet Israel facti
sunt ממזרים mãzerim. i. spurij, pertinet quod apud Zach. 9. c. sic dicit,
וישב ממזר באשדוד Hoc est, Et sedebit, uel morabit mamzer. i. spurius
in Azoto. Quod de Israel intelligendum esse R. Ionathas Vzielis filius
in Chaldaica æditione ostendit dicens, ויתיב בית ישראל באשדוד .i. Et se-
debunt domus Israel in Azoto. Ad hoc etiã spectat quod in lib. יבמות
Iebamoth. i. Fratriarũ, in ca. quod incipit נשים Nasim. i. mulieres hoc
modo scribit. Traditio est, q; filię. i. mulieres illius generationis decem,
scilicet tribuũ castratione castratæ sunt. Nec sunt inde moti de terra sci
licet sua, donec fecit eos Sennacherib perfectos gẽtiles. Sicut dictũ est
Hoseæ 5. c. ביהוה בגדו כי בנים זרים ילדו Hoc est, In Deũ proditiose, uel
dolose egerunt, quia filios alienos genuerũt. Causa aũt huiusce diuisio-
nis Hebræorũ, & reprobationis maioris partis eorũ, decẽ uidelicet tri-
buum alia nõ fuit, nisi quia in Dauid partem habere primũ renuerunt.
Dixerunt enim ut legit 3. Reg. 12. אין לנו חלק בדוד ולא נחלה לנו בבן ישי
i. Non est nobis pars in Dauid, neq; hæreditas in filio Issai. Et quia etiã
falsos deos in duobus uitulis (ut dictum est) susceperunt. Quemad-
modũ igitur tempore Ieroboã in Israel & Iudæos, Hebræi diuisi sunt.
Ita in hebdomada septuagesima Danielis, Iudæi ipsi diuisi sunt in persi
dos Iudæos, & ueros Christianos. Et quomodo tunc maior Hebræorũ
pars decẽ scilicet tribus dixerunt. Nõ est nobis pars in Dauid, neq; hæ
reditas in filio Issai. Ita tẽpore Messiæ maior pars Iudæorũ dixit, Non
habemus Regẽ, nisi Cæsarem. Dominũ Iesum uerum Messiã in Dauid
præfiguratũ fatue reprobantes. Et sicut illi deinde reprobato Dauid,
falsos Deos in duobus uitulis coluerũt. Ita isti reprobato uero Messia,
duos sibi falsos Messias, unũ post alterũ (scripturis eorũ testantibus, ut
in antecedentibus latissime dictũ est) statuerunt. Rursus sicut illi pro-
pter hæc & alia (ut paulò superius sacra attestat historia) fuerunt & à
Deo reprobati, & per Sennacherib captiuati. Sic & isti quia uerũ Mes-
siam Dominũ Iesum respuerunt, & duos falsos Messias receperunt, fuẽ
runt in perpetuũ, & à Deo reprobati, & per Vespasianũ & Titum Rõ
manos Principes captiuati. Et hoc est quod eis dominus per Iere. 7. ca.

cõminatus fuerat. Et proijciam uos desuper facie mea, sicut proieci omnes fratres uestros, omne semen Ephraim. Vbi R. Ionathas, Omnes fratres uestros, ובל זרעי ישראל .i. Omne semen Israel Chaldaicè trãstulit. Cæterũ quomodo tunc maxima eorum pars in errorem turpissime incidit, pro uero Deo, falsos recipiendo atq; colẽdo Deos. Minima, uero pars in ueritate permansit, Deum uerum colendo, domumq; Dauid sequendo. Ita quoq; nunc maxima Iudęorũ pars, duos falsos secuta Messias, in turpissimũ infidelitatis incidit errorẽ. Minima uero pars, Christo adhærens, ipsumq; fide & opere secuta, ueritatẽ amplexata est. Pręterea sicut tunc serui Dei, ueritatẽ sequentes, aliter quàm antea uocati sunt, quia nõ Hebræi, sed Iudæi mutato nomine deinceps dicti fuerũt. Ita nunc serui Dei, Christianę fidei ueritatẽ sectantes, aliter quàm prius appellati sunt, quia non Iudæi, sed mutato nomine משיחים Messihim. i. Christiani sunt nuncupati. Quemadmodũ per Isaiam de eis prophetatũ fuerat, ita 65. c. dicentẽ, והמיתך ארני יהוה ולעבדיו יקרא שם אחר והמתם שמכם לשבועה לבחירי Hoc est, Et dimittetis nomen uestrũ ad iuramentum electis meis. Et mortificabit te dominus Deus, & seruos suos uocabit nomine alio. Nomen autem eorum est in iuramento Christianis. Nam iurantes dicunt, negatiue scilicet. Si non sum Iudæus, hoc nõ faciam. Vel affirmatiue sic, Iudæus sim ego, si hoc fecero. Et Dominus Deus mortificabit eos, ut propheta dicit, usq; ad mundi finẽ, ut in præcedentibus patuit, & in sequentibus adhuc latius patebit. Deniq; sicut inter Iudæos & Israel fratres suos, fuit semper certatio. Ita inter Iudæos & Christianos, tam in moribus quàm in fide nunquam defuit bellum. Quemadmodũ enim illis non satis fuit, Deum & domum Dauid repudiasse, & unum uitulũ in Bethel, alterũ in Dan pro dijs coluisse, sed peccatis peccata addendo, Baal etiam coluerunt. Ita neq; istis sufficit, uerum reprobasse atq; occidisse Messiã, unumq; falsum in Ierusalẽ Barcozba uel Bencozba uocatũ. i. mendacij, uel falsitatis filium, & alterũ in Bitter eiusdẽ nominis Messiam sibi fecisse, sed patrũ quoq; suorũ mensurã adimplentes, erroresq; erroribus accumulantes, tertiũ adhuc sibi promittunt. Non obstante, q; & patres eorum in duobus Messijs antedictis (ut eorũ testantˉ scripturæ, & ipsi minime negant) tã turpiter delusi fuerint, & eorũ Magistri tertiò quẽ adhuc expectant, uarios assignãtes terminos, omnes tãdẽ falsiloq; sint inuẽti, ut in superioribus abũde ꝓbatũ est.

Quòd Iudæi ideo destruendi erant, quia Deum uerum essent prodituri, ac negaturi. *Caput* VIII.

CAP. ETsi in præmissis causam reprobationis eorum satis tetigisti. Vt tamen & ueritas clarius pateat, & ipsorum perfidia magis confundatur, destructionis eorum causam expressius adhuc per eorum scripturas retegas, obsecro. GAL. De Iudæorũ igitur destructione,

ſtructione,quæ per Romanos fieri debebat,deq; eiuſdem deſtructionis cauſa,atq; malicia reliquiarū ipſorum,apud Iere.5.c.his uerbis prædictū fuit, שוטטו בחוצות ירושלם וראו נא וידעו ובקשו ברחובותיה אם תמצאו איש אם יש עשה משפט מבקש אמונה ואסלח לה : ואם חי יהוה יאמרו לכן לשקר ישבעו : יהוה עיניך הלוא לאמונה חבית אתם ולא חלו כליתם מאנו קחת מוסר חזקו פניהם מסלע מאנו לשוב : Hoc eſt,Circuite uicos Ieruſalem, & uidete quæſo,ac ſcitote,& inquirite in plateis eius,An inueniatis uirum facientem iudicium,quærentem fidem,& propitius erò ei,ſcilicet Ieruſalem.Et ſi uiuit Deus dixerint,uerūtamen ad falſitatem iurabunt. Deus oculi tui nónne ad fidem? percuſſiſti eos,& non doluerunt.Conſumpſiſti eos,& renuerunt accipere diſciplinam,uel correctionem. Indurauerunt facies ſuas ſupra petram,& renuerunt conuerti. Et paulò inferius ſubdit, עלו בשורותיה ושחתו וכלה אל תעשו הסירו נטישותיה כי לוא ליהוה המה : כי בגוד בגדו בי בית ישראל ובית יהודה נאם יהוה : כחשו ביהוה ויאמרו לוא הוא ולא תבא עלינו רעה וחרב ורעב לוא נראה : והנביאים יהיו לרוח והדבר אין בהם כה יעשה להם Id eſt,Aſcēdite in muros eius, & diſſipate,conſummationem autem nō faciatis.Auferte palmites,& propagines,quia non ſunt Dei.Proditione enim prodiderunt me domus Iſrael,& domus Iuda,Dixit Deus.Negauerunt Deum (tetragrāmaton)& dixerunt,non eſt ipſe,neq; ueniet ſuper nos malum,& gladium,& famem nō uidebimus.Et prophetæ erunt ad uentū,uel ad ſpiritum,& ſermocinatio nō erit in eis.Hoc fiet illis,Quod aūt hæc de ludæorū deſtructione,quæ per Romanos futura erat,prædicta fuerint, patet per eorum expoſitores.Legitur enim ſic in Bereſſith rabba uekeſtanna.i.in expoſitione libri Gen.maiori,& minori,ſuper illud 18.cap. eiuſdē libri dictum,Et dixit,ſcilicet Abrahā.Non diſpliceat quæſo Domine,& loquar etiam hac uice.Si forte inueniant adhuc decē? Et dixit, Non deſtruā propter ipſos decem.Quare decē? Quia iam remāſerant in generatione diluuij octo,& non ſuſpendit Deus ſententiā ſuam propter merita eorum.Alia expoſitio.Quare decē? Quia opinabat decem ibi eſſe,Loth uidelicet,& uxorem eius,& quatuor filias ipſius,quatuorq; generos.R.autem Iodan & R.Hanina dixerūt,Dictum eſt hic decem,& in Ieruſalem ſaltem unus. Hoc autem eſt quod ſcriptū eſt Iere. 5.c.Circuite Ieruſalem.Et reliqua.Et ſic alibi dicitur:Eccleſiaſtis ſcilicet 7.c.Vna ad unam,ad inueniendū computum,uel numerum. Dixit R. Ishac,Et uſq; ad quot inuentio numeri? Vſq; ad unam.Hactenus traditio.Sic igitur hic argumentandū eſt.Si in prioris quidē templi deſtructione,plures iuſti fuerunt,atq; inueniri potuerunt in Ieruſalem. Fuit nanq; ibi Baruch filius Neriæ,de quo ſic apud Iere.36.c.dicitur,Et uocauit Ieremias Baruch filium Neriæ. Et ſcripſit Baruch ex ore Ieremiæ, omnia uerba Domini.Erat quoq; ibi Abdemelech Æthiops qui Ieremiam de ciſterna,ubi moriebatur,extraxit,cum ſic fuiſſet Regem allocutus(ut habet Iere.38.)Dñe mi Rex,male fecerūt uiri iſti,quicquid fe-

cerunt Ieremię ꝓphetæ, quẽ miſerũt in puteũ, ut morereť. Cui & ꝓpter ea dixit Dñs (ut ſcribiť Iere. 39.) Eruens eruã te, & in gladio nõ cades, eritq; tibi anima tua uelut ſpoliũ. Quia cõfiſus es, uel quia ſperaſti in me, dicit Dñs. Fuit etiã ibi domus ſeu familia Recabitarũ, de quibus dicit apud eundẽ prophetã, Vade ad domũ Recabitarũ, & loquaris ad eos. Et poſt pauca, Nõ abſcindeť uir de Ionadab filio Recab, ſtans corã me cunctis diebus. Fuit inſuper tunc Ieremias ꝓpheta, ac alij permulti uiri iuſti, ac ſancti, qui in Babylonẽ tranſmigrarunt. Si igitur tot iuſti tẽpore deſtructionis prioris templi in Ieruſalẽ fuerunt. Palàm ꝓfectò oſtendiť ex calce antedictę traditionis, quę dicit neminẽ iuſtum in Ieruſalem inuentum fuiſſe, ꝙ ſupradictorũ uerborũ Ieremiæ principiũ, cum ait, Circuite uicos Ieruſalẽ, cum reliquis, nõ de primo eius urbis excidio loquať, quod per Nabuchdonoſor Babylonis Regẽ factum eſt, ſed de ultimo, quod per Veſpaſianũ & Titũ Romanos Principes, fieri cõtigit. Cauſa uero ob quã Deus Iudæos per Romanos deſtruxerit, ac reprobauerit, oſtendiť, cum ibidẽ diciť, Proditione enim ꝓdiderunt me domus Iſrael, & domus Iuda, Dixit Deus. Quæ aũt & qualis fuerit iſta ꝓditio, aperte inſinuať, cũ ſtatim ſubijciť, Negauerunt Deũ, & dixerũt, nõ eſt ipſe. Cum igiť poſt regreſſum ex Babylonica captiuitate, Dñm Deũ nec uerbo, nec facto Iudęi negauerint unq̃, per idololatrię, ſcilicet cultũ. Cõſequens neceſſario eſt, tunc eos negaſſe illũ, dicentes, Deũ nõ eſſe ipſum, cum Dñm Ieſum Chriſtũ uerum Deũ, ac Dei filiũ reprobantes, dixerunt, ipſum nõ eſſe Meſſiã. Ac duos falſos Meſſias unũ poſt alterum ſibi conſtituerunt. Idcirco in eodẽ cap. eiuſdem prophetię dicit, הכם אריה מיער זאב ערבות ישודם נמר שקד על עריהם כל היוצא מהנה יטרף Hoc eſt, Percuſſit eos leo de ſylua, lupus deſerti, uel ueſperi uaſtabit eos, pardus uigilãs ſuper ciuitates eorũ. Omnis egrediens ex eis prædabiť. Quæ gloſſa R. Selomonis ita exponit, Percuſſit eos leo de ſylua. i. Regnũ Babylonis, Lupus deſerti uel ueſperi uaſtabit eos per Regnum Mœdorũ. Pardus uigilans ſuper ciuitates eorũ per Regnũ Græcorũ. Omnis egrediens ex eis prędabiť per Edom. i. per Regnũ Romanorũ. Hæc R. Selomo. Per quã quidẽ expoſitionẽ manifeſte apparet, ꝙ ab illo loco ubi diciť in Ieremiæ uerbis, Omnis ex eis egrediens prędabitur per Edom. i. per Romanos, omnia quę ſequunť, de deſtructione Iudęorũ per Romanos facta intelligi oportet. Vbi eñ cætera ſunt uerba iſta, Auferte palmites, ꝙa nõ ſunt Dei. Proditione enim prodiderũt me domus Iſrael, & domus Iuda, ait Deus. Negauerunt Deũ, & dixerunt nõ eſt ipſe. Vitis aũt unde auferẽdi erant iſti palmites, ſiue propagines, eo ꝙ nõ eſſent Dei, erat tota domus ipſa Iſrael, iuxta illud Hoſ. 10. dictum, גפן בקוק ישראל. i. Vitis frõdoſa Iſrael. Ex quibus omnibus manifeſtũ eſt, eã ob rẽ Iudæos per Romanos deſtruẽdos fuiſſe, ꝙa Deũ eſſent prodituri ac negaturi. Quãuis & alia quoq; fuerit perditionis, æternæq; damnationis eorum cauſa, quia uidelicet legem Meſſię recipere noluerunt.

Quòd

Quòd ideo Iudæi perdi, in æternumq; damnari debebant, quia legem Meſsiæ non eſſent recepturi. Caput IX.

CAPNIO,

HAnc etiam obſecro cauſam per eorum ſcripturas patefacito. GAL. Ideo certe Iudæi deſtruendi, ac in æternum damnandi erant, quia legem Meſſiæ noluerunt recipere, nec penitus Meſſiam ipſum audire. Quod ex ijs maxime liquet, quæ in libro Midras tehilim habentur, ſuper illud Pſal. 10. למה יהוה תעמד ברחוק תעלים לעתות בצרה Hoc eſt, Cur Deus manebis à longe? abſconderis in temporibus anguſtiæ. Ibi enim ſic ſcriptum legitur, אמר רבי יוחנן שלש שנים ומחצה היתה שבינה עומדת בחר הזתים ומבדזת דרשו יהוה בהמצאו ולא היו משגיחין שנאמר נדרשתי ללא שאלו נמצאתי ללא בקשוני משל לשיירה שהיה מהלך בדרך ביון שהחשיך בא הבורגן אמר לו הכנס עצמך לבורגן מפני היה רעה וליסטים אמר לו אין דרכו של שייר ליבנם לבורגן בלילה ביון שהלך בא עליו אישון לילה ואפלה חזר ובא לו אצל הבורגן והיה מבקש ממנו שיפתח לו אמר לו הבורגן אין דרכו של בורגן לפתוח בלילה לפי שאין דרכו לקבל אדם בלילה בשעה הזו נתבקשתי להבניסך לא רצית עבשיו שתרצה איני רוצה להבניסך כך אמר הקדוש ברוך הוא דרשו יהוה בהמצאו שובו בנים שובבים ולא היו מבקשים לשוב אמר להם הקדוש ברוך הוא אלכה ואשובה אל מקומי הראשון ביון שנמסרו למלביות שנמשלו לחיות התחילו צועקים למה יהוה תעמד ברחוק אמר הקדוש ברוך הוא נתבקשתי לא בקשתם עבשו אתם מבקשים ממני ואיני שומע לכם מדה כנגד מדה שנאמר ויהי כאשר קרא שמא חס ושלום עד עולם עד עידן עידנין ופלג עידן

Id eſt, Dixit Rabbi Iohanan, Tribus annis cum dimidio ſtetit diuinitas in monte oliuarum, & clamauit dicens, Quærite Deum, dum inueniri poteſt. Et non fuit eis curæ. Sicut dictum eſt Iſaiæ 66. cap. Feci ut inquireret ab ijs qui non interrogauerunt, & inuentus ſum à non quærentibus. Simile eſt hoc comitatui uiatorum qui ambulabãt per uiam. Cum autem aduesperaſceret, accepit ad eos hoſpes, dicens, Recipite uos in hoſpitium propter feras, & propter latrones. At illi dixerunt ei, Non eſt nobis cõſuetudo, nocte in hoſpitio commorari. Poſtquàm receſſiſſent,, irruit ſuper eos intempeſta nox, & tenebræ. Et reuerſi, petebant aperiri ſibi ab hoſpite hoſpitium. Ille autem dixit eis, Non conſueuit hoſpes aperire hoſpitium nocte, quoniam non admittit hominem nocturno tempore. Quo tempore quæſiui uos hoſpitio recipere, noluiſtis: nunc autem uos quæritis, ego uero nolo admittere uos. Sic dixit Deus ſanctus & benedictus, Quærite Deum dum inueniri poteſt. Reuertimini filij præuaricatores. Et non fuit qui quæreret & reuerteretur. Dixit eis Deus ſanctus & benedictus, Vadam & reuertar ad locum meum primum. Poſtquàm autem traditi ſunt Regnis, quæ aſſimilata ſunt animalibus, & cœperunt clamare. Cur Deus ſtas à lon-

ge? Dixit eis Deus ſanctus & benedictus, Quãdo ego quæſiui, uos nõ quæſiuiſtis. Nunc autem uos quæritis me, & ego non audiam uos. Viciſſitudo pro uiciſſitudine. Sicut dictũ eſt, Factum eſt ſicut uocauit, & nõ audierunt. Nunquid hoc erit in perpetuum? Miſericordia & pax. i. abſit. Erit enim uſq; ad tempus & tempora, & uſq; ad dimidiũ tempo. ris. Hoc eſt uſq; poſt necem antichriſti, cum Iudæorũ reliquiæ ad Chri. ſtum conuertent. Ex hac traditione palàm liquet, ideo Iudæos à Deo reprobandos, atq; damnandos fuiſſe, quia Meſſiã ipſum uerum deum in monte oliuarũ docentem eos legem ſuam, audire noluerunt, legem eius penitus reſpuentes. Iuxta illud Iſa. 42. c. dictum, ולא אבו בדרכיו הלך ולא שמעו בתורתו .i. Et non ambulauerũt in uĩs eius, neq; audierunt le. gem eius. CAP. Quamuis authoritas iſta Iſaię, quam nunc induxiſti, de Meſſia intelligi debeat, recentiores tamen Iudæorũ, de ipſo eam in. telligi prorſus negant. Quare per aliquam Talmudicã ſcripturã apud eos authenticã & approbatã, te oſtendere oportet, propterea Iudæos deſtructos, ac in æternũ perditos fuiſſe, q̃ legem ueri Meſſiæ recipere noluerint, ipſumq; audire contẽpſerint. Quo oſtenſo, authoritatẽ Iſaię per te inductã, de ipſo Meſſia intelligẽda eſſe, Iudaica prauitas minime poterit. GAL. Hæc omnia utiq;, & hanc ſcilicet fuiſſe deſtructionis eorũ cauſam, & eadem Iſaiæ uerba de Meſſia intelligi debere, in Maſſe cheth ghittin. i. in libro libellorũ repudĩj, in ca. Hanniliel optime pro. bant. Vbi ſic ad uerbum legit, Tradiderunt Rabbanan. i. Doctores, q̃ cum acceſſiſſet R. Iehoſuas filius Ananiæ ad caſtrum quoddã magnũ, quod erat Romæ, dixerunt ei, q̃ erat puer quidam Hebræus ibi carce. ribus mancipatus. Cum igitur R. iuiſſet ad oſtium carceris, interrogãs eundem puerũ, dixit ei illud Iſa. 42. c. dictũ, מי נתן למשיסה יעקב וישראל לבזזים .i. Quis dedit in direptionem Iacob, & Iſrael uaſtantibus? Reſpõ dens puer, dixit illud, quod apud eundem prophetam immediate ibi. dem ſic ſequitur, ולא יחזה זר חטאנו לו ולא אבו בדרכיו הלך ולא שמעו בתורתו : וישפך עליו חמת אפו ועזוז מלחמה ותלהטהו מסביב ולא ידע : ותבער בו ולא ישים על לב Hoc eſt, Nónne Adonai iſte, cui peccauimus? & non ambulauerunt in uĩs eius, nec audierunt legẽ eius. Et effu dit ſuper eum indignationẽ furoris ſui, & forte bellum, & cõbuxit eum in circuitu, & nõ cognouit, & ſuccendit eum, & non poſuit ſuper cor. Hæc Talmud. In eo autem quod dixit Adonai iſte, oſtendit, prophetã de Meſſia fuiſſe locutũ. Qui eſt Adonai. i. Dñs Deus iſte. i. demõſtrabilis factus per carnis humanę aſſumptionem. In eo uero quod ſubdidit, Et non audierunt legem eius de lege Meſſię prophetam ipſum dixiſſe, inſinuauit. Legem enim per Moſem datam, & audiebant, & Romanis etiam contradicentibus, ſeruare conabantur, morte non obſtante, quę ob hoc eis frequenter infligebatur. Legem autem Dñi noſtri Ieſu Chri ſti noluerunt audire, neq; hucuſq; recipere. Quam ob rem ſequitur, Et effudit

effudit super eos Romanos. s. indignationē furoris sui, ac forte bellū, cum cęteris, quæ subijciunt. Id ipsum etiam R. ille confirmat, quem ipsi רבינו הקדוש Rabbenu Haccados. i. Magistrū nostrū sanctū appellant, in libro quē גלי רזיא Gale razeya. i. reuelatorē secretorū nuncupauit, cum ad sextam Antonini consulis urbis Romæ petitionē respondens, hæc inter cætera dixit, Ex Israel qui non crediderint uerbis eius, scilicet Messiæ, Deus ita percitus, effundet eam super eos, iurabitq; per sanctitatem suam, eos nō habituros salutem, nec in paradiso cum illo mansuros. Sicut dictū est Psal. 94. ארבעים שנה אקוט ברור ואמר עם תעי לבב הם. i. Quadraginta annis fastidio affectus fui in generatione illa, & dixi, populus errās corde sunt ipsi, ipsi autē non cognouerunt uias meas. Qui iuraui in furore meo, q̄ non ingredient in requiem meā. Item in hoc mundo disiungentur à Deo, amittentq; suum imperiū, & dispersi per uniuersum orbem, subiugabunt, imperabūtq; illis serui seruorū. Neq; uocabunt amplius patres totius seculi, sed populus, quem deus eorum odio habuit, eosq; à se expulit cum furore. Nec etiam assequent gratiam cum iustis resuscitandis in mundo futuro. Propter quos dictū est in Psal. 1. לא כן רשעים כי אם כמוץ אשר תדפנו רוח ׃ על כן לא יקמו רשעים במשפט וחטאים בעדת צדיקים Hoc est, Non sic impij, sed tanquam gluma quam proijcit uentus. Ideo non resurgent impij in iudicio, neq; peccatores in congregatione iustorum. Hęc omnia ad uerbum longe ante Christi natiuitatem ille prædixit, quem uel ipsi Magistrū nostrū sanctū (ut diximus) uocāt. Ex quibus omnibus quæ dicta sunt, satis apertè patet propositum.

Quòd idcirco quoque reprobandi, atque in perpetuo Dei odio permansuri erant, quia Iesum uerum Messiam & Mariam matrem eius uigiter negaturi, ac blasphematuri essent. Caput X.

CAPNIO,

Est'ne alia præter præmissas, reprobationis eorum, æterniq; odij apud Deum, causa? GAL. Est utique, & ea potissimum, quæ in maximis fidei nostræ arcanis, quæ hucusque in libris Iudæorum latuerunt, haud infirmum obtinet locum. CAP. Hanc etiam quæ sit, obsecro edissere. GAL. Rabbi itaq; Nehumias in epistola secretorum, quam אגרת הסודות Ighereth hassodoth appellat, exponens Doctoris illius quem ipsi רבינו הקדוש Rabbenu Haccados, id est Magistrum nostrum sanctum nuncupāt, uerba illa. Hæc est petra primaria, ex qua Messias proditurus est. Hæc inter alia dicit, Petra hæc primaria est mater Regis Messiæ. Et post pauca. Cum sciueris (inquit) nomen petrę huius, eiusq; filij ratione arithmetica, inuenies ea

aſcendere ad numerum בריח Berith, id eſt pacti, uel fœderis. Et tunc intelliges arcanum textus illius Deuter. 31. capite ſcripti, הנך שכב עם אבתיך וקם העם הזה וזנה אחרי אלהי נכר הארץ אשר הוא בא שמה בקרבו ועזבני והפר את בריתי אשר כרתי אתו Hoc eſt, Ecce tu dormies cum patribus tuis, & conſurget populus iſte, & fornicabitur poſt Deos alienos terræ, ad quam ingredietur, ut habitet in ea. Et derelinquet me, & irritum faciet fœdus meum, quod pepigi cum eo. Hæc R. Nehumias, qui quinquaginta fermè annis Redemptoris noſtri præceſſit aduentũ. Ad quorum explanationem notandũ eſt, quòd dictio hæc Hebraica בריח Berith, quæ pactum ſeu fœdus ſignificat, ratione arithmetica 612. apud Hebræos continet. Quatuor enim ſcribitur literis, quarum unaquæq; apud eos aliquem numerũ importat. Nam ב beth quidem duo importat, ר res 200. י iod 10. & ת tau 400. Igitur בריח Berith quod ex his componitur 612. continet. Hunc etiam eundem (ut alibi quoq; oſtẽdimus) numerum continent nomina matris Meſſiæ & filij eius. Nam nomen quidem matris Meſſiæ (ut in præcedentibus per eundem Rabbenum Haccados oſtenſum eſt) debebat eſſe מרים id eſt Maria. Nomen uero Meſſiæ filij eius, quo à gentilibus fidem eius ſuſcepturis, uocãdus erat, ישו .i. Ieſus eſſe debebat. Vt idem Rabbenus Haccados præoſtẽderat. Hæc autem nomina, ſcilicet מרים וישו .i. Maria & Ieſus, ratione arithmetica apud Hebræos 612. quoq; continent. Nam מ mem quidem deſignat 40. ר res 200. י iod 10. ם mem 40. ו uau 6. י iod 10. ש ſcin 300. & ו uau 6. Et ſic nomina matris Meſſiæ & filij, quæ ſunt, מרים וישו .i. Maria & Ieſus, eundem numerũ continent, quem ipſa dictio בריח Berith continet, ſcilicet 612. Hunc eundem etiam numerũ important uerba quæ in prædicto textu Deuter. ab ipſo R. Nehumia inducta ſunt, אלהי נכר הארץ Elohe nechar haarecz. i. Deos alienos terræ. Nã א aleph unum ſignificat, ל lamech 30. ה he 5. י iod 10. נ nun 50. כ caph 20. ר res 200. ה he 5. א aleph 1. ר res 200. ץ zadi 90. Quæ omnia ſummatim 612. efficiunt. Ex his igitur patent præmiſſa R. Nehumiæ uerba, cum ait, Cum noueris nomen petræ huius. i. matris Meſſiæ, quod eſt מרים .i. Maria, & nomen filij eius, hoc eſt ipſius Meſſiæ, quod eſt ישו .i. Ieſus, ratione arithmetica aſcendere ad numerum בריח Berith. i. fœderis, qui numerus eſt 612. tunc intelliges arcanũ illius textus, Ecce dormies cum patribus tuis, & reliqua. Maximum igitur fuit arcanũ illud, quod tunc Dñs Moſi reuelauit. Deut. 31. c. dicens, Ecce tu dormies cum patribus tuis, & populus conſurgens fornicabitur: cum cęteris, quæ ſequuntur. Quorum quidem uerborum hic eſt ſenſus, Poſtquàm tu à uita diſceſſeris, hic populus tuus conſurget, & fornicabitur. i. errabit. Error autem eorum erit, quia Ieſum & Mariam dicent, eſſe Deos alienos terræ. i. idolatrias. Et in hoc errabunt, meq; derelinquẽt, facientq; irritum berith meum, id eſt fœdus meum, hoc eſt Ieſum meum & Mariã meam, ipſos blaſphe-

blaſphemantes,ac dicẽtes,eſſe Deos alienos terræ.i.idololatrias.Quapropter ibidem immediate ſubijcitur, וחרה אפי בו ביום ההוא ועזבתים ואסתירתי פני מהם והיה לאכל Id eſt, Et iraſcetur furor meus aduerſus eum in die illa, & derelinquam eum,& abſcondam facies meas ab eo, & erit in deuorationem. Quia uero Deus retribuit homini iuxta peccati eius menſuram.Idcirco paulò pòſt ſubiecit,Deuter.32.cap.dicens, הם קנאוני בלא אל בעסוני בהבליהם ואני אקניאם בלא עם בגוי נבל אכעיסם Id eſt,Ipſi me prouocauerunt in eo,qui non erat Deus,& irritauerunt in uanitatibus ſuis.Et ego prouocabo eos in eo,qui nõ eſt populus,& in gente ſtulta irritabo illos.Hoc eſt,Quoniã prouocabunt me,dicentes me non eſſe Deum,& irritabunt in uanitatibus ſuis,id eſt mendacijs,blaſphemijs,& abominationibus, quas de me, deq; Maria matre mea impie referent.Idcirco eadem menſura ulciſcar eos. Nam & ego prouocabo eos in eo,qui nõ eſt populus,id eſt faciam eos non eſſe populum meum.Et in gente ſtulta irritabo illos,id eſt faciam eos gentem ſtultam ab omnibus uocari,quæ ſine fide,ſine ueritate,ſine Deo eſt,& quæ Deum ſuum prodidit atq; negauit.Ex his igitur omnibus,quæ in præcedentibus capitibus præmiſimus,ſatis luculenter apparet,quàm iuſta fuerit Iudæorum deſtructio,diſſipatio, ac perpetua captiuatio, æternaq; reprobatio. Verumtamen ſi de peccato ſuo pœnitentiã agentes,perfidiam deponere uellent,ſtatim Deus eis parceret,eosq; in gratiam reciperet,ſtatim & redempti eſſent, & à captiuitate liberati,atque Meſſiam haberent.

Quòd ſi Iudæi de peccato ſuo pœnitentiam agere uellent,perfidiamq; deponere,ilicò redempti eſſent,atque à captiuitate liberati,ac Meſſiam Saluatorem haberent. Cap. XI.

CAPNIO,

VT eorum igitur obſtinata perfidia magis appareat, magisq; & confundatur & conuincatur,per eorum ſcripturas uerum eſſe proba,quod poſtremò dixiſti, Nónne quæſo ex eorum ſcripturis oſtendi poteſt,quòd ſi eos nunc peccati ſui pœniteret,ac Meſſiam quem hucuſque negarunt,reciperent,mox ſaluarentur,moxq; ab hac nouiſſima captiuitate redempti eſſent? GAL. Ita prorſus.Legitur enim in Midras שיר השירים Sir haſſirim.i.in expoſitione Cantici canticorũ,ſuper illud 5.c.eiuſdẽ libri dictũ, פתחי לי אחתי רעיתי יונתי תמתי Hoc eſt, Aperi mihi ſoror mea,proxima mea,colũba mea, pfecta mea. Quod dixit R.Iſſa, Ait deus ſanctus & benedictus,Filij mei aperite mihi aperturã unam pœnitentiæ,quantum eſt foramen acus,& ego aperiam uobis aperturas miſericordię,per quas poterunt intrare currus& quadrigæ.Quod expoſuerunt R.Ioden,& R.Leui. Nam Rabbi quidem

dem Ioden dixit, Scriptum est Psal. 46. הרפו ורעו כי אנכי אלהים .i. Va-
cate uel cessate, & cognoscite, quia ego Deus. Dixit ergo Deus sanctus
& benedictus Israeli, Vacate ab operibus malis, & agite pœnitẽtiam,
quantum est ictus oculi. Et scietis, quia ego sum Deus. R. uero Leui di
xit, Si essent filij Israel pœnitentiam agentes, saltem una die, protinus
redẽpti essent, protinusq; filius Dauid, id est Messias eis iam ueniret.
Vnde probat hoc? Ex eo quod scriptũ est Psal. 95. היום אם בקלו תשמע
Hoc est, Hodie si uocem eius audieritis. Hæc traditio. Ex qua primum
aperte liquet, quòd si una sola die pœnitentiam Iudæi agere uellent,
perfidiæ duriciem deponentes, statim redempti essent, & Messiam
haberent. Quod quidem traditio per illud Psalmi probat, Hodie si
uocem eius audieritis. Quare si peccatum quod patres eorum commi-
serunt, cognoscere, pœnitentiamq; agere uellent, mox & Messiam ha-
berent, & à præsenti captiuitate penitus liberarentur. Deinde ex ea-
dem traditione manifeste elicitur, Messiam esse Deum, per id quod an
tè in eodem Psalmo sic dicitur, באו נשתחוה ונכרעה נברכה לפני יהוה
עשנו : כי הוא אלהינו ואנחנו עם מרעיתו וצאן ידו Id est, Venite
adoremus, & curuemur, flectamus genua ante faciem Dei factoris no-
stri. Quia ipse est Deus noster, nos autem populus pascuæ eius, & o-
ues manus eius. Et postea immediate sequitur, quod de Messia in præ-
missa traditione inductũ est, uidelicet, Hodie si uocem eius audieritis.
Ex quo Messiam Deum esse, plane cõsequens est. Id ipsum quoq; ex eo
patet, quod in Midras tehilim. i. in expositione Psalmorũ scribit, cum
super Psal. 44. titulum, qui talis est, למנצח על שושנים Hoc est, Trium-
phatori, uel Victori, uel ad uictoriã super lilijs. Sic dicitur, Dixit Deus
sanctus & benedictus Israeli, Totũ pendet ex uobis. Quemadmodum
enim huiusmodi liliũ germinat, uel floret, & cor tamẽ eius sursum est:
ita quoq; uos agite תשובה tessuba. i. pœnitentiã coram me, & sit cor uc
strũ rectũ, uel ordinatũ sursum, sicut cor huiusmodi lilij. Et tũc adducã
uobis גואל Goel. i. Redẽptorẽ. Sicut dictũ est Hos. 13. אהיה כטל לישראל
i. Ero quasi ros Israeli. Quod R. Ionathas ita Chaldaicè expositit,
ממרי בטלא לישראל Hoc est, Erit uerbũ meũ uelut ros Israeli. Et quãdo
hoc erit? Cũ germinabit sicut liliũ. Sequit enim apud Hoseã ibidẽ, ישרח
בשושנה .i. germinabit, uel florebit sicut liliũ. Propter hoc dicit, Victo-
ri sup lilijs. Hactenus traditio. Ex qua satis aperte patet ppositũ. Id idẽ
etiã ex dictis prisci illius doctoris cõfirmat, quẽ ipsi רבינו חקדוש Rabbe
nu haccados. i. Magistrũ nostrũ sanctũ uocãt. Cũ in libro גלי רזייא Ga
le razeya. i. Reuelator arcanorũ inscribit, in calce respõsionis ad sextam
Antonini Cõsulis petitionẽ, hoc modo ait, Ex Israel uerò qui audierint
præcepta Messiæ, nanciscent gloriã futuri seculi. Sicut scriptũ est Isa. 60.
ועמך כלם צדיקים לעולם ירשו ארץ נצר מטעי מעשה ידי להתפאר
populi tui omnes iusti in perpetuũ hæreditabũt terrã, germen plãtatio
nis

nis meæ, opus manus meæ ad glorificandum. Hæc ille. Dictum autem Isaiæ ab eo inductum, sic intelligitur, Populi tui omnes iusti, id est omnes qui ex populo tuo iusti fuerint, Messiam scilicet recipiendo, ac de peccato suo pœnitẽtiam agendo, in perpetuum hæreditabunt terram, cœlestem scilicet gloriam, quæ in Messiam credituris promissa fuit.

Quòd gentiles Messiæ adhærere debebant. Caput XII.

CAPNIO,

CVm tot de Iudęorum in perfidia permanentium reprobatione, hactenus dixeris: Par est, ut de gentilium quoque uocatione, atque electione ex Hebraicis scripturis aliquid proferas. Quare primum quòd gentiles ipsi Messiæ adhæsuri essent, ostende. GAL. Hoc ex eo potissimum patet, quod Zacharias sic futurum fuisse, prophetauit 2.c. dicens, ונלוו גוים רבים אל יהוה ביום ההוא והיו לי לעם Hoc est, Et applicabuntur gentes multæ, uel gentiles multi ad Deum in die illa, & erunt mihi in populum. Quod ita Rabbi Ionathas in Chaldæum uersum, exponit, ויתוספון עממין סגיאין קדם עמא דיהוה בעדנא ההיא ויהון קדמי לעם Id est, Et addent se populi multi ad populum Dei in tempore illo, & erunt coram me in populum. CAP. Iudaica impietas ait hic, gentes in diebus Messiæ Deo addendas esse, non ut saluentur, sed ut populo Iudaico seruiant. GAL. Facile hæc eorum falsitas conuincitur. Quemadmodum enim Leuit. 26. capite, Deus de eis dixit, והתהלכתי בתוככם והייתי לכם לאלהים ואתם תהיו לי לעם Hoc est, Et deambulabo in medio uestri, & ero uobis in Deum, & uos eritis mihi in populum. Ita & hic de gentibus ait, Applicabuntur gentes multæ ad Deum in die illa, & erunt mihi in populum. Ex quo manifestè liquet tã ex diuina pagina, quàm ex Chaldaica traductione, eos omnino falsiloquos esse. Quod ex dictis etiam ueterũ suorum Doctorum expresse patet. Legitur enim in מסכת בכורים Massecheth biccurim, id est in libro Primitiarum, hoc modo: Tradiderunt Magistri in nomine Rabbi Iudæ, Quod גר gher, id est aduena, hoc est conuersus, qui de gentilitate uenit ad fidem, ipsemet est apportans primitias, & dicens illud Deuter. 26. cap. הגדתי היום ליהוה אלהיך כי באתי אל הארץ אשר נשבע יהוה לאבותינו לתת לנו Id est, Pronuncio hodie domino Deo tuo, quòd ueni in terram, quam iurauit Deus patribus nostris se daturum nobis. Quæ est huius rei probatio? Quod scriptum est Gen. 17. cap. ולא יקרא עוד את שמך אברם והיה שמך אברהם כי אב המון גוים נתתיך Hoc est, Non erit ultrà nomen tuum Abram, sed erit nomen tuum Abraham, quia patrem multitudinis gentium dedi te. In principio enim fuit pater Aram, ideo uocatus fuit Abram. Deinde uerò pater totius mundi, & nomen eius idcirco dictum est Abraham.

Iudæorum iuniorũ obiectio.

Confutatio.

Traditio Rabbi Iudæ.

Hactenus

Hactenus traditio. Dixit præterea R. Rahmon, ſuper illud Iere. 31. c. di-
ctũ, וזרעתי את בית ישראל ואת בית יהודה זרע אדם וזרע בהמה .i. Et ſemina-
bo domum Iſrael, & domum Iuda ſemen hominis, & ſemen beſtię. Se-
men hominis, Hi ſunt Iſrael. Sicut dictum eſt Ezech. 34. ואתם צאני צאן
מרעיתי אדם אתם Hoc eſt, Et uos oues meæ, & oues paſcuæ meæ homi-
nes eſtis uos. Et de ipſis Deus ſanctus & benedictus ait Iſa. 65. והוצאתי
מיעקב זרע .i. Et educam de Iacob ſemen. Quod autem ſequitur, Et ſe-
men beſtiæ. Iſti ſunt cõuerſi gentium, de quibus dicitur Iehoſuæ ult. c.
Et beſtia multa. Et apud Iob 18. c. dixit Baldad Suites, Quare reputati
ſumus ſicut beſtiæ? Et de eis ipſe ait Zach. 2. Canta & lætare filia Syion.
Quia ecce ego uenio, & habitabo in medio tui, ait Deus. Et applica-
buntur gentiles multi, & erunt mihi in populum. Super Iſrael etiam, &
ſuper gentes ſeculi loquitur ſcriptura apud Zach. 8. ca. dicens, כי לפני
הימים ההם שכר האדם לא נהיה ושכר הבהמה איננה וליוצא ולבא אין שלום
מן הצר Hoc eſt, Quoniam ante dies illos merces hominis non erat, &
merces beſtiæ non erat. Et egredienti, & ingredienti, uel uenienti, non
erat pax à tribulatione, uel à tribulante. Ante dies illos, uult dicere an-
te dies Meſſiæ, quoniam in diebus Meſſiæ, pax erit longinquo &
propinquo. Sicut dictum eſt Iſaiæ quinquageſimo ſeptimo ca. בורא ניב
שפתים שלום שלום לרחוק ולקרוב אמר יהוה ורפאתיו .i. Creans fructum la-
biorum pacem. Pacem longinquo & propinquo, ait Deus, Et ſanaui
eum. De ipſo quoq; ſcriptura ait Zach. 9. c. ודבר שלום לגוים Hoc eſt,
Et loquetur pacẽ gentibus. In illa enim hora pax erit egredienti de hoc
ſeculo per uiam pœnitentiæ, & ingrediẽti, uel uenienti ante Deum ſan
ctum & benedictum cum operibus bonis & eleemoſynis. Sicut dictũ
eſt Prou. 14. צדקה תרומם גוי וחסר לאמים חטאת .i. Iuſticia exaltat gentẽ,
& miſericordia erit gentibus contra peccatum. Vbi gloſſę R. Selomo-
nis & R. Abraham Auen Azra, iuſticia (inquiunt) quam gentes faciẽt,
& pietas quam retribuent, id eſt eleemoſyna erunt eis loco ſacrificij, &
propitiatio pro peccatis. Hæc traditio. Ex his omnibus patet gentiles
non addendos fuiſſe Meſſiæ, ut Iudæis ſeruirent, ut Iudæi ipſi deliran-
tes garriunt, quin potius ut ſaluarentur, & populus Dei efficerentur.
Sicut Deus ipſe apud Hoſeam 2. capite prædixerat, dicens, ורעתיה
לי בארץ ורחמתי את לא רחמה ואמרתי ללא עמי עמי אתה והוא יאמר אלהי
Hoc eſt, Et ſeminabo eam mihi in terra, & miſerebor eius, cuius non
fui miſertus, & dicam non populo meo, populus meus tu. Et ipſe dicet
mihi, Deus meus. Quod aũt gentiles tempore Meſſiæ ſaluandi eſſent,
qui Meſſiam ipſum recipientes, eum corde ore & opere confiteri
debebant, ſuprà in ſexto libro latè probatum eſt.
Nunc autem ſatis eſt probaſſe, gentiles
ipſos Meſſiæ adhæſuros
fuiſſe.

Quòd

Quòd gentiles Meßiam recipientes, â Deo diligendi eſſent, ac populus Dei electus eſſe debebant. Cap. XIII.

CAPNIO,

AD maiorem igitur Iudæorũ confuſionem, qui à Deo tam turpiter reprobati, atq; æterno odio habiti ſunt, per eorum ſcripturas probandũ quoq; eſt. Quod gentiles tempore Meſſiæ ad unius & ueri Dei cultum conuertendi, à Deo diligi debebãt, ac populus eius electus & peculiaris effici, atq; uocari. GAL. Hoc ex eo potiſſimum patet, quòd ad huius rei figuram proſelitos, hoc eſt ex gentili tate ad unius Dei culturam, uenientes, diligi in ueteri teſtamẽto Deus ipſe præceperit. Quare haudquaquam prætermittendũ uidetur, quod in libro מכילתא Mochilta. i. in quadam expoſitione, ſuper Exodũ hoc modo legitur ſuper illud 22. c. eiuſdem libri dictũ, וגר לא תונה ולא תלחצנו Hoc eſt, Aduenam non obiurgabis, uel nõ conuitiaberis ei, nec opprimes eum, ſcilicet in pecunia. Nõ dices ei, Heri fuiſti cultor Belis, & adoras concauitatem eius, & adhuc ecce caro porcorũ remanet inter dentes tuos. Et ſtas & loqueris coram me? Et unde habetur, quòd ſi impro peras ei, ipſe quoq; poteſt improperare tibi? Inde, ubi dictum eſt Exo. 22. cap. Aduenam, id eſt conuerſum nõ obiurgabis, cum reliquis. Hinc Nathan dicebat, Maculam quæ in te eſt, ne dicas proximo tuo. Dilecti ſunt enim aduenæ, id eſt conuerſi. Nam in omni loco monitum eſt pro eis, ut illud Exo. 22. Et גר gher, id eſt conuerſum non opprimes. Et aduenam, id eſt conuerſum de gentilitate non obiurgabis. Dixit R. Eliezer, Cum auerſio aduenæ, id eſt cõuerſio ſit peſſima. Idcirco monitum eſt pro eo in multis locis. R. aũt Simeon dixit, Ecce ipſe Deus ait Iudic. 5. c. Et diligetis eum uelut egreſſum ſolis in uirtute ſua. Quis enim maior eſt de duobus, illé ne qui Regem diligit, an is quem Rex diligit? Ecce procul dubio aiunt, quòd ille quem Rex diligit? De quo dictum eſt Deut. 10. עשה משפט יתום ואלמנה ואהב גר לתת לו לחם ושמלה. i. Deus magnus, fortis, & terribilis, qui non accipit facies, id eſt perſonas, nec recipit munus, facit iudicium pupillo & uiduæ, & diligit גר gher, id eſt conuerſum ex gentilibus, ad dandum ei uictum & ueſtitum. Dilecti quoq; ſunt aduenæ, id eſt conuerſi. In omnibus enim denominatur, uel deſcribitur ipſe gher, id eſt conuerſus, ſicut Iſrael. Nam Iſrael quidem uocantur ſerui Dei. Vocantur etiam הגרים hagherim, id eſt conuerſi ſerui Dei. Sicut dictum eſt Iſa. 56. Ad diligendum nomen Dei, ut ſint ei in ſeruos. Vocati ſunt etiam Iſrael miniſtri Dei. Sicut dictum eſt apud Iſa. 61. c. Miniſtri Dei noſtri dicetur uobis. Et aduenæ quoq;, id eſt conuerſi miniſtri Dei uocãtur. Sicut dictum eſt Iſa. 56. Et filios alienorum applicatos ad Dominum, ad miniſtrandum ei. Vocati ſunt quoq; Iſrael dilecti. Sicut

dictum est Malach. 1. cap. Dilexi uos ait Dominus. Vocantur & גרים gherim, id est conuersi dilecti, iuxta illud Deut. 10. cap. dictum, Et diligit gher, id est cõuersum, ut det ei uictum & uestitum. Dictum est insuper in Israel berith, id est pactum, uel fœdus, iuxta illud, Et dabo pactum meum in carne uestra. Dictum est & berith, id est pactum in gherim, id est conuersis, apud Isa. 56. Et filios alienorum applicatos, ad Dominum, ut sint ei in seruos, omnem custodientem sabbatũ, ne prophanet illud, & fortes in pacto meo adducam in mõtem sanctuarij mei. Dictum est præterea de Israel רצון raczon, id est beneplacitum, uel cõplacẽtia, ut est illud, Ad beneplacitum eis coram Domino. Dictum est & de gherim, id est conuersis raczon, id est beneplacitum, uel complacentia. Isa. 56. Holocausta eorum & sacrificia eorum לרצון leraczon, id est ad complacentiam erunt. Dicta est præterea & de Israel custodia, ut illud Psal. 120. dictum, Ecce non dormitabit, neq; dormiet custodiens Israel. Et dicta est quoq; custodia de gherim, id est cõuersis, ut illud Psal. 146. dictum, Deus custodit gherim, id est cõuersos. Quid plura? Abraham uocauit se ipsum gher. Sicut dictum est Gen. 23. c. Locutusq; est ad filios Heth, dicens, Gher & habitator ego uobiscum. Dauid similiter uocauit se ipsum gher, Psal. 39. dicens, Quoniam gher sum ego tecum. Hoc autem factum est, ut impleatur quod dictum est Isa. 52. Dominus uoluit propter iusticiam magnificare legẽ, & extollere. Ipse autem deprecatus est & direptus. Et sic inueniuntur apud Isa. 44. quatuor gentra gherim, id est conuersorũ respõdentium & dicentium coram eo, qui dixit & factus est mundus, id est qui uerbo suo fecit mundum. Cum sic dicitur, זה יאמר ליהוה אני וזה יקרא בשם יעקב וזה יכתוב ידו ליהוה ובשם ישראל יכנה Hoc est, Quia hic dicet, Dei ego sum. Hic inuocabit in nomine Iacob. Et hic scribet manum suam Deo, & nomine Israelis prominabitur. Hic ergo dicet, Dei sum ego. Quia totus erit Domini. Hic inuocabit in nomine Iacob. Isti enim erunt aduenæ & conuersi ad iusticiam, id est ad Messiam. Et hic scribet manum suam Deo. Hi erunt uiri pœnitentiæ. Et nomine Israelis pronominabit. Isti erunt timentes cœlum. i. Deũ. Hactenus traditio. In qua tres assignant rationes, quare diligendi erãt cõuersi ex gẽtilitate ad unius ueri Dei cultũ. Quarũ prima est, quia à deo diliguntur. Secũda, quia in sacra scriptura in omnibus sicut Israel denominabantur, & à Deo tractabantur. Tertia quia sancti patres & pphetæ ut Abrahã, & Dauid aduenas. i. cõuersos se ipsos uocauerunt. Glossa aũt R. Selomonis sic eadẽ Isaię uerba in calce huius traditiõis inducta, exponit, Hic dicet dei sum ego. Hi erũt iusti perfecti. Hic inuocabit in nomine Iacob. Hi erũt paruuli filij impiorũ. Et scribet manũ suã Deo. Hi erũt uiri pœnitẽtes. Et nomine Israelis pnominabit. Hi erunt הגרים hagherim. i. conuersi ex gẽtilibus. Hęc enim sic exposita sunt in libro אבות Auoth. i. Patrũ R. Nathan. Hæc R. Selomo. Præmissis quoq; aptissi-

aptiſſime nectitur, quod in ואלה שמות רבה Vaelle ſcemoth rabba. i. in expoſitione libri Exodi ſcribitur, ſuper illud 12. c. eiuſdem libri dictum, זאת חקת התורה Id eſt, Hæc eſt lex paſchæ. Ibi enim ita dicitur: Hoc eſt quod ſcriptum eſt Iſa. 56. cap. ואל יאמר בן הנכר הנלוה אל יהוה לאמר הבדל יבדילני יהוה Hoc eſt, Et non dicat filius alieni applicatus ad Deum, dicens, ſeparatione ſeparabit me Deus. Dixit enim Iob 31. c. בחוץ לא ילין גר Id eſt, Foris non hoſpitabitur gher, id eſt conuerſus, à Deo ſancto & benedicto. Quam ob rem? Quia non eſt Deus ſanctus & benedictus excludens creaturam, ſed omnes recipit. Portæ enim eius apertæ ſunt omni hora, & quicunq; uult ingredi & aggregari, ingreditur & aggregatur. Propter hoc dictum eſt à Iob, Fortis nō hoſpitabitur gher, id eſt conuerſus. Et iterum ait in perſona Dei tolerantis pro creaturis ſuis, רלהי לארח אפתח Hoc eſt, Oſtium meum uiatori aperiam. Dixit Rabbi Berachias, Pro perſona cuius dixit Iob, Foris non hoſpitabitur gher, id eſt conuerſus? Hoc procul dubio dixit, Quia futurum eſt, ut גרים gherim, id eſt conuerſi ex gentilibus, ſint בהנים cohanim, id eſt, Sacerdotes miniſtrantes Deo ſancto & benedicto. Sicut dictum eſt Iſa. 14. וגלוה הגר עליהם ונספחו על בית יעקב Id eſt, Et applicabitur hagher, id eſt conuerſus ſuper eis, & aggregabuntur ſuper domum Iacob. Non eſt autem aggregari niſi ſacerdotum. Sicut dictum eſt 1. Reg. 2. capite, סבחני אל אחת מבהנות Id eſt, Aggrega me ad unam ſacerdotalium. Futurum nanque eſt, ut gherim, id eſt conuerſi ex gentilibus, comedant de pane הפנים happanim, id eſt facierum, hoc eſt propoſitionis. Et ita quæſiuit à Magiſtris, dicens, Quid eſt quod dictum eſt Deuter. 10. capite, Et diligit Deus gher, id eſt conuerſum ad dandum ei uictum & ueſtitum. Ecce tota cōfidentia uel promiſſio, qua confidere facit Deus hagher, id eſt ipſum cōuerſum, ut detur ei uictus & ueſtitus. Dixerunt ei, Iacob cuius nomen eſt Iſrael ſic petiuit à Deo, Gen. 28. cap. Et dederit mihi panem ad comedendum, & ueſtimentum ad induendum. Et tibi qui ueniſti ad nos, non ſufficit, ut ſis ſicut nos. Sufficiat tibi, ut ſis ſicut nos. Satis ſit tibi, ut ſis ſicut Iacob primogenitus Dei. Demum autem non aſcendat ad cogitationem tuam, quòd Iacob panem & ueſtimentum, uel uictum & ueſtitum duntaxat poſtulauerit. Quia inſuper dixit, Confidere me fecit Deus, quòd ipſe erit mecum, & ſtare faciet ex me ſeculum. Sequitur, Et hoc eſt quod ſcriptum eſt Zach. 2. ca. Canta, uel lauda, & lętare filia Syion, quia ego uenio, & habitabo in medio tui, ait Deus. Et applicabuntur gentes multæ ad Deum in die illa, & erunt mihi in populum. Hæc omnia traditio. Et quibus ſatis clarè patet, quòd gentiles tempore Meſſiæ ad Deum conuerſi, ab ipſo Deo diligendi eſſent, & populus Dei electus uocari deberent.

Quòd omnes dignitates olim Iudæis concessæ, ab eis auferendæ essent, & gentilibus Messiam recepturis, tanquam uero & electo Dei populo concedendæ. *Caput* XIIII.

CAPNIO,

HAudquaquam igitur hic prætermittendũ duco, per Iudaicas scripturas probari, dignitates omnes olim Iudæis cõcessas, ab eis tanquam indignis possessoribus, auferendas fuisse, & gentilibus Messiam recepturis, tanquam uero, & peculiari, atq; electo Dei populo, cõcedendas. GAL. Hoc maxime per illud ostenditur, quod in Midras tehilim. i. in expositione Psalmorũ legitur, super illud Psal. 75. dictum, וכל קרני רשעים אגדע תרוממנה קרנות צדיק. i. Et omnia cornua impiorũ abscindam, & exaltabũtur cornua iusti. Ibi enim sic dicit, קרן לא אמר אלא קרנים כי עשר קרנות הן שנתן הקדוש ברוך הוא לישראל קרן אברהם שנאמר כרם היה לדידי בקרן בן שמן קרן יצחק שנאמר נאחז בסבך בקרניו וקרנו של יוסף שנאמר וקרני ראם קרניו וקרנו של משה שנאמר כי קרן עור פניו וקרן של גבואה שנאמר ותתפלל חנה ותאמר רמה קרני קרנו של תורה שנאמר וקרנים מידו לו וקרנה של בהונה שנאמר קרנו תרום בכבוד וקרן לוייה שנאמר כל אלה בנים להימן להרים קרן: וקרן ירושלים שנאמר מקרני ראמים עניתני וקרנו של מלך משיח שנאמר וירם קרן משיחו והוא שם אצמיח קרן לדוד ערכתי נר למשיחי ביון שחטאו ניטלו מהם וניתנו לאומות העולם שנאמר באתר דנה חזה הות בחזוי ליליא וארו חיוה רביעיא דחילא ואמתני ותקיפה יתירה ושנים די פרזל לה דברבן אכלה ומדקה ושארה ברזלי רפסה והיא משניא מן כל חיותא די קדמיה וקרנים עשר לה שנמשלו אומות העולם לחיות הללו וכל זמן שקרני אומות העולם קיימין קרני ישראל גדועים שנאמר גדע בחרי את כל קרן ישראל:

Decem cornua data Hebræis. i. Cornu nõ est dictũ, sed cornua. Decem enim cornua sunt, quæ Deus sanctus & benedictus dedit Israeli. Cornu uidelicet Abrahę, de quo dictũ est Isa. 5. Vinea fuit dilecto meo in cornu filij olei. Cornu Ishac, de quo scriptũ est Gen. 22. Et ecce aries unus retẽtus in dẽsitate per cornua sua. Cornu Ioseph, id est cornu Regni, de quo dicitur Deut. 24. Et cornua rhinocerõtis cornua eius. Cornu Mosis, de quo dictũ est Exo. 34. Quia cornuta erat cutis faciei eius. Cornu prophetiæ, de quo dictũ est 1. Reg. 1. Et orauit Hanna & dixit, Exultauit cor meum in Domino, & exaltatum est cornu meum. Cornu legis, de quo dicitur Habacuc 3. c. Et duo cornua de materia eius ei. Cornu sacerdotij, de quo legitur in Psal. 111. Cornu eius exaltabitur in gloria. Cornu leuitarum, de quo dictum est 1. Paral. 25. Omnes isti filij Heman uidentis Regem in uerbis Dei, ad exaltandum cornu. Cornu Ierusalem, de quo dictum est Psal. 22. Et à cornibus unicornium exaudisti me. Et cornu Regis Messiæ, de quo dicitur primo Regum secundo capite, Et dedit fortitudinem Regi suo, & sublimabit cornu Messiæ sui. Et sic dicit Psal. 132. Ibi germinare faciam cornu Dauid, paraui lucernã Messiæ meo. Quando autem peccauit Israel, ablata fuerunt eis cornua hęc, & data gentibus seculi. Sicut

li. Sicut dictum est Dan. 7. Pòst uidens fui in uisione noctis, & ecce bestia quarta terribilis, atq; mirabilis, & fortis nimis, & dentes ferreos habebat, magnos comedit & comminuit, & residuum pedibus suis conculcauit. Et ipsa dissimilis ab omnibus bestijs, quæ fuerunt ante ipsam, & cornua decem habebat. Assimilatę enim sunt gentes seculi huiusmodi feris. Omni autem tempore quo cornua gentium seculi sana fuerint, cornua Israel confracta erunt. Sicut dictum est Tren. 2. ca. Confregit in ira furoris omne cornu Israel. Hæc omnia traditio. Quæ eisdem penè uerbis in איכה רבתי Echa rabbethi. i. in expositione planctus Ieremiæ ponuntur, super illud 2. eiusdem libri dictum, Confregit in ira furoris omne cornu Israel. Hoc duntaxat excepto, quòd decimo loco non ponitur cornu Messiæ, sed cornu Israel duntaxat. Cum igitur in hac traditione cornua omnia supradicta in capite Israelis donata fuisse dicãtur, deinde uero eorũ ob culpam, ab eis ablata, & gẽtibus tradita, unumq; ipsorum Messias fuerit, Messiam ipsum iam uenisse, & primũ quidem Iudæis datum fuisse, deinde uero ipsum (eorum exigente perfidia) ab eis cum cęteris omnibus cornibus ablatũ, gentilibusq; datum esse, consequens est. CAP. Quia iuniorum Iudæorum nimis fraudulenta nequitia, bestiã pauloante dictã, Papã nostrũ, & Romanã asserit esse ecclesiã, à qua sperat cornua supradicta auferẽda, sibiq; restituẽda esse. Eam obrẽ optime quidẽ faceres, si ipsa Iudæorũ cornua quãdo huic quartæ bestiæ. i. Romano imperio, quod propter idololatriã nõ inepte bestiæ cõparabat, data fuerint, edisseras. GAL. Cornu itaq; regni Iudaici tũc in huiusce quartæ bestiæ capite appositũ fuit, cũ regnũ Iudaicũ cum Iudæis ipsis Romanorũ imperio ac potestati possidendum, imò cõterendum, & dissipandũ, temporibus Vespasiani & Titi atq; Hadriani datũ est. Cornu uero sacerdotij & leuitarũ tunc ab Iudæis ablatũ fuit, cũ ipsorũ sacerdotes & leuitas occidit, diuinũq; cultũ in eis ob eorũ scelera penitus deleuit. Sed tẽpore Siluestri Romani Pontificis, & Cõstantini imperatoris in Romanorũ capite cornu ipsum positũ est. Cornu quoque Messiæ tunc eis datũ fuit, cum Messias ipse eis ad saluandũ missus est. Tũc uero ab eis ablatũ est, cum illi Messiã ipsum reprobãtes, ipsum crucifixerunt. Tunc autẽ Romanæ ecclesiæ ac cæteris fidelibus idẽ cornu datũ est, cum eundẽ Messiã gentes colendũ susceperunt. Cornu insuper Ieruſalẽ & sanctuarij tunc ab eis ablatum fuit, atq; Romanis tradi tum, cum ipsa urbs & templum à Tito euersa atq; incensa sunt. Cornu denicq; legis tunc bestiæ huic, quo ad cerimonialia perdendum, traditum est, cum Romani Principes Iudæis, ne sabbatum aut circuncisionem, cæteraq; legalia seruarent, inhibuerunt, ut in sequenti libro latius patebit. Tunc uerò idem cornu quo ad moralia, perfectius seruandum Romanis cæterisq; gentilibus datum est, cum gentiles ipsi legem Domini Iesu ueri Messiæ tanquam diuinam seruandam susceperunt.

Iudæorum iuniorũ obiectio.

Responsio.

Liber decimus.

De nouæ legis diuinæ institutione quæ per Messiam fieri debebat.

Quòd Messias legem diuinam nouam, perfectiorem quàm ueterem instituturus erat, quam gentiles suscipere debebant. Cap. 1.

CAPNIO,

NOuam igitur Messiæ legẽ si gentiles tanquam diuinam recepturi erant, quos (Iudæis maxima ex parte ob eorum perfidiam reprobatis) ipsi Messiæ adhæsuros fuisse iam probasti. Haud inepte nunc ad magis contundendam duríssimam ipsorum Iudęorum ceruicem, de eiusdẽ nouæ legis diuinæ institutione dicendum est. Quare primũ nouam legem diuinã perfectiorem quàm ueterem, Messiam ipsum conditurum fuisse, eamq; gentiles suscepturos, Hebraicis testimonijs te ostendere oportet. GAL. Nouã quidem legem aliam ab ea quam per Mosem in monte Sinai dederat, Deum daturum fuisse longe ante per Ieremiam 31. cap. his uerbis prophetatum fuit, הנה ימים באים נאם יהוה וכרתי את בית ישראל ואת בית יהודה ברית חדשה : לא כברית אשר כרתי את אבותם ביום החזיקי בידם להוציאם בארץ מצרים אשר המה הפרו את בריתי ואנכי בעלתי בם נאם יהוה : כי זאת הברית אשר אברת את בית ישראל אחרי הימים ההם נאם יהוה נתתי את תורתי בקרבם ועל לבם אכתבנה והייתי להם לאלהים והמה יהיו לי לעם : Hoc est, Ecce dies ueniẽt, ait Deus, & scindã cum domo Israel, & cum domo Iuda fœdus, uel pactum nouũ. Non sicut pactum, quod scidi cum patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, ut extraherem eos de terra Ægypti, qui disturbauerũt pactum meum, & ego neglexi eos, ait Deus. Sed istud erit pactum, quod ego scindam cum domo Israel. Post dies illos ait Deus, dabo legem meam in medio eorum, & super cor eorum scribam eam. Et ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Quod autem ברית berith, id est pactum, siue fœdus, in præmissis, idem sit quod lex, in libro מכילתא Mechilta apertè ostenditur. Vbi super illud Exo. 12. c. dictum, In decimo mensis huius. Sic dicitur, Non est ברית berith, id est fœdus uel pactũ, nisi lex. Sicut dictum est Deut. 24. אשר צוה יהוה את משה לברות את בני ישראל בארץ מואב מלבד הברית אשר ברת אתם בחרב

בחיב Id est, Hęc sunt uerba haberith, id est illius pacti, quod mandauit Deus Mosi, ut scinderet cũ filijs Israel in terra Moab, præter haberith, id est illud pactum, quod scidit cum eis in Horeb. Item Exo. 24. capite, ויכתב על הלחת את דברי הברית עשרת הדברים Hoc est, Et scripsit super tabulis uerba pacti decem. Hæc traditio. Quod autem legem hanc diuinam nouã Messias ipse laturus esset, ac gentilibus daturus, patet primum ex eo quod in Midras tehilim, id est in expositione Psalmorũ legitur, super illud Psal. 20. dictũ, למנצח מזמור לדוד : יהוה בעזר ישמח מלך ובישועתך מה יגל מאד Id est, Victori, uel ad uictoriam Psalmus Dauid. Deus in fortitudine tua lætabit̃ Rex, & in saluatione tua quàm exultabit uehementer. Ibi enim sic ad uerbũ dicitur, Hoc est quod scriptum est Isa. 11. cap. והיה ביום ההוא שרש ישי אשר עמד לנס עמים Hoc est, Et erit in die illa radix Issai, qui erit stans in signum populorum. Dixit R. Hanina, Non ex Rex Messias uenturus, nisi ad dandũ noua præcepta gentibus, ut sunt סוכה succa, id est casula, & לולב id est ramus, והפילין uthphilin, id est & philateria. Israel autem discẽt legem à Deo sancto & benedicto. Sicut dictum est Isa. 54. cap. וכל בניך למודי יהוה Id est, Et omnes filij tui erunt docti à Deo. Et quare? Idcirco, quia dictũ est Isa. 11. c. אליו גוים ידרשו Hoc est, Ad eum gentes studebunt. Rabbi Hanina in nomine Rabbi אחא Aha dixit, Quid est quod statim sequitur apud Isaiam ibidem, והיתה מנוחתו כבוד Id est, Et erit requies eius honor uel gloria? Quia Deus sanctus & benedictus erit tribuens Regi Messiæ de gloria & honore superno. Hactenus traditio. Apud Isaiam autem 42. ca. sic legitur, הן אברי אתמך בו בחירי רצתה נפשי נתתי רוחי עליו משפט לגוים יוציא Hoc est, Ecce seruus meus, suscipiam eum, uel innitar in eo, electus meus, quem uoluit, uel affectauit, uel in quo sibi complacuit anima mea, uel persona mea. Dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet. Quæ R. Ionathas Vzielis filius ita Chaldaicè exposuit, הא עבדי משיחא מקריבניה בחירי דמתרעי ביה מימרי אתן רוח קודשא עלוהי דיני לעממיא יגלי : Id est, Ecce seruus meus, applicabo eum scilicet mihi, electus meus, in quo uolui esse uerbũ meum. Dabo spiritum sanctum super eum, iudicium gẽtibus reuelabit. Sequitur apud Isaiam 42. c. לא יצעק ולא ישא ולא ישמע בחוץ קולו Hoc est, Non clamabit, & non uociferabit, nec faciet audiri exterius uocem suã. Vbi glossa R. Selomonis, Iudiciũ (inquit) gentibus proferet. Sicut dictum est Mich. 4. ושפט בין עמים והוביח לגוים עצמים עד רחוק .i. Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes usq; in longinquum. Non clamabit & non uociferabit. Quia non erit opus ei clamore, ad arguendum scilicet & persuadẽdum gentibus. Ipsæ enim ex se uenient ad discendum. Sequitur apud Isaiam eodem in loco, קנה רצוץ לא ישבור ופשתה יכבנה לאמת יוציא משפט Hoc est, Arundinem confractam non franget, & linum fuscum, uel caliginosum non extinguet, ad ueri-

tatem proferet iudiciũ. Vbi glossa R. Selomonis, Hoc (inquit) sic interpretatus est Ionathas, שטותניא דבקני רעיעלא יתבר וחשיביא דכבוצין עמילא יטפי לקשטיה יפיק דינא .i. Fragiles ut arundo confracta, non frangẽt, & tenebrosos, uel fuscos, uel caliginosos, quorum lux fusca est, non extinguet, ad ueritatem suam producet iudicium. Sequitur apud eundem prophetã ibidem, לא יכהה ולא ירוץ עד ישים בארץ משפט ולתורתו איים ייחלו Hoc est, Non offuscabit, neq; cõteret, donec posuerit in terra iudicium, & ad legem eius insulæ sperabunt, uel expectabunt. Insulæ, id est gentiles, secundum R. Selomonis glossam. Attestatur autem huic applicationi, quod scriptum est in Midras tehilim. i. in expositione Psalmorũ super illud Psal. 21. dictum, כי תשיתהו ברכות לעד .i. Quoniam pones eum benedictiones in æternum. Ibi enim sic dicitur, Hoc est quod dictũ est Iere. 4. והתברכו בו גוים ובו יתהללו Hoc est, Et benedicẽtur in eo gentes, & in ipso gloriabuntur. Sequitur eodem in Psal. תחדהו בשמחה את פניך .i. Lætificabis eum in gaudio cum uultu tuo. R. Berachias in nomine R. Semuelis dixit, Vna scriptura de Messia dicit Dan. 7. וארו עם ענני שמיא כבר אנש אתה הוה ועד עתיק יומיא מטה קדמוהי הקרבוהי Id est, Ecce in nubibus cœli, quasi filius hominis ueniebat, & usque ad antiquum dierum peruenit, & coram eo obtulerunt, uel applicauerunt, uel appropinquare fecerunt eum. Alia autem scriptura Iere. 30. cap. ait, והקרבתיו ונגש אליו .i. Et applicabo eum, & adhærebit, uel coniunget mihi. Ecce per quem modum angeli introducent ipsum usq; ad medium eorum. Deus autem sanctus & benedictus extendet manum suam, & introducet eum apud se. Propter hoc dictum est de Rege Messia. Et applicabo eum, & adhærebit mihi. Hucusq; traditio. Per hæc igitur euidenter ostenditur, quòd in persona Messiæ locutus sit Isaias, dum 51. c. dixit, הקשיבו אלי עמי ואמי אליה אזינו כי תורה מאתי תצא ומשפטי לאור עמים ארגיע Hoc est, Attendite ad me populus meus, & mater mea ad me intendite. Quia lex ex me egredietur, & iudicium meum in lucem populis quiescere faciam, uel frequentabo. Hoc loco ubi ipse mater mea, traduxi, plebs mea, Hebræi habent. Sed est ticcun sophrim. i. correctio, siue potius deprauatio scribarũ. Nõ enim ibi אמי ummi. i. plebs mea, sed אמי immi. i. mater mea, antea scriptum fuit, ut ait R. Elazar ben Iose, in Midras Scir hascirim. i. in expositione Cantici canticorũ super illud 3. c. eiusdem libri dictũ, בעטרה שעטרה לו עמו .i. In corona, qua coronauit eum mater sua. Quare autem Deus Iudaicã gentem matrem suam uocauerit, dictum est in 24. tertij lib. cap. Quod autem hæc noua lex quam Messias instituturus erat, ab Ierusalẽ ad gentiles per uniuersum orbem promulganda, egredi debebat. Hoc patet per Isa. c. 2. dicentem, כי מציון תצא תורה ודבר יהוה מירושלם .i. Quia de Syion exibit lex, & uerbum Dei de Ierusalẽ. Hoc autem de lege Mosis non potest intelligi. Cum lex ipsa Mosis non exiuerit de Syion, siue de Ierusalem.

Ieruſalem. Sed de Sinai uenerit in Ieruſalem. De lege ergo Meſſiæ intelligẽdum eſt, quæ per apoſtolos aliosq; eius diſcipulos, ab Ieruſalem ad gentes egreſſa eſt. Meſſias nanq; ipſe Dei filius ſecundum diuinitatem, & ſapientia patris, deſcendens de altiſſimis, & à ſede magnitudinis ſuæ, pro humani generis redemptione & ſalute, miſſus à patre, uenit ad Syion & Ieruſalem. Ibiq; legem ſuam nouam, id eſt Euangelium compleuit, docendo, admonendo, ſuadendo, arguendo, miracula faciendo, patiendo, moriendo, reſurgendo, ad cœlos aſcendendo, atque lumen ſpiritus ſancti apoſtolis deſtinando. Tunc igitur dictũ hoc propheticum impletum eſt, cum apoſtoli poſt ſpiritus ſancti receptionẽ, primum legem Euangelicam Ieroſolymis promulgarunt, poſtea inde exeuntes, eam ubiq; terrarum gentilibus diuulgarunt. Quod etiam à diſcipulis electis Meſſiæ erant gentes ſeculi legem & doctrinam hanc nouam cum gaudio ſuſcepturæ, ex eo habetur, quod apud Iſa. 12. dicit, ושאבתם מים בששון ממעיני הישועה Hoc eſt, Et haurietis aquas cum gaudio de fontibus Ieſu, uel ſaluationis. Hoc enim ſic Rabbi Ionathan Chaldaicè tranſtulit, וסבין אוריתא חדתא עם חראי דיתרעי צדיקיא Id eſt, Et ſuſcipietis doctrinam nouam cum lætitia ab electis iuſti, id eſt Meſſiæ. Infatuati ſunt igitur Iudæi omnes noſtri temporis, & à ueritate diuinæ ſcripturæ omnino deuij & alieni. Qui Meſſiam aſſerunt legibus fore coactum. Quem in antecedentibus multifariàm probauimus Deum eſſe. Ipſe nanq; eſt qui patris ſapientia eſt, cuius ſunt leges. Ipſe eſt, qui legem ueterem dedit in monte Sinai. Ipſe eſt, qui legem nouam condidit Ieroſolymis. Ipſe eſt, qui & hominum conditor eſt, quibus leges traditæ ſunt, & omnium quæ in cœlis & ſub cœlis ſunt ſupremus opifex. Eam ob rem & decens, & dignum fuit, ut in deſcenſu ſuo maiora & meliora ad dandum ſibi ſeruaret, quàm fuerant ea quæ per Mo ſen in monte Sinai tradiderat. Et hæc eſt, ſufficiens contra Iudæos noſtri ſeculi ratio. Si quis enim in uoluntarijs rationem magis neceſſariam quærat, quàm uoluntaria ipſa ferant, hic penitus indiſciplinabilis eſt, ſecundum Ariſtotelis ſententiam in primo Ethic. Hæc autem ratio de uoluntarijs eſt, id circo ualde ſufficiens eſt. Sic & enim in hominum principatibus fieri uidemus, quòd Reges & Principes in ſuo aduentu optima quæq; ciuitatibus largienda, ſibi reſeruant. Et hoc duplicem ob cauſam. Primum quidem, ut honorabilioribus largitionibus honorabiliorem ſuum reddant aduentum. Deinde uero, ut ſe gratiores, ac iucundiores ciuitatibus & Regno faciant. Quapropter mirum non eſt, ſi ad ſuum aduentum Dominus ipſe perfectiorem legem ſeruare uoluerit. Sicuti & cunctis iuſtis, atque electis cœli apertionem.

Quòd

Quòd Meßias ſacramentum baptiſmi inſtituere debebat, per quod circunciſio euacuanda erat. Caput II.

CAPNIO,

CVm Chriſtus apoſtolis legem Euangelicam gentibus per orbem promulgaturis præceperit, ut gentiles baptizarent, formamq́ baptizandi eis tradiderit, dicens Matthæi ult. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia quęcunq́ mandaui uobis. Et baptiſmi ſacramentum ſit ſacramentorũ huius nouæ & euangelicæ legis ianua. Idcirco & ad ueritatis catholicæ planiorem expreſſionem, & ad Iudaicæ obſtinationis maiorem confuſionẽ, Meſſiam ipſum baptiſma in remiſſionem peccatorum inſtituturum fuiſſe, per Hebræorũ ſcripturas probari neceſſe eſt. GAL. Hoc itaque ex eo primum habetur, quod Iſaias in perſona ipſius loquens, 44. capite, hæc protulit, אל תירא עבדי יעקב וישרון בחרתי בו : כי אצק מים על צמא ונזלים על יבשה אצק רוחי על זרעך וברכתי על צאצאיך : וצמחו בבין חציר בערבים על יבלי מים זה יאמר ליהוה אני וזה יקרא בשם יעקב וזה יכתב ידו ליהוה ובשם ישראל יבנה : Hoc eſt, Ne timeas ſerue mi Iacob, et rectiſſime, in quo uel quem elegi. Quoniam effundam aquas ſuper ſitientem, & fluenta ſuper aridam. Effundam ſpiritum meum ſuper ſemẽ tuum, & benedictionem meam ſuper ſtirpes tuas. Et germinabunt inter herbam, ut ſalices ſuper alueos aquarum. Iſte dicet, Dei ego ſum. Et iſte inuocabit in nomine Iacob. Et iſte ſcribet manum ſuam Deo, & nomine Iſraelis pronominabitur. Hæc autem uerba, Quoniam effundam aquas ſuper ſitientem, cum reliquis Rabbi Ionathas, ita Chaldaicè traduxit, atque expoſuit, ארי כמא דמתיהבין מיא על ארע בית צהוונא ומתנגדין על יבשתא כן אתן רוח קדשי על בנך וברכתי על בני בנך : ויתרבון צדיקייא רביבין ומפנקין בלבלבי עשב כאילן דמשלח שרשוהי על נגדין דמיין : דין יימר מדחלייא דיהוה אנא ודין יצלי בשום יעקב ודין יקרב קרבניה קדם יהוה ובשמא דישראל יתקרב Id eſt, (ut uerbum uerbo reddam) Quoniam ſicut dantur aquæ ſuper terram ſitientem, & fluenta ſuper aridam. Sic dabo ſpiritum ſanctum meum ſuper filium tuum, & benedictionem meam ſuper filios filij tui. Et ungentur, uel multiplicabuntur iuſti, teneri, & delicati, ſicut arbor quæ mittit radices ſuas ſuper tractus aquarum. Hic dicet, de timentibus Dei ego ſum. Et hic orabit in nomine Iacob. Et hic offeret ſacrificium ſuum coram Deo, & nomine Iſraelis uocabitur. Ex his igitur prophetæ uerbis, ubi de baptiſmo aperte loquitur, euidentiſſime patet, quòd uirtute baptiſmi ex gentilibus conuerſi, omnesq́ Chriſtiani filij Iſrael effici debebant. Ad cuius rei confirmationem notandum eſt, quod in libro יומא yoma Ieroſolymitano, in capite quod incipit יום הכפורים yom hakippurim, id eſt dies propitiationum, hoc modo legitur,

tur, Scriptum est Ieremiæ 16. cap. מקוה ישראל יהוה Hoc est, Congregatio Israelis Deus. Quemadmodum enim congregatio, uel pelagus aquarū mundificat pollutos, ita Deus sanctus & benedictus erit mundans in futuro Israelem. Sic enim ipse dicit, Ezech. 36. capite, וזרקתי עליכם מים טהורים וטהרתם מכל טומאותיכם ומכל גלוליכם אטהר אתכם Hoc est, Et aspergã super uos aquas mundas, & mundabimini ab omnibus immundicijs uestris, & ab omnibus spurcitijs, uel inquinamẽtis uestris mundabo uos. Hæc traditio. Ad quorum intellectum notandum est quod in Beresith קטנה ketanna, id est in expositione minori libri Gen. scribitur, super illud 49. c. eiusdem libri dictũ, אסרי לגפן עירה ולשרקה בני אתנו Hoc est, Ligans ad uitem ciuitatem suam, & ad palmitem filii mi asinam suam. Sic enim ibi dicitur: Hic est ille de quo scriptũ est Zach. 9. cap. Et equitans super asinam, & super pullum filium asinarum. Et ipse est qui plantabit totum Israelem sicut שרקה soreca, id est palmitem. Sicut scriptum est Ieremiæ secundo capite, ואנכי נטעתיך שורק כלה זרע אמת Hoc est, Et ego plantaui te palmitem totum semen ueritatis. Et quomodo ipse aget? Vt dictum est Ezechielis trigesimo sexto capite, Et aspergam super uos aquas mundas, & mundabimini ab omnibus immundicijs uestris, & reliqua. Hæc traditio. Vides quàm euidenter hic dicatur, quòd Messias esset aquas istas Ezechielis sparsurus, atque sic agendo, totum Israelem tam literalem quàm spiritualem, de quo pauloantè diximus, plantaturus. De nullo nanque alio nisi de Messia possunt præmissa Zachariæ uerba intelligi. Nam super illud eiusdem prophetæ nono capite dictum, Ecce Rex tuus ueniet tibi iustus & saluatus, glossa Rabbi Selomonis, sic ait, Non est possibile hoc exponere, nisi de Rege Messia. Prædictis quoque haud incongrue adiungitur, quod in libro קירושין kidussin, id est, Sanctificationum, in capite quod incipit, עשרה יוחסין Assara iohasin, id est decem nobiles. Ita scribitur, Tradiderunt Rabbanan, id est magistri, Quòd spurij & filij menstruatarum mundi erunt in futuro (Verba sunt hæc Rabbi Iosis) Sicut dictum est Ezech. 36. capite, Et spargam super uos aquas mundas, cum cæteris. Aqua etiam baptismi, ac uirtus eius eo in loco prophetata est, ubi per Zachariam 13. cap. sic dictum fuit, ביום ההוא יהיה מקור נפתח לבית דוד ולישבי ירושלם לחטאת ולנדה ׃ והיה ביום ההוא נאם יהוה צבאות אכרית את שמות העצבים מן הארץ ולא יזכרו עוד Hoc est, In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitatoribus Ierusalem, ad mundificandũ, & ad aspergendum, uel ad elongandum. Et erit in die illa dicit Deus exercituum, Abscindam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur ultrà. Quæ quidẽ uerba sic aptissimè exponuntur. In die illa, id est in tempore Messiæ, quemadmodũ ꝓbauimus prophetã ibi de Messia loqui, erit fons. s. baptismi: patẽs. i. cõmunis omnibus hominibus: domui Dauid & habi-

& habitatoribus Ierusalem, id est ecclesiæ Christi de Iudæis & gentilibus congregatæ, ad mundificandum scilicet animas à peccato originali & à cęteris peccatis, & ad aspergendum, id est ad lauandum peccatores ab omni peccatorum macula, uel ad elongandum, id est ad remouendum ab anima cuiuscunq; peccati immunditiam. Quo autem tempore totum hoc faciendum fuerat, ostẽditur, cum statim subijcitur, Et erit in die illa, dicit Deus exercituũ. Abscindam nomina idolorũ de terra, & non memorabuntur ultrà. Cum igitur hoc nõ per Abraham, nec per aliquem prophetarũ, nec in diebus eorum factum fuerit, sed solum in diebus Iesu Messiæ nostri, per ipsum atq; per suos discipulos, aliosq; in eum credentes factum sit, palàm profectò liquet, ipsum saluatorem nostrum Dauid, id est Messiam esse, ac fuisse in præmissis Zacharię uerbis, baptismum quoq; eius fontem omnibus patentem esse, de quo ibidem dictum est, Aliud quoq; propheta huic ueritati euidentissimum dedit signum, cum eisdem uerbis protinus subiecit, וגם את הנביאים ואת רוח הטומאה אעביר מן הארץ Hoc est, Et etiam prophetas, & spiritũ immundum transferã de terra. Quod R. Ionathas ita Chaldaicè exposuit, ואת ית נבייא שקרא וית רוח מסאבא אבטיל מן ארעא Hoc est, Et etiam prophetas spiritus mendacis, & spiritum immundum delebo de terra. Si hoc Iudæi iuniores in diebus Messiæ nostri impletum fuisse negarent, reducatur eis ad memoriam, quòd ante Saluatoris nostri aduentũ, tanta fuerit in mundo pseudoprophetarũ copia, non inter gentes tantum, uerum inter eos quoq;, ut Elias propheta Domini ad Achab Regẽ Israel dixerit, Congrega ad me omnem Israel ad montem Carmel, & prophetas Baal quadringẽtos quinquaginta, & prophetas luci siue nemoris quadringentos, comedentes mensam Iezabel. Præter hos alij etiam permulti falsi prophetæ apud Iudæos erant, quos postmodum Achab consuluit, utrum in Ramoth Galahath iturus esset. Recolant quoq; ante Messiæ nostri tempora, in diebus patrum suorũ spiritus immundos in idolis responsa dare solitos fuisse. Nam ut 3. Reg. 1. c. legitur, Ochozias Rex Israel hæc nuncijs suis inter cætera dixit, Ite interrogate per בעל זבוב Baal Zebub, id est, Dominum muscarũ Deum עקרון Akron, An uiuam de infirmitate mea hac. Apud Zachariam quoq; 10. c. dicuntur, idola locuta fuisse fraudem. Cum igitur in diebus Iudæorum, & ante Christi Domini nostri aduentum, non solum in gentibus, sed in Iudęis quoq; idololatria ita uiguerit, necnon & falsi prophetę immũdiq; spiritus, ut per hæc pauca de multis est ostensum, & in diebus Messiæ nostri hæc omnia ita deleta esse cõstet, ut probatione opus nõ sit. Consequens proculdubio est, uerum omnino esse, quicquid pauloante cõclusimus. Pręmissis adhuc conuenienter addendum existimo, quod in libro יומא yoma. i. dierum Babylonico, in cap. יום הכפורים yom hakippurim. i. dies propitiationũ, hoc modo scriptum legitur: Dixit R. Akiba,

Akiba, Beati uos Israel coram illo, à quo mundati eritis. Et quis mundabit uos? Pater uester, qui est in cœlis. De quo dictum est Ezech. 36. c. Et spargã super uos aquas mundas, & mundabimini. Et reliqua ut suprà. Et iterum apud Iere. 17. מקוה ישראל יהוה Hoc est, Manipulus, uel cõgregatio aquarum Israelis Deus. Quemadmodũ enim manipulus uel cõgregatio aquarũ mundificat immũdos. Ita Deus sanctus & benedictus mundabit Israel. Hæc traditio. Cum igitur actus iste per hanc Ezechielis authoritatem, pauloante à priscis Iudæorum doctoribus Messiæ attribuatur: necessariò sequitur secundum eorum dicta, Messiam Deum esse, qui aquis baptismatis uirtute spiritus sancti sui totum Israel ut superius expositum est, mundare debebat. Quod autem baptisma contra omnia peccata, & præsertim contra originale instituendũ erat, id præcipue per Ezechielem prænunciatum fuit, ita 36. cap. dicentem, וזרקתי עליכם מים טהורים וטהרתם מכל טמאותיכם ומכל גלוליכם אטהר אתכם: ונתתי לכם לב חדש ורוח חדשה אתן בקרבכם והסרתי את לב האבן מבשרכם ונתתי לכם לב בשר : ואת רוחי אתן בקרבכם ועשיתי את אשר בחקי תלכו ומשפטי תשמרו ועשיתם: Hoc est, Et effundam super uos aquas mundas, & mũdabimini ab omnibus immunditijs uestris, & à cunctis spuritijs uestris mundabo uos. Et dabo uobis cor nouum, & spiritum nouum dabo in medio uestri. Et auferam cor lapideum de carne uestra & dabo uobis cor carneum. Et spiritum meum dabo in medio uestri. Et faciam ita, ut ambuletis in præceptis meis, & iudicia mea custodiatis, & faciatis ea. Cor autem hoc lapideum quod auferendũ dicit, cui cor carneum & spiritus sanctus per gratiam succedere debebat, originale peccatum intelligitur, quod mediante baptismo à deo penitus auferendũ erat. Ad sciendum autem, quòd baptismus circumcisionem euacuare debebat, summopere notãdum est R. Iehosuæ dictum, cum in libro יבמות Iebamoth, id est Fratriarũ, in cap. החולץ Haholez, id est discalciatus. Sic ait, מי שהוא טבול ואינו נימול חנה הוא גר כמו שחזינן באמות שנטבלו ולא נימולו: Hoc est, Qui baptizatur, & non circumciditur, ecce ipse est gher, id est cõuersus de gentilitate ad ueram fidem. Sic enim inuenimus in matribus, scilicet in Sara & Rebecca, in Rachele & Lia. Quæ fuerunt baptizatæ & non circuncisæ. Hoc autem in loco sciendũ quoq; est, circunci sionem fuisse effusionis sanguinis Christi figuram. Qui in sua circumcisione ipsum effundere cœpit, & demum in sua passione pro humani generis salute eum totũ exposuit. Nec deinceps unq; circumcisio facienda fuit, ex quo Christus loco ipsius baptisma fieri mãdauerit, quod perfectius peccata delet, & tam mulieres quàm mares eo uti possunt. Quod quoq; per uniuersum orbem baptismi sacramentum promulgandum erat, ex eo quod in Midras קהלת coheleth, id est in expositione libri Ecclesiastes legitur, colligi potest, cum super illud eiusdem libri 1. capite dictum, מה שהיה הוא שיהיה Hoc est, Quid est

quod fuit? ipsum quod erit. R. Berachias in nomine R. Ishac ita dixit, Sicut fuit redemptor primus .i. Moses, ita erit redemptor ultimus. Et post pauca, Quemadmodum (inquit) redemptor primus fecit ascendere puteum: ita redemptor ultimus, qui est Messias, ascendere faciet aquas. Sicut dictum est Ioelis ult. c. ומעין מבית יהוה יצא והשקה את נחל השטים Hoc est, Et fons de domo Dei exibit, & rigabit torrentem, uel uallem, uel planiciem Setim. Hoc postremum sic R. Ionathas Chaldaice trāstulit, ויהי משקי ית מישר שיטין Hoc est, Et erit rigans planiciē Setim, Setim autem cuiusdam regionis Græciæ est nomen. Ex qua ut in principio primi libri Machabæorū dicitur, Alexander Macedo egressus est. Hoc igitur tunc adimpleri contigit, cum apostolis baptismum per uniuersum orbem prædicantibus, Græci baptizati sunt.

De pœnitentiæ sacramento, quòd Messias per uocalem confessionem in remissionem peccatorum instituturus erat. Cap. III.

CAPNIO.

QVoniam non solum baptisma, sed pœnitentiæ quoque sacramentum, in remissionem peccatorum Dominus instituit. Et rectè quidem. Nam cum baptisma semel dūtaxat suscipi possit (est enim irreiterabile sacramentum) pœnitentiam institui necesse fuit. Vt ijs quos post susceptum baptisma peccare cōtingeret, pœnitentiæ sacramentum subueniret. Quare non inepte dixerunt quidam, pœnitentiam post naufragium secundam esse tabulam. Eapropter cum de baptismo satis dictum sit, de pœnitentiæ quoq; sacramento quod per uocalem confessionem in remissionem peccatorum Messias instituere debebat, aliquid ex Hebraicis scripturis nunc dicendum est. GAL. Quia de pœnitentia quam Messias per se, & per suos discipulos prædicare debebat, deq; eius efficacia & uirtute satis (ut arbitror) in octauo libro diximus. Nunc solum ea tantummodo ex Hebræorum scripturis patefacere sufficiat, quæ ad confessionem uocalem pertinent. Quare quod in Midras tehilim, id est in expositione Psalmorum legitur, primum audiatur. Vbi super Psalmum 100. sic ad uerbum dicitur, מזמור להודות חריעו ליהוה כל הארץ Hoc est, Psalmus ad confessionem. Iubilate Deo omnis terra. Dixit Deus sanctus & benedictus, Confitebuntur mihi omnes gentes, & ego recipiam eas. Sicut dictum est Isa. 45. cap. כי לי תכרע כל ברך Hoc est, Quia mihi flectetur omne genu. Alius sermo, id est alia expositio. Psalmus ad confessionem. Hoc est quod scriptum est Prou. 28. c. מכסה פשעיו לא יצליח ומודה ועזב ירחם Hoc est, Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: Qui autem confitetur, & reliquit ea, misericordiam consequetur. Qui abscondit scelera sua. Talis fuit Saul, cui dictum est 1. Reg. 15. Quæ est uox harum ouium? Ipse autem respōdit,

De Ama-

De Amalech adduxerunt eas. Qui autem confitetur, & relinquit ea, misericordiam consequetur. Talis fuit Dauid, de quo dictū est 2. Reg. 12. c. Et dixit Dauid ad Nathan, Peccaui Domino. Et dixit Nathan ad Dauid. Dominus quoq; transtulit peccatum tuum, non morieris, Huc usq; traditio. Ex qua sumitur argumentum de confessionis efficacia alteri faciendæ. Pro qua etiam notandum est, quod in Beresith סטנח ketanna, id est in expositione minori libri Gen. dicitur, super illud qua dragesimonono capite, eiusdem libri dictum, יהודה אתה יודוך אחיך Id est, Iuda te confitebuntur uel laudabunt fratres tui. Ibi enim sic dicitur, Ista est confessio, de qua dictum est à spiritu sancto, per manus Iob 15. c. אשר חכמים יגידו ולא בחדו מאבותם Hoc est, Qui sapientes sunt, confitentur, uel indicant, & non abscondunt à patribus suis, peccata scilicet sua. De quibus dictum est hoc? De iustis, qui uincunt, uel subiugant fomitem seu sensualitatem suam, & cōfitentur actus suos patribus suis. Omnis enim qui confitetur actus suos, dignus est seculo futuro. Sicut dictum est Psal. 50. זובח תודה יכבדנני ושם דרך אראנו בישע אלהים Id est, Qui sacrificat confessionem, honorabit me, & qui ponit uiam, ostendam illi in saluatione Dei. Et ita tu inuenis in Iuda. In hora enim qua peruenit ad eum factum Tamar, confessus est, quemadmodum dictum est Gen. 38. cap. הכר נא את בורא ואל תקח בושת מבשר ורם Hoc est, Recognosce quæso creatorem tuum, & non erubescas de carne & sanguine, id est de homine. Mox igitur uicit sensualitatem, uel affectū suum, & confessus est. Omnem autem qui non confitetur opera sua, Deus sanctus & benedictus maledicit. Sic enim inuenimus in Cain, qui negauit & dixit Gen. 4. cap. Nunquid custos fratris mei ego sum? Maledictus ergo fuit. Sicut dictum est ibidem, Et nunc maledictus tu. Et reliqua. Cum autem cognouit se peccasse, petijt ueniam à Deo sancto & benedicto, & dixit, Domine totius seculi, magnum est peccatū meum, adeo, ut ferri aut tolerari non possit. Magnum inquam est peccatum meum, magis quàm sexcentorum milium, qui peccaturi sunt coram te, Exo. 34. cap. Et quando dicturi sunt tibi, Tolle peccatum, statim tu eris absoluens, continuo itaq; dixit ille cuius nomen sit benedictum in secula. Si non absoluero Cain, claudam portam omnibus pœnitentibus. Et quia non fecit pœnitentiam perfectam, pepercit ei medietatē. Et unde hoc habetur? Ex eo quod dicitur Geneſis quarto capite, Vagus & inquietus eris in terra. Postquàm uero pœnitentiam egit, ait: Et habitauit in terra Nod, id est commotionis. Et de ipso ait Selomo Prouerbiorum uigesimo octauo capite, Qui abscondit scelera sua, non dirigetur. Qui autem confitetur & relinquet ea, misericordiam consequetur. Hactenus traditio. Ad hoc etiam, quòd confessio alteri homini facienda sit, & non soli Deo qui omnia scit, maxime ad propositum facit quod in libro Sanhedrin Ierosolymitano, in capite quod incipit, גמר

הדין Nigmar haddin, id est diffinitum est iudicium. Hoc modo legitur, Omnis confitens habet partem in seculo futuro. Sic enim in Achan reperimus, quòd dixit ei Iehosuas, Fili mi da obsecro honorem Domino Deo Israel, & da confessionem, & indica mihi quæso quid feceris, nec celes à me. Et respondit Achan ad Iehosuam, & ait, Vere ego peccaui Domino Deo Israel, & ita hoc, sicut hoc feci. Et unde habet, quòd remissum fuerit ei peccatum? Ex eo quòd dictum est ibidem, Iehosuæ scilicet 7. cap. Et ait Iehosuas, Sicut turbasti nos turbat te Dominus in die isto. In die enim isto (inquit) tu turbatus es, sed non eris turbatus in futuro. Hæc omnia traditio. Quod autem omnia peccata omnesq; circumstantiæ peccatum aggrauantes, in confessione dici debeant, nō solum habetur ex prædicta confessione Achan, uerum ex eo quoque quod in libro יומא yoma, id est Dierum, in capite יום הכפורים yom hakippurim, id est, Dies propitiationum uel indulgentiarum. Ita scribitur: Dixit Rab הונא Hunna, Omnis qui transgressione transgressus est, necesse est, ut singulatim exprimat peccatum. Sicut dictum est Exodi trigesimo secundo capite, Et fecerunt sibi Deos ex auro, cum reliquis. Quod autem hæc pœnitentia quocunq; tempore fiat, sit semper Deo accepta, habetur in Midras tehilim, id est, in expositione Psalmorum, super illud Psalmi quinti & sexagesimi, לך דמיה תהלה אלהים בציון ולך ישלם גדר Hoc est, Tibi silentium est laus Deus in Siyon, & tibi reddetur uotum. Ibi enim sic legitur, רבי הנינא בר פפא שאל לרבי שמואל בר נחמני מהו סבותה בענן לך אמר לו שערי תפלה פעמים פתוחים פעמים נעולים אבל שערי תשובה אינן נעולים שנאמר מבטח כל קצוי ארץ וים רחוקים מה הים הזה אינו נעול לעולם אלא כל מי שמבקש לרחוץ בו רוחץ בכל שעה שאדם רוצה לעשות בך התשובה בכל שעה שאדם רוצה לשות התשובה עושה והקדוש ברוך הוא מקבלו Hoc est, R. Hanina filius Papa interrogauit Rabbi Semuelem filium Nachmani, dicens, Quid est quod scriptum est Trenorum tertio capite, Protexisti nube te, ne transeat oratio? respondit ei, Quia portæ orationis quandoque apertæ sunt, quandoque uero clausæ. Portæ autem pœnitentiæ nunquam clausæ sunt in mundo isto. Sicut dictum est Psalmo sexagesimo quinto, Spes omnium finium terræ, & mare longinquorum, est scilicet pœnitentia. Quemadmodum enim mare hoc nunquam clauditur, sed quicunque uult, lauat se ibi in omni hora qua uult. Ita ipsa pœnitentia quacunq; hora uult homo ipsam facere, facit, & Deus sanctus & benedictus recipit eam. Oratio autem habet tempora. Sicut dictum est Psalmo sexagesimo nono, Et ego orationem meam ad te Deus tempore beneplaciti. Hæc traditio, ex quibus omnibus patet propositum.

Quòd

Quòd Messias nouum sacrificium instituturus erat, in quo ipse panis & cibus esse debebat. Caput IIII.

CAPNIO,

Dicto de baptismo, & pœnitentia, quo ad uocalem confessionem, de eucharistiæ nunc sacramento, quod Messias in pane & uino, panem in corpus suum, & uinum in sanguinem suum potestate diuina transubstantiando, instituere debebat, dicẽdum est. Quare primum quòd Messias ipse nouum sacrificium instituturus esset, cuius ipsemet panis & cibus esse deberet, per priscorum Iudæorum scripturas probandum est. GAL. Primum itaque prætermittendum non est, quod Psal. 72. qui incipit, Deus iudicium tuum Regi da, secundum ueteres Iudæorũ doctores totus de Messia loquatur, hoc autem ex eo potissimum ostenditur, quod in Midras tehilim, id est in expositione Psalmorum legitur, super eiusdem Psalmi titulo, qui talis est, זה מלך לשלמה id est, Selomoni, hoc est pacifico. Sic enim ibi dicitur, המשיח שנאמר ויצא חוטר מגזע ישי Id est, Hic est Rex Messias, de quo dictum est Isaiæ scilicet 11. c. Egredietur uirgultum de stipite Isai. Quãuis autem Rabbi Selomo hunc Psalmum de Rege Selomone exponere conetur. Vnde & uerba illa eiusdem Psalmi, יפרח בימיו צדיק ורוב שלום עד בלי ירח Hoc est, Pullulabit in diebus eius iustus, & abundantia pacis, usq; ad senium uel defectum lunę. Sic exponit, In diebus eius, id est in diebus Selomonis multiplicabuntur iusti, & abundantia pacis usq; ad finem mundi. Cum tamen peruenisset ad locum illum, ubi nostra æditio habet, Erit firmamentum in terra in summis montium, Hebraica autẽ ueritas, יהי פיסת בר Id est, Erit placenta frumenti (quæ uulgo focacia dicitur) uel frustum frumenti in terra, in capite mõtium, Non ualens ueritatem omnino tacere, contra se ipsum protulit hæc uerba, dicens, רבותינו פירשו גלוסקאות לימות המשיח וכל המומחר בימות המשיח Id est, Magistri nostri bonæ memoriæ exposuerunt, hoc esse genus placentarum in diebus Messiæ, & totum Psalmum de Rege Messia explanauerunt. Hæc ille. Quomodo autem & qualiter Messias פסת בר Pissath bar, id est placenta frumenti futurus esset, secundum sapientum Magistrorum Iudæorum expositionem, habetur in libro qui apud eos סיפרי Siphre nuncupatur. Vbi super illud Deuter. 32. c. dictũ, Dominus solus deducet eum, & non erit cum eo Deus alienus. Sic dicitur, דבר אחר יהוה בדד ינחנו וגומר עתיד אני להושיבם בנחת בשלם ואין עמו אל גבר שלא יהא בבם בני אדם ששוסקין בפרקמטיא של בלום בעניין שנאמר יהי פיסת בר בארץ וגומר שיהו חיטין מוציאין גלוסקאות בפסת יר ירעש לבנון פריו שיהו חיטין שפות זר בזו ונושרות סולתן בארץ ואתה בא ונושלן ונוטל ממנה מלא פיסת חיר כרי פרנסתה Hoc est, Sermo alius. Dixit Deus sanctus & benedictus, Futurum est, ut ego

conuertam uos in mansuetudinem spiritus in mundo isto. Et non erit cum eo Deus alienus. Quia non erunt in uobis filij Adam, exercentes negociationem aliquam. Quemadmodum dictum est Psalmo 72. Erit placenta frumenti in terra, in capite montium. Quoniam frumēta producent in diebus Messiæ גלוסקאות gheluscaoth, id est placentas, sicut est plenitudo בת caph, id est uolæ siue palmæ manus. Sequitur, ירעש בלבנון פריו Hoc est, Tremet sicut libanus fructus eius. Quia frumenta fricabunt se inuicem, & deijcient similem suam in terram. Et tu ueniens accipies inde plenitudinem פסת pissath, id est placentulæ rotundæ instar uolæ manus, iuxta refectionem uel prouisionem tuam. Hæc ibi. Hoc idem habetur in libro, כתובות Chethuboth, id est Sponsalitiorū, in cap. quod incipit, שני רייני Sene dayyane, id est Duo iudices. Vbi sic ad uerbum legitur: Dixit Rabbi עירא Ira, Futurū est, ut terra Israel producat placentas, & ornatū purpurę. Sicut dictum est, Erit placenta frumenti in terra. Et nota quòd lingua Romanorū placenta tenuis & extensa, uocatur פסת pissa. Legerunt Magistri super illud Psalmi, Erit פסת בר pissath bar, id est placenta, uel frustum frumenti in terra. Et dixerunt, Futurum est, ut triticum palmescat, & ascendat palma: iuxta illud, Erit פסת בר pissath bar, id est placenta, uel frustum frumenti in terra. Fortasse autem dices, Quod labor erit in colligēdo? Docet quid ad hoc dicendum sit, quod sequitur: Contremiscet, uel mouebitur sicut libanus fructus eius. Deus enim sanctus & benedictus educet uentum de thesauris suis, & separabit similam ipsius. Veniet autem homo, & reportabit inde plenam uolam manus suæ, procurabitq; ex eo prouisionem suam, ac familiæ suæ. Vbi glossa R. Selomonis, Et totum hoc (inquit) erit in diebus Messiæ. Dixit autem R. Kimhi, Erit pissath bar in terra. Quod perinde est ac si diceretur, Erit frustum frumenti uel panis in terra. Ex his omnibus patet, quòd Psal. iste de Messia loquitur. Manifestum est igitur secundum textus euidentiam, futurum fuisse, quòd Messias placenta frumenti esset in terra. Siquidem de ipso (ut patuit) dictum est. Erit placenta frumenti, uel frustum panis in terra. Quod autem Messias ipse futurus esset hæc placenta frumenti, hoc in Midras סחלת coheleth, id est in expositione libri Ecclesiastis aptissime confirmatur, cum super illud 1. cap. eiusdem libri dictum, מה שהיה הוא שיהיה Id est, Quid est quod fuit? ipsum est quod erit. R. Berachias in nomine R. Ishac dixit, Quod quemadmodū fuit Redemptor primus, id est Moses. Ita erit Redemptor ultimus. Et subditur, Sicut enim Redemptor primus fecit descendere manna. Sicut dictum est Exo. 16. ca. Ecce ego pluam uobis panem de cœlo. Ita quoq; Redemptor ultimus, id est Messias erit placenta frumenti in terra. Iuxta dictum illud Psal. Et erit placenta frumenti in terra. Quamobrem R. Ionathas Vzielis filius locum hunc in Chaldæum uertens, ita exposuit, יהי קרבן דשיבורא בארעא

בארעא בריש טוריא בשבינתא Hoc est, Et erit sacrificium panis in terra, in capite montium ecclesiæ. CAP. Quidam aiunt, Chaldæum interpretem hoc non ita ut ipse retulisti, interpretatum fuisse: sed sic, יהי כעיר לחמא בארעא בריש טוריא Id est, Erit substantificus panis in terra in capite montium. GAL. Verum quidem est, Chaldæum interpretem quem ipsi uiderunt, & quem nunc Hebræi præ manibus habent, ita hoc loco dicere, ut ipsi asserunt. Sed hic non est Rabbi Ionathan ben Vziel, sed Rabbi Akilas, siue Rabbi Ioseph cæcus. Ipse enim Rabbi Ionathan (ut ipse nosti) ita prorsus locum hunc interpretatus est, ut ipse citaui. Cuius quidem interpretatio in Psalterium quamuis rarissima sit, non tamen neganda est. Cum passim non solum à nostris, sed ab ipsis Hebræis allegetur. Nam besepher kibucim, id est in libro collectionum, crebro de ipsa fit mentio. Vnde hoc in loco eodem in libro sic dicitur, אמר תרגום יחי קרבן רעיבורא בארעא בריש טוריא בשבינתא יראה מי שיש לו עינים איך אמר שאותו חמשיח שמיבר לו חמזמור : יהי פיסת בר בארץ רוצח לומר גלוסקה געשית קרבן בראשי הבתים שהם הם בכוסנתא Hoc est, Dicit Chaldæa translatio, scilicet Rabbi Ionathæ, Et erit sacrificium panis in terra in capite montium ecclesiæ. Videat qui habet oculos, quòd sicut dictum est, ille est Messias, de quo loquitur totus Psalmus. Cum ergo ait, Et erit placenta frumenti in terræ in capite montium. Vult dicere, quòd placenta panis fiet sacrificium in capitibus sacerdotum, qui sunt in ecclesia. Hæc ibi. Quæ satis esse reor contra Iudæorum pertinaciam, eorumq; fautores. Quid igitur rectius in præmissa Rabbi Ionathæ Targum per montes Ecclesiæ designatur, quàm ipsius Ecclesiæ prælati & sacerdotes? In quibus hæc scriptura tunc certe adimpletur, ac uerificatur, cum corpus Christi super caput suum eleuant. Nec mirandum est de antiquis Iudæorum sapientibus, qui eo modo quo dictum est, sæpedictam authoritatem exponentes, Messiam placentam frumenti, uel frustum panis futurum fuisse, dixerunt. Quid enim melius dicere potuissent, quibus nondum rei ueritas plene reuelata fuerat? Quod autem sacrificium corporis Messiæ cibus noster esse debebat, habetur in expositione libri Gen. Rabbi Mosis Hadarsan. Vbi super illud trigesimo nono capite, eiusdem libri dictum, Ioseph autem descenderat cum eo in Ægyptum. Sic dicitur, Hoc est quod scriptum est Hoseæ undecimo capite, בחבלי ארם אמשכם בעבתות אהבה ואהיה עול על לחיהם ואט אליו אוכיל Hoc est, In funibus Adam traham eos, in uinculis amoris. Et ero eis sicut eleuatores iugi, super maxillas eorum, & dimittam uel inclinabo ad eum cibum, uel comestionem. In funibus Adam traham eos. Hi sunt Israel, sicut dictum est Cantici cãticorum primo capite, Trahe me post te curremus. In uinculis scilicet dilectionis. Sicut dictum est Malachiæ 1. cap. Dilexi uos, ait Deus, Et ero eis sicut eleuatores iugi. Quia

exaltaui tribulationes eorum ſuper eos. Totum hoc quam ob rem? Propter maxillas eorum. Id eſt, propter uerbum quod emiſerunt ex faucibus, uel è maxillis ſuis, dicentes in ſecundo Regum uigeſimo capite, Non eſt nobis pars in Dauid. Et inclinabo ad eum cibum, id eſt, Submittam ad eum cibum bonum, ſuauem, & magnum. Cui non eſt alius ſimilis. De quo dictum eſt Pſalmo ſeptuageſimo ſecundo. Et erit placenta frumenti, uel fruſtum panis in terra. Hæc omnia traditio. Cum igitur probatum ſit ſecundum priſcorum expoſitionem, & Rabbi Ionathæ æditionem, Meſſiam futurum fuiſſe hanc placentam frumenti in terra, & ſacrificium panis in capite montium eccleſiæ. Sequitur plane, quòd ipſemet Meſſias futurus eſſet cibus hic ſuauiſſimus à deo inclinatus & ſubmiſſus, cui alius nullus ſimilis eſſe poſſet. De quo Rabbi Aramban in commentarijs ſuis, ſuper illud Pſal. 105. ולחם שמים ישביעם Id eſt, Et pane cœli ſaturauit eos, ſic ait, השליך משמים ארץ תפארת ישראל כלומר שמן השמים השליך לארץ : את התפארת ובבר ירעתה סודם ולאתויי מינה שישאנה עתה בעת הרצון כאשר הבין מה שעשה השם פניו אליך בברכת הכהנים ותהיה מקבל בו והבין זה Hoc eſt, Proiecit de cœlis in terram pulchritudinem Iſrael. Significare uolens, quòd Deus deſcendere fecit de cœlis pulchritudinem in terram. Et notato ſecreta eius huiuſcemodi, nec diſcedas ab eis. Et ipſe ad ſe accipiet pulchritudinem, cum ſibi beneplacitum fuerit. Quemadmodum intelliges ex benedictione ſacerdotũ. Aſcendere faciet Deus facies ſuas ad ſe. Et ſi hoc bene intellexeris, etiam quod ſupradictum eſt, intelliges. Hæc ibi. Vbi pulchritudo de cœlis in terram deſcendens Meſſiam uerum dei filium ſignificabat, qui cœleſtis panis futurus erat, cuius cœleſtis manna figura fuit. Quæ omnia dicto illi Domini noſtri Ieſu Chriſti optime congruunt. Ego ſum panis uiuus, qui de cœlo deſcendi. Siquis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Et panis quem ego dabo ei, caro mea eſt pro mundi uita.

Quòd ſacrificium hoc non in pane ſolo, ſed in uino quõque inſtituendum erat, per quod omnia ſacrificia ueteris legis ceſſare debebant. Caput VI.

CAPNIO,

SAcrificium quod Chriſtus inſtituit, non in pane tantum, ſed in pane & uino inſtituit, ac fieri mandauit. Ad maiorem igitur huius catholicæ ueritatis expreſſionem, probandum quoque eſt per ueterum Iudæorum dicta, ſacrificium hoc nouum quod Meſſias inſtituere debebat, in pane ſimul & uino ab ipſo inſtituẽdum fuiſſe. GAL. Hoc itaq; in expoſitione libri Gen. R. Moſis Hadarſan aperte oſtendere, cum ſuper illud 14. capitis, eiuſdem libri dictum, ומלכי

ומלכי צדק מלך שלם הוציא לחם ויין Hoc est, Et Melchisedec Rex Salem produxit, uel protulit, uel obtulit panem & uinũ, ita dicitur, Hic Melchisedec erat Sem filius Noæ. Et quid docet dicendum, cum ait, Protulit, uel produxit panem & uinum? Rabbi Semuel filius Nahman dixit, Sententias sacerdotij tradidit. Erat enim ipse sacrificans panem & uinum Deo sancto & benedicto. Sicut dictum est ibidem, Et ipse erat sacerdos Dei altissimi. Locus quippe quandoque iustificat habitatores suos. Alius sermo, id est, alia expositio. Produxit panem. Hic est panis facierum, id est propositionis. Et uinum scilicet libaminum. Magistri enim dixerunt, Quod legem reuelauit ei, quæ dicit Prouerbiorum decimonono capite, uerba hæc לכו לחמו בלחמי ושתו ביין מסכתי Hoc est, Venite comedite panem meum, & bibite uinum quod miscui uobis. Hæc Rabbi ille Moses Hadarsan. Qui etiam ibidem sic immediatè subiungit, דבר אחר מלכי צדק ברבתיב נשבע יהוה ולא ינחם אתה בחן לעולם על דברתי מלכי צדק מלך שלם ומי הוא זה מלך צדיק ונושע מלך המשיח שנאמר חנה מלכך יבא לך צדיק ונושע הוא ומה תלמוד לומר הוציא לחם ויין : שנאמר יהי פיסת בר בארץ והוא שבתוב והוא בחן לאל עליון Hoc est, Alius sermo, Melchisedec Rex Salem. Hoc est quod scriptum est Psalmo centesimo decimo, Iurauit Deus & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum super uerbum (id est secundum uerbum, uel propter uerbum) Melchisedec. Et quis est hic? Hic est iustus & saluator Rex Messias, Sicut dictum est Zach. 9. capite, Ecce Rex tuus ueniet tibi iustus & saluator. Et quid docet dicẽdum, cum dicit obtulit panem & uinum. Hoc est, ac si diceret, quod scriptum est Psal. 71. Et erit placẽta tritici in terra. Et hoc est quod dictum est, Et ipse erat sacerdos Dei altissimi. Quod autem per hoc sacrificium omnia sacrificia ueteris legis cessare debebant, ipsum autem nunquam deficere, ex eo habetur quod legitur super illud Numeri 28. capite dictum, צו את בני ישראל ואמרת אליהם את קרבני לחמי לאשי ריח ניחחי תשמרו להקריב לי במועדו i. Præcipe filijs Israel, & dices ad eos, Oblationem meam panis mei ad ignes meos odoris suauitatis meæ respicietis, ut offeratis mihi in tẽpore suo. Et infrà. Et dices ad eos, Sacrificia quæ offerre debetis. Agnus, &reliqua. Ibi enim sic dicitur: R. Pinhas filius Iair dixit, Tempore Messiæ omnia sacrificia cessabunt, & sacrificium panis & uini nunquã cessabit. Sicut dictũ est Gen. 14. Et Melchisedec Rex Salem excepit panem & uinum. Melchisedec. i. Rex Messias. Dicitur autem מלכי Melchi. i. Rex, quia est Rex totius mundi, & צדק sedec. i. iusticiæ. Quoniam mittet iusticiam suam & gratiam super uniuersum orbem. Sicut dictum est Psal. 85. Veritas de terra germinabit, & iusticia de cœlis uidebitur, uel prospicietur, siue apparebit. Rex Salem, hoc est Ierusalem supernæ excepit panem & uinum. hoc est, Separabit à cessatione sacrificiorum, sacrificium panis & uini, ut dictum est Psalmo 110. Tu es sacerdos in

dos in æternum secundum uerbum Melchisedec. HOG. Æditio nostra dicit Melchisedec proferẽs panem & uinum. Protulit ergo (quod idem est quod foras tulit) Melchisedec panem & uinum & non excepit, ut Rabbi iste ait. GAL. Rectè quidem nostra æditio haberet, si protulit, uel produxit, diceret. Sed hic Rabbi ut sacrificium panis & uini à cæteris sacrificiorum generibus quæ cessatura erãt, exceptum declararet, ideo excepit, dixit. Quare constat, ipsum quoq; recte dixisse. Item super eundem textum Numeri 28. cap. Præcipe filijs Israel, & reliqua. Rabbi יוחאי Iohai sic dicit, Tempore Messiæ omnia sacrificia deficient, sacrificium uero panis & uini nunquam deficiet, sacrificium quidem uini. Sicut scriptum est Gen. 49. cap. אסרי לגפן עירה Hoc est, Ligans ad uitẽ ciuitatem suam. i. corpus suum. Corpus enim ciuitas est animæ. Item alibi scriptum est, scilicet Iudicum 9. cap. התדלתי את תירשי המשמח אלהים ואנשים Id est, Nunquid possum deserere uinum meum, quod lætificat Deum & homines? Et si homines quidem lætificat, Deo autem in quo lætitiam affert? In sacrificio, quod de ipso fiet. Sacrificium uero panis nunquam defecturum esse, ex eo apparet, quod dictum est Psal. 72. Et erit placenta frumenti in terra, in capite montium. Hæc omnia Rabbi ille Iohai, qui per multos annos Christum antecessit.

Quod Messias in hoc sacrificio panem in corpus suum, & uinum in sanguinem suum transsubstantiare debebat. Cap. VI.

CAPNIO,

Fides catholica firmiter confitetur, & tenet, in hoc sacrificio panem in uerum corpus Christi, & uinum in uerum sanguinem eius, potestate diuina realiter transsubstantiari. Non igitur ab re scire uelim, an per ueterum Iudæorum scripturas probari possit, panem in corpus Messiæ, & uinum in sanguinem eius, in hoc eodem sacrificio uere ac realiter transsubstantianda fuisse. GAL. Potest utique. De conuersione nanque panis in carnem ipsius Messiæ ueri Dei, habetur in Commentarijs Rabbi Mosis Hadarsan, super illud Psalmi centesimi trigesimi sexti, נתן לחם לכל בשר Hoc est, Qui dat panem uel cibum omni carni. Vbi sic dicitur, עוד נאמר דבר ידוע נתן לכל בשר הדה הוא דאמרי טעמו וראו כי טוב יהוה כי הלחם נתנו לכל והוא בשרי וכטעם לחם שב לבשר וזהו שאמר וראו כי טוב יהוה והיה עלא גדול : Hoc est, Amplius dictum est uerbũ notum, Qui dat panem omni carni. Hoc est quod dictum est Psal. 34. Gustate & uidete, quoniã bonus est Deus. Quia panis, quem dat omnibus, ipse est caro eius. Et dum gustatur panis, conuertitur in carnem. Et hoc est quod dictum est, Et uidete,

tidete, quoniam bonus est Deus. Et erit hoc mirabile magnum. Hæc ibi. Quæ paucula uerba si bene examinentur, de conuersione panis in corpus Messiæ intelliguntur. De sanguine uero ipsius qui quotidie in altari immolatur, nobis quidem inuisibilis, id est sub uini specie occultus, soli autem Deo uisibilis, in libro Mechilta, ita scriptum legitur, ורם נקי תרשיע זה הוא שאמר וראיתי את הדם הנראה לי ולא לאחרים רבי רבי ישמעאל וסמיך ליה ויהיה חרם לבם לאות לבם ולא לאחרים לאות i. Et in sanguinem insontis impie egistis. Hoc est quod dictum est, Et uidebo sanguinem, qui à me uidebitur & nõ ab alijs. Verba R. Ismaelis. Et huic annexũ est illud, Et erit sanguis uobis in signum. In signum inquam uobis, non autem alijs erit in signum. CAP. Velim conuersionem hanc ex utraque specie in corpus & sanguinem Messiæ clarius per eorum scripturas ostenderes. GAL. Id de utroque Rabbi בחנא Cahana manifeste declarat, super illud Gen. 49. c. dictũ, אסרי לגפן עירה ולשרקה בני אתנו כבס ביין לבשו ובדם ענבים סותה ׃ חכלילי עינים מיין ולבן שנים מחלב Hoc est, Ligans ad uitem ciuitatem suam, & ad palmitem ô fili mi asinum suum. Lauabit in uino uestem suam, & in sanguine uuæ pallium suum. Rubriores sunt oculi eius uino, & dentes eius lacte candidiores. Vbi sic R. Cahana ait, Hæc uerba ligans ad uitem ciuitatẽ suam ostendunt, quòd sacrificium quod fiet ex uino, non solum transmutabitur in substantiam sanguinis Messiæ, sed etiam conuertetur in substantiam corporis eius. Verba autem illa, Et ad palmitem ô fili mi asinum suum. Significant, quòd diuinitas & Dei filius unietur asino. i. materiæ suæ. Quoniam חמור hamor. i. asinus materialis interpretatur. Quemadmodũ etiam asinus fert onera, & uestes uiatorũ: ita Rex Messias delicta totius orbis super se portabit. Iuxta illud Isa. 53. c. dictum, Et Deus obuiare fecit in eo peccatum omnium nostrum. Cum autem dicitur, Lauabit in uino uestem suam, & in sanguine uuæ palliũ suum. Eadem est sentẽtia diuersis uerbis. Quoniam uestis dicit materiam. Sicut dictum est Iob 10. ca. עור ובשר תלבישני Hoc est, Pelle & carne uestisti me. Et in sanguine uuæ pallium suum, id est diuinitatem suam. Quia sicut pallium totum hominem circumdat, ita Deus totum replet mundum. Rubriores sunt oculi eius uino, & dentes eius lacte candidiores. Hoc est, In sacrificio quod fiet ex pane, nõ obstante quòd album sit uelut lac, conuertetur substantia in substantiam corporis Messię, eritq; in ipso sacrificio substantia sanguinis Messiæ rubra, ut uinum. Erunt item in sacrificio uini sanguis & caro Messiæ, & eadem erunt in pane. Quoniam corpus Messię non potest diuidi. Idq; ratio postulat. Nam si caro & sanguis diuisa essent, distinguerentur ab inuicem. Corpus autem Messiæ non potest diuidi. Sicut scriptum est Exo. 12. ועצם לא תשברו בו i. Et substantiam non confringetis in eo. Præterea caro sine sanguine, & e conuerso sunt res mortuæ. Corpus uero Messię post resurrectionẽ

quia

quia glorificatum erit, ſemper uiuet. Et hinc eſt dictum illud, יחי מלך ישראל לעולם Hoc eſt, Dauid Rex Iſrael in ſeculum uiuit. Oculi autem & dentes ideo dixit, ut uenuſtior fiat oratio, & ſenſus occulteretur. Hæc ad uerbum R. ille Cahana, qui lõge ante Chriſti natiuitatem fuit. Quod autem dicit, corpus Meſſiæ poſt reſurrectionem fore ſempiternum. Ideo eſt, quia (ut ſuprà latius probatum eſt) priſci Hebræorum aiunt, unum de Meſſiæ nominibus eſſe Dauid. Idq; potiſſimũ Ieremiæ teſtimonio probant 30. cap. ita dicentis, ועבדו את יהוה אלהיהם ואת דוד מלכם אשר אקים להם Id eſt, Et ſeruient Domino Deo ſuo, & Dauid Regi quem ſuſcitabo eis. Quia igitur dicit ſuſcitabo, quod futuri temporis eſt. Idcirco hæc Ieremiæ uerba non de ipſo Dauid, qui longe ante præceſſerat, ſed de Meſſia intelligi debere dicunt. Quare & Rabbi Jonathas ſic ea Chaldaicè tranſtulit, וישתמעון קדם יהוה אלהחון וית מלכהון לדוד משיחא Hoc eſt, Et ſeruient coram Domino Deo ſuo, & obedient Dauidi Meſſiæ Regi ſuo. Eam ob rem aſſeruerunt, unum ex Meſſiæ nominibus Dauid futurum fuiſſe. Quapropter Rabbi Cahana rectè dixit, Hinc eſſe arcanum illud, Dauid Rex Iſrael ſemper uiuit.

Quæſitum. HOG. Æditio noſtra uerba præmiſſa ex Gen. 49. cap. inducta, longe ſecus habet. Dicit enim ſic, Ligãs ad uineam pullum ſuum, & ad uitem ô fili mi aſinam ſuam. Lauabit in uino ſtolam ſuam, & in ſanguine uuæ pallium ſuum. Pulchriores ſunt oculi eius uino, & dentes eius lacte candidiores. Ex quo patet, quòd ubi Rabbi Cahana ciuitatem ſuam dicit, litera noſtra pullum ſuum habet. Et ubi ille Rubriores ſunt oculi eius uino ait, Nos Pulchriores ſunt oculi eius uino habemus. Vbi præterea aſinum ſuum tu traduxiſti, aſinam ſuam textus noſter habet. Vnde ergo prouenit diſcordia iſta?

Reſponſio. GAL. Ex uocabulorum certe æquiuocatione. Quod enim author noſtræ æditionis pullum ſuum tranſtulit, עירה iro in Hebraico ſcriptum eſt. Hæc autem dictio apud Hebræos & ciuitatem & pullum ſignificat, ſecundum punctorum diuerſitatem. Nam ſi cum unico puncto qui חִריק hirik dicitur, punctetur, ſic עִירָה iro, idem ſonat, quod ciuitatem ſuam apud nos. Si uero cum duobus punctis uidelicet פתח patha & שבא ſceua punctetur, hoc modo עַיְרָה airo, idem apud eos ſignificat, quod apud nos pullum ſuum. Quamuis autem antequam ſcriptura ſacra punctaretur, hæc dictio utroq; modo legi potuiſſet, ſcilicet iro & airo. Nunc tamen, non עַיְרָה airo, ſed עִירָה iro legi debet, ſic enim punctata eſt. Quare ciuitatem ſuam, & non pullum ſuum noſtræ æditionis author traducere debuiſſet. Illud quoque quod noſtra litera pulchriores ſunt, ait: in Hebraico חכלילי hachlilicri ptum eſt, quod ad rubrum & pulchrum æquiuocũ eſt. Hic tamen magis literę & ueritati conſonat, rubriores dici, quàm pulchriores. Quod demum textus noſter aſinam ſuam habet, aſinum ſuum à me traductũ, ais: ex eo eſt, quòd. חמור hamor, id eſt aſinus apud Hebræos cõmunis

eſt gene

est generis. Et ideo apud eos tam asinū quàm asinam significat. HOG. Textus etiam ille, quem idem Rabbi Cahana ad probandum corpus Messiæ non posse diuidi, ex Exodo induxit dicens, Et substātiam non confringetis in eo. Apud nos non substantiam, sed os habet. Sic enim dicit, Nec os illius confringetis. GAL. Ibi Hebraica ueritas עצם Aliud quæsitum. Responsio.
heczem dicit, quod & substantiam & os significat. Nostræ igitur æditionis author illud ad agnum paschalem, cuius nullum os confringendum erat, referens, os & non substantiam transtulit. Rabbi uero Cahana illud idem ad corpus Messiæ cuius agnus ille figura fuit, retulit. Idcirco substantiam, & non os traduxit. Propterea ueritatem utrunq; dixisse, manifestum est. Cum alter quidem de figura, alter uero de figurato locutus sit. Prædictis etiam illud notatu dignissimum addendū esse puto, quod Rabbi Iohai super prædictum textum Numeri 28. capite scriptum, Oblationem meam panis mei. Et reliqua. Sic dicit, Oblationem meam panis mei, ad ignes odoris suauitatis meæ respicietis ad offerendum mihi in tempore suo, id est in tempore Messiæ. Et dices ad eos, Sacrificia quæ offerre debetis, Agnus: cum reliquis. Hoc est sacrificium quod in præsentiarum facitis. Erit autem hic panis duarum facierum. De quo scriptum est Exo. 25. cap. לחם פנים לפני תמיד Id est, Panis facierum coram me semper. Quare autem dicatur panis facierum, ratio est, quia ut ait Rabbi Iudas, transmutabitur ex substantia panis, cum sacrificabitur in substantiam corporis Messię, qui descendet de cœlis. Et ipse idem erit sacrificium. Ideo dicit, Respicietis ad offerendum mihi, id est offerri me. Eritq; inuisibilis atq; impalpabilis. Cuius rei fidem facit sedes Eliæ. Et Magistri aiunt, eam ob rem dictum esse panem facierum, quia in ipso sacrificio erunt duæ substantiæ, diuinitas & humanitas. Hæc Rabbi ille, qui multis annis Christum antecessit. HOG. Quomodo intelligitur Rabbi Iudæ dictum, cum ad probandum corpus Messiæ in ipso sacrificio inuisibile atq; impalpabile futurum fuisse, dixit sedem Eliæ huic rei testimonium afferre? GAL. Doctores Hebræorum referunt, Deum hanc Eliæ dedisse prærogatiuam, ut circuncisionem nullam fieri contingeret, in qua ipse non interueniret. Quam ob rem ipsi Magistri statuerunt, ut quoties circumcisio facienda esset, semper duæ ornatissimæ sedes præpararentur. Vna in qua sederet qui uenturus esset infantem. Altera in qua nemo sedere posset, sed uacua remaneret, quia in eam ad sedendum Eliam uenturum aiebant. Eam igitur ob rem Rabbi Iudas corpori Messiæ inuisibili & impalpabili in sacrificio panis & uini futuro, sedem Eliæ fidem præbere dixit, ne Iudæi recentiores quorum perfidiam ipse præuidebat, ideo corpus Messiæ in hoc sacrificio non esse dicerent, quia ibi nec uideatur, nec palpetur. Cum Eliam in illa sede inuisibilem, atq; impalpabilem esse, necnon eundem pluribus in locis eadem hora existere posse, & credant, & fateant.

Aliud quæsitum. Responsio.

Aliud quæsitum. HOG. Quem superius R. Iohai panem facierũ dixit, nos panem propositionis dicimus. Sic enim nostra æditio ipsum appellat. Quomodo ergo dici debet, panis facierum, an panis propositionis? *Responsio.* GAL. Panis facierum, & non propositionis proculdubio dicendus est, quemadmodum Hebraicæ ueritatis textus manifestat. Sic enim magis ad nostræ fidei propositum facit, ut ex dictis prædictorum ueterum Iudæorum plane liquet. Dici etiam potest, quòd neq; ab re ipsum panem propositionis nostri uocarint: propterea, quia illum Dominus supra mensam tabernaculi ante sancta sanctorum proponi iusserit.

Quanta futura esset huius sacrificij efficacia, & quanta sacerdotum illud pertractantium dignitas, qualisq; uita. Cap. VII.

CAPNIO,

MVlta quidem atq; miranda de huius ineffabilis sacrificij mysterijs ex scripturis Hebræorum protulisti. Reliquum est, ut de eius efficacia quid ueteres eorum senserint, nunc detegas. GAL. Mira admodum profecto senserunt. Nam inter cætera signa atq; figuras de hoc inenarrabili sacramento patribus Hebręis traditas, id quod de mirabili ipsius tum conuersione, tum efficacia legitur apud interpretem Chaldæum libri sanctissimi Iob, quicunq; is fuerit, non est inter postrema signa, interq; postremas figuras computandũ. Sic enim ibi dicit, ושמעו תלתא חברי איוב ית כל בישתא הדא די אתו עלוהי בר הימון אילני פרדסיהון יבישו ולחם סעותדהון די אתהפיך לבישרא הייא וית חמר משתיהון די אתהפיך לדמא ואתו גבר מן אתריה ובהדוא זבותא אתפריקו מן אתרא דמזמן להון בניהנם אליפז דמן תימן ובלדד דמן שוח וצופר דמן נעמה אנון אתחברו בחדא למיתי למינד ליה ולנחמותיה : Hoc est, Et perceperũt tres socij Iob omnia mala, quæ euenerant ei. Vbi scilicet uiderunt arbores quæ erant in hortis eorum, aruisse, uideruntq; panem quo sustentabantur, cõuersum in carnem uiuentem, & uinum quod bibituri erant, conuersum in sanguinem. Et recesserunt unusquisq; de loco suo. Et huius rei merito liberati sunt, à descensu in locum qui deputatus erat eis in inferno, Heliphaz de regione Teman (quæ ut placet multis, insula est in sinu Arabico) Bildad de prouincia Suha (quam credũt esse Ægypti superioris partem) Zophar de regione Naama (ea est terra Iudęæ quã promissionis appellant) Et ipsi cõuenerunt in unum, ut accederent ad eum scilicet Iob, consolaturi ipsum. Hæc ibi. Vbi cum dicitur, Et huius rei merito liberati sunt à loco inferni. Huius sacri efficacia palam insinuatur, qua utentes ipso à morte æterna inferni liberandi erant. Illud quoq; hoc in loco prætermittendum nõ est, quod ille ex priscis eorum Doctor quem ipsi רבינו הקדוש Rabbenu Haccados, id est, Magistrũ nostrum sanctũ nuncupant, refert in libro, quem גלי רזייא Gale razeya, id est

id est, Reuelatorem arcanorum appellauit. Ibi enim ad quintam Antonini Consulis urbis Romæ petitionem respondens, inter cætera ait, se ita à Rabbi Simeone filio Iohai scriptum reperisse, in libro qui מחקר הסודות Mechkar hassodoth, id est inuestigatio secretorum dicitur, Quod cum semel idem Rabbi Simeon in spelunca duplici orans, uidisset Eliam sibi apparentem, & se tanquam summum pontificem induentem, remq; sacram facientem, atq; ideo omnes lætantes. Tandem post multa ipsum interrogauit, dicens, Sacrum illud quod faciebatis coram Deo sancto & benedicto, quidnam erat? Respondit ei Elias, Hoc est sacrificium, quod postquàm uenerit Messias, faciēt sacerdotes coram Deo sancto & benedicto, Tunc enim cessabunt omnia sacra, quæ prius fiebant. Facient autem sacrificium illud ex pane & uino. Quod cum primum sacerdotes exercebunt, omnes angeli cœli audientes illa sacra sanctaq; uerba, ex ore sacerdotum prodeuntia, intelligentes inuidebunt mirum in modum illis, & contremescent. Iratiq; omnes ad Deum uenient, dicentes, O Domine mundi, quàm magna est laus ista quam dedisti Israel, qui peccatis pleni sunt, & non dedisti nobis, qui coram te à peccatis sumus immunes. Deus respõdebit illis, dicētq;, Non est uobis locus inuidię in Israel, quandoquidem uos oratum pro illis accessistis. Quia autem illi peccatores sunt, & ad peccandum prodiues. Ideo ut illis remittam, Messiam misi, docuiq; eos hanc excellentem laudem. Vos uero qui peccare non potestis, non indigetis huiusmodi laude. Tunc angeli ab ira descedentes, dicent, Domine Deus noster, quàm admirabile est nomen tuum in uniuersa terra. Quoniam elevata est magnificentia tua super cœlos. Tunc Deus misericordia implebitur, & uirtute ingenti sanctorum uerborum, quæ ab ore sacerdotum manabunt, illud & omne sacrificium, quod in unaquaq; ara celebrabitur, in corpus Messiæ conuertetur. Tunc autem angeli uarijs instrumentis coram Deo sancto & benedicto laudes maximas edent, dicentes, Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus exercituum. Pleni sunt cœli & terra gloria tua. CAP. Felices igitur atq; beati sunt sacerdotes, qui hoc sacrificium faciunt Deo suo, ideoq; oportet eos castos & sanctos esse. GAL. Oportet certè. Sicut scriptum est Leuit. 21. capite, לחם אלהיהם הם מקריבים והיו קדש Hoc est, Carnem Dei sui offerent, & ideo erunt sancti. Hæc omnia ibi ad uerbum. Qualis autem debebat esse hęc angelorum laus, quam in hora immolationis huius sacrificij angeli facturi erant, ex Rabbi Nehumiæ uerbis filij Haccanæ, facile comprehenditur. Cum in epistola arcanorum, quam אגרת הסודות Ighereth hassodoth appellauit, ita ait: Dico quòd si quis mortalium posset audire atq; percipere cantum illum adeo suauem, atq; mellifluum, quem angeli concinunt, Anima eius seiungeretur à potentijs corporis, & cum illa cantus dulcedine coniuncta aggrederetur. Qualis etiam debeat

esse sacerdotis uita, hoc sacrificiū pertractantis, Dominus ipse insinuat, cum & de nostri temporis sacrificio, & de consecrantis qualitate, ita Leuit. 21. ca. inquit, וקדשתו כי את לחם אלהיך הוא מקריב קדש יהיה לך כי קדוש אני יהוה מקדשכם Id est, Et sanctificabis eum, quia carnem Dei tui ipse est uel erit sacrificans. Sanctus erat tibi, quia ego sanctus sum sanctificans uos. HOG. Textus noster hoc in loco, ita dicit, Et panes propositionis offert. Sit ergo sanctus, quia & ego sanctus sum Dominus, qui sanctifico uos. GAL. Hic nostra æditio duas non paruas habet deprauationes. Prima quidem est, quia prima clausula huius textus omnino deficit, scilicet, Et sanctificabis eum: quod uitio scriptorum esse potuit. Altera uero est, quia in secunda clausula ueritas Hebraica longe aliter habet. Nam ubi nos habemus, Et panes propositionis offert. In Hebraico habetur, Quia carnem Dei tui ipse est uel erit sacrificans. Quod ueritati nostræ fidei magis congruit. Hāc uero deprauationem authori nostræ æditionis non possum non ascribere, cum huiusce erroris causa non fuerit, nisi uocabuli æquiuocatio. Nam hæc dictio Hebraica לחם lehem, multa habet significata. Aliquando enim cibum, aliquando panem, aliquando carnem significat. Vt enim ait Rabbi David Kimhi, in libro שרשים Serassim. Significatio huius dictionis לחם comprehendit omne commestibile. Quandoq; tamen de solo pane dicitur. Vt est illud Deuter. 8. cap. dictum, לא על הלחם לבדו יחיה האדם Hoc est, Non in solo pane uiuit homo. Quandoq; uero cadit super solam carnem, ut illud Numeri 28. cap. קרבני לחמי לאשי Id est, Sacrificium meum caro mea ad incendium, uel ad ignem meum. Et sic est illud Leuit. 31. cap. לחם אלהיך הוא מקריב Hoc est, Carnem Dei tui ipse sacrificans. Sic etiam est illud Iob 6. cap. חמת ברוי לחמי Id est, Ipsa sunt sicut dolores carnis meæ. Hæc Rabbi Kimhi. Quod erat igitur carnem Dei tui traducendum, author nostræ æditionis panes propositionis traduxit.

Liber

Liber undecimus.

De legis antiquæ ceſſatione.

Quòd lege Meſſiæ adueniente, lex Moſaica in cunctis cæremonialibus ceſſatura erat. Caput 1.

CAPNIO,



Vm multa in præmiſſis dixeris, nõ ſolum de baptiſmate, per quod circunciſio euacuanda erat, & de ſacrificio panis & uini, per quod cuncta ueteris legis ſacrificia deficere debebant, uerum de ipſius quoq; legis diuinæ nouæ inſtitutione, quæ à Meſſia inſtituenda erat, per quam & tota ipſa lex antiqua quo ad cęrimonialia deficere debebat. Eapropter ut magis adhuc obſtinata recentiorum Iudæorum cõuincatur perfidia, qui legem ipſam ueterem immutabilem, atq; uſq; ad mundi finem duraturã aſſerunt, eam (aduenientelege Meſſiæ) in cunctis cæremonialibus finem habituram fuiſſe, nũc te per ipſorum ſcripturas probare oportet. Vt cum ipſa Meſſiæ lege, nõ iuxta literam, ſed iuxta ſpiritualem ac myſticum ſenſum ſeruari poſſet. GAL. Hoc itaq; ſic futurum fuiſſe, in Midras סחלת Coheleth, i. in expoſitione libri Eccleſiaſtis maxime oſtenditur, ſuper illud ſecundo cap. eiuſdem libri dictum, אמרתי אני בלבי לכה נא אנסכה בשמחה וראה בטוב וחנה גם הוא הבל Hoc eſt, Dixi ego in corde meo. Vade quæſo præeſto, uel dominare in lætitia, & uide bonum. Et ecce etiam ipſum uanitas. Sic enim ibi dicitur, Et uide bonum, bonum uidelicet legis. Et ecce etiam ipſum uanitas. Nónne neceſſe fuit ſcripturã dicere, Et ecce etiam ipſum lætitia? Quid eſt ergo, quod dixit, Ecce ipſum uanitas? Rabbi חזקיה Hezkiya dixit, Quia omnis lex quam tu diſcis in ſeculo iſto, הבלים habelim, id eſt uanitates ſunt coram lege ſeculi uenturi. Quod autem hęc lex ſeculi uenturi ſit lex Meſſiæ, & dies ſeculi uenturi ſint dies eius, ex eo patet, quod in eadem Midras legitur, ſuper illud Eccleſiaſtis 11. cap. dictum, אם שנים חרבה יחיה האדם בכלם ישמח ויזכר את ימי החשך i. Si annis multis uixerit homo, in omnibus lætetur. Et memoretur dies tenebrarum. Ibi enim ſic iſta exponuntur. Si annis multis uixerit homo, in omnibus his lætetur, in lætitia uidelicet legis. Et memoretur dies tenebrarũ. Hi ſunt dies maliciæ, quàm multi erunt? Quicquid enim præceſſit, erit ha-

bel,id est uanitas omnis, תורה tora,id est lex quam discit homo in secu
lo isto, חבל habel,id est uanitas est in conspectu legis Messię. Hucusq
traditio. Cui ualde consentaneum est id quod in eadem Midras cohe.
leth,id est in eadem expositione libri Ecclesiastes hoc modo scriptum
est,super illud 1. cap. eiusdem libri dictū, אין זכרון לראשונים וגם לאחרונים
שיהיו לא יהיה להם זכרון עם שיהיו לאחרונה Hoc est, Non erit memoria
priorum,ac etiam posteriorum quæ erunt. Hoc est,Non erit memoria
eorum,cum illis quæ erunt ad ultimum. Quot signa seu miracula facta
sunt filijs Israel,ex quo egressi sunt de Ægypto,& cum adhuc non exie
rant ex Ægypto. De ipsis ait,Non erit memoria priorum & posterio.
rum,& quæ erunt post exitum,scilicet de Ægypto . Non enim erit eis
memoria cum illis,quæ erunt in ultimo,& cum signis aut miraculis se-
culi uenturi. Sicut scriptum est Iere. 23. ולא יאמרו עוד חי יהוה אשר העלה
את בני ישראל מארץ מצרים : כי אם חי יהוה אשר העלה ואשר הביא את זרע
בית ישראל מארץ צפונה ומכל הארצות אשר הדחתים : Hoc est,Et nō
dicent ultrà, Viuit Deus,qui ascendere fecit filios Israel de terra Ægy-
pti. Quinimmo,uiuit Deus qui ascēdere fecit,& qui uenire fecit semen
domus Israel de terra Aquilonis,& de omnibus terris,ad quas impuli
eos. Hactenus traditio. Signa autem & miracula in hac traditione com
memorata,sunt miracula quæ tempore Messiæ fieri debebant. Seculū
enim futurum uel uenturum(ut sæpenumero dictum est)in literis He-
braicis tempus Messiæ intelligitur. Quod per Targum Ierusalmi,id est
per translationem Chaldaicam Ierosolymitanā facile ostenditur. Quæ
præmissa uerba. Non erit memoria priorum,& etiam posteriorū,quæ
futura sunt. Sic traduxit,atq; exposuit. Non erit eorum recordatio in
generationibus,quæ erūt in diebus Messiæ. HOG. Quæ est ista Tar
gum Ierosolymitana? GAL. Ea fortè (ut ipse opinor) quæ à nostris
uulgata æditio nuncupatur. Cuius author ignotus, exponentis magis
quàm interpretantis modum tenuisse dignoscitur. Ad idem quoq; plu
rimum facit,(ut ad propositum redeamus)quod in libro ברכות Bera-
choth. i. Benedictionum,Ierosolymitano in cap. quod incipit, מאימתי
קורין korin,ita legitur: Dixit Benzuma,Futurum est,ut Israel nō faciat
memoriam exitus ex Ægypto in futuro seculo,& in diebus Messiæ. Et
quid est huius rei probatio? Quod scriptum est Iere. 23. cap. Propter
hoc ecce dies uenient, ait Deus . Et non dicent ultrà, Viuit Deus,qui
ascendere fecit filios Israel de terra Ægypti. Cū cæteris. Dixerunt enim
sapientes,Non quòd euellandum esset nomen Ægypti de loco suo,sed
quòd mirabilia quæ fient in diebus Regnorum gentium,erunt עיקר
iccar,id est substantia,& Ægyptus erit taphla,id est accidens,quia mi-
rabilia quæ facta sunt in Ægypto & in exitu de Ægypto habebunt se
per modum accidentis. Et hoc modo dictum est Gen. 35. Non uocabi-
tur ultrà nomen tuum Iacob,sed Israel erit nomen tuum. Quod expo-
nentes

Vulgata æditio quæ sit.

nentes Magistri, dixerunt, Non ꝙ Iacob euellatur de loco suo, sed ꝙ Israel erit substantia, & Iacob appositum ei siue accidens. Et sic Isaias quoꝙ ait quadragesimotertio, אל תזכרו ראשונות וקדמוניות אל תתבוננו׃ Hoc est, Ne memineritis priorum, & antiqua ne curetis. Ecce ego facio nouam. Nunc germinabit. Nónne cognoscetis eam? Ne memineritis (inquit) priorum ista sunt quæ facta fuerunt post egressum de Ægypto. Ecce ego facio nouam. Et reliqua. Ista erũt de Gog in diebus Messiæ. Hucusꝙ traditio. Glossa autem R. Selomonis sic exponit, Ne memineritis priorum, id est signorum & miraculorum, quæ ego memoro uobis, & quę feci in Ægypto, ne memineritis amodo. Pro redemptione uero ista eritis studiosi, ad confitendum & laudandum. Sequitur, Et antiqua ne curetis, id est ne aduertatis, neꝙ apponatis cor ad ea. Hæc R. Selomo. Idem pene quod in præcedenti traditione dictum est, ponitur & in libro ברכות Berachoth, id est benedictionum Babylonico, in fine capite מאימתי קורין Meemathai korin. Vbi ita dicitur, Traditio est, quòd Benzuma dixit sapiẽtibus, Et quomodo erunt memores exitus de Ægypto in diebus Messiæ? Nónne iam scriptum est, apud Ieremiam uigesimotertio capite, Ecce dies uenient ait Deus. Et non dicent ultrà, Viuit Deus, qui ascendere fecit filios Israel de terra Ægypti: cum cæteris? Respondent ei, Non quòd euellatur egressus Ægypti de loco suo, sed quia erit factum Regnorum, id est signa quæ fient temporibus Regnorum, substantia. Et egressus Ægypti, id est signa egressionis ex Ægypto, erunt appositum ei, id est habebunt se instar accidentis, quod adest & abest præter substantiæ corruptionem. Et sic ait Isaias quadragesimotertio capite, Ne memineritis priorum, cum cæteris, ut suprà. Hæc traditio. Ad hoc etiam maxime facit, quod per Mosem Iudæis Dominus mandauit, Leuit. 26. capite dicens, וישן מפני חדש תוציאו Id est, Et uetus à facie noui excludetis. Quod autem in hoc sensu hoc accipiendum sit, ex eo habetur, quod legitur in libro qui סיפרי Siphre appellatur, super illud Leuit. 26. capite dictum, ופניתי אליכם והפרתי אתכם והרביתי אתכם והקימותי את בריתי אתכם ואכלתם ישן נושן וישן מפני חדש תוציאו׃ Hoc est, Et respiciam ad uos, & fructificare uos faciam, & multiplicabo uos, uel crescere uos faciam, & statuam pactum meum uobiscum, & comedetis inueteratum, & uetus à facie noui excludetis uel expelletis. Hæc enim sic ibi exponuntur: Et respiciam in uos ad bonum, & fructificare uos faciam per carnalem generationem. Et multiplicabo uos, uel crescere uos faciam, per staturam rectam. Et statuam pactum meum uobiscum. Non sicut pactum primum quod transgressi estis. Sicut dictum est Ieremiæ 31. Quod ipsi transgressi sunt pactum meum. Sed pactum nouum quod non transgredientur deinceps. De quo di-

ctum est Iere.31.c. וכרתי את בית ישראל ואת בית יחודה בריה חדשה לא כבריה
אשר כרתי את אבתם ביום החזיקי בידם להוציאם מארץ מצרים .i. Et scindam
domui Israel, & domui Iuda pactum nouum. Non sicut pactum, quod
scidi cum patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorū, ut ex-
traherem eos de terra Ægypti. Et ideo ait, Et comedetis inueteratū, &
uetus à facie noui excludetis. Hæc traditio. Quod autem pactū in præ-
missis uerbis idem sit quod lex, in libro מכילתא Mechilta manifeste o-
stenditur. Vbi super illud Exo. 2.c. dictum, In decima mensis huius: Sic
dicitur, Non est pactum nisi lex. Sicut dictum est Deut. 29. ca. Hæc sunt
uerba pacti, quod mandauit Deus Mosi, ut scinderet cum filijs Israel in
terra Moab, præter pactum quod scidit cum eis in Horeb. Item alibi
Exo. scilicet 34. cap. Et scripsit super tabulis uerba pacti decem. Hæc in
eodem libro Mechilta. Ex præcedenti igitur traditione clare habetur,
quòd adueniente lege noua Messiæ, lex uetus cessare debebat. In libro
præterea qui ערובין irubin appellatur, in cap. quod incipit, רבית פסין
osin passin legitur, Quod dixit R. Iehosuas filius Leui, רבית ושמרת
את חמיצות ואת החקים ואת המשפטים אשר אנכי מצוך היום לעשותם
היום לעשותם ליתן שכרם היום Hoc est, Quid est quod scriptum est
Deuter. 7. cap. Et serua præceptum & decreta atq; iudicia, quæ ego præ-
cipio, hodie tibi ut facias. Hodie (inquit) ut facias, & non cras ut facias.
Hęc traditio. Hodie igitur, id est antequàm Messias ueniret, & nō cras,
id est non postq̄ iam uenisset cæremonialia præcepta seruāda erant. Ex
his omnibus satis apertè patet, quòd adueniente Messia, qui nouam le-
gem instituere debebat, lex uetus in cunctis cæremonialibus cessatura
fuit. Cum igitur in antecedētibus latissime probatum sit, Messiam iam
uenisse, ipsumq; Dominū nostrum Iesum Christum fuisse. Qui nouam
euangelij sui legem per tres ferè annos cum dimidio factis & uerbis in
cordibus credentium, & præsertim apostolorū suorumq; discipulorū
scribere nō cessauit. Et demum misso spiritusancto, quicquid in eorum
cordibus docendo scripserat, adeo firmum reddidit, quòd nulla perse-
cutione, nullaq; obliuione inde deleri potuit. Quapropter tunc imple-
tum fuisse certum est, quod longe ante per Iere. 31. cap. his uerbis pro-
phetatum fuerat, אחרי הימים ההם נאם יהוה נתתי את תורתי בקרבם ועל לבם
אכתבנה : והיתי להם לאלהים והמה יהיו לי לעם .i. Post dies illos (dixit
Deus) dabo legem meam in medio eorum, & super cor eorū scribam
eam. Et ero eis in Deum, & ipsi erūt mihi in populum. Ex his omnibus
plane sequitur, ueterem legem in cunctis cæremonialibus iam cessasse.
Quare neminem circuncisionem ad literam facere, neminem sabbatū,
festaq; alia Iudaica custodire, neminem annuas memorias propter ue-
tera ipsorum miracula celebrare, ulterius teneri, palàm consequens est.
Quoniam ex quo Messias uenit, qui legem nouam dedit, uetere abie-
cta, nouam omnes seruare tenentur.

Quomodo

Quomodo & quare Christus legem ueterem impleuerit. Caput II.

CAPNIO,

IVdæi nobis in hoc multifariàm obsistunt, probare uolentes, legem antiquam aduenìente Messìa, haudquaquam cessaturam fuisse. Quia nos Christiani dicimus, Christum Dominũ nostrum fuisse Messiam, & tamen ipse legem illam totam seruauit, atque alios ad ipsam seruandam, opere ac uerbo induxit. Ait enim Matthæi quinto capite, Non ueni soluere legem, aut prophetas, sed adimplere. Et rursus post pauca: Quicunque (inquit) soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in Regno cœlorum. Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus uocabitur in Regno cœlorum. Ex uerbis igitur ac factis (inquiunt) Christi uestri, quem uos Messiam esse dicitis, apertè liquet, Mosaicam minime cessare legem. Quare nec uos ipsam (eo aduenìente) cessare debuisse, dicere debetis. *Iudæorum inmiorum obiectum.*

GAL. Verum quidem dicunt, Christum legem ueterem totam impleſſe. Ex hoc tamen nullatenus inferre possunt, eam in quibus cessatura erat, non cessasse. Vt igitur omnibus innotescat, quomodo legem ipsam ac prophetas adimpleuerit, notandum est, quòd in eadem lege, & prophetis, quinque præcipue continebantur: uidelicet, Moralia, iudicia, cæremonialia, promissa atque comminationes, & sacramentalia. Moralia quidem decem sunt præcepta, sine quibus salus nequit esse adultis. Hæc autem Exodi uigesimo capite, specialiter habentur, cum sic dicitur, לא יהיה לך אלהים אחרים על פני לא תשא את שם יהוה אלהיך לשוא : זכור את יום השבת לקדשו : כבד את אביך ואת אמך : לא תרצח : לא תנאף : לא תגנב : לא תענה ברעך עד שקר : לא תחמד בית רעך : לא תחמד אשת רעך ועבדו ואמתו ושורו וחמרו וכל אשר לרעך : Hoc est, Non erunt tibi dij alieni coram me. Non assumas nomen Domini Dei tui ad uanitatem. Recole diem sabbati, ad sanctificandum ipsum. Honora patrem tuum & matrem tuam. Non occidas. Non adultereris. Non fureris. Non respondeas in proximum tuum testimonium falsum. Non concupiscas domum proximi tui. Non concupiscas uxorem proximi tui, & seruum eius, & ancillam eius, & bouem eius, & asinum eius, & omnia quæ sunt proximi tui. Hæc autem aduenìente Messìa, cessare non debebant, sed perfici. Ideo Saluator noster uerus Messias, ut ea perficeret, non solum actum prohibuit homicidij, aliorumq; malorum operum, uerum & animum quoque. Audistis (inquiens Matth. 5. cap.) quia dictum est antiquis: Non occides, qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico uobis, quia omnis qui iracscitur fratri suo, reus erit iudicio. Cum reliquis, quæ sequuntur. Eam ob rem & ipse ea seruauit, & alios ad seruandum induxit. Vnde apud Matthæũ 19. c. Si uis (inquit) ad uitam *Responsio.* *Quæ lex uetus continebat.* *Moralia.*

Iudicialia. ad uitam ingredi, ſerua mandata. Iudicialia uero ſunt, ut illa de qui-
bus Deuter. 25. c. dicitur, Oculum pro oculo, dentem pro dente. Et re-
liqua. Quæ cum ſemiplena eſſent, & nimis rigoroſe, & abſq; miſericor
dia fierent, tempore Meſſiæ dulcedine miſericordiæ mitiganda erant.
Cæremonialia Quare modo perfecte adimpleta ſunt, cum ea in foro eccleſiæ præſer-
tim cum miſericordia exęquantur, ac temperentur. Cæremonialia au
tem erant omnia ſacrificia, & ea quę circa ipſa fiebant, ut circumciſio, &
neomeniæ, & fimbriæ, & phylacteria, atq; cętera multa id genus. Quæ
quoniam figuræ erant eorum quæ in Meſſia, & à Meſſia fieri trade-
bant. Idcirco adueniente ipſo Meſſia, finem habitura erant. Ipſe ta-
men Meſſas Ieſus Dominus noſter ea perfecte adimpleuit, primum
ipſa ad literam, uſque ad tempus eorum ceſſationis determinatum
ſeruando, deinde per ſe & per ſuos ea ad ſenſum ſpiritualem ac myſti-
Promiſſa. cum reducendo. Promiſſa uero erant Meſſiæ aduentus, terra pro-
miſſionis, gentium conuerſio, peccatorum remiſſio, & æterna ſaluatio.
Hæc etiam Saluator noſter perfecte impleuit, carnem ſumendo ex uir-
gine, naſcendo, miracula ſoli Deo poſſibilia propria uirtute faciendo,
patiendo, moriẽdo, reſurgendo, ad cœlos uidentibus multis aſcenden
do, ac longe meliora quàm lex uetus promittebat, promittendo. Lex
quippe ipſa factoribus ſuis bona duntaxat temporalia, atq; terrena pol
licebatur, quæ tamen ſpiritualia atq; æterna deſignabant. Saluator au-
tem & Meſſias noſter promiſit cultoribus ſuis ſpiritualia atq; æterna,
quæ lex illa figurabat. Dixit enim Matth. 19. c. Omnis qui reliquerit do
mum, uel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut
filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam
æternam poſſidebit. Et rurſus apud Lucam 6. Beati pauperes (inquit)
quoniam ueſtrum eſt Regnum Dei. Eapropter ut dicitur Matth. 4. c.
Incœpit Ieſus prædicare & dicere, Pœnitentiam agite, appropinquat
Sacramentalia enim Regnum cœlorum. Sacramentalia deniq; fuerunt agnus paſca
lis, uitula rufa, & reliqua huius generis. Quæ paſſionis Chriſti figura
& umbra erant. Idcirco eo adueniente, cuius typum gerebant, ceſſare
omnino debuerunt. Hæc autem Chriſtus ipſe patiendo, & moriendo
adimpleuit. Quod Euangeliſta teſtatus eſt, dum ait: Facta ſunt hæc, ut
ſcriptura adimpleretur, quæ dicit, Os non comminuetis ex eo. Ex his
igitur patet, quomodo & quare Chriſtus legem prophetasq; impleue
rit. Et prophetas quidem (ut Chryſoſtomus ait) omnia quæ de eo prę-
dixerant, complendo. Legem autem, primo nihil legaliũ tranſgredien
do, demum per fidem iuſtificando, quod lex ipſa per literam facere nõ
ualebat. Eapropter dixit, Nõ ueni ſoluere legẽ, aut ꝓphetas, ſed adim-
plere. Ex quibus etiã manifeſte oſtenditur, ꝙ & ſi Chriſtus legem uete
rem eo modo quo diximus, adimpleuerit, non tamen ex hoc ſequitur, ip-
ſam in iſs quę in eius aduentu ceſſatura erant, eo adueniẽte, nõ ceſſaſſe.

Ratio-

Rationum Iudaicarum confutatio. Et quòd lex Mosaicà mutabilis erat. *Caput* III.

CAPNIÔ,

VNiores Iudæorum legis suæ stabilitatem probare conantes, nonnulla contra nos faciunt argumenta, quæ te soluere oportet. Vt & uehementius eorum cõuincatur perfidia, & clarius catholicæ fidei eluceſcat ueritas. Sic itaq; primo argumentantur. Quãdiu manet alicuius effectus causa, tamdiu durat & ille effectus, legis autem causa semper manet, semper igitur & tota lex durabit. Quod autẽ legis causa semper maneat, ita probant. Causa enim finalis totius legis est, intentio homines in propriam perfectionem reducẽdi. Hæc autem intentio semper manet. Igitur & tota lex semper manebit. Deinde sic, Vniuscuiusq; potentiæ perfectio est eius proprius actus. Hominis autem potẽtiæ, aliæ corporales, aliæ intellectuales sunt. In actu igitur corporali atque intellectuali, humana consistit perfectio. Lex ergo ad hominis perfectionem ordinata, ad hæc duo homines necessario reducit. Ex quo fit, ut quicquid lex intendit, aut ad corporis, aut ad animæ reducatur ornamentum. Sed corpus quidem moribus ornatur, anima uero intelligentia. Illos literalis & tropologica legis interpretatio demonstrat, hanc uero allegoricus & anagogicus intellectus insinuat. Cum igitur in hac uita homo semper egeat & morum compositione, & intellectus intelligentia. Semper igitur lex quæ omnia hæc administrat, necessario permanebit. Demum sic, Stante figurato, stat figura. Probatur, Quia cum fidei obiectum sit ueritas increata (nihil enim corruptibile incorruptibilis potentiæ qualis est anima intellectiua, est perfectio) si aliquid de fidei fundamentis in figuris creatum fuerit, illud ideo credibile est, quia ad increatam ueritatem ueluti materia ad formam, reducitur. Stante ergo figurato, stat figura. Figuratum autem est æternum, quia est æterna ueritas. Igitur & figura est æterna. Quare legem ipsam Mosaicam quæ figuris plena est, æternam esse, consequens est. Ex quibus legem ueterem quo ad cæremonialia, semper stabilem esse inferunt. GAL. Friuola certe sunt admodum hæc argumenta, & tanquam falsitatis palea igne ueritatis comburenda. Sed primum quidem eorum conclusionem falsam omnino esse, ostendam. Deinde uero ad ipsa argumenta respondebo. Conclusio igitur qua legem antiquam semper eodem ritu obligatoriam asserunt, hac ratione reuincitur. Quicquid ab aliquo mutabili recipitur, illud quoq; mutari potest. Probatur, Vnumquodque enim receptibile per modum recipientis recipitur. Quod in singulis, ac in nostræ animæ uiribus dijudicari potest. Lex autem uetus est huiusmodi, quia recipitur ab homine, cuius natura assidua mutatione agitatur, igitur & ipsa mutari potest.

Iudæorum recentiorum argumenta.

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

Iudaicæ cõclusionis confutatio.

Quemad-

Quemadmodū enim pater filium ſuum infantem, puerum, adoleſcentem, iuuenemq; uariis legibus educat: ita alia ducitur lege congregatio humana quæ ſapiens & iuſta eſt, alia quæ inſipiens. Inſipiens autem & nequam erat Iudæorum genus per Moſem ab Ægyptiorum ſeruitute redemptum. Quod ipſa Moſaica ſcriptura ſæpenumero teſtatur. Vnde plurima legis præcepta cæremonialia (teſte Rabbi Moſe Ægyptio in tertio tractatu ſui libri More nuncupati) magis exigebat populi illius hebetudo, & praua idololatriæ conſuetudo, quàm illorum perfectio, iuxta illud Pſalmographi dictum, In chamo & freno maxillas eorum conſtringe, qui nō approximant ad te. Quapropter ipſa recipientis hebetudine prauaq; conſuetudine, uelut infantiæ ætate mutata, ipſum quoq; receptum, id eſt legem mutari quoq; contigit. Nō ergo ſemper eodem ritu obligat lex. Quod etiam tam ipſius legis, quàm ueterū Talmudiſtarū teſtimonio confirmatur. Lex enim ipſa ad ſui (excepto decalogo) obſeruationem non obligabat, niſi in terra promiſſionis, regnāte uidelicet templo, Iudæorumq; ſceptro. Extra uero terram ipſam promiſſionis, minime obligabat. Et hoc plane litera ipſa oſtendit, ſic Deut. 4. c. dicens, ראה למדתי אתכם חקים ומשפטים באשר צוני יהוה אלהי לעשות כן בקרב הארץ אשר אתם באים שמה לרשתה : Hoc eſt, Ecce docui uos cęremonias & iudicia, ſicut mandauit mihi Dominus Deus meus, ut faciatis ſic in terra, quam poſſeſſuri eſtis. Et poſt pauca inquit, ויגד לכם את בריתו אשר צוה אתכם לעשות עשרת הדברים ויכתבם על שני לחות אבנים : ואתי צוה יהוה בעת ההוא ללמד אתכם חקים ומשפטים לעשתכם אתם בארץ אשר אתם עברים שמה לרשתה : i. Et denunciauit uobis fœdus ſuum, quod præcepit uobis, ut faceretis uerba decem, quæ ſcripſit in duabus tabulis lapideis. Mihiq; mandauit in illo tempore, ut docerē cæremonias & iudicia quę facere deberetis in terra, quam poſſeſſuri eſtis. Vbi duo ſunt ualde animaduertenda. Primum, quòd decem præcepta ſingulariter appellauit fœdus ſuū, quomodo & uniuerſa lex frequentius appellari ſolet. Vt inde innoteſceret, totius legis intētionem in his decem præceptis conſiſtere, atq; dependere. Quod Doctores Iudæorū planius inſinuāt, & præſertim R. סעריה Seadias in lib. האמונות Haemunoth, id eſt credendorum. Vbi docet, omnia legis mandata in ipſa decem decalogi præcepta reduci. Secundo uero animaduertendū eſt, quòd præcepit decem hæc uerba ſimpliciter fieri, nullam loci appo nendo conditionem. Et hoc ideo, ut oſtenderet ea nunquam ceſſatura eſſe. Cum ipſa decem præcepta ſunt de iure naturæ, ac æternæ legis no bis innata participatio, quæ nec loco nec tempore uariatur. De cæteris autem legis mandatis loquens, mox adiecit dicens, Quæ facere debere tis in terra, quam poſſeſſuri eſtis. Ex quo manifeſtè patet, Iudæos extra terram promiſſionis ad ea minime obligari. Hæc eadem etiam ſententia alijs habetur in locis, uidelicet Deuter. 5. 6. 12. & 11. capitibus. Quare manifeſtum

manifestum est, quòd ipsamet lex suam mutabilitatem secundum loci mutationem testetur. Id idem quoq; per priscorum Talmudistarũ dicta probatur, quę & si plura sunt, unum tamen duntaxat breuitatis gratia, satis sit adducere, ex libro scilicet Sanhedrin, cap. quod incipit, אלו חנוקין Ellu hahukim. i. Hi sunt qui strangulantur. Vbi sic dicit, אמר ר׳ יוחנן בכל אם יאמר לך חנביא עבור על דברי תורה עבור חוץ מעבודה זרה Hoc est, Dixit R. Iohanan: In omnibus in quibus dixerit tibi prophetа, Transgredere legem, obtempera, excluso idololatriæ cultu. Vbi denicq; concludunt, quòd si tempus exigat aliquid de lege mutari, quòd appellant הוראה שעה Horath saa. i. indicatio horæ uel temporis, illud propheta, ac etiam aliquis minor quàm propheta, dummodo suo in seculo sapientior cæteris habeatur, mutare potest. Quod si illa temporis occasio perduraverit, & illa quoque pars legis sic mutata permanebit. Idem etiam R. Moses Ægyptius in libro iudicũ plane ostẽdit, in חלכות מסירים Halcoth mamorim. i. in sententijs rebellium, cap. 2. Taceo hic Cabalistarum sententiam, qui aiunt, legem traditam fuisse propter serpentis uenenum in Adam immissum, & Messia adueniente, huiusmodi uenenum cessaturum. Et per consequens legem ipsam in aduentu Messiæ cessare debere. Ex his igitur liquido patet, conclusionis ludæorum falsitas, de perpetua legalis obseruãtiæ obligatione. Nunc ad eorum argumẽta. Quanquam igitur ex iam dictis, rationum quibus conclusionem suam probare nituntur, solutio facile cõstare possit. Vt magis tamen earundem rationum falsitas appareat, ad eas respondeamus. Cum igitur primo sic argumentant. Quamdiu manet causa, tamdiu manet eius effectus. Conceditur de causa, quam necessario & per se sequitur effectus, & tunc neganda est minor. Quod scilicet totius legis semper maneat causa, totũ pro singulis partibus accipiẽdo. Quamuis enim legis potissima intentio semper maneat, nõ tamen cuiuscunq; particulæ legis. Multa nanq; sunt in lege, quæ non per se, & prima intentione necessitantur à fine, sed sunt aut remouẽtia prohibens, aut ad bene esse. Veluti sacrificia, & quàmplurima cæremonialia. Vt R. etiam Moses Ægyptius in tertio tractatu libri More ostendit. Et secundum Talmudistarũ sententiam, talia sunt quæ extra terram promissionis, ad obseruandum non obligant. Quod fieri non posset, si ea ad humanam salutem per se & necessario pertinerent. Secunda uero ratio quę magis eorum propria esse uidetur, nihil aliud conuincit, quàm quòd ea quæ ad cognitionem & mores attinent, permaneãt. Quod & catholica ueritas non spernit. Immo iubet cuncta legis moralia seruari, non quia legis sint Mosaicæ, sed quia legis æternæ, cuius nostris mentibus inscriptio lex naturæ uocari solet. Postremo uero cum sic argumentantur. Quamdiu stat figuratum, stat figura. Figuratum autem stat in æternũ, quia est ueritas æterna. Igitur & figura stat in æternum. Id quidem to-

Talmudistarũ sententia de legis mutabilitate.

Cabalistarum sententia de legis ueteris datione & cessatione.

Responsio ad argumenta.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

tum comprobamus. Sed inde non sequitur, quòd exterior legis obser-
uatio obligatorie maneat. Quia legis figuræ potissimum in ipso literali
intellectu consistunt, qui nos ad intellectualem allegoriam ducit, & sti
mulat. Actus uero corporis exterior & si ad stimulandum coadiuuet,
paruam tamen in hoc uim habet, sed ipsa literalis interpretatio conce-
pta potissimum nos ad hoc ducit, & stimulat, & si nihil exterius aga-
mus. Quantum uero arcana legis literalem intellectum excedant in pri
mo libro huius operis latissime patuit. Iudaicis igitur supradictis ratio
nibus non obstantibus, patet ex antedictis, legem Iudæorum mutabi-
lem fuisse. Quæ & crebro mutata fuit.

Quòd lex Iudæorum sæpenumero mutata sit. *Cap.* IIII.

CAPNIO.

HOc ego uelim per eorum scripturas probares, legem scilicet ueterem sæpenumerò mutatam fuisse. GAL. Primum itaq; audi, quod in libro מכות Maccoth, id est flagellorum, in cap. quod incipit, אלו חן חלוסין Illu hen hallokin, id est, Hi sunt flagellan-
di. Hoc modo legitur: Dixit Rabbi כומלי Cumlai. Sexcenta tredecim præcepta data sunt Mosi in Sinai. Trecenta enim sexaginta quinq;, ut est numerus dierum solis. Ducenta autem & quadraginta octo, quot sunt membra in homine. Dixit Rabbi, Per quam scripturam probatur hoc? Per eam quæ dicit Deuteronomio trigesimo tertio capite, תורה צוה לנו בושה Hoc est, Tora, id est legem præcepit nobis Moses. Nam תורת tora, id est lex arithmetice ita se habet, id est literis talibus scribi-
tur, quæ sexcenta & undecim efficiunt. Nam ת tau quidem quadringenta significat, & ו uau sex, ר res autem ducenta, & ה he quinq;. Duo ue-
ro alia habentur Exodi uigesimo capite. Vbi dicitur, לא יהיה לך אלהים אחרים על פני : לא תעשה לך פסל וכל תמונת Hoc est, Nõ erit tibi Deus alienus ante facies meas, uel coram me. Non facias tibi sculptile, neque omnem similitudinem, & reliqua. Hæc uero duo præcepta ab ore ueri-
tatis. i. Dei audiuimus. Quę omnia sexcenta & tredecim sunt. Venit au-
tẽ Dauid, & cõstituit præcepta sexcenta tredecim ista super undecim. Sicut dictum est Psal. 15. מזמור לדוד יהוה מי יגור באהלך מי ישכן בהר קדשך : הולך תמים ופעל צדק ודבר אמת בלבבו : לא רגל על לשנו לא עשה לרעהו רעה וחרפה לא נשא על קרבו : נבזה בעיניו נמאס Id est, Psalmus Dauid. Deus quis habitabit in tabernaculo tuo? & quis morabitur in monte sancto tuo? Qui ambulat perfectus, & qui operatur iusticiam, & qui loquitur ueritatem in corde suo, Et non detulit super linguam suam, id est non detraxit. Nec fecit amico suo, id est socio suo malum, & opprobrium non leuauit, uel non tulit super proximum suum, In cu-
ius oculis despectus est reprobatus. Talis fuit Ezechias Rex Iuda, qui

Legis ueteris præcepta quot fuerint.

traxit

traxit ossa patris sui in rete. Sequitur יראי יחוה יכבר Hoc est, Timentes autem Deum honorat. Talis fuit Iosaphat Rex Iuda. Ipse enim in hora qua uidebat Doctorē sapientem, surgebat de throno & sede sua, & amplexabatur eum, atq; osculabatur, uocabatq; eum Rabbi, id est, Magister mi. Sequitur, נשבע לחרע ולא ימר Id est, Qui iurat ut malefaciat (scilicet sibi) uel ut affligat se, & non mutat. Vbi glossa Rabbi Selomonis. Qui iurat (inquit) ut malefaciat sibimet, uel ut affligat seipsum, & non mutat iuramentum. Multo igitur minus mutat quod non nocet sibi. Sequitur, בספו לא נתן בנשך Hoc est, Argentum suum non dedit ad usuram. Etiam ad usuram goi, id est ei qui non est Iudæus, ושוחר על נקי לא לקח עושה אלה לא ימוט לעולם Id est, Et munus contra innoxium non accepit. Qui facit hęc, non mouebitur in seculum. Cum Rabban Gamliel perueniebat ad scripturam hanc, flebat dicens, Qui fecerit hæc omnia, non mouebitur. Si autem non feceris, mouebitur. Hęc glossa Rabbi Selomonis. Sequitur autem in traditione pręmissa. Venit enim Isaias & constituit ea, scilicet 613. præcepta legis super sex, sicut dictum est Isaiæ 33. c. חולך צדקות ודבר מישרים מאס בבצע מעשקות נער כפיו מחמר בשחר אטם אונו משמע דמים ועצם עיניו מראות רע : הוא מרומים ישכן Id est, Qui ambulat in iustitijs, & loquitur æquitates, qui reprobat auariciam calumniarum uel uiolētiarum, qui excutit manus suas à susceptione muneris, qui obturat aurem suam ab auditu sanguinum, & claudit oculos suos à uisione mali, ipse excelsa inhabitabit. Venit quoq; Micheas, & constituit ea scilicet legis præcepta super tria. Sicut dictum est Micheæ 6. capite, הגיד לך אדם מה טוב ומה יחוה דורש ממך כי אם עשות משפט ואהבת חסד והצנע לכת עם אלהיך : Id est, Annunciauit tibi homo quid sit bonum. Et quid deus petit à te? utiq; facere iudicium, & diligere pietatem, & abiecte uel humiliter ambulare cum Deo tuo. Vbi glossa Rabbi Selomonis ait, Interpretatus est hoc Ionathan sic, יהוי צניע להלכא ברחלתא דאלהך Hoc est, Et esto abiectus ad ambulandum cum timore Dei tui. Alius sermo. Annunciauit Deus sanctus & benedictus tibi homo, quid sit tibi bonum ad faciendum. Vt scilicet facias iudicium iusticiæ, & diligas pietatem misericordiæ, & honeste uel secrete ambules cum Deo tuo. Non est enim similis mos Dei sancti & benedicti mori carnis & sanguinis. Quippe mos carnis & sanguinis est, quòd si homo cōfundit proximum coram multis, & postmodum uenit ad placandum eum. Dicit ei, Non ero placatus tibi, quousq; non ueniant illi, coram quibus confudisti me. Deus autem non uult, quòd homo pœniteat, nisi inter se & ipsum. Hæc Rabbi Selomo. Sequitur deinde in traditione, Rursus constituit ea scilicet præcepta omnia legis super duobus, sicut dictum est Isaiæ 56. capite, שמרו משפט ועשו צדקה Id est, Custodite iudicium, & facite iusticiā. Venit tandem Habacuc, & constituit ea omnia super unum. Sicut di-

ctum est 2. cap. eiusdem prophetæ, ויצריק באמונתו יחיה Hoc est, Et iu-
stus in fide sua uiuet. Hęc omnia traditio prædicta, exceptis R. Selomo
nis glossis. Quis etiam in principio eiusdem traditionis sic dicit, Omni
tempore generationes minorationem præceptorum fecerunt, paucis-
cantes ea. In principio enim fuerunt iusti, qui potentes erant ad susci-
piendum multorum præceptorum iugum. In generationibus autem
posteriorum non fuerunt omnino iusti huiusmodi. Quare si uenissent
ad obseruandum omnia præcepta illa, non fuisset aliquis qui potuisset
iustificari. Hæc R. Selomo. Item eodem in libro & loco ita ad uerbum
legitur: Dixit Rabbi Ioses, Quatuor decreta instituit Moses super Is-
rael. Veneruntq; quatuor prophetæ, & deleuerunt ea. Moses enim di-
xit Deuteronomij 33. capite, וישכן ישראל בטח בדד עין יעקב Hoc est,
Et habitabit Israel confidenter, solummodo oculus Iacob. Vbi glossa
Rabbi Selomonis. Quando (inquit) habitabit Israel cõfidenter? Cum
fuerint sicut oculus Iacob, id est omnino tales, qualis Iacob. Venit au-
tem Amos, & cassauit illud. Sicut dictum est Amos 7. capite, אדני
יהוה סלח נא מי יקום יעקב Hoc est, Domine Deus propitiare quæ-
so, quis stabit ut Iacob? Vbi glossa Rabbi Selomonis ait, Quis pote-
rit esse sanctus, ut Iacob? Nunquid parum hoc? Quoniam & ibidem
scriptum est, נחם יהוה על זאת גם חיא לא תחיה אמר יהוה Id est, Miser-
tus est Deus, uel pœnituit Deum super hoc. Etiam ipsum non erit, di-
xit Deus. Moses etiam dixit Deuteronomij trigesimo octauo capite,
ובגוים התם לא תרגיע Hoc est, Et in gentibus istis non quiesces. Venit
autem Ieremias, & deleuit illud. Sicut dictum est Ieremiæ trigesimo
primo capite, חלוך להרגיעו ישראל Hoc est, Vadet ad requiem
suam Israel. Moses quoque dixit Exodi nono capite, פקד עון אבת על
בנים Hoc est, Visitans peccatum patrum super filios, & reliqua. Ve-
nit autem Ezechiel, & deleuit illud: ut dictum est Ezechielis decimo
octauo capite, הנפש החטאת היא תמות בן לא ישא בעון האב ואב לא ישא
בעון הבן Id est, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur: filius non por-
tabit peccatum patris, & pater non portabit peccatum filij. Moses
præterea dixit Leuitici uigesimo sexto capite, ואבדתם בגוים Hoc
est, Et perdemini in gentibus. Venit autem Isaias, & deleuit illud.
Quemadmodum dictum est uigesimo septimo capite, eiusdem pro-
phetæ, והיה ביום ההוא יתקע בשופר גדול ובאו האבדים בארץ אשור והנדחים
בארץ מצרים והשתחוו ליהוה בהר הקדש בירושלם Id est, Et erit in die il-
la, clangetur tuba magna, & uenient perditi in terra Assur, & pulsi
in terra Ægypti, & adorabunt Deum in monte sancto in Ierusalem.
Hactenus traditio. Cui addendum est quod in Midras במדבר סיני
Bamidbar sinai, id est in expositione libri Numeri legitur, ubi exponi-
tur illud Numeri uigesimo secundo dictum, ועתה אם רע בעיניך אשובה
לי Hoc est, Et nunc si malum est in oculis tuis, reuertar mihi. Dixit ei,
Balaam

Balaã ſcilicet angelo. Ego nõ iui, donec dixit mihi Deus ſanctus & benedictus. Surge & uade cum eis, Et tu dicis mihi, ut reuertar? Dixit ei angelus, Ita enim eſt officiũ, uel ars eius. Nónne dixit & Abrahę Geneſis uigeſimo ſecundo capite, Vt immolaret filium ſuum? Et tamen poſt hoc ſcriptum eſt, ibidem, Et uocauit eum angelus domini, & dixit, Ne extendas manum tuam ſuper filium tuum. Vbi docetur, quòd rem uel uerbum quod ipſe dixit, quandoq; ex uoluntate eius angelus reuocat. Præmiſſis deniq; annectendum quoq; eſt, quod in libro Sanhedrin, in capite אלו הן חנחנסים Ellu hen hannehenakim, ita ſcribitur, Plus uel maius eſt in uerbis ſcribarum, id eſt ſapientum, quàm in uerbis legis, hoc eſt maioris authoritatis ſunt magiſtrorum uerba, quàm legis. Qui enim dicit, Non ſunt תפילין tephillin, id eſt phylacteria, tranſgrediens uerba legis, פטור Patur, id eſt immunis eſt. Qui uero ait, quòd quinq; ſunt טטפת totaphoth, id eſt phylacteria. De quibus Deuteronomij ſexto capite fit mentio, addendo uerbis Sophrim, id eſt ſapientum, uel ſcribarum, reus eſt. Item in Midras אלה חרברים Elle haddebarim, id eſt in expoſitione Deuteronomij ſuper uerbum illud, Non deuiabis, uel non declinabis à uerbo quod annunciauerint tibi, ad dexteram, neq; ad ſiniſtram. Sic dicitur, Etiam ſi oſtenderint in oculis tuis de dextera quòd ſit ſiniſtra, & de ſiniſtra quòd ſit dextera: crede eis, uel obtempera. HOG. Quid erant phylacteria iſta? GAL. De his Deuteronomij ſexto capite, ita ſcriptum legitur, וקשרתם לאות על ידך והיו לטטפת בין עיניך Hoc eſt, Et ligabis ea ſcilicet præcepta in ſignum ſuper manus tuas, & erunt in totaphoth, id eſt in phylacterijs inter oculos tuos. Scias igitur phylacterium nomen eſſe Græcum, & dicitur (ut quibuſdam placet) ἀπὸ τοῦ φυλάξειν uerbo Græco, quod eſt ſeruare, & תורת tora Hebraicè, quod legem ſignificat, inde phylacteria quaſi legis conſeruatoria, Quod mihi minime placet. Cum lingua Græca atq; Hebraica haudquaquam commiſceri poſſint. Quare uocabulũ hoc totum Græcum eſſe aio, atque Græcè φυλακτήριον dici. Faciebant enim quatuor huiuſmodi conſeruatoria, in quibus decalogus ponebatur. Vnum q; in capite ligabant, ubi cerebrum pueris paruulis palpitat. Hæc autem in Talmud dicuntur, תפילין tephillin, in Deuteronomio uerò טטפת totaphoth. Ex his igitur omnibus liquidò patet, legem Moſaicam non ſolum mutabilem, uerumetiam plerunque mutatam fuiſſe. Quare omnia præmiſſa in rationis ordinem redigentes, ita demum concludamus. Cum omnia quæ de præceptis legis prophe ta, uel etiam aliquis alius ſapiens minor quàm propheta, tranſgredienda dixerit, dempta idololatria, tranſgredienda ſint. Vt per Talmud in præcedenti capite probatum eſt. Quam ob rem ſexcenta tredecim legis præcepta Dauid ad undecim reduxit. Et poſt eum Iſaias ad ſex.

Phylacteria quid erant.

Concluſio præ dictorum.

Deinde Micheas ad tria. Rursus Isaias ad duo. Habacuc tandem ad unum, scilicet ad fidem ex dilectione Dei & proximi operãtem. Vt paulò superius in hoc capite ostensum est, & Messias (ut in antecedentibus patuit) sit maior Abraham, cæterisq; patriarchis, ac maior Mose, omnibúsque Prophetis, maior quoque Angelis ministerij, qui immediatius cæteris Deo assistunt. Nihil igitur prohibet, Messiam potuisse cæremonialia omnia præcepta legis reuocare, atque ad spiritalem sensum reducere. Maxime cum sic futurum fuisse, constet; ut suprà probatum est.

Refelluntur Iudæorum obiecta, legem ueterem etiam, quo ad cæremonialia permansuram fuisse, per ipsius legis testimonia probare conantium. Caput V.

CAPNIO,

Iuniorum Iudæorũ obiecta. Primum obiectum quo ad legem.

EX his Iudæi recentiores maiori ira & odio succensi, cõtra nos legis testimonia inducunt, quæ cæremonialium legis permanentiam ostendere uidentur. Primum & illud Deuteronomij uigesimo nono capite scriptum, in medium afferunt, הנסתרת ליהוה אלהינו והנגלת לנו ולבנינו עד עולם לעשות את כל דברי התורה הזאת Hoc est, Absconditum Deo nostro, supple attribuitur, & quæ manifesta sunt, nobis & filijs nostris usq; in æternum, scilicet concessa sunt, ut faciamus uniuersa legis huius. Ex quo uniuersam legem in æternum permansuram esse inferunt. Deinde quantum ad circumcisionem, illud

Secundum obiectum quo ad circũcisionem.

Genesis decimo septimo capite, dictum adducunt, והיתה בריתי בבשרכם לברית עולם : וערל זכר אשר לא ימול את בשר ערלתו ונכרתה הנפש ההיא מעמיה Id est, Et erit fœdus meum in carne uestra in fœdus æternum. Et præputiatus masculus qui non circumciderit carnem præputij sui, abscindetur utique anima eius de populo suo. Quantum uero ad sabbatum, illud nobis obijciunt, quod Exodi trigesimo primo capite, hoc modo scribitur, ושמרו בני ישראל את השבת לעשות את השבת לדרותם ברית עולם : ביני ובין בני ישראל אות היא לעולם כי ששת ימים עשה יהוה את השמים ואת הארץ וביום השביעי שבת וינפש Hoc est, Custodient filij Israel sabbatum, ad faciendum sabbatum in generationes suas, pactum æternum, inter me & inter filios Israel signum est in æternum. Quia sex diebus fecit Deus cœlos & terram, & in die septimo requieuit, & animauit. Quantum insuper ad festum paschæ, illud nobis opponunt, quod Exodi duodecimo capite, ita scriptum est, והיה היום הזה לכם לזכרון וחגתם אתו חג ליהוה לדרותיכם חקת עולם Id est, Et erit dies hæc uobis in memoriale, & solennizabitis eam solennitatem Domino in generationes uestras lege æterna. Rursus ibidem,

Tertium obiectum quo ad sabbatum.

Quartum obiectum quo ad festum paschæ.

ושמרתם

ושמרתם את הדבר הזה לחק לך ולבניך עד עולם Hoc est, Et custodi rem hanc in legem, uel in præceptum tibi, & filijs tuis in æternum. De primitijs tandem frugum offerendis, & de solennitate pentecostes, ac oblationibus, alijsque sacrificijs, deque die propitiationis in casulis, necnon de panibus propositionis, quos rectius illi facierum uocant, illud contra nos inducunt, quod Leuitici uigesimo tertio habetur. Vbi de casula ista ita dicitur, כל מלאכת לא תעשו חקת עולם לדרותיכם בכל מושבותיכם Id est, Omne opus non facietis. Lex uel præceptum sempiternum erit generationibus uestris in cunctis habitationibus uestris. Et iterum uigesimo quarto capite, ביום השבת יערכנו לפני יהוה תמיד מאת בני ישראל ברית עולם Hoc est, In die sabbati præparabuntur coram deo iugiter à filijs Israel fœdere sempiterno. Quod de panibus facierum, id est propositionis dictum est, His atque similibus probare nituntur nequissimi Iudæi nostri temporis, legem Mosaicam quo ad cæremonialia nequaquam cessaturam fuisse, sed in æternum duraturam. Quare te ista pro uiribus refellere oportet. GAL. Id quoque libentissime faciam. Id igitur ex quo primum legis mandata in æternum seruanda concludunt, si ad moralia præcepta referunt, uerum quidem dicunt. Nam quæcunque ad mores pertinent, semper permanent, semperq; seruari debent. Et hoc modo catholica ueritas (ut superius dictum est) legis moralia seruari præcipit, non quia legis Mosaicæ præcepta sint, sed quia legis æternæ. Si autem ad cæremonialia, eorum argumentum referatur. Dico, quòd tunc æternum siue sempiternum pro perpetuo, aut pro seculo intelligitur. Nam ubicunque his in locis nos æternum siue sempiternum in nostra ædificatione habemus, Hebraicus textus עולם olam habet, quod pro perpetuo, aut pro seculo, ibidem accipitur. Si igitur עולם olam, eisdem in locis pro perpetuo accipiatur, tunc olam idem est quod continuum, quódque pro rei alicuius seculo, siue ætate sine interruptione durat. Perpetuum enim, propriè idem est quod continuum. Iuxta illud Ouidij, Ad mea perpetuum deducite tempora carmen. Hinc perpetuam orationem dicimus, quæ continua & absque interruptione est. Hinc perpetuus Consul, perpetuus Censor, perpetuus Imperator dicitur, qui semper & continuò dum uixit, uel Censor, uel Consul, uel Imperator extitit. Quo tamen defuncto, alius suffectus est. Sic circumcisio, sic & alia cæremonialia in fœdus olam, id est, perpetuum, seruanda Iudæis data fuerunt: hoc est, semper & continuò, donec seruanda essent, & non ulteriùs. Si autem olam, pro seculo accipiatur, tunc olam, non æternitatem, sed tempus determinatum importat. Ad quòd probandum, illud in primis afferam, quod de Semuele, ab Hanna matre eius, primi libri Regum pri-

Quintum obiectum quo ad alia cæremonialia.

Obiectorum prædictorum confutatio.

Olam Hebraica dictio, quid significet.

mo capite sic dictum est, והמיאתיו ונראה את פני יהוה וישב שם עד עולם
Id est, Et adducam eum, & apparebit in conspectu Dei, & morabitur
ibi leolam, id est in seculum. Vbi glossa Rabbi Selomonis ait, id est
usque in seculum leuitarum. Sicut dictum est Numeri octauo capite,
ומבן חמשים שנה ישוב מצבא העבדה ולא יעבד עוד Hoc est, Et à filio
quinquaginta annorum cessabit negocium seruiendi, & non seruiet ul
trà. Et sic fuerunt omnes dies Semuelis 52. anni. Deinde ualde notan-
dum est, quod in Midras אלה הדברים Elle hadebarim, id est in expo-
sitione libri Deuteronomij legitur, super illud 15. cap. eiusdem libri di-
ctum, ולקחת את המרצע ונתת באזנו ובדלת והיה לך עבד עולם Hoc est,
Et accipies subulam, & dabis eam in aurem eius, & in ianua, & erit tibi
seruus olam, id est seculi. Ibi enim sic dicitur olam, id est cunctis diebus
seculi Domini usq; ad iubileũ, etiam si emptus esset trigesimo uel qua-
dragesimo anno ante iubileum. Hactenus Midras, id est expositio. Ex
qua patet, quòd hoc in loco olam, id est seculum, pro quo interpres no
ster ęternum posuit, unus annus, uel etiam minus, secundum quod do
minus serui illius citius aut serius mori poterat. Hoc autem Rabbi Se-
lomo in glossa super eadem uerba ita probat, Et erit tibi seruus olam,
id est seculi. Potest (inquit) hoc esse sicut auditus eius ostendit, quod
scriptum est Leuit. 25. cap. ושבתם איש אל אחזתו ואיש אל משפחתו תשבו
Hoc est, Et reuertemini unusquisq; ad possessionem suam, & quilibet
ad familiam suam redibit. Ecce hinc doceris, quòd istud olam non est
nisi seculum iubilei. Hæc Rabbi Selomo. Confirmatur id quoq; in li-
bro Kiddussim, id est, Sponsalitiorum. Cum sic ibi inter cętera dicitur,
Quid est quod scriptum est Exodi uigesimo primo capite, ורצע אדניו
את אזנו במרצפ ועבדו לעולם Hoc est, Et perforabit Dominus eius au-
rem ipsius subula, & seruiet ei leolam, id est in seculum? Vsq; ad quod
seculum? Vsque ad seculum iubilei, uel usque ad mortem Domini sui.
Sicut scriptum est ubi suprà. Et seruiet ei, Non ergo seruiet filio eius.
Hæc traditio. Idem quoque & per Rabbi Dauid Kimhi patet, in libro
Serassim sic dicentem, Scriptum est Exo. uigesimo primo capite, & ser-
uiet ei leolam, id est in seculum. Vult dicere omnibus diebus usq; ad iu
bileum. Item illud Prouer. uigesimo secundo capite scriptum, אל תסג
גבול עולם אשר עשו אבותיך Hoc est, Ne repellas, uel ne postponas ter-
minum olam, id est dierum multorum, quem fecerunt patres tui. Item
apud Ieremiam secundo capite, כי מעולם שברתי עלך Id est, Quoniam
meolam, id est ex multo tempore confregisti iugum tuũ. Et in Psal. 119.
לעולם לא אשבח פקודיך Hoc est, In seculum non obliuiscar mãdata tua.
Vult dicere leolam, uel in seculum, id est omnibus diebus uitę meæ nõ
obliuiscar mandata tua. Hæc R. Kimhi. Ex his igitur omnibus manife-
stum est, q; hæc dictio olã, nec æternitatẽ, nec sempiternitatẽ significat,
sed

sed seculum,& tempus determinatum, & aliquãdo ualde paruum, ut iam ostensum est. Ex quo patet, quòd author nostræ æditionis tam Græcæ quàm Latinæ,& quicunq; alij interpretes pro hac dictione olã æternum,uel sempiternum traduxerunt,ubi diuina scriptura de circũcisione,de sabbato,de casulis,uel de cæteris cæremonialibus loquitur, longe aliter,quàm ueritas habeat,interpretati sunt.Propter quod nõnulli in Iudaicum lapsi errorem,à fide Christiana irreuocabiliter abducti sunt.Cum de circumcisione alijsq; cæremonialibus pactum ęternũ, aut legitimum sempiternũ eos audire,aut legere contigit. Quid autem sit æternum,quidue sempiternum apud Hebræos, R.Kimhi in libro Serassim optime declarat,cum inquit:Scriptum est Psal.84. יחללוך סלה .i.Laudabunt te sela.i.in sempiternum.Exposuerunt enim hanc dictionem סלה sela עד had.i.in sempiternum. Ita quoq; in uerbis Magistrorum nostrorum traditio est ex domo R.Elazar, Quod omnis locus in quo ponitur נצח Nezah, סלה Sela, ועד Vahed,nõ habet intermissionem,sed in seculum & in secula seculorum significat.Nezah enim sicut scriptum est Isa.57.c. ולא לנצח אקציף Hoc est,Et non ad Nezah.i. in æternum,uel in sempiternum irascar,nel spumabo. Sela uero, sicut scriptum est Psal.48. יבוננה עד עולם סלה Hoc est,Rectificabit,uel cõponet,uel ordinabit eam usq; in seculum sela.i.in seculum sempiternũ, uel semper. Vaed autem,sicut scriptũ est Exo.15. יהוה ימלוך לעולם ועד Hoc est,Deus regnabit in seculum uaed.i.in æternum uel sempiternũ. Hæc R.Kimhi.Cum nulla igitur harum dictionũ in lege ponatur,ubi de circũcisione,de sabbato,de sacrificijs,deq; cæteris cæremonialibus fit mẽtio,sed duntaxat עולם olam,ut usum est,palàm absq; dubio manifestum est,cæremonia illa non fuisse in ęternum ad literam seruanda, sed ad tempus terminatum,uidelicet usq; ad Messiæ aduentum. Præsertim quia ipsa cum iuxta literam essent non bona, spiritualiter tantum in diebus Messiæ seruari debebant.

Quòd cæremonialia omnia ueteris legis præcepta erant non bona, non tamen mala. *Caput* VI.

CAPNIO,

VIm ęremonialia Mosaicę legis mandata à deo data fuerint, miror te ea non bona dixisse. GAL. Iudaicas idcirco cæremonias præcepta non bona dixi,quia sic eas Deus ipse uocauit,cum apud Ezec.20.c.ita dixit, ואני נתתי להם חקים לא טובים ומשפטים לא יחיו בהם : ואטמא אותם במתנותם בהעביר כל פטר רחם למען אשימם למען אשר ידעו אשר אני יהוה Id est,Ego dedi eis præcepta non bona,& iudicia in quibus non uiuent.Et pollui eos in donarijs eorum,in transferẽdo,uel traducẽdo omne aperiẽs uuluã,propter delicta eorũ,uel ut deso-

desolarem eos. Vt scirent, quòd sum Deus. Vbi glossa Rabbi Selomonis, sic exponit uerbum illud למען אשימם Lemaan assimem, id est ut desolarem eos, atq; destruerem. אשימם Assimem enim est uocabulũ desolationis, id est desolationem significans. Qui ergo exposuit hoc per uocabulum delicti, dicens, propter delicta eorum, errãs est. Aleph enim quæ ibi est, non est de dictionis radice. Vt sciant, uel ut scirent, quòd sum Deus. Cum scilicet adduxero super eos mala. Hæc Rabbi Selomo. Si igitur Deus ipse cæremonialia præcepta quæ Iudæis dedit non bona nuncupauit, mirum neq; tibi, neq; cuipiam uideri debet, si ea ita quoq; ipse appellaui. CAP. Quam ob rem igitur dicta sunt non bona? GAL. Quia per ea homines non iustificabantur. Erant enim umbræ, gratiam qua nunc iustificamur, præsignantes. Nec tamen mala fuisse dicenda sunt, cum diuinitus præcepta fuerint, tempori personisq; congruentia. Et propterea forte Deus ea nõ dixit mala, sed solum non bona, id est non talia, ut per ea homines boni iustiq; fierent. Quare Abraham cæteriq; omnes patres rei atq; culpabiles Deo fuerunt, usq; adeo, quòd sacrificijs cæterisq; cæremonialibus non obstantibus, ad infernũ descendebant, ut in præcedentibus satis abunde probauimus. Hinc non ab re Isaias 40. cap. dixit, ולבנון אין די בער וחיתו אין די עולה Hoc est, Et libanus non est sufficiens ad succẽdendum, & animal eius non sufficit ad holocaustum. Quod glossa Rabbi Selomonis sic exponit, id est ad satisfaciendum pro peccatis gentium. Libanus autem nõ intelligitur nisi templum, ut liquido patet in Midras שיר השירים Sir hassirim, id est in expositione Cantici canticorũ. Vbi sic dicitur, super illud 7. cap. eiusdem libri dictum, אפך במגדל הלבנון Hoc est, Nasus tuus sicut turris libani, id est domus sanctuarij. Quemadmodum enim nasus iste datus est in altitudine hominis: ita domus domini, id est templum, data est in altitudine mundi. Cum ergo dicitur, Sicut turris libani. Non est libanus nisi domus sanctuarij. Sicut dictum est Deut. 3. ca. החר הטוב הזה והלבנון Id est, Mons bonus iste & libanus. Hęc traditio. Libanus igitur, id est templum, quemadmodum cum omnibus holocaustis & sacrificijs suis ad satisfaciendum pro peccatis gentium, iuxta Rabbi Selomonis expositionem, sufficiens non erat, ita nec ad satisfaciendum pro Iudæorum peccatis satis erat. Cum omnes tam boni quàm mali & si differenter, ad infernum descenderent. Quod per illud etiam quod in expositione libri Genesis, Rabbi Mosis Hadarsan scribitur, optime probatur, cum super illud uigesimo septimo capite, eiusdem libri dictum, ויהי כי זקן יצחק Hoc est, Et fuit cum senuit Ishac. Ita legitur: Dixit Rabbi Nahmia, Dilectæ sunt tribulationes à Deo magis quàm sacrificia. Sacrificia nanque, fuerunt de diuitijs hominis, tribulationes uero de corpore ipsius. Sicut dictum est Iob secundo capite, עור בעד עור וכל אשר לאיש יתן בעד נפשו Hoc est, Pellem

Pellem pro pelle,& quicquid habet uir,dabit pro anima sua. Vbi anima pro corpore animato sumitur. Ex quibus omnibus patet propositum. Quod scilicet cæremonialia legis Mosaicæ & si mala non fuerint, quia à Deo præcepta fuerunt, erant tamen non bona, quia homines iustificare non ualebant. Idcirco adueniente Messia, ita finem habitura erant, quòd spiritualiter tantum seruari deberent.

Quòd circumcisio tempore Messiæ non carnalis, sed spiritualis seruanda erat. Caput VII.

CAPNIO,

VT magis igitur magisq; Iudæorum conuincatur perfidia, nũc per eorum scripturas probandum est. Quod in diebus Messiæ ipsorum cæremoniæ spiritualiter seruandæ forent. Quare de circumcisione primum id ostendas obsecro. GAL. In primis itaq; Dei omnipotentis uocem audiant, sic apud Ieremiam 4. cap. uiris Iuda & Ierusalem dicentis, נירו לכם ניר ואל תזרעו אל קוצים : המולו ליהוה וחסירו ערלת לבבכם איש יהודה וישבי ירושלם פן תצא כאש חמתי וכשרה ואין מכבה מפני רוע מעלליכם Hoc est, Nouate uobis nouale, & ne seminetis super spinas. Circumcidimini Deo, & auferte præputia cordis uestri uiri Iuda, & habitatores Ierusalem, Ne egrediatur uelut ignis indignatio mea, & accendatur, & nõ sit extinguens, propter maliciam operum uestrorum. Deuter. quoq; 10. cap. sic ait, ומלתם את ערלת לבבכם וערפכם תקשו עוד i. Et circũcidetis præputium cordis uestri, & ceruicem uestrã non indurabitis ultrà. CAP. Velim per eorum Doctores probares circumcisionem tempore Messiæ spiritualiter seruandam fuisse. GAL. Faciam equidem. In Midras igitur שיר השירים Sir hasirim, id est in expositione Cantici canticorum, super illud secundo capite, eiusdem libri dictum, ענה דודי ואמר לי Hoc est, Respondit dilectus meus, & dixit mihi. Ita legitur, Dixit ecclesia Israelis. Respondit mihi per manum Eliæ, expositionem per manum Danielis. Et dixit mihi per manum Regis Messiæ. Et quid dixit mihi? קומי לך רעיתי יפתי ולכי לך Id est, Surge tibi amica mea formosa mea, & uade tibi. Ecce enim hyems transijt. Et reliqua, usque עת הזמיר הגיע Hoc est, Tempus putationis peruenit. Peruenit enim tempus, ut redimatur Israel. Peruenit tempus, ut amputetur præputium, de quo dictum est Deuteronomio trigesimo capite, ומל יהוה אלהיך את לבבך ואת לבב זרעך לאהבה את יהוה אלהיך Id est, Et circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum, & cor seminis tui, ad diligendum Dominum Deum tuum. Et lex conuertetur ad nouitatem, & renouabitur Israel. Sicut dictum est Ieremiæ trigesimo primo cap. Et scindam cum domo Israel

& cum

& cum domo Iuda pactum nouum.i.legem nouã. Hactenus traditio, In qua duo ualde notãda manifeste patent. Primum quidem est, quòd circumcisio tempore Messię spiritualiter fieri debebat. Quod per illud Deuter. probat. Et circumcidet Dominus Deus cor tuum, & cor semi. nis tui. Quod non potest nisi spiritualiter intelligi, cum ad literam nul. latenus de corde aliquid sine morte auferri possit. Secundum uero est, quòd lex ad nouitatem conuerti debebat, propter legem scilicet nouã, quam Messias daturus erat. Ad cuius probationem illud Ieremię indu cit, Et scindam cum domo Israel & cum domo Iuda fœdus nouũ. Vbi per fœdus ueteres Talmudistæ legem intelligunt, ut in præcedentibus patuit. Hoc etiam ex eo potissimum probatur, quod in Bereshith רבה ketanna.i. in expositione libri Gen. legitur, super illud 17. cap. eiusdem libri dictum, ואתנה בריתי ביני וביניך Hoc est, Et dabo pactum meum inter me & inter te. Vbi R. Akiba sic dixisse dicitur, Quatuor sunt præ putia. Dicitur enim pręputium in aure, de quo scriptum est Iere. 6. cap. הן ערלה אזניהם ולא יוכלו להקשיב הנה דבר יהוה היה להם לחרפה לא יחפצו בו Hoc est, Cui loquar, & contestabor, & audient? Ecce præputiatæ sunt aures eorum, & non poterunt intende. re. Ecce uerbum Dei fuit eis ad opprobrium. Non uolunt ipsum. Di. ctum est etiam præputiũ oris. Sicut scriptũ est Exo. 6. c. ואני ערל שפתים Hoc est, Et ego præputiatus labijs. Et rursus ibidem, הן אני ערל שפתים i. Ecce ego præputiatus labijs. Dictum est etiam præputium in corde. Iuxta illud Iere. 9. c. וכל בית ישראל ערלי לב Hoc est, Et omnis domus Israel, præputiati sunt corde. Et iterum Leuit. 21. c. Et inducã eos in ter. ram inimicorũ eorum. Vt uel tunc supplicet, uel humilietur cor eorum pręputiatum, & tunc placent pro peccato suo. Et rursus ait Deut. 10. c. Et circumcidetis pręputium cordis uestri. Et denuo eiusdem libri 30. c. Et circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum, & cor seminis tui. Dici tur denique præputium in corpore, iuxta illud Gen. 17. c. Et pręputiatus masculus, qui non circumciderit carnem pręputij sui, abscindetur ani. ma illius de populo suo. Dixit R. Tanhuma, Dubium est circa hãc scri. pturam, quæ ait, Et pręputiatus masculus. Nunquid enim est ibi præ. putiata fœmina? Sed sensus est, quòd de loco unde quisque alienus est à Deo siue sit mas siue fœmina, inde circumcidendus est. Hęc R. Akiba. Ex quibus plane sequit, quòd sicut sunt quatuor pręputia, ita quatuor quoque circũcisionum genera. Quorum tria quidem scilicet auris, oris, & cordis quę spiritualia sunt, semper & omnibus necessaria sunt. Quar tum uero genus quia corporale est, & cęterorum umbra siue figura, ex quo uenit Messias noster, spiritualium præceptorum Magister, non so lum inutile est, uerumetiam omnibus ipsum facientibus, admodum pernitiosum. Hinc Paulus in quo locutus est Christus, ad Galatas scri. bens 5. c. his uerbis ait, Ego Paulus dico uobis, quòd si circũcidimini, Christus

Quadruplex præputiorum genus.

Quatuor circumcisionum genera.

Christus uobis nihil proderit. Et rursus ad Romanos 4. cap. Dicimus enim, inquit, quia reputata est fides Abrahæ ad iusticiam. Quomodo ergo reputata est? In circuncisione, an in prepucio? Non in circuncisione, sed in præputio. Et infrà, Non est per legem promissio Abrahæ, aut seminis eius, ut hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei. Item ad Galatas 1 cap. Scientes autem, inquit, quòd non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi. Et nos in Christo Iesu credimus, ut iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis. Hæc ille Talmudistarum excellentissimus, & in quo locutus est Christus, ut ipse 2. ad Corin. 13. c. testatus est. In eo igitur quòd dicit, fidem reputatã fuisse Abrahæ ad iustitiam in præputio, & non in circumcisione, palàm insinuat, Abraham ante fidelem & iustum fuisse, quàm circũcisum. Quod sic probari potest. Scribitur enim Gen. 17. cap. ואברהם בן תשעים ותשע שנה בהמלו בשר ערלתו Id est, Et Abraham filius 99. annorũ erat, quando circumcidit carnem præputij sui. Antea autem 15. scilicet cap. eiusdẽ libri, ita de eo legitur, והאמין ביהוה ויחשבה לו צדקה Hoc est, Et credidit in Deum, & reputatum est ei ad iusticiam. Vbi glossa Rabbi Salomonis sic dicit, Deus sanctus & benedictus reputauit eam, scilicet fidẽ, qua Abraham Deo credidit, iusticiam & iustificationẽ. Ex quibus patet, Abraham antè fidelem & iustum fuisse, quàm circumcisum. Quod ex eo etiam confirmatur, quod in Bereshith קטנה ketanna, id est in expositione libri Gen. minori legitur, cum super illud 6. ca. eiusdem libri dictum, Noas uir iustus. Et reliqua. Sic dicitur: Rabbi Iohanan & Rabbi Hanina ambo dixerunt, Filius 48. annorum cognouit Abrahã creatorem suum, & credidit in eum. Et quid statuebat in eum, id est quid proponebat se facturum pro eo? Reducere totum orbem ad pœnitentiam. Ex quo sequitur, Quòd quemadmodum Abraham fidelis & iustus fuit, antequàm circumcisus. Ita & Noas (sacra attestãte scriptura) iustus & rectus fuit atq; perfectus, nec tamen circumcisus. Sic & Melchisedec. Sic & Iob. Sic & alij quàmplurimi. Quare ualde notandũ est dictum illud R. Iehosuæ cum in libro יבמות Iebamoth, id est Fratrium, in cap. החולץ Haholez, id est discalciatus, sic ad uerbum ait, Baptizatus & non circumcisus, ecce ipse est גר gher, id est conuersus ad fidem. Sic enim inuenimus in matribus, in Sara scilicet & Rebecca atq; ceteris, quæ baptizabantur, & non circumcidebantur. Quam ob rem optime Paulus apostolus dixisse censendus est, cum ad Galatas scribẽs 5. cap. In Christo Iesu (inquit) neq; circumcisio aliquid ualet, neq; præputium, sed fides, quæ per dilectionem operatur. Et rursus ibidem ait, In Christo enim Iesu neq; circũcisio aliquid ualet, neq; preputiũ, sed noua creatura. i. regeneratio quæ per baptismũ fit, & noua uita. Gentiles enim cum dæmones in idolis colerent, nihil erant coram Deo, iuxta illud Isa. 40. c. dictum, חגחים באין נגדו מאפס והתהו נחשבו לו Id est, Gentes

quasi non essent coram eo, nihil & inane reputatæ sunt ei. Cum igitur gentiles ipsi idolis abiectis, ad Deum conuersi baptizati sunt, quasi è nihilo à Deo creati sunt. Ideo haud inepte noua creatura dicũtur. Quod non incongrue Rabbi Selomo confirmare uidetur, cum super illud Psal. 102. תכתב זאת לדור אחרון ועם נברא יהלליה Hoc est, Scribatur hoc generationi nouissimæ, & populus qui creabitur, laudabit Deum. Ita in glossa ait: Scribatur hoc, Sic enim dicent uidentes saluationem. Scribatur hæc saluatio, ut narretur generationi nouissimæ. Et populus qui creabitur, id est qui fiet noua creatura, de seruitute egrediendo ad libertatem, & de tenebris ad lucem, laudabit Deum. Hæc Rabbi Selomo. Postremo autem non ignorandum est, circuncisionem in signum Iudæis datam fuisse. Sic enim Gen. 17. ca. scriptum est, וּמַלְתֶּם אֵת בְּשַׂר עָרְלַתְכֶם וְהָיָה לְאוֹת בְּרִית בֵּינִי וּבֵינֵיכֶם Id est, Et circumcidetis carnem præputij uestri, & erit in signum fœderis inter me & inter uos. Cumitaque circumcisio in signum Iudæis data fuerit, eosq; propter eorum scelera Deus reprobauerit, ut in præcedentibus ostensum est. Planè sequitur, Christianos nullatenus circumcisionem facere debere, etiam si alia causa non prohiberet. Cum sit signum non fidelium quidem, ut olim, sed infidelium, & eorum quos Deus reprobauit. De qua quidem circumcisione cum in oratione quam de dominica circumcisione ad Leonem x. Pontificem Maximum habui, multa dixerim, id circo nunc de ea nihil aliud dicam. Eadem quoque ratione & sabbatum à Christianis non nisi spiritualiter seruandum est. Cum ipsum etiam in signum Iudæis datum fuerit, cum sic eis Exo. 31. c. à Deo dictum fuit, אֵת שַׁבְּתֹתַי תִּשְׁמֹרוּ כִּי אוֹת הִיא בֵּינִי וּבֵינֵיכֶם לְדֹרֹתֵיכֶם Hoc est, Sabbata mea seruabitis, quia signum sunt inter me & inter uos in generationes uestras.

Quòd sabbatum quoque in diebus Messiæ spiritualiter tantum seruari debebat. *Caput* VIII.

CAPNIO,

DIcendum est modò, quónam pacto sabbatum tempore Messiæ spiritualiter seruandum erat. GAL. Spirituale sabbatum aliud non est, nisi non habere peccatum. Nullum enim opus seruile in eo fieri præceptum fuit, ut patet Exodi uigesimo capite. Sed quid aliud est opus seruile, nisi peccatum, cum iuxta dominicum uerbum Ioannis octauo capite, Omnis qui facit peccatum, seruus sit peccati? Sabbatum igitur in diebus Messiæ spiritualiter seruandum erat, quia euangelica auxiliante lege, ab omni opere seruili, hoc est ab omni uitio & peccato, quod homines seruos diaboli facit, erat tunc summopere abstinendum. Hic spiritualis sabbati cultus cultores suos tãdem ad sabbatum perducit sempiternum. Sabbatũ enim requies interpretatur.

terpretatur. Quare non ſolum requiem Meſſiæ in ſepulchro ſeptimo die futuram, ſignificabat, ſed etiam requiem illam ſeptimam, quam in ſeptima mundi ætate poſt reſurrectionem generalem habituri ſunt, qui ſabbatum ſpiritualiter ſeruauerint ab omni uitio & peccato abſtinentes. De hoc autem ſabbato ſempiterno habetur in Midras tehilim. i. in expoſitione Pſalmorũ ſuper illud Pſal. 89. שמיחנו כימות עניתנו Hoc eſt, Lætifica nos pro diebus, uel ſecũdũ dies, quibus nos afflixiſti. Sic enim ibi dicit, Secundũ dies, quibus nos afflixiſti: uidelicet per Babyloniam, per Græciã, & per Romanos, atq; in diebus Meſſiæ. Et quot ſunt dies Meſſiæ? R. Iehoſuas dixit, Quòd ſunt duo milia annorũ. Sicut dictũ eſt hic, Secundũ dies quibus nos humiliaſti. i. ſecundum duos dies. Dies enim una Dei ſancti & benedicti ſunt mille anni, iuxta illud eiuſdem Pſalmi dictum, כי אלת שנים בעינך כיום אתמול Id eſt, Quoniam mille anni in oculis tuis, tanquam dies heſterna. Dixerunt etiam Magiſtri, Quod ſecundum futurum dies Meſſiæ erit una. Deus enim ſanctus & benedictus in futuro faciet ei diem unam, de qua dictum eſt Zach. 14. cap. והיה יום אחד הוא יורע ליהוה לא יום ולא לילה והיה לעת ערב יהיה אור Hoc eſt, Et erit dies una, & ipſa eſt nota Deo. Non dies neque nox. Et erit, ad tempus ueſperi erit lux. Hæc dies eſt ſeculum futurum, & uiuificatio mortuorum. Et hoc eſt lumen, quod deus ſanctus & benedictus reſeruauit iuſtis in principio mundi, uidelicet illud de quo dictum eſt Gen. 1. Et uidit ipſum lumen quòd eſſet bonum. Et iterum de ipſo dicitur Pſal. 36. Quoniam tecum eſt fons uitæ, in lumine tuo uidebimus lumen. Adhuc etiã Iſaias ait ult. c. והיה מדי חדש בחדשו ומדי שבת בשבתו Id eſt, Et erit ſemen eorum ex ſufficientia menſis in menſe ſuo, & ex ſufficientia ſabbati in ſabbato ſuo. Illud ſabbatum eſt ſeculum futurum, quod totum eſt ſabbatum, id eſt requies. Hucuſq; traditio. Ex qua patet propoſitum. Sed ad uerborum Iſaiæ intellectum, quæ traditio iſta poſtremo ualde congruenter adducit, notandum eſt. Quod menſis Hebraicè dicitur חדש hodes, ponituŕq; apud eos pro omnium dierum perfectione, in quibus luna curſum ſuum perficit. Per lunam nãq; Iudæi tempora computant, & non per ſolem. Menſis ergo pro perfectione poſitus eſt, ſabbatũ uero pro requie. Sic igitur iuxta præmiſſam traditionem exponenda ſunt ipſa Iſaiæ uerba, Et erit ſemen eorum, id eſt apoſtolorum & ſanctorum doctorum filios ſpirituales facientium, ex ſufficientia menſis, id eſt ex ſufficientia perfectionis uitæ præſentis, in menſe ſuo, id eſt in perfectione glorię ſuæ in futuro. Ita quoq; ſemen antedictum ex ſufficientia ſabbati, id eſt ex ſufficientia requiei & ceſſationis à uitijs & peccatis in hac uita, erit in ſabbato ſuo, id eſt in requie ſempiterna ſua in uita futuri ſeculi, quod totum erit ſabbatum, id eſt requies, ut dicit prædicta traditio, iuxta cuius intentionem uerba Iſaiæ expoſuimus.

Sabbatũ quomodo interpretatur & quid figurabat.

Obiectionum Iudæorum solutio, quibus ostendere conantur, sabbatum à Christianis quoque atque à cæteris omnibus, nedum ab ipsis Iudæis, literaliter seruari debere. Cap. IX.

CAPNIO,

Iudæorum obiectiones circa sabbati obseruationem.

IMpia Iudæorum nostri seculi perfidia multipliciter nobis in hoc se opponit, omni cõtentione probare uolens, sabbatum non solum ab Iudæis ipsis, sed à nobis quoq; Christianis, atq; à cæteris omnibus cuiuscunq; sectæ fuerint, iure literaliter seruandum esse. Et primo quidem, quia inter decem præcepta moralia eius obseruatio connumeratur. Est enim tertium in ordine inter decalogi præcepta. Cum sic Dominus ipse Exo. 20. cap. dixit, זכור את יום השבת לקדשו Hoc est, Memento diei sabbati, ut sanctifices ipsum. Quare cum decalogi præcepta sint ab omnibus obseruanda, quia sunt de iure naturæ. Sequitur planè, sabbatum ab omnibus obseruari debere. Secundo uerò quia sabbatum creationis, quæ omnibus communis est, respicit beneficium. Sabbato enim Deus quieuit ab omni opere, quod patrarat, ideo sanctificauit ipsum, ac benedixit. Quam ob rem cum illud sanctificari præcepit, quasi rationem assignans, mox ita subiecit, Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo autem die sabbatum Domini Dei tui est. Nõ facies omne opus in eo, tu & filius tuus, & filia tua, seruus tuus & ancilla tua, iumentum tuum & aduena qui est intra portas tuas. Sex enim diebus fecit Deus cœlum & terram & mare & omnia quæ in eis sunt. Et requieuit in die septimo. Idcirco benedixit Dominus diei sabbati, & sanctificauit eum. Cum igitur ratione creationis omnes Deo obligentur. Consequens est, ad obseruationẽ sabbati omnes teneri. Tertiò demum, quia omnes ad hoc inducit naturale exemplum Sabbatici fluuij, qui (ut aiunt) per totam hebdomadem raptim fluens, lapides trahit, sabbato uero quiescit. Vnde legitur in Bereshith ketanna, id est in expositione libri Gen. minori, super illud 2. cap. eiusdem libri dictum, ויברך את יום השביעי Id est, Et benedixit diei septimo. Quod Dominus Rufus Romanus quæsiuit à Rabbi Akiba, dixitq; ei, Quid interest inter diem & dies? Respondit ei Rabbi Akiba, dicens, Et quid interest inter uirum & uiros? Dixit ei Rufus, Quid dixisti mihi? & quid dixisti mihi? Respondit ei ille, Dixisti quidem mihi: In quo differt sabbatum à cæteris omnibus diebus? Ego uero dixi tibi, Quid præstat Rufus cæteris omnibus uiris? Quemadmodum igitur excedit Rex cæteros omnes propter gloriã suam. Ita uoluit quoq; Deus diem hunc præ cæteris honorari. Dixit ei Rufus, Vnde facies me hoc scire? Respondit Rabbi, Fluuius sabbaticus hoc ostẽdit, qui per totam hebdomadã lapides trahit, & in sabbato quiescit. His igitur rationibus recentiores Iudæorũ probare conant, sabbatũ nõ solum nunq; cessare debuisse,

Prima obiectio.

Secunda obiectio.

Tertia obiectio.

Figmentum de fluuio sabbatico.

buisse,uerumetiam ab omnibus semper seruandum esse. Quæ quidem rationes & si parui sint momenti,ad eorum tamen obstinationem magis confundendam,qui tam fragili ac ruinoso innituntur fundamẽto, eas prius refellas. Deinde quòd etiam inter eos sabbatum ipsum dissolutum fuerit,per eorum scripturas ostendas,necesse est. GAL. Curabo equidem omni conatu uotis tuis facere satis. Ad primam igitur eorum rationem dico breuiter, Quod præceptum de sabbati obseruatione partim morale,partim cæremoniale fuit. Et morale quidem,inquantum per illud præcipiebatur homines aliquo tempore rebus diuinis uacare debere. Iuxta illud Psal. 45. Cessate & cognoscite,quia ego sum Deus. Et secundum hoc inter moralia decalogi præcepta computabatur. Cæremoniale uero fuit,quantum ad temporis diei septimi taxationem. Et secundum hoc connumerabatur inter decalogi præcepta, sed inter alia cærimonialia. Hinc est,quòd sæpenumero in ueteri testamento sabbatum fuisse, comperimus. Quod minime factum fuisset,si quantum ad diei septimi obseruationem,inter decalogi præcepta numeraretur,cum nullo unquam tempore illa soluere liceat,quia sunt de iure naturæ. Hinc etiam Dominus noster Iesus uerus Messias, postquàm triginta ætatis egit annum,sabbatum ipsum quantum ad partem istam aliquoties soluisse legitur. Nam in eo & infirmos curauit,dans eis facultatem lectulos suos uehendi,& discipulis suis esurientibus,spicas euellere & confricare indulsit. Ad secundam uerò dico,Quòd sicut sabbatum beneficiũ respicit creationis. Ita dies dominicus redemptionis beneficium ostentat. Quemadmodũ enim Deus in sabbato opus creationis compleuit,ita in die dominico opus redemptionis per resurrectionem Domini nostri Iesu Christi perfecit. Christus enim ipse(ut ait apostolus)mortuus est propter iustificationem nostram,& resurrexit propter gloriam nostram. Cum igitur omnium sententia opus redemptionis maius sit,quàm opus creationis. Nam in creatione quidẽ Deus dixit,& factus est mundus,ut Talmudistæ dicunt. In redemptione uero, ut ipsi ijdem aiunt,non tantum dicere,sed multa quoque facere,ac pati Deum ipsum oportebat. Vt latissime ex eorum dictis in 8. libro probauimus. Ideo sabbatum quantum ad eius cæremoniale,ab eodem qui ipsum instituit,in diem dominicum mutandum fuit. Qui & creationis & redemptionis respicit beneficiũ. In eo etenim & mundus sumpsit exordium,& per resurrectionem Domini mors interitum, & uita accepit initium. Ad tertiam denique respondeo,figmentum illud ludaicum de Sabbatico fluuio,contra ipsos conuertendo. Quemadmodũ enim fluuius ille fictus obseruãdi sabbati signum fuit,cum in tota hebdomada lapides trahendo flueret,& in sabbatis quiesceret,ut ipsi fabulãtur. Ita quoque nunc est sabbati non obseruandi efficax contra eos argumentũ. Cum nusquam sub cœlo sit nunc fluuius,qui magis in sabbatis,quàm

Ad primam obiectionem responsio.

Ad secundam obiectionem.

Ad tertiam obiectionem fluuio Sabbatico.

cæteris diebus quiescat. Per uniuersum nanq; orbẽ mercatores discurrunt, qui sicuti ab extremis terris aduehũt medicinalia, uariaq; pigmenta. Ita tantũ quid si uerũ esset, sibi inuicẽ narrarent, ac nomen prouinciq; ubi fluuius huiusmodi esset, Iudæis percõtantibus, nõ tacerent. CAP. Immo Iosephus eo in lib. qui de bello Iudai. inscribit, refert, ubi fluuius iste fuerit. Cuius uerba ne plura dicã, ipse referã. Sic enim ait lib. 7. c. 35. Princeps uero Titus aliquandiu quidem Beriti cõmorabat, ita ut diximus. Inde aũt reuersus. Et infrà. Cõspicit in itinere fluuiũ cognitione dignissimũ. Is fluit medius inter Arcas & Raphaneas regni Agrippę ciuitates. Habet aũt quoddã peculiare miraculũ. Nã cũ fit quãdo fluit, plurimus, neq; meatu segnis, tamẽ interpositis sex diebus, à fontibus deficiens, siccũ exhibet locũ uideri. Deinde quasi nulla mutatione facta, septimo die similis exorit. Atq; hũc ordinẽ semper eũ obseruare, cõpertũ est. Vnde etiã Sabbaticus appellatus est, à sacro Iudæorũ septimo die, sic nominatus. Hæc Iosephus. Plinius quoq; in li. 31. de naturali hist. c. 2. de hoc fluuio meminit, sic dicẽs, In Iudæa fluuius sabbatis omnibus siccat. Eapropter Iudæi dicerent, figmentũ nõ esse, sed ueritatẽ, eius generis fluuiũ fuisse, cũ & Iosephus & Plinius de eo meminerint, ac locũ ubi fuerit, assignẽt. GAL. Fateor quidẽ tunc eiusmodi fluuiũ extitisse. Nũc autẽ nemo est, qui ipsum uel se uidisse, dicat, uel ab aliquo uisum fuisse, referat. Quare istiusmodi fluuiũ dicere nũc esse, & figmentũ & mendaciũ merito censendũ est. Neq; etiã Iosephus neq; Plinius dicũt, eũ in sabbatis quiesse, ut isti asserunt. Sed alter ipsum deficere, alter deficcari sabbatis solitum fuisse, cõmemorat. Ex quo futurã sabbati defectionẽ & sic citatẽ portẽdebat, q. s. illo die ulterius uenerãdum nõ esset. Ex his igit patet Iudaicarũ rationũ solutio, quibus ꝓbare cõtendunt, ab omnibus literaliter colendũ esse sabbatum. Quorum opinio per ueteres etiã eorum optime refellit. Sic enim legit apud eos in פרוש perus. i. in glossa super illud Exo. ראה כי יהוה נתן לכם את השבת Hoc est, Videte, q̃a Deus dedit uobis sabbatum. Et quid est dedit uobis sabbatũ? Quia uobis. I. Iudæis dedit, & nõ gentibus seculi. In libro quoq; בירצה Biza. i. Oui, in cap. יום טוב yom tob. i. Dies bonus, ita dicitur: Dixit R. Iohanã, Omne ꝓceptum quod dedit Deus sanctus & benedictus Israeli, dedit eis publice, ꝓter sabbatum, quod dedit eis secreto. Sicut dictum est Exo. 31. ביני ובין בני ישראל. i. Inter me & inter filios Israel. Quod si ita est, nõ obligantur גוים goim. i. gentes ad sabbatum. Hæc traditio. Ex quibus manifestè liquet præmissæ conclusionis Iudæorum falsitas.

Quòd sabbatum apud Iudæos multoties dissolutum fuerit. Cap. x.

GAL. RElíquum est, ut secundæ petitioni tuæ nunc satisfaciã, sabbatum ipsum apud eos frequẽtius dissolutum fuisse, per eorum scripturas ostendendo. Primum itaq; dico, sabbatum in ipso mundi

mundi principio solutum fuisse. Nam ubi ęditio nostra habet Gen. 2. c. Et consumauit Deus in die sexto opera sua, quæ fecit, Hebraica ueritas sic habet, ויכל אלהים ביום השביעי מלאכתו אשר עשה .i. Et cõpleuit deus in die septimo opus suum quod fecerat. Vbi ergo nos tã Gręci q̃ Latini (præter D. Hieronymum) in nostra æditione in die sexto Deum opus creationis perfeciſſe, dicimus: Hebraica litera in septimo die Deum id feciſſe, refert. Hinc igit maxime artant ludæi, qui de ocio sabbati gloriã tur. Quod iam tunc in principio sabbatum ipsum dissolutum sit, dum Deus in sabbato operatus est, cõplens in eo opera sua, & benedicens ipsi diei, quia in ipso uniuersa cõpleuit. HOG. Vnde ergo nostri prę- ter D. Hieronymũ, qui locum hunc (ut ais) bene traduxit, erroris cau- sam sumpserunt, ut sextũ diem pro septimo ponerẽt? GAL. Ex 70. inter pretibus, qui locum hunc ita trãstulerunt, ut in eorum æditione uideri potest. Quod etiã in Bereſlith ketanna. i. in expositione libri Gen, mino ri, super hunc eundẽ locum aperte ostẽdit. Sic enim ibi dicit, Et hoc est unum de uerbis, quæ mutauerunt sapiẽtes Ptolomęo regi. Ptolomęus enim rex interrogauit seniores, dicẽs, In quot diebus creauit Deus san- ctus & benedictus mundum suum? Dixerunt ei, In sex. Vt in Gen. 2. Et cõpleuit deus die sexto opus suum. Hæc ibi. Dico ulterius, q̃ nec Abra hã, nec Ishac, nec Iacob, sabbatum coluerunt, & tamẽ iusti fuerunt. Qd' autẽ Abrahã ipsum nõ coluerint, habetur in Bereſlith סטנה ketanna, su per illud 2. c. eiusdẽ libri, Et benedixit deus diem septimã. Vbi legitur, Dixit R. Iohanan, Nõ est scripta de Abrahã obseruatio sabbati. CAP. Diceret hic forte ludæus, q̃ tunc nõdum præceptum de sabbati sancti ficatione datum fuerat. Ideo Abrahã ipsum nõ coluit, cum nemo illud ante præceptum colere teneretur. GAL. Ex hoc saltem infertur, sabba- ti cultũ non esse de lege naturę. Quia lex naturalis cum sit menti uniuſ- cuiusq̃ inscripta, semper à mundi exordio omnes homines rationis ca- paces ad sui obseruantiam obligauit. Hoc tamen nõ obstante, ostendã per eorum scripturas, q̃ etiam post præceptum de sanctificatione sab. bati datum, multoties ab eis sabbatum ipsum solutum fuerit. Quare ut de hoc nihil ipse dicam, solum ea quæ ipsorum scripturæ narrant, refe- ram. Primum igitur audiendum est, quod apud eos legit, in libro ספרי Siphre, super illud Nume. 9. Et fecerunt pascha in primo: & reliqua. Ibi enim sic dicitur, Non fecerunt nisi illud tantum. Dixit R. Elazar, Habe tur Exo. 16. וישבתי העם ביום השביעי .i. Sabbatizauit populus in die se- ptimo. Per hoc docet, quòd omnibus 40. annis quibus filij Israel fue- runt in deserto, non fecerunt nisi duntaxat primum sabbatum. Quem- admodum ipse ait Amos proph. in quinto cap. חזבחים ומנחה הגשתם לי במדבר ארבעים שנה בית ישראל Hoc est, Num sacrificia & obla- tionem obtulistis mihi in deserto 40. annis domus Israel? Hęc traditio. In libro quoq̃ qui סדר עולם Seder holam, i. ordo mundi dicitur, in

Iudæorum iu- niorũ obiectio.

cap.quod incipit,Et populus qui aſcendit de Iordane,ſuper illud Ieho ſuæ 6.cap.dictum,In die ſeptimo,cum reliquis,ita ſcriptum eſt. Dixit R.Ioſes,Dies ſabbati erat cum fuit prelium in Ierico.In Bereſſith etiam קטנה ketanna.i.in expoſitione libri Gen.minori,ſuper illud 17.capite, eiuſdem libri,Omnes uiros domus ſuæ. Sic dicitur,Inuenimus,quòd non fuit capta Ierico,niſi in ſabbato. Dixit R.Rahmon, Hoc eſt quod ſcriptum eſt Iehoſuæ 6.capite, וביום השביעי תסבו את העיר שבע פעמים Id eſt,Et in die ſeptimo circuibitis ciuitatē ſepties. In libro inſuper qui dicitur, ראש השנה Ros haſſana.i.Caput anni,in cap. ארבע ראשי שנים Arbaa raſſe ſanim,id eſt quatuor capita annorū. Sic legitur,Per duos menſes ſoluebant ſabbatum,per ניסן Niſan.i.Martium,& per תשרי Tiſri.i.Septembrem.In ipſis enim mittebant egredientes in Syriam,& ibi emebant neceſſaria.Quãdo autem domus ſanctuarij in ſtatuto ſuo erat,ſoluebant etiam per omnes menſes ſabbatum,propter preparatio nes eorum quæ erant ſacrificijs neceſſaria.In libro quoq; שבת Sabbath dicitur,Quod R.Simeon dixit,Propter puerum unius diei uiuum ſol. uunt ſabbatum,propter Dauid uero Regem mortuum, non ſoluunt ſabbatum.In Midras,id eſt in expoſitione poſtremo libri Numeri ſu. per illud 13.cap.eiuſdem libri,Mitte tibi uiros.Sic dicitur,Nuncio pre cepti licitum eſt,recedere quocunq; die uoluerit. Quam ob rem?Quia nũcius eſt precepti.Nuncius aũt præcepti excludit ſabbatũ.Ex his igit omnibus plane cõſtat,ſabbatũ apud Iudeos ſepenumero fuiſſe ſolutũ.

Quòd Iudæorum etiam ſacrificia tempore Meſſiæ ſpiritualiter tantum ſeruanda erant. Caput IX.

CAPNIO,

NVnc de ueteris legis ſacrificijs dicendũ eſt,an in diebus Meſ ſiæ ſpiritualiter tantum ſeruanda eſſent. GAL. Erant utiq; ut per eorum ſcripturas plane oſtenditur.In Midras nanq; te hilim.i.in expoſitione Pſalmorum,ſuper illud Pſal.55. על אלהים נדריך אשלם תודות Hoc eſt,Super me Deus uota tua ſoluam,confeſſiones,uel laudes.Legitur,quòd dixerunt Rabbi Pinhas in nomine Rabbi Leui, & Rabbi Iohanan in nomine Rabbi Menahem,Omnes orationes de letæ erunt in futuro,& confeſſio uel laus non delebitur in æternum.Sic enim ſcriptum eſt Nehumiæ 12.c.Et ſtabunt duæ cõfeſſiones in domo Domini.Vna loco orationis,& altera loco ſacrificij.Hæc traditio.Cui plurimum conſonat Dauidicum illud Pſal.51.dictum, אדני שפתי תפתח ופי יגיד תהלתך ׃ כי לא תחפץ זבח ואתנה עולה לא תרצה ׃ זבחי אלהים רוח נשברה לב נשבר ונרבה אלהים לא תבזה Id eſt,Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. Non uis ſacrificium,& dabo holocauſtum non affectabis. Sacrificia Dei ſpiritus confractus, cor confra-

confractũ & contritum Deus non deſpicies. Hinc legitur in libro סוכה Succa. i. caſulæ, in cap. שוטה המגלה אשתו Sota hamegale iſto. i. Stultus deſpicit uxorem ſuã. Quod dixit R. Iehoſuas filius Leui, Veni & uide, q̃ magni ſint humiles. In tempore enim quo domus ſanctuarij ſtabat, homo ſacrificabat holocauſtũ, & merces holocauſti erat in manu eius. Si offerebat oblationẽ, merces oblationis erat in manu eius. Illum uero cuius cõſcientia humilis eſt, perinde habet ſcriptura ac ſi omnia ſacrificia ſacrificaret. Iuxta dictũ illud, Sacrificia Dei ſpiritus cõfractus. Neq̃ hoc ſolũ, ſed etiam oratio eius nõ eſt reprobata. Iuxta illud quod ſequitur, Cor confractũ & contritũ deus nõ deſpicies. In libro quoq̃ Sanhedrin, in cap. נגמר הדין Nigmar haddin. i. Diffinitũ eſt iudiciũ, dicitur: Quod R. Iehoſuas filius Leui dixit, Omnem eum qui immolat fomitẽ, uel cõcupiſcentiam, & cõfitetur ipſam, haud ſecus habet ſcriptura, ac ſi honoraret Deũ in duobus ſeculis. Quorũ unum eſt ſeculũ præſens, alterum futurũ. Iuxta dictũ illud Pſal. Immolans cõfeſſionẽ honorabit me. Ad horũ autẽ declarationẽ notandũ eſt, Quòd ſi rationabiliter cõſiderent ea quæ ſacrificabant. Quædã eorũ inuenirent uitia, uitiorũq̃ mortificationẽ ſignificaſſe. Quædã uero uirtutes bonosq̃ mores, uel Chriſti paſſionẽ. Primogeniti nanq̃ ouium agni, quos Habel domino offerre cœpit, atq̃ agnus paſchalis, Meſſiæ paſſionẽ, ipſiusq̃ pro hominum peccatis immolationẽ figurabant. Hirci uero & capræ quædãq̃ alia nõ niſi uitia atq̃ peccata, carnisq̃ mortificationẽ per pœnitentiã deſignabant. In hirco enim & capra uniuſcuiuſq̃ peccatoris fœtens, ac luxurioſa, plenaq̃ uerbis impudicis petulãtia ſignificabat. Ac ſimiliter in tauro ſuperbia, in uitulo laſciuia, in hœdo & paſſere clamor, & inconſtantia. Quę quidem uitia cum in confeſſione per pœnitentiã mactant, atq̃ deſtruunt, ſacrificia ſunt ipſi Deo acceptabilia, & q̃ gratiſſima, quę in illis antiquis (ut diximus) præfigurabant ſacrificijs. Sacrificia autẽ quæ uirtutes & bonos mores prę ſignabant, erãt ouis, agnus, bos, aries, turtur, pullus columbæ, & cætera id genus. In oue enim ſimplicitas atq̃ mãſuetudo, in agno innocẽtia, in boue fructuoſa prędicatio, in ariete utilis ac manſueta prælatio ſignificabat. In turture uero quę ſuo perdito cõiugе alteri nunq̃ ulterius copulat, caſtitas: in colũbis autem quę felle carent, & gregatim uolant, charitas præfigurabat. Ex præmiſſis igitur liquet, cuiuſmodi ſacrificia uelit nunc Deus. Prę ſertim cum apud Hoſeã 6. ca. ipſe dicat, כי חסד חפצתי ולא זבח ורעת אלהים מעלות Hoc eſt, Quia miſericordiã uolui & non ſacrificium, & cognitionem Dei pluſquàm holocauſta. Deniq̃ quòd à gentilibus qui Meſſiam recepturi erant, & non ab Iudęis uellet ſupradicta ſacrificia ſpiritualia ſibi offerri, ipſius Iudęis perfidis reprobatis, ex eo aperte oſtenditur, quod apud Malachiam primo capite, ita dicitur, אין לי חפץ בכם אמר יהוה צבאות ומנחה לא ארצה מידכם : כי ממזרח שמש ער מבואו גדול שמי בגוים ובכל מקום מקטר

מקטר מגש לשמי ומנחה טהורה כי גדול שמי בגוים אמר יהוה צבאות ׃
Id est, Non est mihi uoluntas in uobis, ait Deus exercituum, & munus uel oblatio non placebit de manu uestra. Nam ab ortu solis usq; ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco est thurificator & appropinquator nomini meo, & oblatio munda. Quia magnum est nomen meum in gentibus, dixit Deus exercituum. Quomodo autem hoc totum sit intelligendum, eleganter insinuat Rabbi Abraham Auen Hazra in sua expositione, ita dicens, Quam ob rem uos contemnitis nomen meum, & ipsum est magnum & gloriosum etiam in gentibus. Reputatur autem in oculis meis honor magnus, quo ipsi honorant me, ac si ipsi in omni loco adducerent nomini meo thurificatorem, & appropinquatorem, oblationemq; mundam, siue munus mundum. Non sicut uos facitis, offerentes faciei meæ panem pollutum, & cæcum, & claudum. R. uero Selomo exponens hoc ita ait, Magistri nostri exposuerunt hoc dicentes, Dicit homo socio suo, claude mihi portam istam, & non poscit de hoc mercedem. Accende mihi lucernam, & non quærit super hoc præmium. Quis est autem in uobis, qui claudat ianuas meas gratis? Neq; illuminatis altare meum gratis. Quare sequitur, quòd multo minus faceretis gratis res, quarum mos est, ut fiãt pro mercede. Propter hoc nõ est uoluntas mihi in uobis. Magnũ est enim nomen meum in gentibus, & in omni loco est thurificator. Cum cæteris. Spontanei enim erunt nomini meo etiam gentiles. Hęc R. Selomo. R. uero Ionathan hæc ita in Chalda ũ uertit, לא רעוא מן קדמי בבון אמר יהוה צבאות וקרובן לרעוא לא אקבל מידבון ׃ Hoc est, Non est uoluntas coram me in uobis, dixit Deus exercituum, & sacrificium uolũtarium non suscipiam de manibus uestris. Cum reliquis. Ex quibus omnibus clarè patet, Iudaica sacrificia olim per Mosem mandata, tempore Messiæ spiritualiter seruanda fuisse.

Quòd omnia quæ secundum ueterem legem immunda erant, tempore Messiæ munda esse debebant, & carnes porcinæ licite comedi possent. Cap. XII.

CAPNIO,

QVoniam iuniores Iudæorum cum nos aut carnibus suillis uesci, aut cætera quæ secundum legem antiquam immunda atq; illicita erant, comedere uident, statim nos arguunt, atq; accusant. Idcirco per eorum scripturas probandum est. Quod omnia quæ in lege uetere immunda & illicita reputabant, tempore Messiæ munda ac licita esse debuerint. GAL. Id quoque eorum testimonijs optime probatur. Legitur enim hoc modo in expositione libri Gen. Rabbi Mosis Hadarsan, super illud 41. cap. eiusdem libri dictum, ויהי מקץ שנתים ימים ופרעת חלם Hoc est, Post finem duorum annorum dierum, & Pha-

& Pharao somniauit. Hoc est quod scriptura dicit Psal. 146. יחוה מתיר אסורים Id est, Deus erit absoluens prohibita. Omnis enim bestia, quæ immunda reputata est in seculo isto, Deus sanctus & benedictus faciet eam mundam in seculo uenturo, id est tempore Messiæ. Quemadmodum munda fuerunt primũ omnia filijs Noe? Sicut dictum est Gen. 9. בל רמש אשר חוא חי לכם יחיח לאבלח בירק עשב נתתי לכם את כל Hoc est, Et omne quod mouetur & uiuit, erit uobis in cibum, sicut holus herbæ, uel sicut uiridem herbam dedi uobis omnia. Quemadmodũ igitur holus fuit mundum omnibus, & sicut animal, & bestiæ munda fuerũt filijs Noe. Ita quoq; in futuro seculo. i. in diebus Messiæ, ipse erit absoluens, quicquid prohibuit. Et cur prohibuit in seculo isto? Vt uideret quis esset recipiens uerba eius. Et quid est quod dicit Psal. 145. Deus מתיר mattir. i. absoluens prohibita? Non est maior prohibitio, quàm נדה nidda. i. menstruatę, quam Deus prohibuit. Et tamen in futuro seculo. i. tempore Messiæ, ipse absoluet eam. Sic enim ipse ait Zach. 13. c. וגם את חנביאים ואת רוח חטמאח אעביר מן חארץ. i. Et etiam prophetas & spiritũ immundiciæ transferã de terra. Non est autem immundicia, nisi menstruatæ. Et sic ipse ait Leuit. 18. ca. Et ad mulierem in menstruo immundiciæ suæ nõ appropinquabis. Et sunt qui dicunt, quòd etiã seruitiũ thori erit prohibitũ aliquoties in futuro. Scito autẽ hoc tibi, Quod in die qua reuelatus est deus sanctus & benedictus super montẽ Sinai, prohibuit seruitiũ thori tribus diebus. Sicut dictũ est Exo. 19. היו נכנים לשלשת ימים אל תגשו אל אשה Hoc est, Estote parati, ad tertiũ diem, nõ accedatis ad mulierem. Quare hoc? Quia in die tertio descendet Dñs super montẽ Sinai. Si igit una die qua descendit Dñs super montẽ Sinai prohibuit eis tres dies, in seculo uenturo. i. in diebus Messię quãdo שכינה sechina. i. diuinitas erit inter eos, nõ erit omnino eodem modo. Sed quid erit? Adhuc id quod dicitur eodẽ in Psalmo Deus absoluet אסורים asurim. i. captiuos secundũ alium sensum, uidelicet captiuos inferni, captiuos mortis. Hactenus traditio. Quæ nõ minus q̃ prophetia habenda est, cum ita apertè loquatur. Ad prædicta quoq; optime facit, quod Deut. 12. hoc modo scribit, חטמא וחטחור יאבלנו בצבי וכאיל חטמא וחטחור יחדו יאבלנו רק חזק לבלתי אכל חדם כי חדם חוא חנפש ולא תאכל חנפש עם חבשר. i. Immundũ & mundum pariter comedent. Solum caue, ne comedat sanguis. Sanguis enim ipse est anima, & nõ comedetur anima cũ carne. Dixit R. Iudas sup hũc locũ: Annũciat, q̃ filij Israel erãt miscẽtes carnẽ cũ sanguine ante dationẽ legis. Sequit, Nõ comedetis animã cum carne. Istud est comedere membrũ de uiuo animali. Hęc ibi. Licet aũt Iudæi nostri tẽporis dicant immundũ his in locis uocari animal cæcũ, debile, uel claudũ, & huiusmodi q̃d immundũ erat ad immolandũ. Iuxta tamẽ præmissam priscorũ traditionẽ, de omni immũdo intelligẽdũ est, q̃d quidẽ in diebus Messiæ mundũ ad comedendũ futurũ erat.

Hinc

Hinc consequenter patet, quòd carnes porcinæ tempore Messiæ esui mundæ futuræ erant. Quod & ex nomine ipso plane dabatur intelligi. Nam porcus lingua Hebraica חזיר hazir uocat, quod à uerbo חזר hazar quod reuertere significat, deriuatur: ad denotandum, quòd licite ad usum comestionis hominum reuersurus esset. Ex præmissis clarissime constat, neminem ad cæremonialium præceptorũ obseruantiam teneri. Maxime cum in præcedentibus dictum sit, quòd lex uetus coram lege Messiæ euanescere debebat, nec signorum seu miraculorũ Ægypti & egressionis de Ægypto memoriam ullam amplius fieri decebat. Immo lex ipsa tota ad nouitatem. i. ad spiritualem sensum redigenda erat. Quare Deo permittente factum est, ut ipsius legis obseruatio per Romanos Iudæis ipsis prohibita esset, quamuis post modum per diabolum eis restituta sit.

Quòd ueteris legis literalis obseruatio fuit Iudæis per Romanos prohibita, & postea per diabolum restituta. Cap. XIII.

CAPNIO,

HAsta sunt quæ potissimum ex eorum scripturis patefacere debes. Quando scilicet literalis legis ueteris obseruatio per Romanos Iudæis prohibita fuerit. Et quomodo per diabolũ eis postmodum restituta. GAL. Quoniam cuncta ipsius Mosaicę legis cæremonialia penitus (ut dictum est) cessauerant. Eam ob rem Titus capta urbe Ierusalem, post maximam Iudæorũ stragem, cum ijs qui remanserant pace firmata, inter cætera quæ ipsis prohibuit, decreuit, ut nullus eorum deinceps sabbatũ seruaret, nullus circumcisionẽ faceret, nullus à menstruata contineret. Sed postea dæmone, cui nomen בחמליאן Bentamalion procurante, hæc omnia recuperauerunt, ut legitur apud eos in Talmud. Nam in libro מגילה Meghila. i. Historia, in c. qđ incipit, סרש חמיומח Codes hamizbeah. i. Sanctitas altaris, sic ad uerbũ scribitur, Cum semel decreuisset Regnũ nequam. i. Romanorũ, ꝙ Iudæi non seruarent sabbatũ, nec filios suos circũciderent, & ut menstruatas cognoscerent. Tunc abijt R. Ruben, circinauitꝙ se more Romanorũ. Cũꝙ cũ eis sedisset, ait illis, Qui habet inimicũ, eúmne depauperat, an ditat? Respõderunt ei, Depauperat. Ait illis, Si ita est, non faciãt Iudæi opus in sabbato, ut depauperentur. Dixerũtꝙ Romani, Bene locutus est, abrogarũtꝙ decretũ. Rursus dixit eis, Qui habet inimicũ, debilitátne eũ, an fortificat? Respõderũt ei, Debilitat. Inquit ille, Si ita est, circũcidãt filios suos Iudęi octauo die, ut debilitentur. Aiũt illi, Optime dixit, deleueruntꝙ decretũ illud. Iterũ dixit eis, Qui habet inimicũ, multiplicátne eũ, an diminuit? Inquunt illi, Diminuit. ait eis, Si ita est, non cognoscãt Iudęi mẽstruatas. Dixerũtꝙ illi, Bene quoꝙ dixit, abrogauerũtꝙ decretũ. Deniꝙ uero ꝓpendẽtes, ꝙ Iudęus esset ille, & nõ Romanus, re-

nus,refirmauerunt decretū,ut prius erat. Dixerunt igitur Iudæi,Quis ibit & ſtatutum hoc irritabit? Vadat R. Simeon,qui didicit ſigna facere. Poſt eum autem uadat Rabbi Elazar. Illis itaque euntibus egreſſus eſt obuiam eis בנתמוליאון Bentamalion,id eſt dæmonium ſic uocatū, dixitq; eis,Placétne uobis,ut uobiſcū ueniam? Fleuit Rabbi Simeon, & ait,Ancillæ domus patris noſtri ter angelus apparuit,nobis autem ne ſemel quidem. Veniat ergo miraculum undecunq;. Præceſſit ergo Bentamalion,& inuaſit Cæſaris filiam. Cumq; peruenirent illi, dixerunt,Bentamalion exi ab ea. Qui uocatus ſtatim exijt. Dixit igitur Iudæis Cęſar,Petite quicquid uobis uidetur petendum. Introducti ergo in domum theſauri,ut tollerent quicquid uellent, inuenientesq; chartam,in qua ſtatutum illud ſcriptum erat, lacerauerunt eam. Hæc Talmud. Cum igitur in præcedētibus traditum ſit,qualiter cornua decem de capite Iſrael ob eorum culpā,ablata fuerint,datáq; Romanis,ac gentibus ſeculi,inter quæ cornu legis,cornu ſacerdotij, & cornu Meſſiæ cōnumerantur,nunc ipſis palam confitentibus,per hanc traditionem euidentiſſime patet,Deum per Romanos ab Iudæis ſabbatū, circumciſionem,cæteraſq; cæremonias abſtuliſſe. Confregit enim in ira furoris ſui omne cornu eorum,de quibus unum erat legis. Ipſamq; legem neq; per ſe ipſum,neq; per angelum,neq; per alium quemuis ſanctū uirum, eis unquam reſtituit. Sed diabolo procurante,ſabbatū,circūciſionem, cæteraq; eius generis recuperauerūt,ut in præmiſſa traditione liquidò patet. Nemo igitur ulterius niſi dæmoniacus,ea obſeruare debet,quæ deus ipſe abſtulit,& diabolus tam libens ſe uiſibiliter ingerēdo,Iudęis reſtituit. Quādo enim uel ubi unq; diabolus bonū aliquod homini,niſi forte ubi perſpexit maius malū mortemq; peſſimā inde illi imminere,libens procurauit. Cui unq; boni aliquid,niſi fallendi ſpe perſuaſit? Nónne ipſe eſt qui primos homines quaſi eis utilia cōſulens,fefellit? Nónne ipſe cōtra beatum Iob Deum etiam ipſum prouocauit? Nónne ipſe patres illos priſcos ad adorandū uitulum,mendacijs pertraxit? Nónne ipſe Dauidem ad numerandū populū concitauit? Qua ex cauſa 70. milia hominū ex Iſrael perierunt? Nónne eorum ludęi ipſi perfidi memorantur(ut ea taceā quę ſacra ſcriptura refert)quæ de ipſius diaboli fallacijs eorū doctores ſcribunt? Quid enim de eo in libro ילמרנו yelamedenu legunt,ſuper illud Gen. 22. c. dictū? Et accepit Abrahā ligna holocauſti, & ſuper Iſhac filiū ſuum poſuit,& accepit in manu ſua. Et infrà,Et ibāt ambo pariter. Ibi enim ſic ſcriptum eſt: Dixit Rabbi Iohanan,Cum ipſi pariter ambularent,uenit ſatan,ſtetitq; ad dexteram Iſhac, & ait ei, O iniuriam paſſæ,filij mulieris iniuriam paſſæ. Quot afflictionibus afflicta eſt mater tua,antequàm ei aduenires? Senex iſte inſanit,& idcirco uadit ad immolandum,uel dilaniandum te. Vertit ſe ergo Iſhac,dixitq; patri ſuo,Pater,uide quid iſte mihi dicit; Dixit ei pater eius,Ne re

ſpicias in eum. Non enim uenit, niſi ad ſubuertendum, & profanãdum nos. Huiuſmodi enim eſt opus eius à ſeculo, id eſt à mũdi initio. Nón. ne etiam legunt, quæ de eo in libro שבת Sabbath ſcribuntur? Ibi enim in capite quod incipit, אמר רבי אקיבה Id eſt, Dixit Rabbi Akiba: Sic dicitur, Quid eſt quod ſcriptum eſt Exo. 32. ca. Et uidit populus, quòd tardaret Moſes deſcendere de monte. Congregatus eſt populus ſuper Aharon, & dixerunt ad eum, Surge fac nobis Deos, qui uadant ante nos, Moſi enim qui aſcẽdere nos fecit de terra Ægypti, neſcimus quid actum fuerit. Non legas בושש Boſſes, quod eſt tardare, ſed בו שש Bau ſes, id eſt uenerunt ſex. Nam quando aſcendit Moſes in altum, dixit Iſraeli, In fine 40. dierum in principio ſex, ego ueniam. In fine igitur 40. dierum uenit ſatan, & turbauit mundum, id eſt induxit maximam in aëre tempeſtatem. Dixitq; Iſraeli, Vbi eſt Moſes? Dixerunt ei, Aſcendit in altum. Ait eis, Iam peruenerunt ſex horæ, & nondum uenit. Dixit ergo eis, Mortuus eſt, & non reſpexerunt, uel non curauerunt de eo. Oſtẽdit igitur eis ſimilitudinem feretri eius in nube. Hinc eſt quòd dixerunt ad Aharon, Moſi enim qui fecit nos aſcendere de terra Ægypti, neſcimus quid actum ſit. Et quid conſequenter ſcriptum eſt? Et dixit eis Aharon, Abrumpite inaures aureas, quæ ſunt in auribus uxorũ ueſtrarum. Et reliqua. Et accepit de manu eorum, formauitq; in forma, & fecit uitulum fuſorie. Et dixerunt, Iſti ſunt dij tui Iſrael. Cum cæteris quæ ſequuntur. Hæc traditio. Ex his igitur euidenter apparet, omnem diaboli conatum ac ſtudium erga homines in eo eſſe, ut eos decipiat ac fallat. Quare ſatis manifeſtum eſt, quàm grandis ſit Iudæorum ſtultitia, quàm ingens inſania, quàm immenſa uecordia, qui circumciſionem, & ſabbatum, ac alia quæ Deus abſtulit, & diabolus reddidit, hactenus ſeruare non deſiſtunt.

Liber

Liber duodecimus.

De secundo Messiæ aduentu, deque in eo futuris.

Quòd secundus Messiæ aduentus circa mundi finem erit. Cap. 1.

CAPNIO,



Ot tantisq; arcanis ad primum Messiæ aduentum spectantibus, quę hactenus latuerunt, in antecedentibus, ex Talmud aliisq; Hebræorum libris, per te reseratis, decens nunc profectò est: immo necessarium, ut ad magis conterendam ceruicosam Iudæorum nostri seculi perfidiam, ea quoq; quæ de secundo eius aduentu in ipso Talmud, aliisq; eorum codicibus latitant, patefiant. Primum igitur quòd secundus Messiæ aduentus circa mundi finem futurus sit, non ad redimendum (ut Iudæi ipsi falso opinantur) sed ad iudicãdum, per eorum scripturas probari oportet. GAL. Expectant quidem miseri Iudæi, expectant Messiæ aduentum, non ad iudicandum, sed ad eos (ut ais) redimendũ uenturi. Sed nimium certè falluntur. Nam omnes quidem prophetiæ quibus ipsum uenturum expectant: non primum, sed secundum eius aduentum prænunciant, ut illa Danielis, quæ ipsum in nubibus cœli uenturum (ut alibi patuit) 7. cap. prædixit. Illa quoq; Ioelis 3. cap. in qua iuxta omnium expositorum sententiam, Messiæ aduentus describitur, de secundo eius aduentu loquitur. Quem quidem יום יהוה הגדול והנורא .i. diem Dei magnum & horribilem appellat. Quod nõ nisi de die iudicij à prophetis dici solet. Et quod paulò post subdit, dicẽs, וקבצתי את כל הגוים והורדתים אל עמק יהושפט ונשפטתי עמם Hoc est, Et congregabo omnes gentes, & adducam eas in uallem Iosaphat, & disceptabo cum eis. Etiam non nisi de die iudicij intelligitur. Item illud Malachiæ ultimo capite dictum, הנה אנכי שלח לכם את אליהו הנביא לפני בוא יום יהוה הגדול והנורא Id est, Ecce ego mittam uobis Eliam prophetam, antequàm ueniat dies Dei magnus & horribilis. Non potest nisi de secundo Messiæ aduentu intelligi. Quod autem secundus Messiæ aduentus in fine mundi futurus sit, id ueteres Talmudistæ manifestè asserunt. Nam in Beresith Rabba סטנח ketanna, id est in

expoſitione libri Gen. minori ſuper illud 5. cap. eiuſdem libri dictum, Hic liber generationum Adæ. Ita dicitur, Hoc eſt quod ſcriptum eſt Iſa. 57. cap. כי לא לעולם אריב ולא לנצח אקצוף כי רוח מלפני יעטוף ונשמות אני עשיתי Id eſt, Quoniam non in ſempiternum litigabo (ſupple cum Adam primo) neq; in æternū iraſcar (ſcilicet cum generationibus eius) Quia ſpiritus ex facie mea amiciet, uel induet, uel anxiabit. Et animas ego feci. Rabbi תנחום Tanhum dixit in nomine Magiſtrorū, Nunquā Rex Meſſias ueniet, niſi creatæ fuerint omnes animæ, quæ creandæ in cogitatione aſcenderunt, hoc eſt quas Deus creandas præuidit. Quæ eſt huius rei probatio? Illud Iſa. 57. c. Et animas ego feci: id eſt, Propter animas quas ego feci, ueniet Meſſias. Hæc omnia traditio. Hoc pene idem in Midras coheleth, id eſt in expoſitione libri Eccle. hoc modo legitur, אמרו בשם רב אין מלך המשיח בא עד שיבראו כל הנפשות שעלו במחשבה להבראות Id eſt, Dixerunt (ſupple Magiſtri) in nomine Rabbi. Non ueniet Rex Meſſias, donec creentur omnes animæ, quæ prægogitatæ ſunt creari. Quod quidem non poteſt niſi in fine mundi fieri. In capitulis quoq; magni Rabbi Elazar, cap. 34. ita dicitur, חי אני נאם יהוה שאני מעמיד אתכם לעתיד לבא בתחיית המתים ומקבץ אתכם עם כל ישראל לארץ ישראל Hoc eſt, Viuo ego dicit Deus, Qui ſurgere faciam uos in futuro tempore reſurrectionis mortuorum. Et congregabo uos cum uniuerſo Iſrael in terram Iſrael. Congregationē autem Iſrael Iudæi non expectant, niſi in Meſſiæ aduentu. Cum igitur congregatio hæc tempore reſurrectionis futura ſit, reſurrectio autem tēpore iudicij. Sequitur plane, quòd Meſſiæ aduentus quem Iudæi expectant, iuxta quorundā ueterum Talmudiſtarum ſententiam, tempore iudicij futurus ſit. Aut ſaltem (ut quidam alij Talmudiſtæ aiunt) ualde prope iudicium. Nam ut habetur in libro Sanhedrin, cap. Helec, Rabbi quidem Elazar dixit, quòd ימות המשיח ארבעים שנה Id eſt, Dies Meſſiæ 40. anni. Rabbi autem Elazar alius, Azariæ ſcilicet filius ait. Quod erunt שבעים שנה Hoc eſt 70. anni. Quamuis & alij ibidem diuerſa temporis ſpacia aſſignent, omnes tamen in eandem ſententiā conueniunt. Demum ſi omnes priſcorum Talmudiſtarum ſententiæ conſiderantur, tam quæ in eodem cap. Helec, recitantur, quàm quæ alijs in locis, Meſſiæ tempus aut iam præterijſſe (ut in 4. libro de primo eius aduentu latiſſime probauimus) aut in fine mundi (ut nunc de ſecundo ipſius aduentu probatum eſt) futurum deſignant. Ex his igitur patet, ſecundum Meſſiæ aduentum iuxta antiquorū Iudæorū ſententias, in fine mundi futurū eſſe.

Quòd futura ſit generalis mortuorum reſurrectio. Cap. II.

CAP. CVm fides catholica firmiter credat, in aduentu ſecundo Chriſti reſurrecturos eſſe mortuos. Idcirco ad huius catholicæ ueritatis confirmationem, atq; ad Iudaicæ perfidiæ confuſionē, per

per ueterum Talmudistarum dicta probandum est,& generalem mortuorum resurrectionem quam Sadducæi negant,futuram esse,& mortuos ipsos per Messiam resuscitãdos,quod iuniores Iudæorum falsum esse,dicere audent. GAL. Duo mi Capnio me hic per priscas Iudęorum scripturas ostendere hortaris,& generalem scilicet mortuorum resurrectionem futuram esse,& eam per Messiam factum iri. Primum itaq; patet non solum per sacræ scripturæ testimonia,uerumetiam per Talmudistarũ dicta.Nam illud quidem Psal.17.dictum, אני בצדק אחזה פניך אשבעה בהקיץ תמונתך Hoc est,Ego in iustitia uidebo,uel contemplabor faciem tuam,satiabor cum euigilauerit,uel resurrexerit forma, uel figura,uel imago,uel similitudo tua.Sic exponunt,& præsertim R. Abraham Auen Azra,& R.Selomo.Et R.quidem Abrahã sic dicens, Hæc uisio non est oculi,sed intellectus.Et non uidet uerba, nisi qui animæ sapientiã didicit. R.uero Selomo in glossa sic, Videbo faciẽ tuam. Sicut dictum est Isa.52.c.Quia oculo ad oculũ uidebunt. Satiabor cum euigilauerit forma,uel figura,uel imago,uel similitudo tua,id est cum euigilauerint mortui de somno suo.In libro quoq; Midras tehilim,super illud Psal.78. מזכיר כי בשר הם רוח הולך ולא ישוב Id est,Et recordatus est, quia caro ipsi,spiritus uadens,& nõ reuersurus.Sic legitur, סברי דאמרי דלית מיתין חיין דכתי רוח הולך ולא ישוב אלא זה יצר הרע שהולך עמו בשעה מיתה ואינו שב עמו בשעה שיעלו המתים Id est,Ausi sunt dicere quidam, quòd mortui non uiuent,eo quòd dicitur,Spiritus uadens,& non reuersurus.Sed hic est iecet hara .i.figmẽtum malũ,siue fomes, qui uadit cũ homine in hora mortis,& nõ reuertet cum eo in hora qua resurgẽt mortui In libro insup Elle hadeuarim rabba.i.in cõmẽtarijs libri Deu. ita dicit, רבי סימאי אומר בל בריה שנבראו מן השמים נפשן וגופן מן השמים וכל שיבראו מן הארץ נפשן וגופן מן הארץ לפיכך עשה אדם תורה ועשה ריזין אביו שבשמים חרי הוא בבריות של מעלה שנאמר אני אמרתי אלהים אתם ובנו לא עשה תורה ולא ריזין אביו שבשמים חרי הוא בבריות של מטה שנאמר אבן בארם תמוחזן ובן חיה רבי סימא אומר אין לך פרשה שאין בה תחיית המתים אלא שאין בנו כח לדרוש שנאמר יקרא אל השמים מעל וגומר יקרא אל השמים מעל זו נשמה ואל הארץ לרין עמו זה חגות מי דיין עמו ומניין שאין מרבר אלא תחיית המתים שנאמר מארבע רוחות בא חרוח בי שם יהוה אקרא ומציונו שלא חוכיר משה שמו של מקום אלא לאחר עשרים ואחר רבר מומי למר מימלאכי השרת שאין מזבירין את השם אלא לאחר שלש קדושות שנאמר וקרא זה אל זה ואמר קדוש קדוש קדוש יהוה צבאות Hoc est, Rabbi Simai dixit, Omnium creaturarum quæ de cœlo creatæ sunt,anima & corpus ad cœlum pertinent. Creaturarum uero quæ de terra creatæ sunt,anima & corpus ad terram attinent.Si itaq; obseruat homo legem, ac uoluntatem patris sui,qui in cœlis est,efficitur absq; dubio de numero creaturarum supernarum.Sicut scriptum est,Ego dixi Dij estis. Atqui si non obseruat legem,ac uoluntatem patris sui,qui in cœlis est,efficitur de numero creaturarum inferiorum. Sicut scriptum est, Profectò sicut Adam

moriemini. Quapropter dictum est à R. Simai, non extare aliquod capitulum scripturæ, in quo non fiet mentio de resurrectione mortuorũ, tam & si uis nostra nõ possit illud penetrare. Et hoc est quod scriptum est, Vocabit cœlum desuper, & terram, ad iudicãdum populum suum. Vocabit cœlum desuper, hæc est anima. Et terrã, hoc est corpus. Quis iudicabit ipsum? Et unde habemus, quòd non sit uerbũ aliquod in scriptura quod non loquatur, de resurrectione mortuorum? Vbi dictum est, A quatuor uentis ueniet spiritus, quoniam nomen Dei inuocabo. Repertum est autem in commentarijs iudicum, quòd non memorauit Moses nomen Domini, nisi post unum & uiginti uerba. Sed à quo dicit hoc? Ab angelis ministrantibus. Quandoquidem angeli ipsi ministrantes non commemorant Dei nomen, nisi post trinam sanctitatem. Quemadmodum dictum est, Vocabit hunc & illum, & dicet, Sanctus, sanctus, sanctus, Deus exercituum. Ex his omnibus priscorũ Iudæorũ dictis manifestè liquet, generalẽ mortuorũ resurrectionẽ futurã fuisse.

Quòd generalis mortuorum resurrectio in fine mundi futura, per Messiam fiet. *Caput* III.

CAPNIÒ,

ALterũ igitur quòd scilicet generalis hæc resurrectio per Messiam fieri debeat, nunc te probare oportet. GAL. Id quoq; multipliciter probari potest. Et primo quidem per glossam libri Gen. super illud 2. cap. eiusdem libri, Et germinare fecit Dominus Deus de terra omne lignum. Sic enim ibi ad uerbum dicitur, Hoc est quod scriptum est Psal. 31. מה רב טובך אשר צפנת ליראיך Id est, Quàm multum bonum quod recondisti timentibus te. Et infrà in eadem glo. Hebraica, ita dicit, Omnes patres, & iusti, tribus, & Moses, & Aharon, & Dauid, & Selomo, omnesq; Reges domus Dauid, & omnes prophetæ dicent ad Messiã, Finis prope est, ad te pertinet, ut uiuifices nos. Sicut dictum est Hoseæ 6. cap. יחיינו מיומים ביום השלישי יקימנו ונחיה לפניו Id est, Viuificabit nos post duos dies, in die tertio suscitabit nos, & uiuemus ante faciem eius. Koras quoq; & cõcio eius, atq; Absalom uenient ad eum, & dicent. Vsqquo finis mirabilium? Et quando redibis, & uiuificabis nos? Sic dictum est Psal. 85. חלעולם תאנף בנו תמשוך אפך לדור ודור ׃ הלא אתה תשוב תחיינו ועמך ישמחו בך ׃ Id est, Nunquid in seculum uel in perpetuum irasceris in nos, extendes iram tuam in generatione & generationem? Nónne tu reuertens uiuificabis nos, & populus tuus lætabitur in te? Hæc traditio. Ex qua manifestè liquet, quòd ad Messiam spectat mortuorum uiuificatio atq; resurrectio, & quòd ipse in mundi fine ad iudicandum omnes homines uenturus sit. In Midras quoq; tehilim, id est in expositione Psalmorum, super illud Psal. 93. dictũ, נכון כסאך מאז Hoc est, Præparatus thronus tuus ex tunc.

Sic

Sic dicit, Messias ascendit in montem Dei sancti & benedicti ante mundi creationem. Quemadmodum dictum est Psal. 72. לפני שמש ינון שמו i. Ante solem yinnon. i. genitus, uel filiabit, uel nasci faciet, fuit nomen eius. Quia futurũ est, ut ipse ינין yannin. i. filiet, uel nasci faciat omnes dormientes in puluere. Dixit R. Rahmon, Dormiẽtes in puluere sunt mortui. Iuxta illud Dan. 12. c. dictũ, ורבים מישיני אדמת עפר יקיצו אלה לחיי עולם ואלה לחרפות לדראון עולם .i. Et multi ex dormiẽtibus in terræ puluere euigilabunt, alij ad uitam ęternã, alij ad opprobriũ, & ad uermiculationem sempiternã. Super illud quoq; Psal. 3. dictũ, אני שכבתי ואישנה חקיצותי כי יהוה יסמכני Id est, Ego accubui, pro accubabo, & dormiã, & resurrexi, uel euigilaui, pro resurgã uel euigilabo, quoniã deus suscipiet me, scilicet per manus Messiæ, ut dicit ibidẽ Midras. i. glossa. Cabalistæ quoq; hoc sæpe fatentur. Nam ut cætera eorum de hac re dicta taceam, ea tantum referam quæ ex fragmẽtis Cabalisticis hoc modo habentur, וירוע בי ביר מטטרון תחית המתים וכן אמר לפנים ושפט בצדק דלים והוכיח במישור לענוי ארץ והכה ארץ בשבט פיו וברוח שפתיו ימית רשע הורה על חנביא כי לא ילחם בידיו אלא בכחשם וכל אשר יברך יכורך וכל אשר יאר ויארכי אין ליהוה מעצור לחושיע ברב או במעט שלא יצטרך לקבוץ מלחמה מתחלתו גם לא בחרב ובחנית יחושיע יהוה לא בגבורת חסוס יחפץ ולא בשוקי האיש יראה רוצה יהוה את יראיו את המיחלים לחסדו אשרי בל חובי לו ותמיאה אמרו בשבט פיו חיא אות פי תגבורה פיו ורוח שפתיו חצי השם נבלל חבמה תבונה דעת במו שאמור זל שלש הם יותנו למלך המשיח יבא בימינו : Hoc est, Cõstat in manu Matatron positam esse uiuificationem mortuorũ. Sicut scriptum est Isa. 11. c. Et iudicabit in iusticia pauperes, & corripiet in æquitate mansuetis terrę, & percutiet terram uirga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Ostendit hoc loco propheta, q̃ non sit bellum gesturus manibus suis proprijs, sed uirtute diuina. Et q̃ omnia quæ benedicet erunt benedicta, & omnia quæ maledicet, maledicta erunt. Quoniam non mutabit Deus siue augendo siue diminuendo salutem quam ipse operabitur. Hinc etiam docemur, q̃ non erit ei necessarium mouere bellum. Quoniã Deus præstat salutem non ense, aut lancea. Sicut dictum est Psal. 147. Nõ in fortitudine equi est uoluntas eius, neq; in tybijs uiri beneplacitum est ei. Voluntas Dei est ad timẽtes eum, & qui sperant in misericordia eius. Beati omnes qui sperãt in eo. Et repertũ est, in eo q̃ dicit, uirga oris sui, q̃ os est signũ potentię diuinę. In eo uero qd̃ ait, חיא אות פי תגבורה פיו ורוח שפתיו .i. oris sui, & spiritu oris sui, cõtinet medietas nominis dei. Et cõprehẽdit sapiẽtiã, intelligẽtiã, & sciẽtiã. Et ut dicũt sapiẽtes, tria hęc dabunt regi Messiæ. Vtinã cito ueniat diebus nostris. Hæc ibi. In qbus inter cętera notatu digna, quę ponunt de Messia, dicit in potestate ipsius positã esse mortuorũ resurrectionẽ. Ex his igit omnibusquę dicta sunt, palã ostẽsum est, generalẽ mortuorũ resurrectionẽ in fine mũdi futurã, per Messiã factũ iri. Vnde dictum ueri

Talmudiſtæ, qui ait 1. Cor. 15. cap. Per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum. Et ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes uiuificabuntur.

Quod poſt generalem reſurrectionem omnes homines uno linguæ loquentur idiomate, & quod erit illud. Caput III.

CAPNIO,

SEphonias propheta de aduentu Meſſiæ ad iudicium loquens, quod poſt reſurrectionẽ generalem fiet, dicit labium electum ad omnes homines conuertendum, ac reducendum eſſe. Ait enim ſic tertio capite, לכן חכו לי נאם יהוה ליום קומי לעד כי משפטי לאסף גוים לקבצי ממלכות לשפך עליהם זעמי כל חרון אפי כי באש קנאתי תאכל כל הארץ׃ כי או אהפך אל עמים שפה ברורה לקרא כלם בשם יהוה לעברו שכם אחד׃ Hoc eſt, Expectate me, ait Deus, in die reſurrectionis meæ in futurum. Quia iudicium meum, ut congregem gentes, ut colligam Regna, ad effundendum ſuper eos indignationem meam, omnem iram naſi mei. Quoniam in igne zeli mei deuorabitur uniuerſa terra. Quia tunc conuertam ad populos labium electum. Vt inuocent omnes in nomine Dei, & colant eum humero uno. Hæc ille. Vbi Midras, id eſt gloſſa ait, Humero uno, id eſt parte una. Sicut dictum eſt Gen. 48. cap. ואני נתתי לך שכם אחד Id eſt, Et ego dedi tibi humerum unum, id eſt partem unam. Cum ergo propheta dicit uoce Dei, Conuertam ad populos labium electum. Quid per labium hoc electũ intelligitur? Quod ue eſt labium iſtud quod Dominus elegit ad inuocandũ nomẽ ſuum, atq; ad colendum ſe ab omnibus gentibus humero uno, id eſt parte una? GAL. Hac in re uarij uaria dicũt. Quidam enim aiunt, labium hoc electum Græcam eſſe linguam, quam Dominus elegit, ut in ea nomen ſuum inuocetur, atq; per eam ipſe colatur. Nam nouum quidem teſtamentum (præter Matthæi euangelium) totum in lingua Græca ſcriptum fuit, totaq; primitiua eccleſia in lingua Græca fundata eſt. Cuius quidem rei nomen ipſum Chriſtianorũ maximum eſt indiciũ. χρισὸς enim à quo Chriſtiani dicunt, Græcũ eſt nomẽ. Neq; hoc ſolũ, ſed ipſa quoq; nomina ſiue dignitatũ, ſiue officiorũ, quæ ad rem Chriſtianã ſpectant, ac Dei cultũ cõcernunt, omnia ferè Græca ſunt, ut Eccleſia, Papa, Patriarcha, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Presbyter, Diaconus, Hypodiaconus, Acolytus, clericus, laicus, & reliqua id genus. Quapp̃ter linguã Græcã ipſam à Deo electã fuiſſe dicunt, ut in ea paſſim per orbẽ & nomen ſuum inuocaret, & ipſe à cunctis coleret. Vnde & Meſſias ipſe Dei filius ab uniuerſis gentibus hucuſq; Græco nomine Chriſtus dicit.

Opinio Græcorum.

Opinio Latinorum.

Alij uero labium hoc electum Latinã affirmant eſſe linguã. Quapluri-mæ Regiones ut Italia, Germania, Pannonia, Gallia, Hiſpania, & pleræq;

ræq; aliæ nationes & nomen Domini inuocant,& ipſum Deũ colunt. Ideo ſignanter dominus in prẽmiſſis prophetę uerbis nõ uniuerſaliter ad omnes,ſed ad populos labium hoc electũ ſe cõuerſurum dixit. Non enim omnes populi qui Chriſtũ confitentur,lingua Latina à Deo electa nomen Domini inuocant,aut ipſum colunt, ſed aliqui duntaxat. Quod per id quod ſequitur manifeſtius exprimitur: dum dicitur, Humero uno. Nónne & hoc plane impletũ eſt? Quicunq; enim lingua Latina ſiue Romana nomen Domini inuocant,omnes in unius ſummi Pontificis humero & authoritate inuocant. Ab ipſo enim canonicas ſubeunt pœnas,ab ipſo & abſolutionis tam earũdem pœnarum quàm peccatorum obtinent beneficium. Et ſecundum ipſius quoq; leges ac ſtatuta Deum colunt, dum iuxta ritum Romanę eccleſię quę cunctarũ eccleſiarum & Domina eſt & magiſtra,ac iuxta Romani Pontificis ſanctiones,qui Chriſti uicarius eſt,ac Dei uicem gerit,& rem diuinam faciunt,& ſacra perſoluunt officia. Talmudiſtę autem labium hoc electum Hebraicam linguam eſſe aſſerunt. Quod eam Deus præ cęteris elegerit: qua & patribus loqueretur,& legem ſuam daret. Quare legẽ ipſam,arcanaq; pene omnia prophetis reuelata,ea lingua ſcribi uoluit. Vnde & ipſam peculiari uocabulo ſanctã uocant. Eas ob res tunc iuxta propheticum uaticinium Dominum ipſum ad populos labium electum ad uocandum nomen ſuum,& ad ſe colendum humero uno conuerſurum aiunt,cum omnes gentes per Meſſiã ſaluandę,humero uno, id eſt ſub uno ipſius Meſſię Regno,Deum ipſum Hebraica lingua laudabunt. Quod poſt reſurrectionem generalem in electis adimplebit. Quemadmodũ enim ante linguarum diuiſionem in turri Babel factã, uniuerſa terra unius erat labij. Ita in reſurrectione generali omnes homines una loquentur lingua, Hebraica ſcilicet qua primi parẽtes in paradiſo loquebantur,& qua electi omnes in ſtatu innocentię locuti fuiſſent,ſi ipſi primi parentes in gratia Dei ſtetiſſent. Et hęc quidem opinio magis literę conſonat. Propheta enim in eiſdem uerbis non de primo Meſſię aduentu,ſed de ſecundo loquitur,cum ſcilicet ad iudicandum ueniet. Quod per Rabbi Ionathę Targum liquidius patet,qui hęc ipſa prophetę uerba ita in Chaldęum uertit atq; expoſuit, בבן סברו למחרי אמר יהוה לירם אהגלותי Hoc eſt, Propter hoc expectate uerbũ meum ait Deus in die oſtenſionis meę ad iudicandum. Et infrà, ארי באשה פורענותי יסופון כל רשיעי ארעא Id eſt, Quia in igne uindictę meę conſumentur omnes impij terrę. Cum autem Meſſias ſit uerbum Dei (ut in ſuperioribus oſtendimus) manifeſtum eſt, quòd Meſſias ipſe in fine mundi uenturus ſit ad iudicandum. Ex quo apertè liquet Sephoniam prophetam in prędictis uerbis de ſecundo Meſſię aduentu fuiſſe locutum, Quod erat probandum.

Quòd

Quòd generale iudicium per Meſsiam fiet, qui in forma humanâ glorioſa iudicaturus eſt. *Caput V.*

CAPNIO,

PAtetur, & credit indubitanter uniuerſa Chriſtianorum Eccleſia, Chriſtum Dominum noſtrum uiuorum & mortuorum iudicem futurum, ipſumq; in forma humana glorioſa ad iudicandum uenturum. Vt igitur magis adhuc iuniorum Iudæorum conuincatur perfidia, per eorum ſcripturas probare debes. Quod Meſſias uniuerſale iudicium in fine mundi futurum, facturus ſit, atq; in forma humana glorioſa ad iudicandum uenturus. GAL. Vniuerſale quidem iudicium in fine mundi per Meſſiam fieri debere, per id quod in antiqua Bereſſith Rabba, id eſt in expoſitione libri Geneſ. legitur, maxime patet. Ibi enim ſuper illud 49. c. eiuſdem libri, Donec ueniat Siloh. Ita dicitur, Hic eſt Meſſias. Et ad eum congregabunt ſe gentes. Quia ipſe erit iudicans uniuerſum mundum. Et hoc eſt quod ſcriptum eſt Micheæ quarto capite, ושפט בין עמים רבים והוכיח לגוים עצמים Hoc eſt, Et iudicabit inter populos multos, & arguet gentes robuſtas. Et etiam dictum eſt Iſaiæ 9. cap. ושפט בצדק דלים והוכיח במישור ל עניי ארץ והכה ארץ בשבט פיו וברוח שפתיו ימית רשע Id eſt, Et iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate mãſuetis terræ. Et percutiet terram uirga oris ſui. Et in ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium. Hæc omnia traditio. Quod autem in forma humana glorioſa iudicaturus ſit, habetur apud Danielem ſeptimo capite, ſic dicentem, חזה הוית בחזוי ליליא וארו עם ענני שמיא כבר אנש אתה הוה ועד עתיק יומיא מטת וקדמוהי הקרבוהי וליה יהב שלטן ויקר ומלכו ובל עממיא אמיא ולשניא לה יפלחון שלטניה שלטן עלם די לא יעדה ומלכותה דילא תתחבל Hoc eſt, Videns fui in uiſione noctis. Et ecce cum nubibus cœli quaſi filius hominis ueniens erat, & uſq; ad antiquum dierum peruenit, & coram eo obtulerunt illum. Et dedit ei poteſtatem, & honorem, & Regnum. Et omnes populi, tribus, & linguæ ei ſeruient. Poteſtas eius, poteſtas æterna, & Regnum eius quod non corrumpetur. Rabbi autem Abraham Auen Azra ſuper Danielem hoc in loco dicit, quòd Rabbi Iehoſuas dixit, hunc quaſi filium hominis eſſe Meſſiam, & quòd optime dixit, Quod Rabbi quoq; Selomo confirmat, dicens in gloſſa ſuper uerbum illud, Quaſi filius hominis, ipſum eſſe Regẽ Meſſiam. Quod autem Daniel in præmiſſis uerbis de ſecundo Meſſiæ aduentu loquatur, ex eo potiſſimum patet, quòd in primo aduentu cum humilitate & paupertate uenturus erat, ut in antecedentibus latiſſimè patuit. In ſecundo uero uenturus eſt cum maieſtate & gloria, ut uerba ipſa Danielis apertè inſinuant. Quod præcedentia quoq; atque ſubſequentia in eodem capite, palàm oſtendunt. Prædictis ſiquidem uerbis præmiſit

præmisit dicens, חזה חויתי עד די כרסון רמיו ועתיק יומין יתיב Hoc est, Videns fui donec throni positi sunt,& antiquus dierum sedit. Et post pauca inquit, דינא יתיב וספרין פתיחו Id est, Iudicium sedit,& libri aperti sunt. Libri, hoc est conscientię singulorum, quæ omnibus patebunt. Deinde paucis interiectis, subdit supradicta uerba, Et ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis ueniēs erat: cū reliquis. In Midras quoq; tehilim, id est in expositione Psalmorum, super illud Psal. 118. יהוה לי בעזרי ואני אראה בשנאי Hoc est, Deus mihi in adiutoribus meis, uel in adiutores meos,& ego despiciam odientes me. Vel,& ego uidebo, uel timebo inimicos meos? Sic ad uerbum dicitur, Simile est hoc filijs hominum. Qui uenientes ad iudicium apud tribunal, pertimescebant iudicium. Dictumq; est eis, Ne timeatis, neque grauetis cor uestrum. Sic enim est futurum, ut Israel stet in iudicio coram Deo sancto & benedicto,& ipsi quidem pertimescent, angeli uero ministerij dicent eis, Ne timeatis, neq; paueatis, neq; terreamini. Filius quippe ciuitatis uestræ est. Sicut dictum est Isa. 45. cap. הוא יבנה עירי וגלותי ישלח Id est, Ipse ædificabit ciuitatem meam,& captiuitatem meam emittet. Iterum dicent eis, Ne timeatis iudicium. Nónne recognoscitis eum, scilicet iudicem? קרובכם kerobchem, id est propinquus, uel consanguineus uester est. Sicut dictum est Psal. 149. לבני ישראל עם קרבו הללויה Hoc est, Filijs Israel, populo propinquo, uel cōsanguineo suo, halleluia, id est laudate Deum. Adhuc rursus dicēt eis, Ne timeatis à iudicio. Frater enim uester est. Sicut dictum est Psal. 122. למען אחי ורעי ארברה נא שלום בך Id est, Propter fratres meos, uel socios, uel amicos meos, loquar nunc pacem in te. Maxime autem uos nō oportet timere, quia pater uester est. Sicut dictum est Deut. 32. cap. הלוא הוא אביך קנך Hoc est, Nónne ipse est pater tuus, possessor tuus, uel emptor tuus? Hæc omnia traditio. Ex omnibus his manifestè liquet, Messiam Deum & hominem iudicium uniuersale in fine mundi facturum esse, atq; in forma humana cum gloria & maiestate ad iudicandum uenturum.

De æterno præmio, quod iusti post uniuersale iudicium sunt habituri. Caput VI.

CAPNIO,

QVoniam in uniuersali iudicio unusquisque pro suis meritis propriam mercedem accipiet, idcirco non ab re, ad confutandam erroris iuniorum Iudæorum impietatem, qui bonorum operum mercedem in præsenti duntaxat uita, se accepturos & sperant & asserunt, de æterno præmio, quod post uniuersale iudicium iusti habituri sunt, aliquid iuxta ueterū ipsorum sententias, hic dicendū esset.

GAL. Multa quidem hac de re ex eorum scripturis adduci possent.

Sed

Sed duo tãtum ipse afferam, quæ ipsi minime negare possunt. Primum quidem est, quod in libro צניעותא דספרא Siniotha desiphra, id est celati pudoris, his uerbis scriptum legitur, זכאין אינון צדיקיא דמשלפין נשמתהון מהאי גופא קדישא דאקרי אדם דבל יל בולא אחר דעטרין ובתרין קדישין מתחברין תמן בצרורא דאבלא זכאין אינון צדיקיא דבל הני מני קדישין דאתאמרו ברוח קדישא עילאה רוח דבל רוחין קדישין איתבלילן ביה רוח דעילאין ותתאין צייתין ליה זכאין אתון מאריהון דמרין מחצרו הקלא דמליין חילין תדעין ותסתכלון ביה ותדעון למאריהון אפין באפין עינא בעינא ובהני מילי תחון לעלמא דאתי היינו הא דבתיב וידעת היום והשבות אל לבבך כי יהוה הוא האלהים בשמים ממעל ועל הארץ מתחת אין עוד Hoc est, Puri siue qui meruerunt præmiũ, sunt iusti illi, qui recuperauerunt animas suas mediante corpore illo sanctissimo, quod uocatur homo, quod implet totam terram, & donatur corona ab illis. Accipiunt uero & coronam sancti, atq; coniunguntur ibi in illa scilicet caterua in qua conueniunt. Puri, siue merentes, iusti isti quos appellat sanctos, sunt commorantes cum spiritu sancto altissimo. Spiritus hic est in quo clauduntur omnes sancti spiritus, spiritus superiorum & inferiorum. Exceperunt autem ipsum puri illi & benemeriti, dominum eorum, dominumq; dominorum, in agro illo, qui arboribus plenus est, fecerunt sui notitiam, & acceperunt intellectum ab eo, & uicissim cum eorum domino se cognouerunt, facies per faciem, & oculus per oculum. Et huius rei gratia meruerunt præmium in futuro seculo. Et hoc est quod scriptum est, Et cognosces hodie reuersus ad cor tuum, quòd Dominus ipse est Deus in cœlis desuper, & in terra deorsum non sit præter eum. Hæc ibi. Alterũ uero habetur in libro Midras tehilim, super illud Psalmi undecimo, כי צדיק יהוה צדקות אהב ישר יחזו פנימו Id est, Quoniam iustus Deus iustitias dilexit, recti uidebunt faciem eius. Sic enim ibi dicitur, דבר אחר יחזו פנימו אילו צדיקים שכן נאמר והמשכילים יזהירו בזוהר הרקיע שהם עתידין להיות מאירין פניהן כחמה ולבנה כרקיע וכבוכבים כברקים בשושנים וכלפידים כחמה שנאמר בצאת השמש בגבורתו כלבנה שנאמר כירח יכון עולם כרקיע שנאמר בזוהר הרקיע כבוכבים שנאמר ומצדיקי הרבים כבוכבים כברקים שנאמר כברקים ירוצון בשושנים שנאמר למנצח על שושנים כלפידים שנאמר ומראיהם כלפידים בת ראשונה לפני המלך יושבת ורואה את המלך ואת פניו שנאמר ישבו ישרים את פניך ואומר ישר יחזו פנימו בת שניה אומרת אשרי יושבי ביתך שלישית מי יעלה בהר יהוה רביעית אשרי הבהר והקרב חמשית מי יגור באהלך ששית מי ישכון בהר קדשך שביעית ומי יקום במקום קדשו וכל בת ובת יש לו מדור בגן עדן וכנגדן שבע בתי דירות כגיהנם לרשעים ואלו הן שאול ואבדון גיא דימה צלמות ארץ תחתית וארץ ציה הרי שבע בתי דירות לרשעים ושבע לצדיקים לכל אחד ואחד לפי מעשיו בתי דירתן Id est, Sermo alius. Videbunt faciem eius. Hi sunt iusti de quibus dictum est Danielis duodecimo capite, Et intelligentes splendebunt, sicut splendor cœli. Futurum siquidem est, ut facies iustorum fulgeant tanquam sol, tanna, tanquam cœlum, tanquam stellæ, tanquam fulgura, tanquam lilia, tanquam

tanquam lampades. Tãquam sol, sicut dictum est Iudicũ 5. Sicut egressus solis in fortitudine sua. Tãquam luna, sicut dictum est Psal. 85. Sicut luna præparata in æternum. Tãquam cœlum, sicut dictum est Dan. 12. Velut splendor cœli. Tanquam stellæ, sicut dictum est Dan. 12. Et iusti splendescent ut stellæ. Tanquam fulgura, sicut dictum est Nahum 2. Vt fulgura discurrent. Tanquam lilia, sicut dictum est in Psal. Victori super liliis. Tanquam lampades, sicut dictum est Nahum 2. Visio eorũ tanquam lampadarum. Prima diuersitas est eorum qui ante faciem Regis habitant, & intuentur Regem & faciem eius. Sicut dictum est, Habitabunt recti coram facie tua. Et dictum quoq; est, Recti uidebunt faciem eius. Secunda diuersitas est eorum de quibus dicunt, Beati qui habitant in domo tua. Tertia eorum de quibus aiunt, Quis ascendet in montem Dei? Quarta de quibus dicitur, Beatus quem elegisti, & appropinquasti. Quinta de quibus dicitur, Deus quis hospitabitur in tabernaculo tuo? Sexta de quibus dicitur, Quis habitabit in monte sancto tuo? Septima de quibus dicitur, Et quis surget in loco sancto eius? Quælibet autem harum diuersitatum habet mansionem per se in paradiso deliciarum. Et econtra septem quoque habentur mansiones in gehenna pro impijs. Et sunt istæ: Seol, id est infernus: abadon, id est perditio: ghe, id est uallis uel profundum: dima, id est taciturnitas: zalmaueth, id est umbra mortis: erez tachtith, id est terra inferior: & erez czia, id est terra sitiens. Hæ sunt septem mãsiones impiorum, & septem iustorum. Cuilibet autem iuxta opera eorum, domus mansionum ipsorum. Hactenus traditio. Ex prẽmissis igitur duabus traditionibus satis aperte ostenditur, iustorum præmium quod habituri sunt post uniuersale iudicium.

Quòd ipsemet Messias post uniuersale iudicium, erit æterna merces, & præmium iustorum. *Caput* VII.

CAPNIO,

VM Isaias de Messiæ aduentu ad iudicium loquens, ita quadragesimo capite ait, הנה ארני יהוה בחזק יבוא וזרעו משלה לו הנה שברו אתו ופעלתו לפניו : ברעה עדרו ירעה בזרעו יקבץ טלאים Hoc est, Ecce Dominus Deus in fortitudine ueniet, & brachium eius dominans cum eo. Ecce merces eius cum eo, & opus eius coram ipso. Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos. Quid erit hæc merces cum eo, de qua propheta loquitur? GAL. Ipsemet Messias. Qui erit æterna merces & præmium iustorum, tam secundum diuinitatem, quàm secundum humanitatem. Quocirca Rabbi Ionathan uerba hæc ita Chaldaicè transtulit, הא יהוה אלהים בתקוף אתגלי ותקוף דרע גבורתיה שלטא סרמוהי הא אגר עבדי מימריה עמיה וכל

עובדיהון גלן קדמוהי ברעיא דעדריה רעי בדרעיה מבניש אמרין Id est, Ecce Dominus Deus in fortitudine reuelabitur, & fortitudo brachij roboris eius cum eo. Ecce merces facientium uerbum eius cum eo. Quia omnia opera eorum, manifesta coram eo. Sicut pastor qui gregem suum pascit, in brachio congregabit agnos. Glossa autem Rabbi Selomonis super hæc prophetæ uerba, sic dicit, Ecce merces eius præparata cum eo iustis. Et opus eius, id est merces operis quã daturus est eis. Messiam autem ipsum esse debere futuram iustorum mercedem ac præmium, id prisci quoq; Talmudistæ apertissime tradiderunt. Nam in libro qui סדר עולם Seder olam, id est ordo mundi dicitur, sic ad uerbum legitur, Scriptum est Dan. 2. cap. ידע מה בחשובא ונהורא עמיה שריה Hoc est, Nouit quid in tenebris est, & lux cũ eo est. Nouit (inquit) quid in tenebris est (Hęc est perpetua impiorum pœna in gehenna) Et lux cum eo est. (Hæc est donatio mercedis iustorum in futuro seculo) Hæc ibi. Quod autem hæc lux, quæ est futurum iustorũ præmium siue merces, sit Messias ipse, in Beresslith קטנה ketanna, id est in expositione libri Gen. minori, manifestè habetur, cum super illud 1. eiusdem libri dictum, In principio creauit Deus cœlum & terram, cum reliquis. Sic dicitur, Dixit Rabbi Abba, Scriptum est Dan. 2. ca. Et lux cum eo est. Hæc lux est Rex Messias. Hæc traditio. Ex his liquidò patet, ipsummet Messiam futurum esse æternam iustorum mercedem ac præmium. Confirmatur autem hæc Talmudistarum sententia & per illud Gen. 15. cap. dictum, אל תירא אברם אנכי מגן לך שברך הרבה מאד Id est, Non timeas Abram: Ego ero scutum tuum, & merces tua multa ualde. Eapropter ipse dixit Ioannis decimo capite, Ego sum hostium, per me siquis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Pascua æternæ scilicet beatitudinis, inueniet in me (supple) intus & foris. Intus per claram diuinitatis uisionem, perfectamq; fruitionem: foris, per gloriosæ humanitatis intuitionem. Et hoc est, quod dixit, Et ingredietur, & egredietur.

Pro totius operis conclusione, proq; authoris excusatione, ac pro multarum dictionum Hebraicarum, quæ apud nos uitiatæ habentur, castigatione. Caput ultimum, præ cæteris notandum.

GALATINVS,

HÆc sunt Capnio & Hogostrate, catholicæ ueritatis arcana, quæ in hoc opere, ad Dei optimi maximi honorẽ ac laudem, ad orthodoxæ fidei confirmationẽ, ad uniuersalis ecclesię decus, ad Christianæ reipub. utilitatẽ, ad omniũq; animarũ salutẽ, ex Talmudicis, et Cabalistis, alijsq; Hebręorũ libris, uelut è sentibus rosas, pro uestræ

ueſtræ diſputationis fundamento(diuina auxiliante ope)excerpſit,atque in hos duodecim libros quaſi in faſciculos collegi. Vt ex ipſis facile perſpici poſſet,quid de Talmud cenſendum ſit,de quo tandiu inter uos diſceptatum eſt. In alio ſiquidem opere,quod in ſex diſtinctum libros,iuxta articulorum Hogoſtrati diſtinctionem, propediem (Deo fauente)me in lucem æditurũ ſpero,ampliſſimus dabitur uobis diſputandi locus. Vt tandem articulis ipſis ſolerter diſcuſſis, rationibuſq; utriuſque ueſtrũm diligenter auditis,ueritas ipſa quam tanto ſtudio quæritis,luculentius determinata pateat. Nunc autem id à uobis exoratum uelim,ut ſiquid uobis hoc in opere minus recte à me dictum,uiſum ſit,illud mihi amicè pandatis. Cum enim ad conficiendum tantum opus,ad quod(ut uerum fatear)uix tota hominis ætas ſatis fuiſſet,non niſi annus cum dimidio mihi datus fuerit,uereor admodum,ne ob nimiam celeritatem, me multa ſecus quàm decuerit, dicere obtigerit. Quare paratus ſum,ſapientum amicorum iudicio,cuncta à me minus bene dicta emendare,ac ubi opus eſt,reuocare. HOG. Quæ in hoc opere Galatine dixiſti,mihi quidem omnia præter unum, bene dicta uidentur. GAL. Dic amabo,quid unum illud eſt? HOG. Te in plurimis communem ſcribendi proferendiq; modum non ſeruaſſe. Nam alia quidem quæ aſpirationem reſpuunt,cum aſpiratione ſcripta protuliſti:alia uerò longè aliter quàm uſus obtinuit, ſcripta pronunciaſti. GAL. Quænam ſint iſta,quæſo ediſſere. HOG. Quæ igitur præter uſitatum ſcribendi morem,cum aſpiratione ſcripta retuliſti,multa profectò ſunt,ſed præſertim hæc: Heua,Habel,Hanna,Iohannes,Halleluia. Quæ autem prꝫeter noſtræ orthographiꝫ legem,ſcripta pronunciaſti,quamuis multa quoq; ſint, hæc tamen inter cætera uidentur præcipua: Hanoch,Methuſelas, Noas, Peres, Moſes, Iehoſuas,Pinhas,Semuel,Selomo,Sealthiel,Iehoiakim, Hoſeas, Bathſeba, Eliſeba,Amora. Quæ tamen à noſtris Enoch,Mathuſalem, Noe,Phares,Moyſes,Ioſue,Phinees,Samuel, Salomon,Salathiel,Ioakim,Oſee, Berſabea, Elizabeth,Gomorra,paſſim & ſcribi & pronunciari ſolent. Quapropter te à multis carptum iri,haud quaquam dubito. GAL. Quos me propterea carpturos putas,eos rogo atque obſecro, Ne me prius accuſare uelint,quàm rationem qua id fecerim audiant. Eam ob rem & te,& eos ſcire uelim, noſtræ æditionis authorem,Græcam ꝫditionem imitatus,ſicuti in multis ſenſum alium,à ueritate Hebraica penitus abhorrentem,traduxit. Ita quoq; infinita penè uocabula corrupte ac deprauate tranſtulit. Quæ cum non Grꝫca,ſed Hebraica ſint,in ipſis non Grꝫcos,ſed Hebrꝫos ſequi debemus. Et potiſſimum in ꝭs,ex quorum literaturæ uariatione,ſequitur ſignificationis uariatio: cuiuſmodi ſunt quꝫ in hoc opere præ cꝫteris caſtigare curaui. Quꝫcunq; igitur per literam he,aut heth apud Hebrꝫos ſcribuntur,cum aſpiratione

apud nos ſcribenda ſunt. Neq; enim eorũ opinioni aſſentio, qui heth
Prima regula. daſiæ, & he pſili Græcorũ proſodijs cõparantes, ea duntaxat cum aſpi-
ratione apud nos ſcribi debere aiunt, quæ per heth apud Hebræos ſcri
bi contingit. Tum quia in Hebraicis (ut dixi) dictionibus, non Græco
rum, ſed Hebræorũ (quantum noſtrę literæ patiunt̃) orthographia ſer
uanda eſt. Tum etiã, quia & ſi heth fortis ſit aſpiratio, & he lenis, utraq;
tamen litera apud eos aſpiratio eſt. Eam ob rẽ ubicunq; apud illos ſiue
heth, ſiue he ponat̃, ibidẽ apud nos aſpiratio ponenda eſt, præter q̃ in
calce dictionũ, cum noſtra aſpiratio nuſq̃ finalis eſſe poſſit, niſi in qui-
buſdam interiectionibus tantũ. Quocirca nõ parum errant, qui Heua,
Habel, Hanna, Ioannes, Halleluia ſine aſpiratione ſcribunt, cum hæc a-
pud Hebręos uel per heth, uel per he ſcribi ſoleãt. Nam Heua quidem
per heth apud eos ſcribit̃, ſic חוה hauah, cum à uerbo חיה haia, quod
uiuere ſignificat, deriuetur, iod in uau mutata. Vnde Heua (teſte ſcri-
ptura ſacra) mater uiuentium interpretat̃. Hanna etiam per heth ſcribi-
tur, ita חנה Hannah, cum à nomine חן hen, quod idem eſt quod gra-
tia, deueniat. Ioannes quoq; apud eos per heth ſcribit̃, ſic יוחנן Iohanã.
Cõponitur enim à nomine Dei τετραγραμματον, quod eſt יהוה, & à no
mine חן hen, quod eſt gratia. Idcirco Ioannes Dei gratia interpretat̃.
Habel autem apud eos per he ſcribitur, deſcendit enim à uerbo הבל
habal, quod idem eſt quod euanuit. Hallelu ia ſimiliter per he ſcribit̃,
hoc modo הללויה hallelu iah, ſunt nãq; duæ dictiones. Prima eſt הללו
hallelu, quod eſt imperatiui modi & ſecundę perſonæ pluralis numeri
huius uerbi הלל hillel, quod idem eſt quod laudauit. Secunda eſt יה
iah, quod eſt unum de diuinis nominibus, & Deum ſiue Dominum ſi-
gnificat. Inde hallelu ia, quod laudate Deum, uel Dominum, in noſtrã
uertitur linguã. Ex prædictis igitur palàm liquet, non ſolũ hęc, uerũ cę-
tera quoq; omnia, quę tam per heth, q̃ per he apud Hebręos ſcripta ha
bentur, cum aſpiratione apud nos ſcribenda eſſe. Nam & in his, & in
reliquis omnibus Hebraicis dictionibus, Hebraicus tum ſcribẽdi, tum
proferendi modus, ſemper à nobis (quoad literis noſtris fieri poteſt)
Secũda regula ſeruandus eſt. Alioqui eadem dictio non idem omnino apud nos ſigni
ficatum retineret, quod apud illos habet. Hinc eſt, q; (ut non niſi ea ex
multis exempli gratia afferam, quæ ipſe attuliſti) non Henoch ſed Ha-
noch, non Mathuſalem ſed Methuſelas penultima ſyllaba producta,
non Noe ſed Noas, non Phares ſed Peres, non Moyſes ſed Moſes, nõ
Ioſue ſed Iehoſuas penultima producta, non Phinees ſed Pinhas, non
Samuel ſed Semuel, non Salomon ſed Selomo, non Salathiel ſed Seal-
thiel, non Ioakim ſed Iehoiakim, non Oſee ſed Hoſeas penultima pro-
ducta, non Berſabee ſed Bathſeba penultima etiam producta, non Eli-
ſabeth ſed Eliſeba penultima itidem producta, nõ Gomorra ſed Amo-
ra, & ſcribere, & pronunciare deberemus, cum ſic ea Hebræi & ſcri-
bant

bant & pronũcient. Licet autem hæ literæ, he, heth, ain, cum tam in his, quàm in cæteris masculinis nominibus finales sunt, apud nos creberrime gratia melioris hiatus, in s literam mutentur. Hæc tamen mutatio nullam affert significato mutationem. Nam ut duo tantummodo de unaquaq; harum literarum causa exempli adducam, apud Hebræos, משה Mosch ישעיה Iesaiah, in he desinunt, נח Noah, משיח Massiah in heth יהושע Iehosua, מושיע Mossia in ain. Hæc tamen & reliqua huius generis apud nos absq; ulla significati uariatione in s literam sæpissime terminari solent. Vt Moses, Isaias uel Esaias (utroq; enim modo dici potest) Noas, Messias, Iohosuas, Mossias quod saluator interpretatur. Id ipsum & in proprijs masculini generis in aleph desinentibus plerunq; fit. Vt עזרא Ezra, Ezras, שלמא Salma (tametsi interdũ per he scriptum reperiatur) Salmas, qui Nahson filius fuit, & Salmon quoq; dictus est, quemadmodum ipsum in Saluatoris nostri genealogia apud Matthæum, uocatum legimus. Illis præterea, quæ in iod, præcedente patha uel camez terminantur, us syllabam addimus, iod & patha uel camez præcedente, in e longum, siue in æ diphthongon mutatis. Vt חגי Haggai Haggęus, מרדכי Mordochai Mordochęus, זכאי Zaccai Zacchæus. In plerisq; uero alijs, ita us finali literę apud nos coniungitur, ut ex ipsis una efficiatur syllaba, accẽtu acuto qui apud eos in ultima syllaba erat, in penultima apud nos remanẽte. Vt יעקב Iaakob Iacobus, יוסח Iosęph Iosephus. Et hoc quidem fit, cum ea ad nostrorum nominum declinationes deducere uolumus. Quę cum ita sint, nemo me Hogostrate (ut opinaris) carpere, nemo me accusare, aut argue re debet, quòd in præmissis, ac alijs permultis, usitatum scribendi proferendiq; modum non seruauerim. Cum id non ignorantia, aut temeraria præsumptione fecerim, sed ut ea castigarem, ac meliora redderem. Verumtamen haud quaquam nego, multa in hoc opere dicta esse, quę elegantius atq; ornatius dici potuissent, nisi humiliori stylo, ac notioribus communioribusq; uerbis uti, necessarium fuisset. Tum enim, ut Christianæ fidei mysteria in Hebraicis codicibus inuenta, cunctis notiora fierent. Tum etiam, ut Hebraicarum dictionum fidelior esset interpretatio, quas cum è uerbo ad uerbum transferre uellem, uix in aliquibus Latini sermonis congruitatem seruare potui. CAP. Ego quidem, Galatine (ut ex animi sententia loquar) quæcunque dixisti, adeo bene, adeóque eleganter te dixisse arbitror, ut neminem aut melius, aut elegantius præsertim tam breui tempore dicere potuisse existimem. Quod profecto nequaquam facere ualuisses, nisi Spiritu sancto afflatus fuisses. Vt qui olim per prophetas Messiæ mysteria pronunciauerat, ille idem nunc per te eadem mysteria lucidius enucleret. Vnde palàm ostenditur, quàm utile, quàm proficuum, quàm conducibile sit Christianę reipublicę, Christianũ theo-

Tertia regula.

Quarta regula

Quinta regula

Sexta regula.

logum Hebraicas nõ ignorare literas, ex quibus tot catholicę ueritatis arcana tam exactè eruisti. Quibus non modò obstinata Iudæorum nostri temporis perfidia sic penitus cõuincitur, ut ulterius nec hiscere quidem audeant, uerumetiam & orthodoxę fidei ueritas maxime cõfirmatur, & multa ac propè infinita sacrę scripturę Veteris instrumenti loca, quæ uel scriptorum uitio, uel temporum longitudine, apud Græcos Latinosq; uitiata habentur, examussim pro nostra fide emendantur. Pro quibus omnibus plurimum tibi debet tota Christiana religio.

GAL. Quanquã tu mi Capnio, hæc pro tua ingenti in me beneuolentia (prout sentis) ingenuè dicas. Ego tamen cùm non sim prorsus meæ supellectilis aut nescius, aut immemor, quæcunq; in hoc opere dixi, omnia sedis apostolicæ, ac sacrosanctæ Romanę ecclesiæ iudicio corrigenda, ac determinanda relinquo, atq; subijcio. Et ita quidem, ut ita mala atq; inepte dicta, meæ insciticæ ascribantur. Mendose uerò scripta amanuensi imputentur: solent enim sæpenumero huius generis uiri cuncta ferè congruenter scripta, usque adeò peruertere, uitiare, corrumpere, ut uix omnino eorum mendæ castigari queant. Bona autem quæcunq;, Deo omnipotenti, à quo optima quęq; proueniunt, attribuantur. Cui laus, honor, & gloria per infinita seculorum secula.

PERACTVM EST *diuina opitulante gratia, opus de Arcanis Catholicæ Veritatis, ex Iudaicis codicibus nuper excerptum, atque Inuictissimo Maximiliano Cæsari semper Augusto dedicatum, Barij, Anno Virginei partus* M. D. XVI. *pridie nonas Septembris: Pontificatus Sanctissimi Domini nostri Leonis* X. *anno quarto: Regnantibus Serenissimis utriusque Hesperiæ Regibus, Iohanna, & Carolo eius filio, uirtutum omnium cultore & alumno: auspicijs Reuerendissimi D. Laurentij Pucij, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ tituli Sanctorum quatuor Coronatorum, presbyteri Cardinalis: fauente illustrissima Isabella de Aragonia, Mediolani ac Barij Duce.*

Ioannis Reuchlin Phorcensis Legum Doctoris, De arte Cabalistica libri tres, Leoni X. dicati.

Sanctiſsimo Leoni Decimo Pontifici Maximo Ioannes Reuchlin ſe ſupplex commendat.

ITALICA PHILOSOPHIÆ BEATISSIME Leo decime, religionis Chriſtianæ Pontifex maxime, à Pythagora eius nominis parente primo, ad ſummos homines excellentibus ingenijs præditos olim delata, per quàm pluribus annis ingenti latratu Sophiſtarum occide rat, tamdiu tenebris & denſa nocte ſepulta, quouſq; deum fauore Sol omnis generis optimorum ſtudiorū clariſſimus Laurentius Medices pater tuus, Magni Coſmi propago Florentinę ciuitatis princeps exoriretur. Quem & ſi nouimus animo & ſcientia gubernandi rempublicam & domi belliq; omnia conſilio ac prudentia gerendi, tam fuiſſe compotem ut nemo ætate ſua in ciuili exercitatione uideretur magis laudādus, tamen ad hoc nobis eum fateri oportet: commodius natum eſſe perinde atq; cœlitus demiſſum, ut poſt eloquentiæ diſciplinas & benedicendi artes à Petrarchis, Philelphis, Aretinisq; rhetoribus ante iuuentuti Florētinę traditas, quo eſſe abſq; controuerſia poſſent ciues cunctis nationibus exteris nitidiore ſcribendi calamo & puritate lin guæ ornatiores, ipſe tandem patriæ inferret quoq; illam expultricem uitiorum ſapientiam & arcanorū inueſtigandi rationem, quæ in libris & monumentis priſcorū ad ſua uſq; tempora latuiſſent. Ad id prouinciæ diligenter acciuit undequaq; doctiſſimos & ueterum autorum peritiſſimos uiros quibus, cum rerum ſcientia etiam ſatis eſſet eloquētiæ, Demetrium Chalcōdylen, Marſilium Ficinum, Georgium Veſpuciū, Chriſtophorum Landinum, Valorem, Angelum Politianū, Ioannem Picum Mirandulæ comitem, cæteroſq; orbis eruditiſſimos, quibus antiquorum ſolertia & arcana uetuſtas malignitate caſuum obliterata in lucem rediret. Hoc egere ſummi uiri certatim. Nam docuit hic, commentabatur alter, legerat iſte, interpretatus eſt ille, ac linguas uertit in linguas. Marſilius Græciam duxit in Latium, Romanos in Græciam Politianus reduxit. Inſtabant omnes operi, nemo non ſummas Medicibus laudes afferēs. Hos in heroas beatiſſime Leo, tuus natalis uirgula (ut aiunt) diuina feliciter cecidit, Dñs gratia: certe ut non reſtaret ullum elegantioris doctrinæ genus in quo tu non euaſeris peritior, adeo quidem

quidem puer amplexus politissimi suauitatem Politiani. Quid multis? Florentia illo quo nihil erat floridius. In qua renascerentur optimarum artium quę antè cecidere omnia, nihil remansit intactum de linguis & literis quo non exercerentur nobilissimi Florentini. Ea fama ego tum quidem uehementer mouebar tactus eius loci cupiditate, ac non solum magnificentissimi & insueti nobis Hercynijs ędificijs auitę domus tuæ, quam Magni Cosmi nominarunt, uerum etiam parentis tui desiderio uisendi, unde nostro seculo tanta commoda prodijssent. Igitur in Italiam profectus cum illustri Eberhardo Probo, Sueuorum nostra ætate primo Duce, cui à Secretis fiebam, intraui Florentiam circiter duodecimũ calend. Apriles, anno salutis milleśimo quadringentesimo octuagesimo septimo. Cumq; insignem Medicæ gentis nobilitatem ei Duci commendassem, ut pro rei ueritate profectò debui, optabat cum eo sibi uiro colloquium habere. Quod ubi animaduertisset, nescio quo reuelante Laurentius, apprehendit peregrini dexteram perquàm humaniter, omnesq; nos domum suam duxit, singula uisu digna ostendens. Primò, saberrima equorum stabula, deinde armamentarium omni apparatu bellico refertum, pòst item singulos thalamos pretiosissimis aulęis ornatos pulchrosq; tapetas, & in excelso culminis tecto arboribus consitum nemus, hesperidum hortos ac aurea mala, cuius bibliothecam cum in cœlos usque uerbis extollerem, perhumaniter ut solebat uir suauissimus respondit, maiorem sibi thesaurum in liberis esse quàm in libris. Quæso te Papa sanctissime, sinas me loqui tecum aliquanto liberius infimatem de media plebe hominem, Quanta putas me tum captum admiratione cum quodam insigni gaudio, quando uniuersis applaudentibus audiuissem ad summa te rerum fastigia conscendisse optimum optimi sapientissimiq; principis diui Laurentij Medicis filium, recordabar subitò tanquam hierophantes aliquis paternum illud uaticinium uerę prophetię par. Quid hac ex Laurentio laurea fruticari queat, nõ modò Laurentibus populis, sed etiam toti orbi preciosius? quis maior excogitari thesaurus possit quàm sit illud tuum ineffabile regnum, unde nobis omnes diuitię tanquam ex Pactoli abysso fluunt, omnes gratię, omnes optimarum literarum ornatus, & omne quod est in humanis bonum? Semina iecit pater uniuersę ueteris philosophię, quę nunc te filio in culmos surgunt, ut te regnãte nobis spicas illius metere liceat in omnibus linguis, Gręca, Latina, Hebręa, Arabica, Chaldaica & Chaldiaca, quibus hoc tẽpore libri tuę maiestati offerunt̃, & uberius omnia perficiunt̃ sub tua ditione quę sunt à parente tuo prudẽtissime inchoata. Quare cogitãs sola studiosis Pythagorica defuisse, quę tamẽ sparsim in academia Laurẽtiana delitescũt, credidi haud ingratũ tibi futurũ, si & ea foro afferrẽ, quę Pythagoras nobilesq; Pythagorei sensisse dicuntur, ut tuo felici numine legeren

tur

tur Latinis hactenus ignota. Italiæ Marsilius Platonem ædidit, Gallijs Aristotelem Iacobus Faber Stapulensis restaurauit. Implebo numerum & Capnion ego Germanis per me renascentem Pythagoram tuo nomini dicatum exhibebo. Id tamen absq; Hebręorũ Cabala fierinon potuit, eo quòd Pythagorę philosophia de Cabalęorum pręceptis initia duxit, quę patrum memoria discedens è magna Gręcia rursus in Cabalistarũ uolumina incubuit. Eruenda igitur inde fuerant ferè omnia. Quare de arte Cabalistica, quę symbolica philosophia est scripsi, ut Pythagoręorum dogmata studiosis fierent notiora. In quibus omnibus nihil affirmo, Tantum utut opinantur infideles recito, qui Simonem Iudęum Cabalę peritum audituri Francofordię in unam cauponam è diuerso itinere conueniunt Philolaus iunior Pythagoręus, & Marranus Mahometista. Iam uerò reiectis in diuersorio sarcinulis peregrini famem pellere cupientes horrent cõuiuarum tumultuantem gregem, at illis post symposia tabernã deserẽtibus ita cœpit Marranus, Temperaui à multis mihi uerbis in tanto murmure coëpulonum indigenarum, qui nimium poti à prãdio nunc abeunt, ueritus ne male audissem si quouis sermone aduena ego fremitus intercalassem eorum quos exitiosa temulẽtia onustos nouerim. Pòst uerò quàm hinc illis profectis, soli nos in isto pridem diuersorio conuenimus, ambo, ut est uidere, peregrini, & haud parũ ab itinere fessi, iubeas oro cauponi, si tua mecum stat sententia, ut secundę mensę ferantur & bellaria minime Sybaritica, quando liberiore gestu conuiuere licet & colloqui. At ecce structores accedunt nescio quę promentes tragemata cum nucibus & caseo uetinam Bithynio & cratere incertum zythico an uinario, quanquam nobis omniũ nihil monentibus. Tum Philolaus haud mediocri dexteritate ait, cauponariam agit hic institor, ut qui nummis ubiq; locet peradicas, etiam hospitibus addat aurita ministeria, quo plus uini obligurire gestientibus uendat, mox enim atq; de bellarijs sermo excidit, sercula pręsto sunt. Nunc sanè inter honesta pocula opto nobis laxiora sodalitia fore. Nam utriq; me consule uultus, mi conuiua, capiendus est nouus & lassatis membris curanda requies. Potissimum uerò mihi post longam nimis & scabram uiam, durosq; calles, quos hucusq; sum emensus. Quid tibi sit integrum ignoro, cum de tua peregrinatione nõdum factus sim certior, quàm longinquę, aut quis tu, aut undénam uenerise E Byzantio, inquit ille, Constantini urbe, quam multi Nouam Romã appellant, sum enim patria Byzantinus, studio uarius, siue Græcè uelis, aut Hebraicè, seu magis Latinè, Arabum tamen doctrinam plus calens: & nisi molestum est, tu uicissim indicare ne recuses qui uir ipse sis. Philolaum me nominãt, inquit iste, Alanum natione, disciplina Pythagoreum, & fortasse haud absimilem tui linguacem, sed quod tibi erit uocabulum quęso? Constantinopolitani Marranum me uocant, ait ille, no-

le, nomen à Cerintho & Ebione, ſcholaſticis notum, quòd & aqua tinctus & recutitus apella, utrinque alioqui tam Moſi legibus quàm Chriſtianorum doctrina ſum initiatus, ſcholaſticos memoras audio. Philolaus ad hæc: Id rogo autẽ, Sunt ne humanitatis ſcholæ Conſtantinopoli modò, inter iſtos maximè omnium crudeles & truculentiſſimos Turcos? Plurimæ, inquit ille, quibus ſe excellentiſſimis ingenijs homines dediderunt. Eſt enim plus illic diſcipulorũ quàm decem millium, è Perſia, Græcia, Latio, & Iudaiſmo in unis mœnijs, inter quos cum iam annis duo de uiginti multarum artium auditor fuerim, libuit tandem expatiari aliò, ſi fortè uel trans alpes inuenirem ſtudio ſapientiæ præditos, qui de maximis quæſtionibus copioſè queant probabiliterq; diſſertare. Tum cuiatis philoſophiæ? petebat Philolaus, & Marranus. Cuiuſuis retulit, cum ſim nullis ipſe unius diſciplinæ legibus aſtrictus, quo minus ne ſecta quidem fidei libere quicquid ſenſero defendere prohibeor. Certè par habes mecum Philolaus, inquit, ut uideo, explorandi deſiderium. Nam ad Germanorum nobile hoc emporium Francofordienſe migrantibus è Thracia mercatoribus comitem me iunxi, quòd acceperim hic eſſe Iudæum magnæ in opera Cabaliſtica famæ, ac ingentis exiſtimationis, quæ una facultas (ut ſæpe audiui doctiſſimos homines, ſuaui ocio & conſijs uberrimis affluentes, me præſente, arbitrari) præ cæteris eſſe queat Philoſophiæ Pythagoricæ cognatior, tanquam nihil ſimilius. Nam eſſe Pythagoram, omnia fermè dogmata iſtinc expiſcatum aiunt. Iudæo illi Simon eſſe nomen perhibent, Eleazari filio, ex antiqua Iochaicorum proſapia, quem nunc remotis menſis adoriri ſtat ſententia. Ego uerò, inquit Marranus, ſi per te licet, tecum ipſe uiam accedam, tametſi Pythagorica parum edoctus, ſemper enim mihi Arabes magis uenerationi fuere Algazel Alpharabius, Abucaten, Hali, Abumaron, Abenſina, quem Latini Auicennam, & Abenruſt quem Auerroëm uocant, & reliqui conſimiles Peripatetici. Quanquam nemini unquã mea ætate negatum fuit Conſtantinopoli qualemcunq; ſingularum propè linguarum atq; ſectarum philoſophiam conſequi, maxime diſſimilium gentium præceptoribus in dies publicè docẽtibus. Tum Philolaus: Confide, nam facilè, inquit, Pythagoreus fitis qui & libenter uerbo credit, & pro tempore tacere poteſt, & omnia præcepta intellectualiter intelligit. At ille, Aſtabo ſaltẽ ubi patieris, tanquam Pythagoreus aliquis, & audiam qua de re ſermo inter uos fiat. Itaque inenarrabili gaudio delibutum me reddes, cum per magni eſtimauero in conuerſatione ſapientum fuiſſe. Et Alanus, Veniamus ait, Nam in pomario domi eius, in qua habitat, deambulare nunc ſolus dicitur, ac certè hic loci eſt, & oſtium patet. Cernis

ne

ne istum ex horto nos uersus incedẽtem? Age maturius, ingrediamur. Salue magister. Cui Simon de more gentis, Dominus uobiscũ. Tú ne Simon ille Iudæus? rogant aduenæ. Tum is, Vtrunq; , nam & Iudæus sum & Simon. Quæ autem nomina uestri amborum accipiam? quo rectius uos alloquar. Vterq; ad id: Ego Philolaus, & ego Marranus respondérunt: ac diuersis itineribus alter alterius nesciens, post longam peregrinationem huc tandem conuenimus, quos non hoc emporium tam latè imminens tanto commeatu propè toti Europæ decantatum, ac tot & tam preciosis mercibus illustres nundinæ, tam diuersarũ gentium confluxu speciosæ ad sui contemplationem traxerunt, sed unius tui fama perduxit ea cupiditate, ut nobis de omni Cabalistica ratione magnopere, ut doctis uisum est & colenda & expetenda, nobiles illas & tam in Scythia quàm in Thracia commendatas ingenti laude cogitationes tuas breuiter & commodè aperires. Ad hæc: Est'ne Simon, inquit, memoria nostri etiam apud Scythas & Thracas gentem tam longinquam. Est profectò, ait uterq; , multo maxima. Nam abhinc ante triennium circiter quatuor lustra, quando tempore illo supputabant uestri à mundi exordio post quintum millenarium annos ducentos octo & triginta, pulsi ex Hispania Iudæorum centena quatuor & uigínti millia, indeq; discriminatim illorum maxima pars ad loca nostra exiles profecti, multam in te homine sibi, ut affirmãt, perquàm nobilissimo artium disciplinam, multas literas, incredibile ingenij acumen, & philosophici sermonis expeditam integritatem, præsertim quoq; Cabalisticæ speculationis diuinam peritiam, & uniuersis auditoribus admirabilem inesse prædicant, ita ut in omnium oculis discendi cupidorum ultra Sauromatas & glacialem fulgeas Oceanum. Super quo suscepit ille, Tanta de me uestra existimatio uiri Pythagorei, non mediocrem ruborem mihi affert, qui uereor ne si iudicium hoc uestrum ex populari rumusculo conceptum frustrer aut fallam, quantumuis id contingat fragilitate mea, ipse uidear in tam diuinũ Cabalæ studium propè mea ignauia dolendam iniuriam commisisse, quo planè quicquid in me languidum, fractum & imperfectum deprehenderitis, id in huius sapientiæ quam desideratis, quandam uergat ignominiam, quasi opificis defectus tendere debeat in artis indignitatem, id quod minime omnium uelim. Nam ego ipse quãtuluscunq; sim qui scio quàm sim exiguus aut mecum cæteri Cabalistę omnes quicquid uerò esse putentur, laudati si uultis an despecti mitto dicere, tamen hac contemplandi arte nihil est hominum generi usquam qui humi degunt, & præ alijs egregiè polleant ingenio ac mente florent, à Deo collatum expetibilius, nihil ad salutem animorum cõmodius, nihil ad immortalitatem consequendam aptius, quo congruenter naturæ mens humana propinquius ad deificationem ascendat, hoc est ad beatitudinis summum, quod τέλος Græci dicunt

ci dicunt, siue id uobis extremum aut ultimum uocare placuerit seu finem, unde contingat, nihilo indigentes, absolutè, semper absq; impedimento fortunatè, trãquillè, feliciter uiuere, cum artificioſè admodum per quædam ſymbola terrenis omnibus reiectis, ſemotaq; rerum materia, formam è forma decerpſerimus, quouſq; ad primam omniformem & informem aſcenderimus formam. De quo intelligunt Cabaliſtæ diuinum Geneſeos hunc iuſſum, Producat terra animam uiuentem ad ſpeciem ſuam, ſcilicet ad diuinam Idæam, quæ & ipſa eſt terra uiuentiũ in uirtute Dei uiui eam uitam influentis per nomen Adonai, ut cognoſcatis, autore Ioſue, quòd Deus uiuus intra uos eſt, & diſperdet in conſpectu ueſtro contrarias fortitudines. Hæc in libri שער אורח Id eſt, Porta lucis inſcripti, cap. 2. leguntur. Quo fit ut omnia uitam habentia ſuo inſtinctu ſurſum tendant, & omnia uitam influentia uergant deorſum. Cum enim in iſto mundo ſenſibili quicquid elementis quatuor conſtat מורכב id eſt, miſtum, id omne aut anima careat diuerſi & uagi motus effectrice, ceu iacens immobiliter & quieſcens ut lapis & ferrũ, aut uegetet & creſcat ut planta & herba, aut multifariàm dimoueatur, progrediatur & tantum uiuat ut animantia bruta & conchę, aut etiam rationaliter loquatur ut homo, quę ſolent adoleſcentes noſtri de libro רוח חן id eſt, ſpiritus gratiæ, ſic Hebraicè nominanda diſcere חרומם הצרמח חחי והמר בר id eſt, lacens, pullulans, uiuens, & loquens, nihil profectò eorum eſt quod intentum cœlo ſe nõ modo quodam arrigat, quaſi eo conſpectu quendam ſibi uirtutis ſuæ uſum gliſcens, & mores fingens, ut altiſſimos terræ montes cœlũ uerſus, ab imis uallibus exurgere cernimus, iuxta Pſaltæ carmen, Aſcendunt montes & deſcẽdunt campi, ut experimur in altum procellas maris erigi, ut aſcendit mare fluctuans in Ezechiele, ut flatus aëris è cauernis exuperare ſentimus. Nam & naturæ Dominus in illo eodem Propheta erumpere facit ſpiritum tempeſtatum, ut denicq; omnia ignea leuari uidemus. Aſcendit enim ignis de petra in ludicũ uolumine. Ita uiri pręſtãtes quæ ueſtra ingenij uis eſt, intelligitis quadam neceſſitate coactos fateri nos, quanto quęq; res nobiliore natura extat, tanto eam adeptione ſublimiori gaudere, ceu granum frumenti iactatum in terram, quod nõ quieſcit donec gleba uiſcera frangat, & extra telluris meatus ſuſpiciat & cœleſti aura fruatur. Eadem eſt ratio in metallicis quoq; cum id quod generoſius eſt in altiores ſpiritus ebullit ab alkimia ſublimatum, ut puriora ſemper ea uideantur quæ ſunt ſublimiora. Sic quæ apud inferos eſſe dicũtur lurida & ſqualentia, ſordibusq; depreſſa iudicamus, quæ apud ſuperos candida & illuſtria incredibiliq; decore ornata miramur, & præconio laudũ proſequimur. Quanto magis omnium opinione cum ſolers natura rebus iacentibus, uegetantibus, ſpirantibus ingenia talia ingignat ut altiora petant, profectò nõ uidetur ea hominem neglexiſſe omnium ani-

mantium dominatorem, animal decorum & uenerandum, animal no-
bilissimum, cæteris præfectum, non modo prudens & sapiens, uerum
& contemplatiuum & religionis capax, quin melioribus & sanctiori-
bus ipsum dotibus ornauerit, & præsertim id generis donauerit con-
ditione, ut ex insito sibi naturæ desiderio quibuscunque possit uiribus
ad summa & optima tendat. Hominem enim melior natura Deus, ut
extat sacratissima historia, ex duobus composuit, limo terræ, & spira-
culo uitæ: ut limo indutus, corporea prudenter curet, & spiraculo
uitæ præditus, sapienter amet diuina, producátque terra animam
uiuentem ad speciem suam atque propriam, uidelicet illam pecu-
liarem Ideam, non brutorum, non plantarum, non lapidum aut li-
gnorum, sed ab ore Dei natam, & in faciem eius Diuino spiritu af-
flatam mentis suæ ipsam illuminationem. Hæc illa est, quæ paulò an-
te à nobis uocabatur Deificatio, quum ab obiecto præsente per me-
dium suum exterior sensus transit in sensionem interiorem, & illa in
imaginationem, & imaginatio in existimationem, & existimatio in
rationem, & ratio in intellectum, & intellectus in mentem, & mens
in lucem, quæ illuminat hominem: & illuminatum, in se corripit.
Hinc rectè acceptum esse apparet, quòd Cabalistæ in arbore decem
numerationum Thiphereth μικρόκοσμον in medio Sephiroth ponen-
dum censuerunt, magnum illum Adam, quasi lignum uitæ in medio
Idealis paradisi, aut quasi lineam rectam (ut aiunt) mediam. Fecit
enim Deus hominem rectum, Ecclesiasti regio tam ad supera quàm
ad infera flexibilem: ut per Empedoclis litem & amicitiam, in nu-
merationibus illis subter notatam, quæ designantur per נצח והוד
humana se cogitatione agnoscat elementorum & mundani huius re-
gni esse participem. Timore autem Dei, & sanctificatione, per
פחד וחסד quæ supra eum expanduntur, trium simplicissimæ Dei-
tatis notionum בתר חכמה בינה pro suo captu apprehensuum.
Igitur ad id natus est homo hîc in terris, & ad hoc eum natura fin-
xit atque formauit, ut & pedibus cum bestijs ambulet in terra, &
solus ex omnibus animantibus erecto capite, cum Angelis in cœlo
conuersetur. Manus autem utrasque inter pedes & caput locatas,
tum ad uictum necessarium laborando figat in tellurem, tum ad ui-
tam æternam contemplando leuet in cœlum: ad quarum tutelam,
oculorum orbes soli ex omnium sensuum instrumentis homini mo-
tabiles inditi sunt, ut in terram pro corporis, & in cœlum pro ani-
mi conspiciant salute. Talis est aptitudo atque uis hominis, hæc fa-
cultas, hæc potentia, quam non implantauerit utique siue summum
bonum Deus, seu natura, nisi facultas in usum & potentia quandoque
redigeretur in actum, præsertim in homine industrio & ad id se prepa-
rante.

rante. Si enim captus ille diuinitatis non esset homini possibilis, frustra desiderium eius natura ingenuisset, homo nanque agilis & idoneus haud unquam corporeorum sensu & rudi cœmentorum tactu satiatur, quin & omni cogitatione ad separatorum puritatem & altissimarum rerum cognitionem prouehatur. Ea est plane cunctorum studio. sorum irrequietudo, quibus & uehemens animi applicatio per morales, naturales & mathematicas ueritates, ad supernaturalium dispositionem agnascitur, & tandem ad primam entitatem fidelis ascensus indulgetur. Verbi causa. Luculentissimum procul ignem exardescere uidetis, intenditur forma eius per illustre medium quod Græci appellant διαφανον, usqꝫ ad oculum corporeum. Expectat intra spiritualis uisio & obiectæ rei propriæ formam suam esse percipit, quare ipsam ceu affinem ac propinquam libenter hospitio suscipit, & per medium apparentiæ quæ à uobis dicitur Græcè φαντασία, spiritualiter iudicio sensitiuo ac brutali offert, quam quidem effigiem rursus ad iudicium humanum supernè producit, & paulò superius totum illud ad ipsam rationem promouet, tum ea tandem post agilem discursum, ita sublimatam & cribratam corporalis ignis abstractionem transfert ad intellectum. In isto igitur ascensu tres inueniuntur regiones, & in singulis unus abstractionis status. In prima regione obiectum, diaphanon, sensus exterior, & ibi statur. In secunda interior sensus, phantasia, iudicium brutum, & secundo statur. In tertia, iudicium humanum, ratio, intellectus, & tertio statur. Horum omnium domina mens, recepto lumine superiori, hominis intellectum illustrat & perficit. Ecquid aliud opinabimur Cabalistas, de Sechel, Sandalphon, & Mettatron docuisse? Status autem quilibet, duplicem habet differentiam. In primo enim cessat corpus, & incipit anima, unde nominatur animal. In secundo, cessat anima, & incipit ratio, unde nominatur homo. In tertio, cessat intellectiua potentia, & incipit mens, quæ sola sine controuersia deforis aduenit, unde nominatur Deus, iuxta oraculum, Ego dixi dij estis. Statuum itaque nomina sunt sensus, iudicium & intellectus. Interuallorum autem media, ipsas species deferentia sunt diaphanon, phantasia & ratio, cui rei haud absimile proferunt in Mercaua Cabalistæ tres patres, qui sunt Abraham superior, Ishac inferior, Iacob medius. Cum igitur trium regionum duo interualla sensus & iudicium duplicantur secundum inferius & superius, & utraque ad binos reducuntur terminos, restant decem scalæ gradus, per quos ad cognitionem omnium, quæ sunt uerè aut sensu, aut scientia, aut fide ab imo ad summum ascendere possumus. De quo Abraham Cabalista in libro mirabili Ietzira, sic ait, אשר ספירות בלימה י׳ ולא ט׳ י׳ ולא יא׳ חבן בחכמה וחכם בבינה בחן בחם וחסור מהם והעמד דבר על בוריו והשב יוצר מבונו Id est,

Decem numerationes præter quid, decem & non nouem, decem & non undecim. Intellige in sapientia & sape in intellectu, inuestiga in eis, & proba ex eis, & statue rem super puritates suas, & repone creatorem in thronum suum. Hactenus ita. Intellectus enim humanus quæ suprà sunt intelligit in sapientia, & quæ infrà sunt, sapit in intelligentia. Et sensus exterior statuit rem ab obiecto per species oblatam, & sensus interior statuit rem super puritates, id est abstractiones specierum, quæ antè fuerant diaphano ac demum phantasiæ sunt peculiares. Deinde iudicium inter phantasiam & rationem, inuestigat ex eisdem apparentijs, & ratio discursu uario conclusionéque probat in eis. Tunc redeo ad initium & dico, quòd intellectus creatorem ut causam omnium causarum primam, reponit in thronum suum, quæ est ipsa mens שכל הפועל Habetis itaque uiri solertissimi decem numerationes quibus homini contingit rerum apprehensio, quæ sunt obiectum, diaphanon, sensus exterior, sensus interior, phantasia, iudicium inferius, iudicium superius, ratio & intellectus, & hæc omnia non tam sunt quid, quàm quo. Suprema uerò mens in homine aliud quid est. Quapropter sicut Deus in mundo, ita mens in homine, inter decem Sephiroth regni gerit diadema, & rectè cognominatur כתר id est, corona, quæ ut Aristoteles asserit in secundo de Generatione Animalium libro, Sola diuina est, & sola extrinsecus homini accedit, à cuius lumine recepto uirtutes inferiores diriguntur, & gubernantur : עד השכל והמשכיל והמושכל אחד Id est, quousque intellectus intelligens & intellectum sint unum & idem, ut scribit Commentator arboris decem Sephiroth, quod magistri super uerbis Prophetæ, In lumine tuo uidebimus lumen, ita dijudicarunt, : כי בשפע השכל אשר שפע ממד נשכיל ונתישר Hoc est, quòd in influentia mentis, quæ influit ex te, intelligimus & rectificamur. Puto iam esse patefactum omnibus, qui naturæ humanæ conditionem diligenter scrutati sunt. Primò, quòd desiderio quidem naturali ducimur, uel (si rectius libet dicere) trahimur ad apprehendendum res summas & diuinas. Secundò, quòd eas quantum ad nostram beatitudinem satis est, data opera pro modo & captu nostro apprehendere possumus, ad alterum nos inclinat natura, ad alterum diuinitas, utrunque per ignis figuram sursum tendentis, & omnia quodammodo comprehendentis & lambentis artificiosè à Cabalistis demonstratum. De quo Rabbi Ioseph Castiliensis, in Horto nucis, libro secundo, inter cætera his uerbis ait, הדע לך כי נפש השכלית : הנאצלת באדם ומציירת בו היא דקראת אש צורת עליונה Id est, Scias, quia anima intellectiua infusa in hominem, & repræsentans in eo formam supremam, ipsa uocatur ignis. Cui applicant Salomonis illud, Lucerna Dei, spiritus hominis. Vt planè tamen fatear, id quod

quod uerum esse tum ratio probat, tum exercitationis confirmat experimentum, non paucis oportet artibus, non ualde minutis humanorum studiorum scientijs, non leui doctrina eum prius instructum esse, cuius industria promptitudo & ingenium ad formarum separatarum ac simplicium mundi superioris & intelligibilis substantiarum contemplationem ita mansuescat, ut in ipsa fermè Dei penetralia irrepat. Ante omnia nanque prudentium uirorum ethicis & bonis moribus eruditos esse nos conuenit, ut turpia uitemus, sequamur honesta. Quod Ecclesiastes admonuit, Custodi pedem tuum quum ingreris ad domum Dei: quia Ethan Ezraita in eruditione, sic psallit, Iustitia & iudicium præparatio sedis eius. Quo carmine non tantum opera hominum quæ ipsa debent iustitia perfici, uerum etiam & cogitationes cordis & oris uerba complectitur, quæ recto iudicio constare oportet. Quare una uoce ac consimili sensu tradunt Cabalistæ, בי בהמשך אחר התאוה לבר בעו חסבלים יבטלו התשוקות העיוניות Id est, Quòd indulgendo concupiscentiæ atque libidini tantum, ut faciunt stulti, corrumpuntur desideria speculationum. Post mores itaque compositos & animum purgatum (taceo quidem nunc penè infinitas siue rectè seu uerè aut benè loquendi regulas, quæ solum uestibula & fores scientiarum sunt, non autem scientiæ) tum opus erit Mathematicis & Physicis, quæ innumerabilia complectuntur, Arabum & Græcorum & Latinorum ubique uoluminibus comprehensa, uel de uniuerso numero pondere & mensura. Vel de omni motu & quiete rebus essentialiter inhærente, quam dicunt naturam. Est enim natura, ut Rabbi Iuda Ben Leui scribit, in libro Alcozer, התחלת ותסבת אשר בה יצוח ויצוע הרבר אשר חוא בו בעצם ולא במקרה Id est, Principium & causa qua quiescit & mouetur res, in qua est per se, & non per accidens. In hac terminatione uidetis quantæ & quales, quot & quàm interminatæ res congeruntur, ut ferè sint omnia nobis suscipienda naturam inuestigantibus, quæ à supremo cœlo ad infimum terræ centrum continentur, siue suo nitantur robore ac subsistent, seu quoquo modo se habentia innitantur & accidant, ut non tota ætate hominis uel ipsa nomina singularum inueniri (taceo proprietates, conditiones, uires, mores & operationes) queant, propter eorum quæ scire cupimus propè infinitatem, & uirtutis nostræ rationalis capacitatem, & rerum inuestigandarum difficultatem, & humanæ potentiæ fragilitatem, & desiderij nostri multiplicem distractionem. Quid enim? nónne Abrahæ dictum fuit, Suspice cœlum, & numera stellas si potes: nec potuit ipse, quanquam suo tempore, secundum Rambam, insignis Astrologus erat. Vnde tradunt Cabalistæ, quòd כל מה שכשמים לא ירע חארם רבר ממנו אלא בוח חשעור חלמורי המיעט

Id est, Omne id quod in cœlis est, non scit homo aliquid ex eo, nisi ad ipsum modum Matheseon, seu disciplinarum usque adeo modi. cum. Quorum hoc dicto admoneor, multa errasse ueteres in Ma- thematicis, etiam in quibus illi totam penè uitam, ut mos est studio- sorum, contriuere. Quod in suis recordatur scriptis Abubacher, poste- ris nobis attestatus antiquos eo seculo etiam usq; Aristotelis post tem pora non plenè Mathematica sciuisse. Ait enim sic, בי תל מורים לא נשלמו בזמנו : Id est, Quòd Mathematicæ scientiæ non erant tempore Aristotelis perfectæ, cum igitur, ut Salomon inquit, cunctæ res sint difficiles, & in ipsis naturalibus, quorum saltem principia no- bis nota sunt, aut esse possunt, החומר הצורה הסער Materia, for- ma, priuatio, tanta in hominibus sedeat apprehensionis tarditas, quid futurum de nobis cogitabimus supremas illas spiritualium causarum species intueri quærentibus? Ad quod omnium inferiorum abstra- ctionibus, discursu, ratione ac logicis speculationibus opus erit, quæ facilè possent totam hominis uitam occupare, ut est non nullius pon- deris discere, המאמרות quæ appellamus prædicamenta, & ut ad illorum consuetudinem loquar genera generalissima, uidelicet quæ sunt : עצם כמה איכות הצטרפות מיתי אנח מוצב לו יפעל יתפעל Id est, Substantia, quantitas, qualitas, relatio, quando, ubi, situs, habitus, agens, patiens: istis enim & constare putant & intelligi, quæcunque in hoc conditoris orbiculari globo continentur. Inueniri autem nihilo- minus & quæ de his ipsis ac eorum comprehensis diuulgentur atque dicantur, ob idq; prædicabilia nominari : סוג מין חבר סגולה מסרת Id est, Genus, speciem, differentiam, proprium, accidens. Horum om- nium dies atque noctes aucupia, plagas & indagines instituunt per singulas cuiuslibet rei causas, quæ sunt : החומר הצורה הפועל והתכלית Id est, Materia, forma efficiens & finis. Ex quibus ut nobis ipsi molliter blandimur, omnis negocij ueritatem uenari queamus quadam eui- denti (ut aiunt) demonstratione, quam מופת appellant, scilicet de altero ad extremum alterum, tanquam è carceribus ad metam di- scurrentes, in modum cuiusdam artificij, cui nomen חקש indide- runt. At uerò qua solertia & quibus ambagibus illorum hominum, qui hæc plus ostentare soleant, quàm præstare sophismata præstru- antur, nostri sic docuere, יתחבר כל חקש ומופת משתי הקרמות הגרולה והסטנה בשלשה הלקים והם הנקראים גבולים אחר מהם נרשא המבוקש והוא הנקרא הסצה הקטן והשני החלק המשותף והוא הנקרא גבול אמצעי והשלישי נשוא המבוקש והוא הנקרא קצה הגדול והאלי : תולדת Id est, Componitur omnis syllogismus & demon- stratio ex duabus propositionibus, siue præmissis maiore & mino- re, secundum tres particulas, qui uocantur termini, una ex eis est subie- ctum

ctum quæsiti, & dicitur extremitas minor. Et secunda pars est participans, uocaturq; terminus medius. Et tertia est prædicatum quæsiti, quæ nominatur extremitas maior, & ex illis conclusio. Hoc est illud rete, hic ille hamus, uiscum & ilex, hoc uinculum quo illorum opinione libera capitur ueritas, & quo uel circa naturæ subiectas res, ut sunt physica, uel naturam comitantes ut mathematica, uel naturã quodammodo exuentes ut metaphysica, indistinctè ac quandoque frustra utũtur. Quæ autem à natura prorsus & ab omni materia & motu sunt essentialiter absoluta & separata, dicimus theologica, quippe istis linguacitatibus & syllogisticis susurris non subiecta, ut quorum tanquam immediatorum non sit propriè loquendo scientia, sed firmior ac ualidior notitia. Quo absolutius Aristoteles in librorum Illustrium, quos post Naturalia scripsit, uolumine primo, nobis insinuat, quòd illius quidem notitiæ possessio est non humana, tum ut conspicimus, quia rarò & uix è millibus uni contingit, quasi uideatur magis illabi quàm humanitus acquiri, tum quòd in summa constituitur difficultate propter tenuem (arbitror) & exilem intellectus nostri ab initio instinctum. Quod figura quadam ingenuit Zophar in libro Iob, Pullus onagri homo nascitur. Deinde, ob naturalis aptitudinis commoda eruditione adiutæ inopiam & defectum. Eo quòd longo iam tempore à malis præceptoribus delusi, nondum prudentes pueri tenera in ætate relictis optimarum literarum studijs, ad sorda sophismata compelluntur: illorum suasu, quorum aures præter utrum hoc & utrum illud cum suis propositionibus & corrolarijs, aliud nihil admittunt. Accedit in causa, celeris promotio discipulorum ad gradus superiores, quibus nondum credenda erant tam excelsa, quando in literis humanioribus parum adhuc olei consumpserunt, quare in tot & tantis sentibus & dumetis labore molesto frustra defatigati resiliunt antequàm ad uenerandæ senectutis annos peruenerint, nempe adhuc ætate uirili floreſcentes. Audite autem uos obsecro uerba Iob: In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Ideo motus quondam Rab Eleazar dicenti sibi benigne magistro suo Iohanan, Veni docebo te opus de Mercaua: id est, de sublimioribus contemplationibus, respondit לא קשיא id est, non incanui, quasi nondum consenui. Nouerat enim discipulus ille sagax & præcocis adulescens ingenij, ad tam sublimem & altam sapientiam nõ esse aptos nec idoneos, nisi eos qui iam sedatis & extinctis cupiditatum ardoribus & calore iuuenili refrigerato, annis prouecti, cum quadam tamen naturali probitate senescunt. Nam quid adhuc afferret senium commodi, nisi probitatem & constantem uitæ integritatem adderet? Idcirco uelim credat omniũ nemo, quòd ij sint uerè theologi quantũcunq; senes, quacũq; præditi cõtentiosa loquacitate, qui uitiorũ quolibet ge-

nere fœdati, ſuperbia, hypocriſi, auaricia, odio, inuidia, & ſæpe tecta religione, luxuria, neglecto mentis lumine affectiones ſequuntur animales. Aſſilit huic meæ opinioni Salomon, qui ait, Abominatio Dei eſt ipſe peruerſus, hic eſt ille qui ab altitudine auerſus uergit ad decliua, quantumuis eum natura erexerit in alta. Non ignorauit Algazel Marrane tuus, ille Mahumetiſta hos ſibi contrarios in anima motus ſurſum & deorſum homini docto quàm infeliciſſimos fore, quum in libro De ſcientia Diuina demonſtrat, quòd ex contrarietate huiuſcemodi attrahentium impreſſionum fit cruciatus in anima fortiſſimus & maxime formidoloſus. Sic præter uitia etiam peruertunt & auertunt ſecularia negocia, dum fortè parentes, uxor, liberi, res familiaris, amici, inimici, caſus, euenta, & quælibet propinquorum neceſſitudines, haud ſinunt uires hominum ſummos intelligentiæ gradus aſcendere. Sed fac quiſquis ueſtrûm erit, nihil in nobis ſitum eſſe quod impediat, finge captum ingenij noſtri fœlicem & fauſtum, nulla ſit dementiæ aut deſipientiæ ne ſpecies quidem. Iam parata ſuccurrant omnia quæ ad ſuſcipiendum res altiſſimas pertineant, ut de noſtra fragilitate rectè queri nemo poſſit: tamen à ſpeculando, nón ne plurimos deterrebit excelſior cœlo, profundior tartaro, diuinorum obſcuritas illa nec ſenſu nec ratione perueſtigabilis, quæ à ſtudijs noſtris non ut cæteræ ſcientiæ lucem recipit, ſed ſecum affert & quaſi de ſuo ipſa promptuario in uiros non indignos radiat atque lucet, quanquam nec ſua ſponte ut uilem ſeſe paſſim proſtituit, nec non inuitiata ſe offert, ſed à noſtra uoluntate humanis ante ſcientijs perquàm ornatè inſtituta, non ualde repugnans attrahitur, quemadmodum ſi retuſum ferrum, ut ait Salomon, & non prius politum fuerit, exacuetur multo labore, & poſt induſtriam ſequetur ſapientia: Etenim quæ à ſenſu prouehuntur ad intellectum, diligentia quadam ſtudiorum & artificiali ratione colliguntur, ultrà uerò quæ ab intellectu ad mentem & ad eius lumen pertingunt quaſi diuinam induunt perſonam, & idolio carent humano, ut ijs queat nihil à nobis cogitari profundius. Super ea igitur re ingemuiſſe uiſus eſt idem Salomon, cum ait, Alta profunditas ſeu profunda profunda (ita enim Hebraicè legitur) quis inueniet eam? Non dixit, quis habebit eam: nonnulli enim habuerunt. Sed quis inueniet, tanquam difficilè, nõ autem quoquo modo impoſſibile, quia Dominus dat ſapientiam, & beati qui inueniunt eam, ut eſt in ſacris oraculis. Paucorum eſt igitur inuenire illam & eorum quidem beatorum, ſuper quos non ſuis meritis, ſed dono dei coruſcat tam ueneranda luminis ſplendor. Sanè arbitror neminem fore qui neſciat, non eſſe multitudinis audire dei ſermones, quapropter clamabant ad Moyſen, Loquere tu nobis & audiemus, non loquatur nobis deus. Te inquiũt, te audiemus, qd Onkelus interpretant Nezabel. Quare in capitulis patrum

trum ita legitur, Moſe kibel, id eſt Moyſes audiuit & accepit legem de Sinai. Vnde Kabala dicitur, ab auditu acceptio. Quod animaduertendum & memori puto mente reponendum, ex tanta fuiſſe hominum multitudine, tot etiam ſanctorum, Moyſen ipſum, qui ad ueri & æqui agnitionem ab ore Dei recipiendam unus, & præter eum nec alter aliquis eſſet deſtinatus. Sic enim Cabaliſta ille Azariel Bar Salomo Garonenſis ſcribit, לא בל הנביאים חיו יכולים לשמוע הרבור : השביעה בי אם משה Quod eſt, Non quidem Prophetæ omnes fuerunt potentes audire ſermonem ab ore Dei, niſi Moyſes.

Vos igitur optimi uiri, quorum animos meo erga uos amori communia ſtudia mirificè deuinciunt, ex his facilè perſpicitis, quæ mihi obiter exciderunt, rem ualde neceſſariam humano generi cœlitus indultam eſſe Cabalam, ſine qua nemo tam raram, tam difficilem adipiſci queat apprehenſionem Diuinorum, quæ certè non ſunt mortalium rationum probationibus, non ſenticoſis inanium uerborum contentionibus, non humanis ſyllogiſmis propter eorum Diuinitatem ſubiecta, quin immo tam magna, tam grandia, tam infinita, ut una hominis ætate, uel (ſi libeat) denique pluribus omni quantumcunque indefeſſo labore ſuperari non poſſint, etiam ſi uitæ noſtræ anni tendant in multa ſecula, nobis planè in hoc luto, in hac argilla & denſi corporis cœmento ſpirantibus, & corporeo ſenſu cuncta præſumentibus. Aiunt enim ſapientes Hebræorum Magiſtri, בי לחגיר בח מעשה בראשית לבשר ורם או אימשר : Id eſt, Quòd ad explicandum uirtutem operis de Breſith carni & ſanguini, Impoſſibile. Quanto magis de Mercaua. Quare faciamus, oportet ut ſingulares technographi & artifices docendo ſolent. Credamus unicuique in arte ſua perito. Nam logicus de parte orationis à Grammatico recepta credit, Rhetor à logico argumentationum aſſumit locos, Poëta & orator à muſico, Geometra proportiones ab Arithmetico mutuatur, Aſtronomia numeris, figuris ac dimenſionibus mathematicis fidem habet. Tranſnaturalia utuntur coniectura naturalium. Et omnis ſcientia ſuperior rectè præſumit de ſtatutis inferiorum, nihil eorum conata probare quæ ab arte ulla priori audiuerit eſſe firmata, ſed liberaliter dictis credit, ne ante tota homines uita deficiat quàm unius poſſit diſciplinæ uel minima ratio perfectè inueſtigari. Quòd ſi hoc in humanis fit & quaſi uilioribus ac ſellularijs opificijs ut ab auditu recipiãt atq; credãt eis uiris quos præ alijs doctrina eſſe ſingulari prẽditos arbitrantur, an in ſummarũ & diuinarũ rerum ſcientia quã noſtris uiribus ne unus item & alter attingere uix poſſumus, traditionẽ ſanctorũ hominũ & receptionem fore contemnendã putabimus, quæ Cabala Hebraicè dicitẽ? Eſt enim Cabala diuinæ reuelationis, ad ſalutiferã dei & formarũ ſeparatarũ contemplationẽ traditę, ſymbolica receptio, quam qui cœleſti

lesti sortiuntur afflatu, recto nomine Cabalici dicuntur, eorum uerò discipulos cognomento Cabalæos appellabimus, & qui alioquin eos imitari conantur Cabalistæ nominandi sunt. Perinde atque circa æditos illorum sermones quotidiano labore desudantes. Equidem Philolae, Marranus inquit, si per te licet opinor hunc Iudæum uno fasce quicquid de Cabala dici potuit Nestorea eloquentia complexum esse, ut pernoscamus quid nomen ipsum designet, ac unde oriatur, sit ne in natura uel in hominum usu aliquid eiuscemodi quod Cabalam uocant, denique cuius causa uel propter quid ita sit, quatenus & ad quid utilis, & diuinæ contemplationi quàm uideatur esse necessaria, quantumq; homini possibilis idoneo & ad eam se præparanti. Quis dici Cabalicus, quis Cabalæus debeat, & quis Cabalista, quid opus est uerbis? totum à capite ad calcem, in hoc laudandus, quòd nullas oculis tenebras offundit. Tum Philolaus, Soluisti funem Marrane ingressus mare magnum & uix sulcabile, nondum in portu nauigas, & quæ Simon iste tanquam in breuem tabellam depinxit, uideris per caliginem uidere, ac per mediam nebulam intueri. Adhuc enim ad fores quidem eius artis adducti sumus, quare mi Simon Hebræorum contemplatissime, amabimus te, pergas ultrà, nobis enim hactenus non plus profueris, quàm ut ansam præberes de arte Cabalistica latius cogitandi, quid illud sit quod reuelatum est, quis reuelauerit, quis receperit, quid commodi afferat ea receptio, quis modus artis huius, per quam (ut rumor est) miracula fiant, nam id ultimum de longinquo me huc appulit. Expostulabo, inquit Simon, illud omnium primum de Nestorea eloquentia, cuius à Marrano insimulor. Ea enim & Philosopho mihi & Iudæo esset me iudice, opprobrio futura tanquam adulationes amanti cum nequeat tanta breuitate sermonis contineri eloquentia quæ & uerborum & rerum copiam desiderat, & ludæis nobis in more non sit, ut fucos dicendi sequamur. Nam loqui propriè, non eloqui sub ferula didicimus, & causæ ueritatem magis quàm locutionis ornatum quærimus. Sed absoluam paucis, quod uehementer optatis, ne tot & tam discriminosis itineribus defatigatos, uel neniarum ambagibus quasi oscitantes uos animo pendere sinam, post enim quàm sine ullo ut apparet tedio audiuistis, ego quibus uestigijs & indicijs, quot & quibus ueluti canibus diffinitionem Cabalæ uenatus deprehenderim, ne uos in ipso nomine contingat errare, sicut Sophistarum quidam irrisione digni propria temeritate uel si maluerit negligentia discendi falsò asseruerunt, Cabalam fuisse hominem diabolicum & hæreticum, unde Cabalistas hæreticos esse omneis (abstinete obsecro si potestis à risu, quanquam est ridiculum ingens, at desinite uelim hæc hominum monstra & portenta ridere) commodum ea proferam, de quorum certitudine dubitantes me rogastis, si

prius

prius commonuero Cabalam nec ſenſuum rudi tactu, nec imperioſis logici artificij argumentis eſſe quærendam, cuius fundamentum in tertia cognitionum regione conſtituitur, ubi non iudicium urgens, non probatio euidens, non ſyllogiſmus demonſtrans, quinimmo ubi nec ipſa hominis ratio dominatur. Sed nobilior quædam notitia ubi lumen mentis cadens ſuper intellectum mouet liberam credendi uoluntatem. Quæ enim ſenſu percipiuntur, infra ſcientiam ſunt & ratione certiora: quæ autem mens influit, ſupra ſcientiam ponimus, perinde atque rationali diſcurſu ſolidiora. Conſtiti pauliſper & commoratus ſum ne res tam diuinas, fragilitatis humanæ inuentionibus & regulis, ut aiunt, logicalibus ſubiectas putetis: ignoſcite amici, non affero meditata, ſed utut cauſæ intercidunt alia ex alijs traho. Iam enim ad id quod uultis propero, quid illud ſit? quod reuelatum eſt, nemo à me impetrabit, ut exiſtimare queam de omni uos id reuelatione propoſuiſſe cunctorum creditorum, quæ propè uidentur eſſe infinita, quin potius quid illud ſit primarium uniuerſale atque præcipuum diuinitatis reuelatum, in quod ſingulæ reuelationes diuinorum feruntur & reducuntur. Certè id quidem ipſum, Philolaus inquit. Tum Simon, Rectè uero, & eſt profectò aliud nihil, quàm poſt ruinam primordialem generis humani uniuerſalis reſtauratio, quæ à nobis ישועה & à Latinis ſalus nominatur. Eius ipſius extat omnium prima noſtræ ſpeciei facta reuelatio, ſi examuſſim uniuerſa mundani exordij pondero, qua nulla fuit prior, non enim inſomnio correptus quaſi diuinaret Adam, per afflatum Propheticum de uxore poſt ſoporem loquutus eſt, Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, ſed minus ſe coſtarum alterius lateris experrectus habere ſentiens, poſtquam ad cuncta ſingulatim animantia terræ maris ac aëris facto circuitu peruenìſſet, de ſubito intuitus Heuam, uir robuſtus & iuuenis aduleſcentulam ſucci plenam, ſpecie uenuſta, uultu blando, & humana energia præditam, mutua prurigine cœpit exardeſcere, ac geniali cupidine oppleri, quæ tum ſe non erga ullum animal aliud tetigiſſet. Sic enim Eleazar ait, ille Magiſter noſter, & Salomon commentator ſacrarum Scripturarum ordinarius, שבא ארם על כל בחמת וחיה ולא נתקררת רעתו בחם עד שבא על האשה Hoc eſt, Quòd uenit Adam ad omne iumentum & animal, & non commouebatur ſenſus eius in illis uſq; dum ueniſſet ad uxorem. Quibus è uerbis proh hominum fidem obtortum ſcelus malignitate peruerſorum hominum contigit, ſi modo ſint homines, ac non magis diaboli incarnati, & laruæ furiales exiſtimandi, qui ſeditionem Chriſtianitatis aduerſum nos, quamuis ſecundum leges imperatorum innocenter & pacificè uiuentes, tamē quolibet genere iniuriarū excitare parati, cum ſæpe aliàs, tum nuper in iſta urbe, dicta Magiſtrorum

ſtrorum noſtrorũ falſò interpretati, ſic expoſuerũt: Quòd Adam tunc cum omnibus beſtijs & animalibus fœdè coiuerit. Deus bone, quanta turpiſſimorũ nebulonum audacia, infantium Sophiſtarum aſſenſu & fauore adiuta. Nunquam enim בוא iuxta linguæ Hebraicæ proprietatem luxuriæ coitum ſignificat, tametſi quandoq; pro neceſſario materiæ ſubiectæ complexu per quandam illud metaphoram de coitu ſeminali ex uerecundiæ modeſtia intelligatur, ut Gen. 16. cap. Ingrede re ad ancillam meam, ſi fortè ſaltem ex illa ſuſcipiam filios, quo in loco בא id eſt, Ingredere ad ancillam: non autem dixit, Coëas cum ancilla. Quod etiam hic par non eſt, uſq; adeò, ut ab hominibus quantũcunq; nequã nequeat accipi conſimiliter, propter negocij eius de quo ſermo fit impoſſibilitatem. Nam certè quî fieri poſſet, ut tantus uir & tam magnus Adam cum cimice, pulice, muſca, & cicada ſeminaliter coiuiſſe intelligatur. Hæc eam ob cauſam recenſui, ut his & huiuſcemodi falſarijs, maledicis & maledictis ac leuiſſimis trãsfugis, neq; in hac neq; alia ulla in parte fidem habentibus, nihil contra nos de ſacra quam non nouerunt ſcriptura credatur. Redeo ad id unde digreſſus ſum. Naturæ itaq; inſtigatione ſoli cum uterq; in mũdo eſſent, uir ſentiebat uxorem ad ſe pertinere, nondum igitur Cabala hæc fuit. Cæterum & hoc ingenij erat uidelicet ſingularis & acerrimi, ut cuique rei protoplaſtus ipſe iam orbis Dominus ſpontaneo poſitu nomen adderet, quo cognoſcamus uoluntatis id fuiſſe, non naturæ. Nec illud non rationis extiterit, poſt legis tranſgreſſionem, quòd pœnam mortis in monitorio commi natam formidauerit, quam ductu rationis iudicabat fore non corporalem, eo q; ſe mox atq; de ligno comederat, mori non ſenſit. Ergo iuxta Ramban, moriendum in peccato intellexit, ſicut & nos Cabaliſtæ intelligimus. Iam quid in omnibus his oro diuinæ reuelationis fuiſſe putandum eſt? certè nihil hucuſq; comperimus, quod non totum aut conſilio rationis aut motui ſenſus paruiſſe dubitauerit omniũ prorſus nemo, at illa tam perniciosa legis tranſgreſſio, tanta in Deum optimum maximũ contumelia, tam infeſta temeritas, tam contagioſa libido tam tetra, tam uenenoſa peſtis toxica & fœda lues, generis humani corruptrix, in uenarum cuniculis inſidens, & cum ipſo profluuio ſeminis in poſteritatem continuo meatu ſerpens, an qua poſſit uia quó ue modo expiari & auerti nulla ualuit humanæ fragilitatis cogitatio præſumpta concipere. Hic inquam hic ad imminentis deſperationis quo morbo nihil pernicioſius, efficax ſubſidium diuina reuelatione opus erat, ac ne tunc figmentum ſuum fictor Deus omnino deſeruerat, ſed ſpem quandã iniecit, fore nõ impoſſibile hoc ipſum quãuis immane crimen & contra infinitam maieſtatem admiſſum, tamen tractu temporis finito, aboleri, tolli & extingui. Dixit igitur ad angelos audiente Adam, Et nunc ne mittat manum ſuam & ſumat de ligno uitæ, & comedat, &

uiuat

uiuat in æternum, & emiſit eum Dominus Deus de paradiſo uoluptatis. Vox ultima hæc erat, quam ab ore Dei miſer audiebat, cum iam ex horto pelleretur, qua tamen inter tot mœrores atque luctus firmam erga creatorem ſuum recepit ſpem illam quòd tam horribilis ſententia ſucceſſu temporum fieret ex Dei miſericordia reuocabilis, iſtudq; ſibi uerba indicabant oraculi: ait enim, Nunc ſine iam, ne mittat manum ſuam & ſumat de ligno uitæ. Nempe haud fruſtrà dictionem nunc, uel iam, addidit Deus, quo præſens tempus deſignatur, inſinuando ſententiam non fore perpetuam, ſed poſſe contra eam futuro poſt tempore abolitionem impetrari, ſiquando ueniret homo ad ueſcendum de ligno uitæ deſtinatus, quamuis tum ſemetipſum ſuſpicaretur dum ſpiritus ſuos regeret artus irreuocabiliter pendere pœnas, quia non fuiſſet ſecum perendie Deus, ut ſolebat, facie ad faciem locutus, quod palàm indignationis erat ſignum, & alienati ab Adam animi, ut qui antè cum ſingulis quibuſq; animantibus atq; beſtijs loquebatur omnium creator Deus, iam cum homine peccatore loqui ore ad os dedignaretur. Ne tamen illum prorſus omni conſolatione deſtitueret clementiſſimus pater, continuò miſit angelum, quo plenius tantæ ruinæ futuram diſceret reparationem. Sic enim Cabaliſtæ in commentarijs circa librum Ietzira ſcribunt, שהאבות רבותיהם חיו מלאכים ידועים רבו של אדם רויאל Id eſt, Quòd patrum præceptores fuerunt angeli noti, uidelicet præceptor ipſius Adam Raziel. Hic autem ſummi Dei nutu expiationis ei uiam oſtendit, & diuinum ſermonem per allegoriam recipiendum, more Cabaliſtico expoſuit, cuius non modò uerbum ullum, ſed ne litera quantumcunque minuta & exilis, ac ne apex quidem fruſtrà ponitur. Te autem appello Philolae, & te Marrane omnium ex doctis doctiſſimi uiri, accommodate hanc ueniam, quòd fortè religio me prohibitura fuerit alienis à ſecta noſtra & ritu Iudaico non initiatis tam recondita & tam arcana prodere, quorum cognitio, ita me Deus amet, diſcipulis etiam propriis ſæpe multumq; denegatur, ut uix raris in libris eadem liceat ſaltem tegumentis ac ænigmatis obuoluta inueniri. Sic enim in Thalmud legitur, אין מוסרים סתרי תורה אלא ליועץ וחכם חרשים ונבון לחש Id eſt, Non traduntur abſcondita legis, niſi conſiliario & ſapienti magiſtro iuuenum, & intelligenti mago. Quare dicám ne amplius, an taceam? non parum dubitare me faciunt, tum magiſtrorum interdicta, tum ad ſcrutandas res altiſſimas ardor ingens utriuſq; ueſtrûm (ut arbitror) diuino igne inflammatorum. At audacter tamen indulgentior mihi ipſi, temerabo aſperitati præceptorum, qui uideo ſolis lumen abſque diſcrimine ſuper omnes diſpergi quotquot obicem remouerint, dicamq;, tametſi pro more gentis noſtræ perquàm ineleganter, tamen utut potero, quæ homines doctiſſimos ſapientiſſimosq; dixiſſe, & ſcripta diuinitus re-

liquisse acceperim. Et explicabo nihilominus orationem sanè occultis-
simam à creatore mundi cum beatis angelis in suæ diuinitatis penetra-
libus habitam. Dixit nanq; Deus, Ecce Adam sicut unus ex nobis: non
ex uobis inquit, sed unus ex nobis. Nam in uobis angelis, numerus est
& alteritas. in nobis, id est Deo, unitas infinita, æterna, simplicissima &
absolutissima. Nec ipsum unum in angelis si quid sit, esse potest sicut in
Deo. Non igitur connumerauit sibi angelos Deus, cum de unitate lo-
queretur, quoniam repugnat idem aliquid esse unum in natura cum
Deo & angelis, tanta est creatoris & creaturę distantia. Quid igitur est
quod ait, Ecce Adam sicut unus ex nobis? Hinc sanè conijcimus alterū
quendam esse Adam cœlestem, angelis in cœlo demonstratum, unum
ex Deo, quem uerbo fecerat, & alterum esse Adam terrenū, repulsum à
Deo quem ex luto manibus suis finxerat & horto exegerat. Iste, unus
est cum Deo, hic nō modo alter est, uerum etiam alius & aliud à Deo.
Post miserabilē itaq; generis humani casum docuit angelos suos Deus
de restitutione aliquando futura salutis, per quem nam uentura esset:
& quidem docuit non quantum ipse docere, sed quantum capere an-
gelica conditio poterat, in præsentia demōstrans quis esset humanum
genus redempturus, tunc enim prædestinata planè fuerat salus homi-
num, quapropter, Ecce inquit hic est ille Adam, qui non tantum post
orbis & uestri ortum essentialiter est, sed etiam ante omnem creationē
in æternitate fuit unus ex nobis antequam tempus fieret. Quod On-
kelus Chaldaicè sic interpretatur : הא אדם הוה יחידי בעלמא מניה
Id est, Ecce Adam fuit unigenitus meus siue unicus meus in æternitate
ex me ipso, quo uocabulo utitur Deus ad Abrahā, dicens, Tolle filium
tuum unigenitum. Cumq; futuri personam redemptoris iam angelis
indicasset, ne forte putarent eundem ipsum mox perfunctorie subita
quadam interceßione hoc odium tam sceleroßi criminis auersurum, re
mouit illico dubitationem, & negocium in tempus distulit, subiun-
gens, Et nunc præsenti hoc tempore ne iste meus in æternitate unicus
qui subsistit ex me ipso, manum suam mittat, & sumat etiam de ligno
uitæ, innuendo scilicet ut quod solum nunc fieri prohiberet, id olim
concessurus sit. Quo prudenter intellexerant, quòd tametsi non nunc
attamen post, temporis successu per istum Adam cœlestem Deo coæ-
ternum ruina hæc ueniret de fructu ligni reparanda. Domino itaq; uni
uersorum sedenti super thronum suum, omnes cœli exercitus assisten-
tes ei, ut inquit Micha, à dextris & à sinistris, pro tanta erga mortalium
imbecillitatem clementia gratias egerunt. Missus est igitur angelus Ra
ziel ad Adam collapsum & mœrore plenum, ut consolaretur eum, cui
sic dixit, Ne supra modum conficiaris gemitu & molestia, quòd te du-
ce genus humanū in summam corruit perditionem. Quoniam origina
le peccatum hoc expiabitur. Nam ex tua propagatione nascet homo
iustus

iuſtus & pacificus,uir heros,cui nomen continebit in miſerationibus, etiam has quatuor literas i.h. u.h.& ille per rectam fidem & placidam oblationem mittet manum ſuam,& ſumet de ligno uitæ,& eius ligni fructus erit omnium ſperantium ſalus. Quo ſermone finito,ille damnatus & ærumnoſus Adam inter miſerias omnes quas incidit, inter dolorem,inter luctum,quo in tanta calamitate fuerat affectus,confidens in Deum mutandi delicti ſpem concepit,& idcirco incredibili erga factorem ſuum amore tactus,diuinæ clementiæ gratiam habuit. Hæc fuit omnium prima Cabala,primordialis ſalutis nuncia. O rem gratam,ô cauſam deſiderabilem. Quid commodius? quid acceptius? quid potuit magis opportunum perditæ conditioni mortalium à ſuperis afferri? quid opis præſtari conuenientius,quàm ut ſalutem publicam captiuis nunciarent? Hæc eſt illa reuelatio ſanctiſſima & ſumma,in quam omnes diuinæ reuelationes reducuntur,hæc optatiſſima traditio,hæc ſaluberrima receptio,in qua omnes Cabaliſticæ receptiones recapitulantur,omnes diuinorum traditiones,omnes cœleſtium eruditiones & uatum uiſiones & beatorum meditationes uniuntur & communicantur. Quam ob rem cum ſingula hæc Adam uxori ſuæ palàm renunciaſſet,cœpit ea præſente ad poſteritatis commemorationem & gratiarum actionem erecto altari Deo ſacrificare. Ita enim Magiſtri noſtri tradiderunt, שגם ארם הראשון חקריב שור פר Id eſt, Quòd tum Adam primus obtulit iuuencum. At Heua iam futura uiuentium mater ſummota deſperatione,tandem à uiro ſuo cognita concepit, & peperit primogenitum. Vnde ingenti & incredibili gaudio perfuſa, quòd putaret ei mox ſaluatorem eſſe natum,ſic exclamauit, קניתי איש את יהוה Id eſt, Acquiſiui uirum illum quatuor literarum, quas literas ab angelo iam pridem receperant,& acquiſitum nominauit Cain. Quem ubi parentes agnoſcerent præter ſpem prauis moribus peruerſum, alteram inchoarunt natiuitatem,& genuerunt Abel. Adulescentibusq; tunc utriſque filijs,tradiderunt hanc Cabalam,id eſt ab auditu de ſalute reſtituenda receptionem,tum ab Abel ardenter amatam, tum à Cain uiliter deſpectam. Opinione uerò ductus Abel, quòd ipſe foret idem ille,de quo reuelatam expectarent reſtaurationem: cum ſe Deo gratum, fide recta & oblatione accepta ſentiret, eo quòd ad ipſum reſpexerat Dominus,& ad munera eius,ad Cain autem & ad munera illius non reſpexit,toto cœpit pectore mentisq; affectu ligni fructum deſiderare,quem in oblatione uitæ conſtitutum eſſe iudicabat: eaq; ratione, lignum uitæ dictum,& ita cognominatum, quòd eſſet per lignum uita creatori offerenda,qui dedit illam,quare manum ſuam eò conatus eſt mittere, quòd de ligno acciperet,abſumeret acaboleret: hoc enim אבל deſignat. Vnde fratris contra ſe odium patienter tulit,& quærenti occaſionem rixæ,uehementer etiam irato,

non ſe blandis uerbis expoſtulauit, ut mitigaret illum, ſed prorſus ta-
cuit. Cumq; uideret ſibi mortẽ rapto de arbore ramo uel lignea claua
Cain minantem, q̃ maxime lętatus eſt, ſpérans ligno interfici, non enim
tum erat ferri uſus ante ortum Thubalcain, qui primus fuit malleator
& faber in cuncta opera æris & ferri. Claua itaq; lignea & prægrandi
munitus dixit Cain ad Abel fratrem ſuum: Et fuit cum eſſent in campo
& inſurgebat Cain in Abel fratrem ſuum & occidit eum. Romani ad-
dunt legendo dixit Cain, Egrediamur foras: quod non eſt in ſacræ ſcri
pturæ contextu. Abel autem inermis armato non reſtitit, ſed uolens &
libens ſe morti obtulit. Cum non tantum ſatiſdare pro nobis creditori
deo, uerum etiã & originale debitũ omnino ſoluere, ſi fieri poſſet, &ac-
ceptabilis deuota conſtitutaq; hoſtia in ſolutum pręſtari paratus eſſet.
Poſtuero q̃ iſte deceſſerat ſine liberis, ſuſtinuit Adam multo tẽpore, ſi
forte quod in filijs nõ inueniſſet, id cõtingeret in nepotibus. Sed quid
iam ſperaret in reproba Cain generatione, de qua pridẽ omnis fiducia
euanuit, uidebat eam omnẽ ſellularijs artibus & opificijs incumbere,
ſtudio ſeruili nauare operã, tenuiora cõmoda & officia corpori neceſſa
ria ſequi, nihil diuinũ cogitare, nihil liberale, nihil heroico uiro digñ,
quare aliam prolem & aliud ſemen à Deo petijt & impetrauit, quo pla
nè ſuprà q̃ dici queat exhilaratus eſt pientiſſimus pater, ſic dicens, Po-
ſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel quẽ occidit Cain. Ideoq; uocauit
nomen eius Seth, quem genuit ad imaginẽ & ſimilitudinẽ ſuam, nõ q̃
cæteri eius liberi nõ habuiſſent formã & imaginem humanã qui & ho-
mines quoq; erãt. Sed quia reliquorũ hactenus præter Abel, potius de
moniorũ generatio q̃ hominũ dicenda fuerat, propter illorũ execrabi-
lem maliciam & uitia deteſtanda. Non igitur q̃ dæmones & diabolos
ſubſtãtiuos genuiſſet, id ita nunc additur, quod impij & prophani qui
dam mentiunt. Sed q̃ uolũtate malos. Nihil aũt eſt malum niſi uitium
& dęmoniũ. Pergã itaq; ſi uultis, ut qua ianua ſim ingreſſus, ultrà profi
ciſcar. Et illi, Perge diligenter obſecramus, inquiunt. Denuo Simon
ait, Pater noſter Adã, rurſus ex Seth nepotem ſuſcepit, memor eius Ca-
balæ quam ſibi Raziel tradiderat, q̃ ex ſua propagatione naſceret ho-
mo futurus ſaluator. Quare uocatus eſt Enos. i. homo, tunc putabat &
quidem ualde ſperatum fuit eum appellandũ fore iuxta Cabalam ange
licam per nomen quatuor literarũ i.h.u.h. uel ſaltem magis Cabaliſticè
in miſerationibus per Sin literã de medio quatuor literarũ i.h.u.h. Sic
enim in ſacra hiſtoria ſcribit, או חוחל לקרא בשם י ה ו ה quod Latini
non admodum doctè legunt, Iſte cœpit inuocare nomen Domini: ſed
rari quidam & contemplantiſſimi Cabaliſtarũ, rectius quo ad linguæ
proprietatem interpretant, ita de רחמים tunc expectatus eſt uocari
per Sin literã, quæ in arte Cabaliſtica idẽ q̃ רחמים .i. in miſeration-
bus, & מ litera p notariacõ deſignat מחור .i. de medio. ſ. quatuor iſtarũ
literarum

literarum i.h.u.h. Perinde atque hoc modo intelligi deberet, אז חוחל לקרא בשין מיתור יהוה : Id est, Tunc expectatus est uocari per Sin de medio i.h.u.h. quasi pro angeli enunciato Enos sumeret de ligno uitæ mundumq; redimeret, heros ipse nominatus i.h. in miserationibus u.h. notate arcanum & animaduertite mysterium. Cum uero iam nullius angeli destinatione hoc modo appellaretur, tum isto relicto in alium spem suam locarunt. Angelorum nanq;, id est dei nuncio-rum monitu nomina patribus indita sunt pro quibuslibet euentis, siue præteritis, ut quia possedi uocatus est Cain: seu præsentibus, ut quia uir, uocatus est Enos: aut futuris, ut quia parentibus luctum præbiturus, uocabatur Abel. Expectatio hæc in quartam trahitur Enos progeniem, & de lared natus est Henoch, qui ambulauit cum Deo, sed dispa ruit, quoniam abstulit eum Deus. Tertiò abhinc tractu uenit Noe in cõsolationem omnium publicam illam auditu receptam salutem recta fide sperantium, quorum ex uniuersa plebe tantum octo inuenti sunt qui placerent Deo. Fuit etenim Noe uir iustus & perfectus in generationibus suis, & ambulauit cum Deo, qui recepit in mandatis ut faceret arcam de lignis, in qua saluaret mundum. Cabalicè igitur sperauit in lignum, sic enim Iob ait, בי יש לעץ תקוה id est, quia est ad lignum spes, de hoc fato certior factus quòd in ligno uita homini fuisset promissa. Sed post ebrietatem sequuta est confusio. Vnde & Babel cognominatur, quæ nunc Babylon à Balbel, id est Chaldaicè confusio. Hæc sub familia & liberis Noe fuit orta. Erant autem filij eius, Sem, Ham & Iapheth. Futuro itaq; Dei seruo Sem, in quo salutem præ cæteris sperabat, ita benedixit : ברוך יהוה אלהי שם quod Cabalistice traducitur, Benedictus quatuor literis Dei Sem, per hoc inquiunt Cabalistæ חוריע בי יהיה שם עובר האלהים Id est, Notum fecit quòd futurus erat Sem seruus Dei, ut scribit Rabbi Moyses Gerundensis. Quo intelligimus desiderium pij patris fuisse, quòd Sem benediceretur appellatione quatuor literarum i.h.u.h. ut fieret originalis peccati redemptor. At ne tunc quidem illud uenisse tempus à Deo statutum, quo tanti casus reparatio cõtingeret angelus Iophiel ipsi Sem adnũciauit. Ita enim scribunt Cabalistæ, רבו של שם יפיאל id est, præceptor ipsius Sem fuit Iophiel. Suspendebant igitur ea secula super eiuscemodi re cogitationes suas, usq; in annos Abrahæ filij Tharhæ, qui primo nominatus fuit Abram. Ei uiro erat angelus quidam familiaris Zadkiel, sic enim scribunt Cabalistæ : רבו של אברהם צדקיאל Id est, Præceptor Abrahæ fuit Zadkiel, qui eandem ei Cabalam tradidit recipienti, quam Adæ protoplasmati Razjel. Denique (ut arbitror) reliqua sunt haud ignota, quòd quanto ille tempore uocatus fuerat Abram & uxor eius Sarai, tam diu nunquam sibi hæredem genuerant. Post uerò quàm nomen uiri mutabatur Abraham, & uxoris nomen Sara, mox Ishac susce-

perunt filium, de quo cum ei iussisset deus, ut unigenitū tolleret quem diligebat Ishac, & eum in excelso Moriæ quodam monte super ligno immolaret, incredibile uidetur quo gaudio & quanta lætitia exultaue rit, diuinæ promissionis memor, qua pollicebatur ei Deus his uerbis: Statuam (inquit) pactum meum inter me & te & inter semen tuum post te in generationibus suis fœdere sempiterno, ut sim Deus tuus & seminis tui post te, atque in te benedicentur uniuersæ cognationes ter- ræ. Quapropter quam diximus humanæ uniuersitatis salutem in filio se confidebat allaturum, quem subito ad uocem Dei assumpsit, & obla tionis omne lignum suis ipse manibus excidit. Nempe lapsum origi- ginalem per lignum reparari posse, oraculum docuit. Vnde scriptura dicit, quòd tulit Abraham ligna oblationis, imposuitq; super Ishac fi- lium suum, & posuit eum in altare super struem lignorum, extenditq; manum & arripuit gladium ut immolaret filium suum. Nisi enim rece- pisset Ishac à patre suo traditam humanæ salutis Cabalam per lignum uitæ atque hominis cuiusdam iusti oblationem futuræ, ut est cunctis uiuentibus horribile mori, non utiq; fuisset tanta beneuolentia & tam alacri uultu animiq; hilaritate uisam, impendere præ oculis mortem sponte amplexus, sed uelut est mortalium conditio aut strictum mu- cronem declinasset, aut uerbis saltem quibusdam lenioribus patris iæ- uitiam uel mitigasset tamen, uel fugisset. Atqui suspicatus sese fore il- lum quo futura esset primordialis ruinæ restauratio, nihil sibi ea immo latione duxit iucundius, nihil dulcius ea morte, cuius gratia totum opi nione sua redimeretur genus humanum. Præbuit sanè illi hanc ipsam spem eo firmiorem, quòd eundem locum Deus ab orbe condito sacri- ficijs destinauerat. Terra nanq; Moria est digito Dei Abrahæ demon- strata, in qua primus Adam struxit altare, obtulitq; Deo munera, ubi & Cain & Abel, ubi & Nohe filijq; sui sacrificarunt. Sicut Magistri no tri disputant in capitulis R. Eliezer, astipulante Ramban & R. Ioseph filio Carnitolis in libro Portarum iustitiæ, & in loco eodem urbs sancta Ierusalem constructa est Salomone Gallo teste. Re autem infecta cum è Moria discederent pater atq; filius, audita est uox Zadkielis ad Abra ham prolata, Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Quo sa- lus uniuersa in futuram generationem cognoscebatur esse protelata. Et uox ipsa Dei per angelum Raphaelem super Ishac quoque cœlitus delapsa, Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, ne forte seip- sum fore saluatorem illum crederet. Nam hoc quoq; Cabalistarum est qui scribunt sic רבי של יצחק רפאל ! Id est, Præceptor ipsius Ishac fuit Raphael. Ei uiro de filiorum altero spes non erat, qui iam benedi- ctionem paternam exercitatione uenandi amiserat. Esau nomen fuit, de altero magna sibi pollicitus pater prædicit his uerbis rei uenturę ua ticinium prætēdentibus, Seruient tibi populi & adorabunt te gentes.

Non

Non acciderat igitur sine causa de Iacob (sic enim appellabatur iste filius) tam ingens maioribus nostris uniuersę salutis expectatio, sed quia omnium mortalium primus ipse uidit portam cœli apertam, & scalam à terra in cœlum porrectã, & in ea consistentes quatuor literas i.h.u.h. quas apprehendere gerebat in uotis. Consonantem quoq; Sin per notariacon שבן id est, unctionem designantem, operi adiecit, quo delibutũ lapidem in templũ quoddam nomine Bethel exædificauit. Augebat suspicionem, quòd angelus Peliel Iacob erat familiaris, qui multa constanti & opinione & sermone præmonuit, tum quòd Iacob elegit sibi Deus, tum quòd beatus erit ille cui Deus Iacob in adiutorio eius, Scribunt autem Cabalistæ, sic : רבו שׁל יעקב פליאל Id est, Præceptor Iacob fuit Peliel. Sed edoctus ab angelo suo Iacob, se non illum fore saluatorem quem hactenus cœlestis Cabala prætulerit, negocium in aliud seculum diuina reuelatione reiecit, sic dicens, Congregamini & adnunciabo uobis quod continget in postremo dierum, Non auseretur sceptrũ de Iuda, & legislator de femore eius, donec ueniat Silo, & eidem congregatio gentium. Quo uaticinio innotuit aliquem quandoq; fore saluatorẽ humani generis qui & ex Iuda & in postremis dierum nasceretur, & esset Silo, & sceptrũ regni gereret, & ad ipsum gentes confluerent. Quare post hos Patriarchas magnus ille Moyses non sua spõte morti se obtulit, sicut quondam Abel, sicut olim Ishac, sed renuit & à cura populi subtrahere se uoluit, quanquam loquebatur cum Deo, ut amicus cum amico, facie ad faciem, & baculo utebatur pro sceptro, & tota Iudæorũ gens ad se confluebat. Nouerat tamen se non de familia Iudę, sed de domo Leui ortum esse, nec natum in postremis dierum, nec esse Silo, quod secundum Syriacam translationem Onkeli Chaldæi significat unctum, quem nos appellamus Messiha. De omni tamen ratione atq; modo restaurandi originalis casus satis, superq; institutus fuit ab angelo suo Metattron. Ita enim Cabalistæ scribunt, : רבו שׁל משׁה מטטרון qui est nuncius Sadai. Hanc itaq; sanctissimi Iacob reuelationem uniuersitas prophetarum recepit, quod in postremis dierum nascatur, is ex semine Iuda qui peccatum originale sit abolituru, Messiha rex pacificus, desinente tum sceptro ac præfectura Iudę, conuocatisq; simul undiquaq; gentibus. Hæc usque huc receptio à patribus ad collegium prophetarum per successionem trãsmigrauit, qui singulatim cuncti tractatione quotidiana inter se conferebant de aureo Messihæ seculo, in illa beata Spiritus sancti schola exultantes præ summa lætitia & imo de pectore gaudia sua promentes, uno quodam societatis uinculo in ipso Messia saluatore connexi, quanquã diuersis à se temporibus de illo eodem uenturo rege multifariàm multisq; modis differentes, singuli tamen quiq; parem & planè haud absimilem sententiam absoluerunt. Hic quidem his uerbis, Obsecro Domine,

mitte quem missurus es: alter in persona Messihę inquit, Mitte me, hoc est שלחני quod in Arithmetica progressione per artificiosum Cabalę modum, tum quatriliteram excellentiæ dignitatem, tum ipsum quoq; iuxta Razielis traditionem superius commemoratam rectum nomen illius Messihæ per æqualitatem numeri trecentorum nonaginta octo significat. Et iterum, Vtinam dirumperes cœlos & descenderes. Alius sic, Excita potentiam tuam & ueni ad saluandū nos, Deus reuerte nos, & ostende faciem tuam & salui erimus. Alius, Expectabo Deum salua torem meum. Alius, Ecce Dominus egredietur de loco suo & descendet. Alius, Deponet iniquitates nostras & proijciet in profundum maris omnia peccata nostra. Alius, Veniens ueniet & non tardabit, egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Messiha tuo. Alius, qui consolabatur gentem nostram dicens, Abstulit dominus iudicium tuum. Rex Israel quatuor literis in medio tui erit, non timebis malum ultrà. Dominus Deus tuus in medio tui erit fortis, ipse saluabit. Alius, qui in persona Messihæ pollicebatur. Et erit sicut eratis maledictio in gentibus domus Iuda & domus Israel, sic saluabo uos & eritis benedictio, & erunt sicut fuerunt quando nō proieceram eos. Et alius ita, Orietur uobis timentibus nomen meum sol iusticiæ. Quid multis moror? omnes uno corde gaudere, uno ore omnes omnia bona dicere & laudare huius saluatoris illum diem, & optare illud tempus de quo Dauid coram Deo exclamauit, Mitte lucem tuam & ueritatem tuam, illa quietabunt me, & reducent me in montem sanctū tuum & in habitacula tua. Super isto autem lucis uocabulo dixit Rabbi Salomon Gallus, Lucem tuam, id est regem Messiham, secundum quòd scriptum est, Parauit candelabrū Messihæ meo. Vnde certiores facti sumus nulla de se ductum esse opinione Dauid, quòd ipse idem ille foret rex Messiha, qui genus humanum Deo conciliaret, tametsi diuinum emanauerit oraculum. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo unxi eum (quia unctus dicitur Messiha) & ego primogenitū dabo illum, superiorem regibus terræ. In æternum custodiam illi misericordiam meam, & pactū meum fidele illi, & ponam in seculum seculi semē eius, & sedem eius sicut dies cœlorum. Contulit ergo Dauid spem omnem in semen suum, ob idq; filium ex Bathsaba natum appellauit Salomonem, quòd auditu recepe rat, credideratq; Messiham, quo salus mundo ueniret utiq; principem pacis fore, iuxta Cabalam sibi reuelatam. In diebus eius erit abundātia pacis donec auferatur luna. De alio igit̄ semine suo intelligendū fuit q̄ de filio Bathsabæ, is enim Salomon adamauit mulieres, per quas cor eius deprauatum est, ut sequeretur deos alienos, nec erat cor eius perfectum cum dño Deo suo, sicut cor Dauid patris eius. Quapropter fulsit Deus satan contra Salomonē, ut ei non esset pax integra qui pacis solum nomen haberet. Quotquot igitur Cabalistarū sunt, qui uniuersam sa-

ſam ſalutem in Salomonem retorſerunt, alium quendam Salomonem intendunt quàm filium Bathſabæ, & aliud quoq; templum quàm eius Salomonis qui templum à ſe cõſtructum diruptionis iuri ſubiecit, cui prædixit Deus, Templum quod ſanctificaui nomini meo proꝛjciam à conſpectu meo. Qua de re peccatum originale non ualuerunt abolere, neq; Salomon hic, neq; templum hoc, quantumuis in Porta lucis à Cabaliſta, ſic ſcriptum extat, בתחלת בריאתו של עולם שכינה חית שרויה בתחתונים ובחיות השכינה למטה נמצאו שמים וארץ אחדים וחיו המקורות וחצינורות פועלים בשלימות ונמשכים מלמעלה למטה ונמצא השם יתּ׳ מתמלא מעלה ומטה בא אדם הראשון וחטא ונתקלקלו חשורות ונשתברו חצינורות ופסקה חבריבת ונסתלקה השכינה ונתפרדה חחבילה אחר׳ בא שלמה ובנה את הבית ואו חורו חצינורות וחחמשבות Id eſt, Initio creationis mundi diuina cohabitatio erat deſcendens in inferiora, & cum eſſet diuina cohabitatio inferius, reperti ſunt cœli, & terra uniti, & erãt fontes & cannales actiui in perfectione, & trahebãtur à ſuperiore ad inferius, & inueniebatur Deus complens ſupernè & infernè. Venit Adam primus & peccauit & diruti ſunt deſcenſus, & confracte cannales, & deſijt aqueductus, & ceſſauit diuina cohabitatio, & diuiſa eſt ſocietas. Poſtea uenit Salomon & exædificauit domum, & tunc reuerſæ ſunt cannales ac deriuationes ſeu ductus, atq; reliqua. Vbi de Salomone loquentes Cabaliſtæ rei potius uidentur quàm uocabulo alludere, cum illud intelligant de uenturo quodam rege pacifico iuxta Iſaiæ uerba, quem nominabit ipſe miraculorum operator, conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſeculi שר שלום id eſt, principem pacis. Sanè putauerunt aliqui Ezechiam regem hic fuiſſe deſignatum: ſed alij uerba legentes ſequentia, Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis ſuper ſolium Dauid & ſuper regnum eius, intelligunt de rege Meſſiha, qui ablaturus ſit uniuerſorum peccata, in animis hominum quotidiana bella & pugnas mouẽtia, quæ parentes noſtri peccauerunt, ut ſcripſit Ieremias in libro Threnorum, Patres noſtri peccauerunt, & non ſunt, & nos iniquitates eorum portauimus. Ita uideri quidem poterat Ionathæ Chaldæo, qui pro Sar Salom, id eſt principe pacis traduxit ſuperiore in loco, משיחא רשלמיא id eſt, Meſſiha pacis. De quo iterum Iſaias, Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & in cicatrice ac liuore eius ſanati ſumus. Hic erit ille Salomon, qui templum multo ſublimius eriget planè ſempiternum & indiſſolubile. Sic enim Cabaliſtæ ſcribunt, בי׳ בית המקרש של מטה מכוון בנגר בית המקרש של מעלה : Id eſt, quòd domus ſanctuarij quæ eſt inferius, diſponitur iuxta domum ſanctuarij quæ eſt ſuperius. A Salomone igitur illius terreſtris templi conditore uſq; ad regẽ Iehoachin eundẽ qui & Iechoniah (habẽt nanq; ambo nomina eaſdẽ literas tametſi trãſmutatas) expectatio ſalutis uniuerſæ apd' omnẽ cœtum prophetarũ in uẽturo Meſſiha collocata fuit, ab Iſaia uſq;

ad Ma-

ad Malachiam qui aiebat, Statim ueniet ad templum ſuum dominator quem uos quæritis. Super quo R. Dauid Kimhi ſcribit, ꝙ dominator hic ſit Meſſiha, qui & ipſe nuncius erit teſtamẽti, quem Ionathan Chaldæus Rabona interpretatur. Poſt prophetas autẽ, expectatio ſalutiferi aduentus Meſſihę, totaq́ Cabaliſtica exercitatio qualiſcunq́ extat, quã recte in eiuſdem Meſſihę ſempiternã liberationem inglomerant, impli cant atq́ reducunt, omnis ea planè ad ſcribas legis & ſeniores quos appellarunt capita patrum, qui præ multitudine haud numerantur, & ad magni concilij uiros deſcendit, ſucceſſiuè recepta ſcholaſticorũ more, ab Ezra qui Cabalã tradidit Simeoni iuſto, ſacerdoti magno, ſynagogę prefecto, rurſus ab illo recepit eius auditor Antigonus cum ſocijs ſuis, de quibus fuerunt Zadok & Bethus, radix hęreticorũ, unde dicti ſunt Zadokai & Bethuſai, ut ſcribit Iudas Leuita in libri Alcoſder ſermone tertio. Deinde Ioſeph filius Ioetzer, & Ioſeph filius Iohanan Hieroſolymitanus, ab ijs Ioſua filius Parahiah, cuius fuit diſcipulus quidam Ieſus Nazarenus Machabęorũ ætate, non ille Chriſtianorũ. Et Nithai Arbelenſis, à quibus & Iuda filius Tabai, & Simeon filius Sota, de quibus Semeia & Abtalion, ab his Hillel & Samai qui habuerunt multa millia diſcipulorũ, ab iſtis Rabbã Iohanã Ben Sdachai, & ille diſcipulos quinq́ fouit, qui fuerũt Elieſder, quẽ ſcribũt Eliezer filius Hircani, Ioſue filius Hananiæ, Ioſeph Cohen, & Simeon filius Nathanael, & Eleaſdar filius Arach. De Rabban Iohanan qui cẽtum & uiginti uixit annos ſortitus eſt Cabalam ſuam Rabban Gamaliel, à quo Simeon filius, à quo ex liberis eius Iuda Nagid, qui magiſter noſter ſanctus dicitur, eum filius Gamaliel recipiẽdo imitatus eſt. Hucuſq́ Cabalęi, quorũ dicta & reliquas ſacræ ſcripturæ allegoricas expoſitiones ſequuti ſunt Cabaliſtarũ cœtus, Hanania filius Acaſiæ, Abba Saul. R. Tarphon, Acabia filius Mahalalleelis. Hanania princeps ſacerdotũ, Hanina filius Thradionis, Hanania filius Hachinæi, Nehonia filius Hacona, Halaphtha, Duſchai filius Iannai, Hanina filius Duſa, Doſa filius Harchinas, R. Akiba, Elezar filius Azariæ, Eleazar Haſma. Rab Leuitam, R. Iohanan filius Baroca, poſt eum Simeon ex liberis. Deinde Tzadok, tum Ioſi, hunc ſequitur Iſmael, & de alio genere R. Meir, à quo recepit Eleazar filius Jacob, & Iohanan Sandlar, & Eleazar filius Samua. Deinde Neorai, poſt quem Ianai & Mathathia & Samuel minor, & Eliſſa filius Abuiah, & Eleazar de Kaphar, & Iuda filius Thema, & Ioſua filius Leui, & præter illos alij multi, qui aliquando propter diſputationes Thalmudicas appellantur Thanaim, ceu dictatores, & propter ſummarum rerum meditationes ab inferioribus ſingulis ad excelſiora quæque reductas, à maioribusq́ receptas, & poſteris traditas, quibus toto ſtudio innituntur Mekablim Hebraicè, ac noſtra ætate à Latinis, autore Ioanne Pico Mirandulano Comite, ante quem nomen eorum Romanæ linguæ incognitum

cognitum erat, Cabaliſtæ aut Cabalici dicuntur. Tum Marranus, Noſti ne, inquit, eum uirum peritiſſime Simon, qui primus Latinis Cabalæ uocabulũ prodidit. Et Simon, Noui nempe (ut opinor) ipſum, ait, olim domo exulantem apud Gallos & Allobrogas pulſumq; patria & fugatum acerrimè ab inuidis, quadam deteſtabili perſecutione, propter eximia philoſophiæ ſtudia ſua & nobile ingenium. Eſt adeò genus hominum (ut ait Terentius) qui eſſe primos ſe omnium rerum uolunt, nec tamen ſunt, ex coruo fortè nati, quæ auis uſque ad Coronei annos (ut eſt in fabulis) ueſtita prius albis plumis, poſterius nigris, colorem indumenti eis præbet candidi & atri, unde fratres atrati dicuntur, quippe uolucris ea ob impiam delationem ſemper odioſa Phœbo. Sed utrique ueſtrûm nota eſt hæc Poëſis: Hi tunc fuerunt œſtrum, hi maſtiges, hi canes tam generoſi & tam eruditi Chriſtiani, noſtro autem ſeculo multa Hebræorum arcana dogmata Romanis auribus perquàm doctè impertiti. Ad hæc Philolaus: Relictis, ait, rebus geſtis ad Artem Cabaliſticam (ſi mihi creditis) reuertendum nobis eſſe conſulo, quoniam aliquanto pòſt adueſperaſcet, & uota noſtra uix dici queat, quàm aliò tendant. Percucurri equidem ſingula, inquit Simon, nihil falſius de me ultrà expectabitis. Et Marranus, Si ſic (inquit) ego certè fregerim ſermonem tuum ualde incommodè. Nam orationis filum texebas, tum maximè aptum ei rei quam deſideramus, & nihil erat quod magis placuit, quàm poſt rectam Cabalæ definitionem, noſſe, quid illud ſit quod præter cætera mortalium generi egregius reuelatum fuerit, tum quis quid reuelauerit, & quis receperit, quo in puncto mea interpellatione abductus es, id quod ſubdoleo. Quare mi tu, oramus, ut redeas. Ego uerò hilarè quidem obſequar. Simon inquit, Et tandem ad modum Artis, quem optare uos animaduerti properabo, niſi iam ueſpera imminet, quando & uos audiendo fortè cum faſtidio, & ego ipſe loquendo deſeſſi ſumus. Satis enim multa nobis tam breuibus horis exciderunt, & quæ mea fuit uel temeritas (ſi uultis) uel (quod uerius eſt) ſingularis erga uos dilectio, quod in tanta re fieri non debuit, omnia imparatus dixi quidem ex tempore. Tum Philolaus, At obſecramus uterque, compleas abacum calculo authorum, qui Cabalam & tenuerunt & tradiderunt, ne hoc ſermonis membro, nondum perfecto, ad diuerſorium noſtrum, ut oportet, cœnaturi abeamus.

Quo dicto rurſus Simon: Extant ſanè, inquit, meo arbitratu Cabaliſtæ innumerabiles (nec enim numero comprehendere refert) Eorum partim ſunt, qui audiere tantum, alij uerò qui & Auditores & Scriptores fuere: tamen, quando ita urgetis, recenſebo perfunctorie

perfunctorie nonnullos, quorum libri de Cabalisticis contemplationibus quotidiano ueniunt usu, quantum mihi suppetit memoria, quam non in omni parte omnes integri, aliquorum enim sola fragmenta enatarunt, reliqui proh dolor ita extincti sunt ut uix nominum recordatione doctissimorum hominum monumentis innotescant. Nam ut prisca patres uolumina iniquitate temporum & longo tractu annorum perdiderunt, cum haud mediocri posteritatis damno, quorum nostri tamen meminerunt, ita nos iam in ipso mundi sexto millenario uiuentes, maiorum nostrorum libros uel uetustate, quæ omnia consumit, uel bellorum malignitate, uel inundatione ac uastitate, uel improuiso ignis casu, uel quandoque odio & inuidia turpi & detestanda, quæ incendiarios librorum inertes & stultos etiam quo nostro sollicitauit amisimus. Citantur ab hominibus fide dignis Hænoch libri & Abrahæ patris nostri, quin & Moyses allegat libros bellorum Domini. Iosue librum Iustorum, & uniuersitatem librorum Kiriath Sepharim, quam Athniel duce Caleb expugnauit. Asuerus libros Memorabilium. Ionathas in Machabæis Libros sanctos de Spartiatis. Paralipomena commemorant libros Lamentationum: libros Samuel uidentis, & Nathan Prophetæ, & Gad uidentis, & Semeię Prophetæ, & Haddo uidentis, & Ahiæ Silonitis, & libros Iehu filij Hannani, qui omnes nusquam sunt. Querimur & bibliothecam Darij, ut est in Ezra, fuit ea in Ecbatanis preciosa. Pari exemplo innumeri nostro seculo autores periere, tametsi non dubitamus supereſſe plurima quę ipsi nec dum uidimus, nec istam de me gloriam cum Mirandulano iactare possum, quòd quæ ille quondam Ezra, de Cabalisticis secretis septuaginta conscribere uolumina iussit, ea mihi summa impensa conquisierim, cui ne tantidem propè auri & argenti sit, quo eos libros si superarent ac offerrentur licitari queam. Vtimur autem non adeò librosi attamen pro nostra uirili Abrahæ libro patris nostri, cui est inscriptio יצירה de creatione, quem non parum literati quidam assignant Magistro Akiba, profectò nobilibus scholijs ornatum, ut qui alioquin existat reconditus & obscurus. Et libro חזוהר de Splendore, quem composuit Simeon filius Iohai, cum in quodam uasto & tenebricoso specu quatuor & uiginti annos delituit. Et libro הבהיר de Candore, qui à ueſtris Lucidarius dicitur. Sunt & quos ædidit in Cabala ille Abraham Alaphia, & insignes commentarij Ramban, nam ita collectiuè nominatur Rabbi Moyses filius Nehmani super arcana legis, quem appellatis Gerundensem, & Commentarij omnium doctissimi receptoris Rabbi Mnahem Racanat super arcana Ramban. Et liber Perplexorum Rambam, in fine per mem, id est Rabbi Moysi filij Maimoni, quem uocant Moysen Ægyptium. Et liber שערי צדק id est, portæ iustitiæ, quem conscripsit Rabbi Ioseph filius Carnitolis. Et liber

ber שער אורה id est, porta lucis Magistri Ioseph (ut ferunt) Castilien sis in Hispania. Et liber האמונות id est, de credulitatibus, cuius autor fuit in Asia Rabbi Saadia. Et liber סוד התורה de mysterio legis quem sapiens ille Abraham Aben Ezra confecit. Et liber R. Hamai filij Hanina, qui dicitur eloquentissimorum caput in Cabala, & eiusdem autoris liber העיון id est, speculationis. Alius deniq; liber פירוש קרושה id est commentarium sanctitatis, quem scripsit R. Azarlel. Et liber שמות id est, de nominibus. Et liber Explanationū alphabeti, cuius est inscriptio סדר פירוש האל פאביתא ex R. Akiba. Et liber R. Ama שער הרזים dereconditis Psalmi undeuigesimi. Et liber היחיר id est, singularis de unione seu collectione, cuius meminit R. Abraham Aben Ezra de mysterio legis capite primo. Et liber סודות id est, mysteriorum. Et liber Quæstionum abstrusarum. Et libellus Cabalæ quem ædidit Azariel, alijs Oriel Garonensis. Et liber qui prænotatur דרר האמונה ודרר הבפירות de fide & expiatione. Et liber radicum R. Ioseph Albo cui pariter Cabalæ titulum præfixerunt, quamuis ille magis ethica commentetur quàm anagogica. Extat demum liber elegantissimus in Cabala aduersum philosophastros nomine Alkozer more Arabico, quem composuit R. Iuda Leui, cuius hæc sunt uerba קבלה טובה אלא עם הלב הטוב id est, Quòd non sit Cabala bona nisi cum corde bono. Vbi plurimum mihi uisus est sapienter à tam sancta contemplatione malignos sophistas repulisse, qui tanquam muscæ morientes, omnis ungenti quantūuis pretiosi suauitatem perdunt. Vtimur deniq; commentarijs in librū יצירה Magistri Iacob Cohen & in eūdem librum cōpositione R. Ishac quem inscripsit explanationē nominis sancti. Est liber etiam quem ædidit R. Tedacus Leui de decem numerationibus Cabalisticis. Nolo addere librum Salomoni, sub nomine Razielis inscriptum, quia est fictio magica: hactenus quidem rei meæ familiaris penuriam chartaceam quam ceteris non solebam certè uobis peregrinis planissime aperui, at mea tamen sententia nemo unquam de ista scripsit arte usq; dudum artificiosius, nemo distinctius, nemo lucidius quàm R. Ioseph Bar Abraham Castilienſis ciuis Salemitanus, tria huius facultatis uolumina studiosè molitus, quibus omnem Cabalistarum institutionem fecit clariorem, primum de dictionibus, secundum de literis, & tertium uolumen de punctis. Eius libri titulus extat גנת אגוז id est, Hortus nucis, iuxta Salomonis cantica, In hortum nucis descendi, ut uiderem amœna uirgulta. Apparet nucem hanc esse ut pomum aureum argenteo retiaculo inclusum, ut legitur in Prouerbijs, Mala aurea in lecticis argenteis uerbum prolatum iuxta modos suos. Ita est Cabala pomum illud aureum atq; diuinum argenteis filis, uidelicet ingenioſis institutionibus & humanis artibus circumligatum, quale fieri consueuit aurificum opificio qui subtilibus cælaturis aureum boni odoris pomum non omnino te-

gunt aut operiunt argento, ut nihil eius uideri queat, sed cauatis quibusdam foraminibus & argenteis cancellis tum pomi colorem emittere tum ambræ odorem efflare sinunt. Aspicientibus tamen longinque totum id quod reticulatum est uidetur argentum esse integrum, propius autem intuentes si studiosè rimentur simul aurum quoq; reperiet, & quo magis aurum ab argento distat, eo longè plus ab arte Cabalistica probatur differre Cabala, quamuis ambas species unum genus spirituales instinctus complectatur. Sed altera præcedit alteram ut oraculū Hierophantas, utq; unius generis aurum id quidem bonum est, illud autem optimum, ad quem modum in Pẽtateucho de Heuila narratur, quòd aurum terræ illius bonum est, non enim illic scribitur optimum, ut quidam legunt, sed bonum. Et in Isaia de Ophir, Dignabor hominẽ pluſquàm aurum optimum & aurum de Ophir. Ita quicquid de sacra scriptura homines optimarum artium amatores scientia naturali addiscunt, auro bono par est, & appellatur opus de Bresith. Quod uerò scientia spirituali recipimus opus de Mercaua dicitur, & auro æquatur optimo atq; purissimo. Scribunt enim Cabalistæ ita, שמעשה בראשית חכמת הטבע ומעשה מרכבה הוא חכמת האלהות : Id est, Quòd opus de Bresith est sapientia naturæ, & opus de Mercaua est sapientia diuinitatis. Et quoniam utraq; sapientia utcunq; circa mundum & ea quæ contis sistunt in mundo uersatur. Estq; Thalmudistarum & Cabalistarũ ea in re unanimis arbitratus, quòd duo sint mundi. Primus intellectualis, qui uocatur עולם הבא id est, mundus ille uenturus scilicet quo ad nos. Et secundus sensibilis, qui dicitur עולם הזה id est, mundus iste præsens, quod ex uerbis sapientum nostrorum recepimus, de nominis diuini quadraginta duarum literarum studioso cultore, sic dicentium, quòd talis dubio procul existat, אוהב למעלה ונחמר למטה ונוחל שני עולמים העולם הזה והעולם הבא : Id est, Dilectus sursum & desideratus deorsum & hæreditans duos mundos, mundũ præsentem & mundum futurum. Idcirco diuiduntur Thalmudici & Cabalistæ secedentes in duas facultates, tametsi ex creditis receptionibus ambæ similiter oriantur & emanent. Nam utriq; maiorũ suorum traditionibus fidem habent, etiam nulla ratione reddita. Sed hac distinguuntur deputationis ordinatione, quòd omne studium, omnem operam, omne consiliũ, laborem & diligentiam, uniuersam quoq; mentis suæ intentionem Cabalista fœlix ille atq; beatus à mundo sensibili finaliter ad mundum intellectualem transfert & traducit. Thalmudista uerò in mundo sensibili permanet, ac animam uniuersi huius mundi non transcendit, quòd si quandoq; licenter ad Deum & beatos spiritus pergat, non tamen Deũ ipsum ut immanentem & absolutum accedit, sed ut opificem causamq; rerum & circa sua creata occupatum. Angelos autem ad ministeria quotidiana, diuinęq; uoluntatis effectus exequendos mancipat, altissimarum

marum rerum contemplationes ad hunc inferiorem mundum ſemper referens. Earum tamen facultatum altera ſæpe alterius ſenſa mutuatur, & ad ſuum deſiderium trahit. Enimuero quandoq; ſtudia ultro citro inter ſe communicant Thalmudici & Cabalęi, ut actiua uita & contemplatiua, licet unum eundemq; ſacræ ſcripturę contextum plerunq; alter ad timorem ſeruilem, alter ad amorem filialem ſuo more lepida ſuaſione inuitet. Apparebit enim acri ſtudio Thalmudiſta ille circa legis præcepta & mãdata reſidere, illa exponere, illa dirigere, illa uenerari & excolere, ut nihil aliud rectè definiamus Thalmud eſſe quàm legis explanationem ad intentionem autoris. Vnde Thalmudici מפורשים dicti ſunt, & פרשי id eſt, expoſitores & phareſai, qui de ſuggeſtu & cathedra Moyſi ſemper inſtant operi, prædicant, & plebem hortantur cum propheta regio dicentes, Seruite Domino in timore: ac cum Ioſue, Timete Dominum & ſeruite ei. Quin & hoc ita facite, ac illud ſic obmittite cum tali & tali moderamine, unde ſexcẽta & tredecim præcepta uno uerbo התורה comprehenſa in duo capita redegerunt עשה לא תעשה id eſt, fac ne facias, quæ uos affirmatiua & negatiua conſueuiſtis appellare, multum ſcitu commoda & uſu perquàm neceſſaria. Cabaliſtæ autem quamuis teſte ueritate uiri ſint legem piè obſeruantes, tamen contemplationi plus incumbunt. Ideoq; appellantur אנשי חעיון מבעלי התורה id eſt, uiri ſpeculationis ex magiſtris legis. Hi curam reipublicæ ac priuatorum domi belliq; ritus & conſuetudines in iudicialibus & moralibus cum ſua hiſtoria penes Thalmudiſtas relinquentes, ea ſibi tantum quæ ad animi quietem & tranquillitatem pertinent, & ad amorẽ Dei reſeruarunt. Sic enim aiũt ברית כלל התורה שני דברים והם תקון חנפש והתקון הגוף Id eſt, Intentio uniuerſæ legis duæ ſunt res, bona diſpoſitio animæ & bona diſpoſitio corporis. Tota nanq; lex præcipuè ad perfectionem hominis tendit, & ſecundum eam duas conſequimur perfectiones, mentis alteram & alteram corporis, longe uerò dignior ea eſt & præeminentiæ altioris quæ animam iuuat & uitam perpetuat, quanquam idonea corporis habitudo & debita compoſitio eſt tempore naturaq; prior. Igitur altiore loco & digniore gradu habendi ſunt Cabaliſtæ illam legis expoſitionem ſequentes, quæ per quædam ſymbola mẽtis eleuationem ad ſuperos & ad rem diuinam quàm maxime propellit, hanc appellant Greci ueſtri anagogicam inſtitutionem, quæ non modo philoſophia ſit, ſed & ſophia ipſa, hoc eſt ſapientia. Vnde merito ſapientes denominantur, להלוך נגד החיים ut concionator inquit Salomon, quoniam pergunt illuc ubi eſt uita, & pro mortalium captu adhuc in corpuſculis habitantes à tempore ad æternitatem, & ab infimis aſcendunt ad ſumma. Facite periculum ſi uultis honorandi aduenę. In principio creauit Deus cœlum & terram. Sanè cœlum Thalmudicis uocãtur omnia uiſibilis mundi quæ ſupra lunam ſunt, & quæ

ſubter eam appellant terram. Deinde cœlum quoq; interpretantur formam, & terrã eſſe uolunt materiã, quare in principio aiunt creauit deus formam & materiã, quarum denuo cõpoſitionem in ſingulis quibuſq; opifice oraculo fabrefecit, & omnia non tam manu tornauit quàm nouies uerbo dolauit. Legitur enim ויאמר אלהים id eſt, & dixit Deus, Fiat lux, & dixit Deus, Fiat firmamentum, & dixit Deus, Congregentur aquæ, & dixit Deus, Germinet terra, & dixit Deus, Fiant luminaria, & dixit Deus, Producant aquæ reptile, & dixit Deus, Producat terra, & dixit Deus, Faciamus hominem, & dixit Deus, Ecce dedi uobis omnem herbam. Igitur perfecti ſunt cœli & terra cum omni attinentia & tota ſupellectili eorum, ut ſunt quatuor elementa quę dicuntur tenebræ primo nominatæ, ſpiritus Domini, aquæ ſub firmamẽto, & aridæ. Sequuntur pariter & cætera miſta quæ uulgo elementata uocant, ut aues & uolatilia, beſtiæ ac reptilia, piſces & cete grandia, & eorum omnium dominator homo cui ex uniuerſis corporeis uni conceſſum eſt liberum arbitrium, quo ne male uterentur figuntur ei leges, promulgantur conſtitutiones, cõminantur tranſgreſſionis pœnæ. Cum item ignis influens nuncupetur cœlum, id eſt שמים quaſi אשומים id eſt, ignis & aqua, & nihil ex ſe producat, ſed producta ſolum cœleſti, hoc eſt humido calore foueat, tum recto quidem ordine recitantur in illo conſtituta fortiſſime influentia ſol & luna, quibus ducibus omnes reliquino tantur exercitus, luminaria & ſtellæ, nox & dies, ſplendor & tenebræ, ſigna & tempora dies & anni. Hæc itaq; de globo corporeo & recluſis in eo miſtis. Duo uero mundi à Cabaliſtis ſunt recepti, corporeus & incorporeus, uiſibilis & inuiſibilis, ſenſibilis & mentalis, materialis & idealis. Inferior mundus & ſuperior, cum legunt, In principio creauit Deus cœlum & terram, & ita ſymbolicè cœlum ſumma, terram infima deſignare putant, hoc modo interpretantes, בתחלה ברא חשם העליונים והתחתונים ! Id eſt, Initio creauit Deus ſumma & infima, quo nimirum arbitrantur ſimplicem & immaterialem mundum ſumma continere, compactum uero & cemẽtarium hunc, infima, unde & legem diuinam Breſith de creatione promulgatam cœpiſſe ab ipſa litera beth, quæ in arte Arithmetica inter numeros duo ſignificat, perinde atq; ſic notatorie inſinuaret, duo principaliter creauit Deus, totum mundum ſupremum cum omnibus in eo degentibus, & totum mundum infimũ, omniaq; ad illum pertinentia. Nam Sin aliter, fuiſſet utiq; ſatis Moyſen, ita ſcripſiſſe, בראשית ברא אלהים שמים וארץ quod haud ſecus ac eodem illo more à Latinis legeretur. Initio creauit Deus cœlum & terram. Potuit enim ſummarium illud creationis non incipere à beth litera. Sicut Salomon in Prouerbijs, Dominus poſſedit me principio uiarum ſuarum, ubi ſine beth & abſq; ulla alia præpoſitione ponitur principij dictio. Cæterum præter conſuetudinem duobus iſtis creatis adiunxit

bis

bis binos articulos את & ח. Vnum excellentis demonstrationis qui dicitur ha, & alterum omnimodæ comprehensionis qui constituit ex aleph primo alphabeti elemento & ultimo thau, & est id quod Græci aiunt alpha & o, & Romani prora & puppis, ubi uisus est per cœlū, omnia excellenter simplicia spiritualia complecti, ab aleph ad thau, id est à primo ad ultimum, & per terram similiter à capite ad calcem omnia excellenter corporalia & ijs contenta, nihilo tamen minus singula in ipso uno principio tanquam unicum creatum. Sicut Ezechielis rota in rota, cum suis quibuscunq; inuolutis uisa est una esse similitudo gloriæ Domini, & ut ipsius Rabbi Saadiæ in libro Amunoth, id est credulitatum propriis uerbis utar בחלמון בתור ביצה id est, Sicut uitellus in medio oui, seu (ut ego ipse dicere soleo) instat alboris oui unius, testaceo firmamento contenti, uitellum ipsum inglomerantis, ita primus mundus ille intelligibilis secundum implicat, ut tota uirtus eius inde gubernetur, quo fit ut constringantur utriq; uinculis concordię, adeo ut sæpe tam suas quàm comprehensorum naturas & appellationes mutua sibi libertate condonent. In secundo nanq;, hoc est sensibili mundo sphæræ nouem mouent ab empyreo immobili, cui Metattron assiduo præest, at in primo nouem angelorum chori mouentur ab immobili Deo. Sicut in immobili silētio cunctorum creator primo simul omnia creauit, postea nouenario sermone ad proprias singula quęque distinctiones loquendo commouit. Nominātur & uicissim ignis seraph, aer cherub, aqua tharsis, ariel terra, & quæ in mundo sunt inferiori ea non parum multo meliore nota sunt in superioribus, quapropter hæc inferiora congruenter appellari queant uerorū exemplaria, & adumbratæ supernorum imagines, signa, notæ ac symbola quibus mouemur ad cogitandum de supercœlestibus & angelicis substātijs uirtutibus & operationibus quodam tramite abstractionis uel assimilationis uia uel alia quadam ratione ac modo nobis carne indutis possibili. Vnde statuūt duos quoq; paradisos, alterum cœlestem & alterum terrestrem, in quibus præmia uirtutum consequantur utriq; tam homo terrenus quàm homo cœlestis, ut in huius orbis terra quādiu in corpore fuerit hospitatus tanquam in aliquo corruptibili horto uoluptatis, gloriam & honorem, gaudium & lętitiam, omneq; desiderium delectationis suæ ob alicuius heroicæ ac præeminentis & à filijs huius seculi laudatæ uirtutis causam lucretur, quæ tamen umbræ sunt & res caducæ fumo similes. In cœlesti uero terra & uerius uiuentium supercœlesti ubi extat amœnitatis æternæ immarcessibilis paradisus, animæ hominis in uita mortali olim secundum uirtutem recte operati, nunc exutæ clemētissimus ille maximus & optimus Deus ostēdit omne bonum, quod ne uidere quidem antea potuisset tam graui & tam denso cadauere obscuri corporis onerata, illud nominatur & in Cabala & in Thalmud איספקלריא

המאירה id est,Speculatio illuminans, hoc est uisificans,quam uos cognitionem intuitiuam Dei appellatis,ut quæ contingat animæ separatæ per lumen gloriæ,ac à maturissime pensitantibus sola esse beatifica probetur.Nam alia fit per species connaturales quæ non est beatifica & איספקל ריא שאינה המאירה id est,Contemplatio quæ non sit illuminans uocatur.Nunc uerò quando clara Dei uisio & perpetua summæ diuinitatis fruitio,pro suprema hominis parte,intellectu & uoluntate beatis donantur,idcirco iure optimo ea nisi in supremo mundo contingunt nemini.Sic aiunt Cabalistæ, כי טרם שישיג לראיה תפרד נפשו מעליו : id est,quòd antequàm apprehendit hanc intuitionem separatur anima eius ab eo.Quare mortali homini siquando Deus uideri dicitur,id per angelum fieri putatur, במראות המלאכים ut scribit Rabban Gerundensis in Exodo.Quamobrem pro duplici hominis conditione spirituali & corporali,ac pro duplicis mercedis retributione,duplicem,ut audiuistis,paradisum asserunt,ita dicentes, כי גן ערן ונחרותיו עם העציונים שתראה במעשה בראשית כלן בנגר צורות השכליות ועליונות הן מבוונים : id est,Quia paradisus & flumina cum singulis rebus quas cernis in opere Bresith,omnia iuxta formas intellectuales & supernas sunt disposita,id ita sentio etiam cum auro de Heuila,bdellio ac onychino,cæterisq; infiniti pretij gemmis.Eodem modo & eadem forma duplicem gehennam scilicet duos tartaros esse deputatos ijdem Cabalistæ asseuerant,superioris & inferioris mundi ad torquendum nociua corpora in tempore,ac animas prauas in æternitate. Nomen eis commune inditum est ארקא id est Arka,hic est tartareæ pœnæ locus,qui præter cætera,septem immaniora durissimarum pœnarum receptacula,criminum reis iusto Dei iudicio destinata comprehendit.Sicut Cabalista ille in Horto nucis,uolumine secundo,de septem habitaculis inferorum tractat his uerbis, אחר : שני מיני גיהנם הן עלירן ותחתון לגוף בעולם הזה אחר לנפש בעולם הבא אחר זה : והמקום הכולל כל אילו הוא הנקרא ארקא כי בו הם גיהנם ושערי מות וצלמות ובאר שחת וטיט היון ואבדון ושאול : id est,Duæ species Gehennam sunt,superior & inferior,una ad corpus in mundo isto,una ad animam in mundo uenturo post istum,& locus cõprehendens omnia hæc,est uocatus Arka,quoniam in eo sunt,gehennam,& portæ mortis,& puteus interitus,& lutum fæcis,& perditio,& fouea.hucusq; Ioseph Castiliẽsis.Iam hæc uincula,hic carcer,hæ compedes,hæc seruitus,hæc captiuitas peccatorum manent,tam corporum in mundo præsenti quàm animarũ in mundo futuro,ut iustos æqua comitentur uirtutũ præmia,& iniquos debita sequãtur uitiorum tormenta.Quid nam aliud debetur rectius quàm uita & honor?quid aliud prauis quàm mors & horror? Nec id usq; adeo temporaliter intelligendũ est.Sed ut Cabalistę uolunt etiam intellectualiter:sic enim scribunt צדיקים אפילו במיתתן קרואים חיים

ורשעים אפילו בחייהם קרואים מתים : id est, Iusti etiam in morte sua dicuntur uiuentes, & maligni etiam in uita sua dicuntur mortui. Quo peritis in Cabala non erit obscura Dei sententia, In die qua comederis ex eo, morte morieris: uidelicet non corporali sed spirituali. Nam uixit Adam post esum uetitum ultra nongentos annos, in momento tamen ipso mox atq; legem transgressus erat, morte moriebatur. In peccato, inq;, suo, toti humano generi & prolis futuræ propagationi æternis inferiorum habitaculis destinatæ sontico nimis & contagioso. Quousq; Dei placito ueniret Messiha ille redemptor, qui hominem in paradisum reduceret, non terrestrem sed cœlestem, & uitam liberis redderet, quam parens amiserat, æternam non temporalem, animę non corporis, illam ipsam Dei familiaritatem & iucūdissimum diuinitatis aspectum, omni uoluptate plenissimum. In hunc omnes ueri Cabalistæ non sophistici totam suam fiduciam figunt atq; locant. In hunc omnia sanctarum scripturarum salutaria uaticinia retorquent. De terra promissionis, de Ierusalem ciuitate cuius participatio est in idipsum, de monte Dei, & loco sancto eius, & uia sancta, & sanctuario, & atrijs Domini, & templo Domini, & domo Domini, & porta Domini, & cæteris similibus multis, quæ Rabbi Moses Ægyptius in suo Misne, id est Deuteronomio, sic etiam intelligi de cœlesti beatitudine uoluit. Qua de causa multum & sæpe cum Thalmudistis certamus, & plurimum utriq; in duas imus sententias. Illi omnem liberationem regis Messihæ de corporali captiuitate seu uerius dispersione nostra conantur ad tumultum, ad strepitus armorum, ad expeditiones bellicas, ad expugnationes regionum & deuastationes terrarum, & Israelitici exercitus uictoriam referre, ut quondam saluatore Moyse legimus aduersum Chananæos & Palestinos nostris maioribus cōtigisse: aut saltem ad exquisitum euasionis ingenium quo sunt in alijs liberationibus, ut multi uafrè, ut ego puto sanctè usi, quando tot seculis sub tot regnis dispersi exularunt, ut sub Babylonico annos septuaginta, sub Persico quinquaginta quatuor, sub Græco cētum & triginta, nunc sub Romano mille quadringentos nec dum finis. Nos contrà, meo arbitratu, rectius Cabalisticè Messiham esse uenturum putamus ad liberandum miseros humani generis mortales, de uinculis iniustitiæ originalis, ad dimittendum peccata, & ad saluandum pie Deo seruientiū animas in Adam patre nostro à uita æterna exclusas, usq; ad satisfactionem Messihæ, qui ut consummetur iusticia misericordis & clemētis Dei manum suam mittat & sumat de ligno uitæ & comedat de eo, ut per illum uiuamus in æternum. Ea satisfactio non in fastu regio, nec iactantia honoris ac gloriæ fieri debuit, eo quòd originale peccatum à Messiha expiandum de superbia & elatione pullulauit. Quin potius in humilitate ac tolerantia, non in curribus & in equis, sed in nomine dñi dei nostri, & nō in uictoria, nec humano trium

pho,ſed in labore, ieiunio, uigilijs, fortitudine animi,contemptu ce-
nodoxiæ,miſericordia compaſſibili, amore Dei præcipuo,dilectione
hominum recta,& in ipſa tandem heroica liberali ac ſpontanea morte,
quoniam cõtra uitium ſola uirtute pugnatur,& imperia,principatus,
ſtemmata,coronas,huius ſeculi nemo ſapiens unquam magni duxit.
Quin hoc eſt ſapere,gloriam huius mundi cõtemnere,quoniã cum in-
terierit glorioſus diues,nõ ſumet omnia(ut inquit Pſaltes) neq; deſcẽ-
det cum eo gloria eius. Quicquid igitur de trophæis & de ſubiectione
populorum ſcribitur in literis conſecratis,id omne poſt creditam nihi-
lominus hiſtoriam,ſi quę facta enarrantur, de mundo tamen intelle-
ctuali & ſupernis poteſtatibus à Cabaliſtis intelligitur,ita ut Meſſiha
rex futurus optimo iure leuia & abiecta hęc iſtius ſeculi deliramenta
magiſtratus honores & regna tanquam uana & ſtulta non modo ne-
glecturus ſit,uerum etiam contempturus,qui ad abolendum humanę
ſpeciei reatum,& ad aperiendum uirtuti uiam aduenit. Vnde uerus
ipſe Meſſiha ſi recta ducimur ratione de ſolo Iſaiæ nobili capite clarius
cognoſcetur,quod ſic incipit הנה ישכיל עבדי id eſt, Ecce intelliget
ſeruus meus,& ſic deſinit ולפשעים יפגיע & pro tranſgreſſoribus ora-
bit,quo ſupra quàm dici queat miror,non abſq; ſingulari apud cęteros
exterarum nationum homines uerecundia (uobis ego ſolis confiden-
ter loquor) Rabbi Salomonem & Dauidem Kimhi,aliosq; de noſtra
ſecta non parum doctos uiros neſcio qua puſillanimitate,uel ſi fortè co
ram gentibus pudore,totum illic cõtextum Iſaię de ſolo populo Iſrael
nunc paſſim diſperſo torue interpretari,cum planiſſime ſit de illo ipſo
Meſſiha prophetatum, quod Chaldaica Ionathę traductio nominatim
exprimit,dicens, הא יצלח עבדי משיחא id eſt, Ecce proſperabitur ſer-
uus meus Meſſiha. Hic eſt ille ab Iſaia in ſpiritu prophetico uere uiſus
eo loci,homo dolorum & infirmitatis expertus,uultu abſcondito,nul
lius honeſtę reputationis uir,diuina percuſſione tactus, deſpectus &
uitatus,tonſus ut agnus,occiſus ut ouis,à terra uiuentium abſciſus, &
cum ſceleratis reputatus & inter filios hominum inglorius. At uero
quid inter filios Dei? plane multum exaltatus & eleuatus & ſublimis
ualde. Nam generationem eius quis enarrabit,& Domini Dei uolun-
tas per manum eius dirigitur,& Dominus aboleuit in eo iniquitatem
omnium noſtrum,quia de ſcelere populi percuſſit eum. Ipſe enim uul-
neratus eſt propter crimina noſtra & attritus eſt propter iniquitates
noſtras,qui certe iniquitatem non fecit unquam , & non fuit dolus
in ore eius . Sed Dominus uoluit contuſionem eiuſdem uulnerati.
Quapropter cum ſit ipſe iuſtus dei ſeruus,multos iuſtificabit per agni
tionem ſui,& iniquitatem illorum ipſe portabit,& peccata multorum
tollit,& pro peccatoribus intercedet. De uero Meſſiha hęc omnia ui-
dit Iſaias & profectò non eſt mentitus. Iſta firmiter eſt illa congregatio
Iſrael

Israel iuxta Cabalistarum opinionem,& illud salutare Dei nostri tam sæpe promissum ut iustificemur ברעתו id est, in cognitione eius,non ut saluemur in tumultu nec in fuga,sed sub uno rege ac in uno fidei cõsistentes exercitu,liberemur in morte atq; cognitione Messihę qua finitur peccatum,& remouetur obstaculum claræ uisionis Dei,hoc est humani generis originalis ac cõtagiosus reatus. De quo sic in libro Cabalæ de fide & expiatione legitur, דרך מורה בח חנאצל שחוא בח חנברא חמיחנחג בשבע חמורות שחם יג׳ סדרי סליחח שחעולם מיחנחג בחם עד שיבלה חחטא ויבא חמשיח שחוא בח אלחי ובכח חאצילות שחוא בח חמלאכות : ובכח חנאצל מימנה שחוא בח חנביא : חנוח עליו רוח אשם רוח חכמה ובינה רוח עצה וגבורה רוח דעת ויראת יהוח חרי שבע חמורות שחמשיח מיחנחג בחו לחטיב לטיבים ולחרוב את חרשעים ברכח : ברוח שפחיו ימית רשע : Id est, Via demonstrans uirtutem gratificatam seu infusam, quæ est uirtus creata ducitur septem uariationibus, quæ sunt tredecim ordines expiationis, quibus mundus dirigitur, quousq; finitum fuerit peccatũ, & uenerit Messiha qui est uirtus Dei. Et in uirtute gratiæ quæ est uirtus angelica, & in uirtute gratificata & infusa ab ea quæ est uirtus prophetæ, requiescet super eum spiritus Domini tetragrammati, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & timoris Domini. Ecce septem uarietates quibus Messiha utitur ad benefaciendum bonis, & ad destruendum malignos, secundum quòd scriptum est, Et spiritu labiorũ suorum interficiet impium. Hæc sunt commemorati uoluminis Cabalistici uerba, quibus monemur regem Messiham non manu sed ore, non armis sed spiritu, uincere populi Dei aduersarios, donare autem Dei gratia septemplici pios, interficere q; impios, & hæc omnia spiritu oris, id est doctrina sua spirituali quã per uiros iustos & electos iusti discipulos, sparget ac seminabit in omnes gentes, per quod Isaię illud ad tempus Messihę relatum oraculum. Haurietis aquas de fontibus saluatoris Ionathan filius Vzielis Chaldaicè interpretatus est ijs uerbis, והסבלון אולפן חדת בחדוח מבחירי צירקא Id est, Et recipietis doctrinam nouam in gaudio ab electis iusti. Ea uerò est doctrina illa noua, quòd uerum lumen luceat, & qui odit in tenebris est, & qui diligit uersatur in luce. Finis igitur præceptorum hic est, ut diligamus inuicem in doctrina Messihæ, שיורח חעמים ללכח ברבי יחוח Id est, Qui docebit populos ambulare in uijs tetragrammati, ut scribit Rabbi Dauid Kimhi super eundem prophetam capite quinquagesimo primo in uersu, quia lex à me exibit, quam scilicet qui fecerit salua bitur, qui contempserit peribit. Vetera enim timoris sunt, noua charitatis של אחבח ישרח מלב שלם quæ est dilectionis rectæ ex corde integro secundum magistros nostros. Erit igitur Messiha exemplum uitæ omnium liberandorum, à quo uniuersa dependet mundi salus, quæ dicitur salus æterna, & exponitur à nostris per omnes dies seculorum, ubi legitur Israel saluatus est in Ihuh salute

æterna,

æterna. De quo nonnihil ſcribitur in libro Cabalæ Hacadma דהוא סוד
מלך המשיח שיבא במהרה בימינו שכל פעולתו תהלה על יה וגם יה שהוא
סוד יום השביעי והוא השם שמו שלם וחשלם כל המלאכה על ידו ׃
Id eſt, Et hoc eſt arcanum regis Meſſihæ qui ueniet cito in diebus noſtris, cuius omnis operatio incipiet in u.h. & etiam i.h. quod eſt myſterium diei ſeptimæ, & hoc nomen, eſt nomen ſuum integrale, perficiturq; omne opus in manu eius. Ecce definitum eſt à ſapientibus Cabaliſtis omnia per Meſſiham fore perficiēda, & totam eius operationem fieri ſacratiſſimis quatuor literis i.h.u.h. in myſterio diei ſeptimę, non à numero uidelicet dierum ſic appellatæ, ſed à tranſitu de uita actiua ad uitam contemplatiuam, id eſt in ipſa quietudine animi & pacata tranquillitate, ſecedendo ab huius mundi nimia ſollicitudine & à cementarijs operibus patratis. Scriptum eſt enim, Et requieuit die ſeptimo ab uniuerſo opere quod patrarat. Quamuis autem Thalmudiſtæ multa regi huic attribuant nomina, ut intelligere licet ex plurimorum doctorum allegationibus in libro Sanhedrin uolumine Helek, citatis à capite ubi ſcribitur: Et Rabbi Iohanan dixit, Meſſihę quod eſt nomen eius q; ad locum, Suſcepitq; Rabbi Eliezer dicens, Dies Meſſihæ. Et pòſt in multis eorum ſcripturis, ſicut commentarijs in Canticum ſynagogæ, הוא נקרא ראש וראשון ׃ Exponuntur nomina Meſſihæ Silo, ſjnon, Dauid, Hanina, germen, iuſtus, conſolator: ea tamen ſingula putantur agnomina uelut imaginaria, inſtar ſeptem exemplorum illic recenſitorum, quæ ſunt, arca, propiciatorium, tabulæ, uirga Aaron, urna mannæ, & ſpiritus Dei. Sed iuxta Cabaliſtas unum hoc nomen ineffabile יהוה audiuiſtis quàm ſit proprium Meſſihæ, quod integrabit & perficiet nomen eius ſubſtantiuum, docent enim credi oportere hoc eſſe nomen ſuum integrale, quod piè ſanctèq; integratur in miſerationibus cui nemo Thalmudiſta inficiator ſubrepit, cum dixerit magnus ille magiſter in Thalmud commemorato in loco, quòd nomen Meſſihæ uenier appellandum conſimiliter Hannina, id eſt miſericordia, citando uerſum Ieremiæ 16. quem tamen licenter ac improprie Romani ſic leguntur, qui non dabunt uobis requiem. Sed ea non eſt etymologica interpretatio. Ita enim rectius me iudice legatur, quòd non dabo ad uos miſericordiam. Hoc Ionathan Chaldæus traduxit רחמין id eſt, miſerationes, ut qui ſecundum Thalmudiſtas dicere uellet, quòd uobis ambulantibus in prauitate cordis, ut Deum non audiatis, non erit Meſſiha qui nominatur miſerationes, quo clarè innoteſcit ברחמים id eſt, in miſerationibus de medio i.h.u.h. nomen fore proprium ſaluatoris Meſſihæ, cuius & dignitas & officium, tametſi rigore ac ſeueritate conſtet iuxta regis Dauid uaticinium abſque ullius controuerſia de ipſo Meſſiha expreſſum, Iudicabit populum tuum, inquit, in iuſtitia, & pauperes tuos in iudicio: tamen quoniã iudiciũ, i. משפט ſecundũ

omnes

omnes Cabaliſtas cum iuſtitia etiam admittit clementiam. Sic enim legitur in Portæ lucis, capite 4. בי המשפט חציו רין וחציו חסר Id eſt, Quòd iudicium eſt partim rigor & partim clementia, quibus modis primi lapſus reconciliatio per iteratam unionem, & nouam quandam populi cum Deo deſponſationem futura eſt, ut Hoſea prædixit: Sponſabo te mihi in iuſticia & iudicio. In miſericordia & in miſerationibus, ubi ponitur, ברחמים Ne quis igitur putet illum ipſum Meſſihæ aduentum ex aliqua iuris neceſſitate ac non potius de gratia mera & dono Dei liberaliſſimo eſſe deſtinatum, rectè imponetur huic ſaluatori nomen clementiæ inclytum, quod ex omnibus literis tam uocalibus quàm conſonante ſolam miſericordiam & præterea nihil aliud ſignificantibus erit compoſitum. Idq; fore conijcimus per ſanctas quatuor literas quibus tanquam notis & ſymbolis ineffabile depingitur, & per Sin conſonantem, quo nomen ineffabile nominatur. Tritum enim in Cabala eſt, quòd hæc nota Sin exponitur שין per notariacon שם יהוה נקוד Id eſt, Nomen tetragrammaton uocatum, hoc eſt prolatum. Nullæ autem ſunt literæ aliæ quibus ſola nudè miſericordia deſignatur, niſi hæ quinq; i.h.u.h. & conſona Sin, id eſt s. De uocalibus quatuor in libro Portarum iuſtitiæ, ſic legitur, והוי סיר שאמרו בי חנה יהוה יוצא ממקומו יוצא מדת רחמים : Id eſt, Et hoc eſt myſterium quod dixerunt Magiſtri noſtri, quorum memoria ſit in pace, quòd ecce quatriliterum (inquit Micha) i.h.u.h. egredietur de loco ſuo, egredietur per proprietatem miſerationum. De conſonante autem Sin, uniuerſi Cabaliſtæ qui non ſunt neſcij in Cabaliſtica גימטריא Sin literam totius in ſe complexus quatriliteri ex Arithmetica proportione rationem continere, haud inficias ibunt: eandem quoq; ab ea poſſideri proprietatem clemẽtiæ ac miſericordiæ. Omnium igitur hominum ſalus de ſola Dei miſericordia expectanda eſt, quod palàm expreſſit Habacuk deum ſic alloquens, Cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. Vbi Dauid Camhi quem noſtri appellant Himhi (ſicut alij pronunciant Rabbi, & Alemania dicit Ribi, per facilem uocis a in i conuerſionem, ut & de Græcis ac Latinis extat par iudicium, illi enim Grammatiki & logiki, nos Grammatica & logica, illi mitir nos mater, ita Samſon Simſon, & Camhi Kimhi, & alia plura) Ille inquam Dauid ludæus Hiſpanienſis, per nomen רחם id eſt, miſericordiæ illic poſitum ſecundum Arithmeticã proportionẽ Cabaliſticè, hoc eſt ſymbolicè intelligendũ eſſe docet Abrahã, quaſi Habacuk, ſic diceret, O Deus cum tu ira peccati noſtri tãgeris, memẽto ſeminis Abrahę cui promiſiſti q̃ in eo benedicent̃ uniuerſę cognatiões terrę. Et rurſum, O deus tu illũ affatus es, benedicent̃ in ſemine tuo omnes gẽtes terrę. Vt aũt indicaret Habacuk ipſe, qd̃ nã futurũ eſſet illud ſemen ſubiũxit, Egreſſus es in ſalutẽ populi tui, in ſalutem cũ Meſſiha tuo, ubi idẽ D. Kimhi, ſic ſcribit, הוא משיח בן דור, i. Hic

eſt

est Messia filius Dauid. Aio igitur cum sapiẽtibus Cabalistis omnium nostri ueram salutem in Messiah pendere quotquot attingimus illum. Quo fit ut ab omnibus nos rebus creatis quoad possumus absoluẽtes per omnes gradus ascendere ac migrare in eum conemur, ut ipsum si minus cõsequamur, at uel assequamur certe, pro singulorum quorũq; uirili. Nam hic est noster ipse, in cuius aduẽtum omnis lex à nobis etiã intellectualiter refertur, & non Moysi tantum scriptura, sed & prophe tarum & quicquid in Hagiographis continetur. Totum nanq; id con textum quod Essrim Varba, id est uiginti quatuor nos dicimus, & uos Biblia nominatis, totum inquam התורה id est, legis appellatione nun cupamus. Vt in Daniel. cap. 9. Ambulando in lege Domini Dei nostri quam tradidit coram nobis per manum seruorũ suorum prophetarũ. Hanc solam scripturam decreuimus tam stabilem & adeo esse firmam ut super eam cogitatus omnes nostros tuto fundare queamus, & subli mes speculantium hominum cõtemplationes haud perplexim locare, tum quia summi Dei uoce promulgata sit: tum quia tantis energiæ ui ribus in hominum contemplantissimorum mentibus solet operari, ut per eam de quibuscunq; libet mistis ad simplicia, de simplicibus ad sim plicissima, de causatis ad causas, & à mundo denicq; inferiori ad supe riorem, à superiore ad Messiham qui mentis nostræ obiectum supre mum & in ultimo gradu cõceptibile sit tanquam ad regem seculorum ascendere ualeamus, per quem planè tandem in Deum transeamus in comprehensibilem: tum etiam quoniam per has sacras literas quasi per scalam Iacob, cacumine tangẽtem cœlos cui Deus ipse innitatur nostri ascendunt angeli & descẽdunt, uectores hinc precum inde donorum, qui ultro citroq; portant hinc inde suppetias, ut ex uestris quidam ait. Et profectò nihil sentio aliud etiam quod uel fingi posset animum no strum arctius Deo, perinde atq; aliquod stamen introtexere quàm illã ipsam cuius mentio fit sacram scripturam, quæ nos primo in diuinorũ admirationem ducit: tum in eorum pro humano captu agnitionem, deinde in illum ardentissimum qualitercunq; cognitæ diuinitatis amo rem, præ se ferentem certissimum spei effectum. Per hanc cum Ezechie lis animalibus & rotis de terra eleuamur, ut cum euntibus eamus, & cum stantibus stemus. Hic est solus ueræ contemplationis campus, cu ius singula uerba, singula sunt sacramenta, & singuli sermones, syllabę, apices, punctaq; eius plena sunt arcanis sensibus, non tantum nobis au toribus, uerumetiã Christianis attestantibus. Hæc est Cabala quæ nos humi degere nõ sinit, sed mentem nostram extollit ad altissimam com prehensionis metam, quæ tamen nequeat animam Messihæ rationabi liter transcendere, nisi quodam incõprehensibili intuitu quasi uia mo mẽtanei raptus, quo putamus haud impossibile Cabalistis nobis in spi ritu propè tertium mundum corripi, ubi est Messiha omnibus inferio ribus

ribus influẽs. Mundi enim generalissimi numero tres sunt. Primus materialis, secundus formalis, & tertius informis. Seu quando sic uultis primus inquam infimus qui & sensibilis, secundus supremus & mentalis qui & intelligibilis, & tertius ὑπερτώπατος id est, supersupremus, uel si dicere sicet supremissimus, incomparabilis & diuinus. Mundum autem censeri primum quo ad nos uolui hunc corporeum, ceteris subsistentem, ordine fortè peruerso, qui iusta ratione in genere causarum fuisse debebat ultimus, quasi receptaculum omnium superiorum. Iste constituitur primo ex cœlis & cœlestibus, secundo ex elementis & elementatis, tertio ex natura humana & singularijs hominibus, qui dicuntur Hebraicè עולם חקטן Græcè μικρόκοσμος & Latinè paruus mũdus. Vniuersum hoc corpus, ut Aristoteli uestro placet in libro de Mundo, est globus ex cœlo & terra & ijs contentis naturis constitutus, quippe cum septem habitaculis cœlestibus, & septem habitaculis terrestribus, quæ quidem enumerat R. Mnahem Racanat in capite 25. Leuitici nominibus istis primo ad cœlum pertinentibus, שמים רקיע שחקים זבול Secundo ad terram ארץ ארקא גיא יבשה חרבה הבל חלר ! מעון מכון ערבה Septem quoq; habitacula inferorum Ioseph Salemitanus in Horto nucis (ut paulò superius audiuistis) nominatim recitauit. De Microcosmo autem id quoq; haud clàm est omnibus nobis, ad hominis conditionem, quamlibet in partem respexeritis septem attinere, quæ sunt corpus, anima, & ex ijs cõpositum quod נפש appellamus, ut est illud regis Sodomorum הן לי נפש Id est, Da mihi hominem, ex quatuor scilicet potentijs animæ compositum, & quatuor qualitatibus mundi maioris, qui sanè mundus cum sit animatus illustratur mente propria, quę dicitur Metattron. Secundus est mundus supremus intelligentiarum separatarum quæ à Cabalistis appellantur שבלים נפרדים à philosophis autem Hebræorũ רעיה נפרדות Eum quidem mundum & specicbus plenum, & formis, & mẽtibus solutis, & angelis, complectitur, ambit & regit ipsa Messihę anima, quæ apud Cabalistas est ideata Idea omnium uitarum, ad quam refertur omnis uitalitas indiuidualis, specifica, & generifica. Inde quasi ex uiuario depromitur uita omnis, & nominatur à Cabalistis terra uiuentium, לפיכך נרשו בפסוק תוצא הארץ נפש חיה למינה וז נפש של משיחה ! Id est, Ideoq; commentantur in uersiculo, Producat terra animam uiuentem ad speciem suam, hęc est anima Messihæ. Quæ uerba leguntur ita in Portæ lucis capite secundo, Et sicut in mundo humano, qui dicitur Microcosmus, animæ hominis dominatur mens, ita mundo cœlesti dominatur Metattron, & mundo angelico dominatur anima Messihæ, & mundo incomparabili dominatur Adonai. Quin etiam sicut lux mentis est intellectus agens, ita lux Metattron est Sadai, & lux animæ Messihæ est Elhai, id est Deus uiuus, & lux Adonai est Ensoph. Cumq; consultissimus rerum natura-

lium ſcrutatoribus facilè uideatur ſuperioris naturæ infimum, cum inferioris naturę ſupremo communicare, in tantum quidem ut ſępius de proximè connexis dubitari poſſit, contigua ſint an continua, & cuius nam exiſtat naturæ illud quo continua uniuntur, haud ſecus atque id quo equi pes & eius ungula conueniunt, corneúm ne ſit an carneum, propter immediatam exiſtentium connexionem. Idcirco etiam nunc magis ſine iniuria dici arbitror, quòd homo Microcoſmus & mundus ſenſibilis ille magnus, cõmunicant in mente. Mundus item corporeus & mundus intellectualis, cõmunicant in Metattron, qui eſt intellectus agens primi mobilis, unus cum natura cœleſti tanq̃ inferiori, & cũ natura angelica tanq̃ ſuperiori, mundus aũt ſupremus cũ mũdo tertio incõparabili ac ſuperſupremo cõmunicant in anima Meſſihæ quaſi eſſentia quadã utrinq̃ & angelico & diuino mũdo cõtinua, nec enim interſtitio ullo anima Meſſihæ, & Elhai diſtant. Sed eſt Elhai fons aquarũ uiuentiũ, & anima Meſſihæ riuus uitæ. Tertius mundus eſt deitatis, qui cõſtituit ex eo quòd Seraphim uocauerunt Sanctus Sanctus Sanctus tetragrammatus. Dicituŕq; in Deuteronomio, Magnus potens & terribilis, ſeu potius reuerendus. Magnus ante creationem, potens in creatione, & reuerendus poſt creationem. Et hic eſt אחר id eſt unus, immo magis proprie, principium unitatis, quia Aleph deſignat principium, & had, unum: quaſi principium unius, omnia in ſua ſimplicitate unitatis complicans. Cuius talis eſt emanatio ſecundum Cabaliſtas רוח רבר קול Id eſt, Spiritus uerbum uox. Sic enim Rab Azariel in commentario ſanctitatis, poſt etiam ea quę nunc recitaui ſcripſit his uerbis, מרוח יוצא חרבר והקול בלא פתוחת שפתים ובלא רבור לשון ולא נשמת ארם : Id eſt, Ex ſpiritu producitur uerbum atq̃ uox, non per aperti onem labiorum & non per ſermonem linguæ, nec anhelitu hominis. Et hi tres unus eſt ſpiritus, quia unus eſt Deus, ut in libro Ietzira de creatione legimus his uerbis, אחת רוח אלחים חיים ברור הוא ומבורך שמו של חי העולמים קול ורוח ורבר וזו היא רוח הקרש שתים רוח מרוח : Id eſt, Vnus ſpiritus Deus uiuens, benedictus ipſe & benedictum nomen eius qui uiuit in ſecula, uox & ſpiritus & uerbum, & hoc eſt ſpiritus ſanctus, duo ſpiritus ex ſpiritu. Hæc Abrahã pater noſter. Et iuxta id quod Rab Hamai, in libro העיון de ſpeculatione ſcripſit. Hi tres qui ſunt unum, inter ſe proportionem habent, ut אחר מיוחר יחיר id eſt, Vnus, uniens, unitum. Quin & paulò ſuperius idem ait, ורם ראש ואמצע וסוף Id eſt, Et ſunt principium & medium & finis, & hęc ſunt unus punctus, & eſt ארון הכל id eſt, Dominus uniuerſi. Sic in uolumine citato. Mundus itaq̃ ille tertius incomparabiliter ſummus ex iſtis tribus quæ ſunt unum conſtitutus, quaſi ex ſumma eſſentia, potentia & operatione, in æternum & ultrà extenditur, nec concauus, nec conuexus, nec carinatus, nec ſuperficiem habens. Nam ut ſcribit Azariel in libro

in libro pridem allegato sanctitatis, הוא ראשון בלי תחלה והוא אחרון בלי תבלה: Id est, Hic est primus absq; initio, & hic est ultimus absq; termino, sanè quo ne cogitatus quidem nostri pertingere possunt, & nominatur Ensoph, id est infinitudo, quæ est summa quædam res secundum se incomprehensibilis & ineffabilis, in remotissimo suæ diuinitatis retrocessu & in fontani luminis inaccessibili abysso se retrahens & contegens, ut sic nihil intelligatur ex ea procedere, quasi absolutissima deitas per ocium omnimoda sui in se ipsa clausione immanens nuda sine ueste ac absq; ullo circũstantiarum amictu, nec sui profusa, nec splendoris sui dilatata bonitate indiscriminatim ens & nõ ens, & omnia quę rationi nostræ uidentur inter se contraria & contradictoria, ut segregata & libera unitas simplicissime implicans, sic enim legitur in libro de fide & expiatione, כבר אמרתי לך כי המוציא יש מאין אינו חסר וכי היש הוא באין בענין אין והאין הוא ביש בענין יש ללמוד שהאין הוא היש והיש הוא האין: Id est, Iam dixi tibi quòd producens ens de non ente nullius eget, & ꝙ ens est in non ente quo ad rem non entis, & non ens est in ente quo ad rem entis. Et infrà, Quo discas ꝙ non ens est ens, & ens est nõ ens, ita illic scriptum legitur. Istud autem omnem nostrum intellectũ transcendit, qui nequit contradictoria in suo principio combinare uia rationis, quoniam per ea quæ nobis ab ipsa natura manifesta fiunt ambulamus, quæ longe ab hac infinita uirtute cadens, ipsa contradictoria per infinitum distantia connectere simul nequit, ut quidam Germanorum philosophissimus archiflamẽ dialis annos paulò ante quinquaginta & duos posteritati acceptum reliquit. Temporalium igitur curarum grauamine semoto & anilium disputationum sophismatibus contemptis, felix Cabalista per Cabalam, id est recepti & crediti semitam tenebras erumpit & prosilit in splendorem quo attingit lumen, & sic à lumine migrat in lucem & per lucem, quantum humana potest capere natura, illud uerum luminare comprehendit sub modo entis, non autem nõ entis, nisi fiat hoc per omnium abstractionem quæcunque non sunt principium absolutè primum. Cumq́; frequenter hac uia per ineffabile gaudium & alacritatem spiritus ipsa mens Cabalistæ intra profundæ taciturnitatis secretum humilia deserens atq; terrena, ad supercœlestia & inuisibilia transfertur omnem transcendentia humanum sensum, tunc & si adhuc mortali in cute hospitatus, tamen socius fit angelorum, perinde atq; domicilij supercœlestis quidam inquilinus, cuius tam crebra conuersatio in cœlis esse cognoscatur, & tum quandoq; cum illis tanquam uiarum suarum comitibus ad altiora spaciatur, animamq́; Messihę uisitat, quandoq; autem ad inferiores tam cœlestes q̃ cæteras naturę uirtutes angelico ductu, nec tamen sine propria quoq; ratione descendit, & earum dignitates operationesq́; intelligere ac singulari honore uenerari studet. Vnde oritur intima Cabalistæ cum angelis amicitia, per quã aliquãdo

nomina diuina ritè cognoscens, res admirandas cõficit, quę uulgus miracula nominat, ut R. Meir per nomen diuinum uel ab ethnico prolatum ipsam uxoris suæ sororem à corruptione diuersorij lupanaris prę-seruauit, quam ui prostitutã nullus ganeonũ uerbo dicto etiam quantumuis robustus uiolare ac stuprare ualuerat. Hæc in Portæ lucis exordio, & alia id genus plurima cum suis autoribus recitantur. Tamq; facilis eiuscemodi erat patrum memoria Cabalistis miraculorũ operatio, ut ij ab inuidis & prophanis sæpius ignominiose uersuti magici cognominarẽtur, quasi non illa opera perfecisset Michael, sed multo maximè Samael, uidelicet per incãtationes Ægyptiacas & arcana quędã, tametsi uirga Cabalistarũ semper deuorat uirgas præstygiatorũ, & salubrius agit quodcunq; diuinum quàm ullum dæmoniacum. Semper enim ad hominũ salutem tendit Cabalæ artificium, contrà uerò semper ad perditionẽ uergit magicæ uanitatis ueneficium, hoc per nomina tenebrarum & cacodæmonum, illud per nomina lucis & beatorum angelorũ, de quibus nisi more nostro Sabbathi feriatus dies iam uesperi hac ipsa hora ingrueret, quoniã huc attinet, tanquam huius artis fructus quem adeo desideratis ego sanè tum quicquid sentirem magis ample tractarem. At parum abest quin nox ruat optimi uiri, secedendũq; nobis est, non modo ne præcepti negligẽs multa uapulem, uerúm ne etiam professioni Cabalicæ defiam, si hoc Sabbatho ultra Sabbathai, qui est Saturnus suprema arcana & recondita labore operoso effodiam, ac non potius silentio remorer, & ocio perfruar tantisper, dum sequens dies prętereat. Cætera hic perendie uel quotoquoq; loco utut elegeritis de arte Cabalistica explanabimus. Tum Philolaus, Es inquit difficillimas dicendi partes sortitus nostri causa, qui post meridiem adortis nobis tot res tam admirandas & tanto numero perpetua oratione protulisti, quãquam nulla planè moueri uisus molestia. Et ille tum, Amor inquit erga uos meus ut spero mutuus omnem molestiã abstulit. Quòd nisi adessent feriæ, nõ putarem mea interesse uos tales ac tantos discendi gratia huc profectos ita Cabalæ doctrina ieiunos & inexpletos dimittere, sed parendum est legi. Ad hæc Marranus, Ego uerò Simon rectè fateor nunquam me à cuiusquam conspectu magis doctum abiisse, mihiq; uel si malis ambobus ut pro hoc quoq; recipiam abs te quidẽ cumulate quãtum id temporis pati creditum est sat esse factum. Mox Philolaus, Tu solius, inquit, tui causam Marrane agas uelim, ego nondum istis quanquam maximis & ad doctrinam Pythagoricam familiarissime accedẽtibus, tamen auidiori mihi copiosius hauriendis, fore satisfactum putauero, si non cõperendinata dies finem artis afferat. Quare post Sabbathum istud tuum Simon, quando singulari tua comitate nos ita fers, redibimus. Et ille, Redite dum ait intrepide ac interea ualete bona ualetudine.

Ioannis

IOANNIS REVCHLIN PHORCENSIS LEGVM DOCTORIS LIBER SECVNDVS.

ABEVNTIBVS inde utrisque Philolao iuniore Marrano q̃ domum, uarius inter eundum erat sermo, & nō ineptus, quippe doctis supra modum philosophis de hoc ipso Hebræo, cuius cum summa doctrina singularem etiam commendabant erga peregrinos humanitatem, & in omnibus atq̃ præ omnibus morum dignitatem. Placuerunt cuncta eius hominis, preter unum istud Sabbatum futuro (ut iudicarunt) tædio plenum, quo à tanti magistri gratissimo colloquio diuellerentur, & in diem reiicerentur usq̃ adeo tertium, non absq̃ temporis molesto dispendio, cum quid acturi essent luce crastina, ignorarent. Tum ambulando ita ruminati acceptæ succum doctrinæ, breues dictorum epilogos mutuo percensebant. Ardentibus autem illis discendi feruore uenit in mentem & rediit subito in memoriam admirabilis uiri Iudæi oratio, disputandi acrimonia, institutio grauis & erudita quæ sine satietate delectet, non fucata, non colorata, sed quæ ubi maxime careat floribus ibi plurimum pariat fructus. Cumq̃ se iam ab itinere in diuersorium corripuissent, mox in ipso conseßu antequàm respirassent cœpit ita Marranus. Omnium sapiẽtum quos equidem à teneris audiuerim annis, haud scio an ullus fuerit unquam qui argutior in dicendo & sublimior in sentiendo uisus mihi sit hoc uno Simone, quem uel reminiscens iam memoria teneam, ita sermone suo tametsi plano, simplici non affectato, non domi quæsito, minimeq̃ Demosthenis oleum olente, sed magis extemporali & quotidiano meum animum ad ardua contemplanda excitauit, ut nihil conceperim gratius. Dij boni, homo Iudæus ex Iudæis ortus, alitus, educatus, & edoctus, quæ natio ubique gentium barbara, superstitiosa, uilis abiecta, & à splẽdore omnium bonarum artium aliena est habita, perpetuam crede mihi hanc noctem procliui desiderio meo uiri huius uidissem uultus, audissem uerba loquentis, si non miserum hoc uesperi Sabbathum interueniisset. Tum Philolaus, Ne Græci quidem omnes, inquit, quibus omnium consensu tribuitur multarum artium disciplina, ingeniorum acumen, dicendi copia, tam ascendere potuissent in alta rerum arcanarum fastigia, nisi fortè unus Pythagoras ille meus, philosophiæ pater, tamen qui non à Græcis eam doctrinæ præstantiam, quin potius ab illis ipsis Iudæis receperit. Itaq̃ receptor optimo iure ipse quoque, id est Cabalista nominandus erat, quamuis ut post diuturnam peregrinationem è longinquo aliquid admiratione dignum referret in patriam, quod facilius

uulgo crederetur, ipse nomen illud Cabalæ suis incognitum primus in nomen philosophiæ Græcum mutauerit. Quod eo argumento rectè conijcimus, quia nullam discipulis suis reliquit aliqua ratione perquirendi facultatem, quin id primum sui dogmatis principium esse uoluit, ut quærentibus causam responderent αὐτὸς ἔφα. id est, Ipse dixit, more Cabalistarum, qui fermè haud aliter rerum cognoscendarum rationes citant, quàm quòd aiunt אמרי חכמים id est, Dixerunt sapientes. Sic noster ille αὐτὸς ἔφα. id est, Ipse dixit. Ipse autem idem est Pythagoras, qui hoc modo philosophiæ nomen indidisse perhibetur, quoniam summi Hebræorum autores Hachamim & Græcorum ante se olim Sophi cognominarentur, ita ueterem disciplinam noui conatus est nominis ornamento uestire. Non autem eo tibi debent minori præconio digna uideri, quæ Simon Iudæus protulit, quòd sint ab ignobili Hebrææ gentis doctore, tanquam ex barbaris autoribus desumpta, & ab homine barbaro allata, quando idem omnium maximus noster Pythagoras simul cum barbaro quodam nominis Zora, scientiarum prima studia inijt, adeoq́ id extra Græciam, quo tempore apud Ægyptios secum philosophati sunt, qui tum dicebantur prophetæ, & Assyriorum Chaldæi & Gallorum Druidæ, & ex Bactris Samanæi, & Celtarum non pauci, & apud Persas Magi, & apud Indos Gymnosophistæ, & ille Anacharsis apud Scythas, & in Thracia Zamolxis antè ipsius Pythagoræ seruus, quod omne Alexander ille cognomento Polyhistor, in libro περὶ πυθαγορικῶν συμβόλων. Id est, De Pythagoricis notis, scriptum reliquit, & apud Indos deniq́ Iudæi quos appellarunt Brachmanas, ut Aristobulus Peripateticus meminit. Sanè licet uera dicere, non est certè usquam repertus Pythagoras quicquam rerum aut diuinarum aut humanarum uel à Græcis didicisse uel à Romanis. Sed ut Antiphon ædidit in libro περὶ τοῦ βίου τῶν ἐν ἀρετῇ πρωτευσάντων. id est, de uita eorum qui uirtute præstiterunt. Accessit discendi gratia Pythagoras ad Ægyptios & Arabas, & ad Chaldæos postquàm è Syria quæ & est & nominatur Iudea Pherecidem sibi magistrum & præceptorem nactus fuisset. Vnde Syrius uulgo ipse quoq́ tum appellabatur, quem alij Tyrium dixere, alij Tyrenum ὥς τε βάρβαρον ἀλλ' οὐχ ἕλληνα γεγονέναι οὗτον ὁμολογεῖν τὸν πρῶτον φιλοσόφων. id est, ut barbarum & non Græcum fuisse prædicarent hunc omnium philosophorum primum. Hæc Marrane conuiua mi doctissime penes Eusebium Pamphili scripta legisti certo scio, in uolumine, si ritè recordor, de præparatione Euangelica undecimo, qui & hoc addidit, μόνον ὅτι πρὰ τῶν σοφῶν ἑλλήνων ἔσχεν οὐδὲν, πενίᾳ σοφίας καὶ ἀπορίᾳ συνοικούντων. id est, Tantum quòd à sapientibus Græcis habuit nihil, penuria sapientiæ ac indigentia cohabitantium. De quibus, ut est in Timæo Platonis, barbarus quondam Ægyptius, isq́ ualde senex, uere admodum uisus est Soloni dixisse,

dixisse, O Solon Solon, Græci semper pueri estis, nullam habentes antiquam opinionem, nullam disciplinam tempore canam. Nec illud nõ erit maxime laudandum in Pythagora præstanti sapientia & nobilitate uiro, quòd in alieno & longinquo solo, quæ à barbaris hominibus labore ingenti algu & sudore multa commentatione atque meditatione, non paucis etiam annis corrasit: ea non dicam meliora, sed tamen splendidiora in patriam, ac usque adeo in Italiam, quæ tunc magna Græcia dicebatur, ceu humeris ipse suis reportauit cum incredibili cunctorum de se atque suis sectatoribus admiratione, ita ut omnis qui sapientia & doctrina excelleret, Pythagoræ auditor fuisse crederetur. Vnde philosophia Italica potissimum ab illo nomen accepit. Adstipulatur huic laudi Numenius Pythagoricus in primo uolumine de Bono, cum ait, quòd Plato atque Pythagoras quæcunque Brachmanes Magi, Ægyptij, Iudæiq; inuenerunt, ea Græcè ipsi exposuerunt. Quo uehementissime suspicamur, uerum esse quod asserunt uiri Doctissimi, & uariarum Linguarum periti, Iudæorum quæque tam recepta, quàm inuenta exponi alienis furtis hinc Græcorum inde Latinorum, nihilq; nostrum esse in Philosophia, quod non antè Iudæorum fuerit, quantumuis hoc seculo adimatur eis merita gloria, & nunc uniuersa eorum contemnantur, quoniam præsens ætas omnium studiorum explicationem magis illustrem perpolitamq; desiderat. Tum uera, optime Philolae, refers, inquit Marranus, quo magis assentiar Euripidis Hecubæ, λόγος γὰρ ἐκτ' ἀδοξούντων ἰὼν ἐ' ἀκτῶν δοκούντων ἀνὴρ οὐ ταυτὸν δίνει. Id est, Sermo nanque ex inglorijs progrediens atque glorioſis, idem non idem ualet. Nam si Aristoteles aliquis, aut Theophrastus quispiam ea protulisset, quæ nos Simon hodie docuit, nihil omnium sententia esset dignius audito, nihil grauius, nihil memorabilius, addidisset tantummodo dicendi genus magis æquabile & aliquem eloquentiæ fucum. Nunc quoniam Iudæus est, qui suo more agrestius paulò & pressius rem omnem tractauit, haud dubium quin sordida sint futura in auribus illorum nostro æuo Sophistarum, ut ipsi sibi uidentur planè persubtilium, si qui audiant, aut sint audituri, uel potius uniuersis nunc aut praue aut stultè philosophantibus, appareant implicata, obstrepera, hiulca, ieiuna, horrida, rusticam asperitatem & peregrinam insolentiam sonantia, tametsi etiam (ut mos eorum fert) prius non quantum oportet examinata quidem, quasi aurum, non sit aurum, quod in luto quærimus. Post uerò quàm ab hoc iam homine in diuersorium ecce nostrum recta uia nullo monstrante rediuimus, quando cœna fortè nobis præstinata nondum est, consulo ut quisque sua recitemus inter nos, præsertim digniora quæ audiuimus, & figamus memoriæ, ne labantur, dum recens omnia tenemus. Et Philolaus, Quàm

prudenter ait illa præcogitasti Marrane, sic enim ad audiendum paratiores uirum accedemus perendie post hoc Sabbathi mõstrum cultaq; Iudæo (ut ait Ouidius) septima sacra uiro. Interea tu sellam hanc arripias, ego alteram, & considentes dicamus celeriter de omnibus donec apparentur quæ ad cœnam congruant. Cæterum ne detur frustra contentioni locus cum soli simus, id enim aliud nihil esset quàm tempus perdere, tu prior quicquid in buccam uenerit uel præteritorũ aut præsentium recordandi uel commentãdi gratia quocunq; accidat modo, eloquere. Sic igitur Marranus exorsa texuit. Et quãquam negocium omne, inquit, circa quod postmeridiano hoc tempore conuersati sumus mihi singula examussim perpẽdenti uideatur esse altius, quàm ut id nos humi strati suspicere possimus, tamen sæpenumero quæ hominibus prima specie apparent ardua & impossibilia tandem continuis & indefessis exercitationibus duroq; labore fiunt & plana & facilia, iuxta Maronis illud, Labor omnia uincit. Idcirco libenter in medium conferam quæ ab isto me audiuisse meminero, addamq; illis quid ipse sentiam Hebræus sane præceptor noster de Cabala nobis petentibus tractaturus commodum ostendebat, eo nomine quid sit intelligendũ. Nam Cabala receptionem designat, simul & hoc attulit quòd ea nostris animis esset insita semper ad summa conditione naturali tendentibus, quapropter eius desiderium nobis constaret ingenerari, & quòd summæ res ac diuinæ sublimiores haberentur atque digniores, quàm quòd ratione humana comprehendi ac discerni queant. Id autem triuiale idoneis peripateticis est dogma, ut enim principio meos Arabas cum quibus mihi extat solita familiaritas citare liceat. Alpharabius in libro quem de scientijs præscripsit, hac utitur sententia, quod res diuinæ ac pia fide credibiles, sunt altioris ordinis, cum sint assumptæ ab inspiratione diuina, quoniam in eis sunt secreta diuina, à quorum cõprehensione debilitantur rationes humanæ, neq; consequuntur ea. Hæc Arabs ille, quod & Simon noster affirmauit, qui eos ordines appellat regiones, & in animæ nostræ tertiam regionem constituit res incorporeas ac substantias ab omni materiæ pensione liberas & immunes, non quæ Antisthenes cogitauit phantastica illa & logica uniuersalia. Sed ipsas in quam reales formas, species, ideas, essentias, quæ sunt res altissimæ, circa quas uersantur Cabalistæ, ut audio, contemplationibus suis prope inenarrabilibus, & ea singula quæ nos sentire aut scire arbitramur, huc conferunt, ac demum uniuersa in unum quod est ipsum bonum atq; primum per media reducunt, tanquam ad nostræ mentis saluberrimum finem. Quod Aristoteles in 14. libro eorum quæ Postnaturalia scripsit, id quod est αὔταρκεν καὶ ἡ σωτηρία Id est, Sibi sufficiens & salus esse dixit, & Simon Hebraicè ישועה nominauit. Sicut & regius Psaltes ait, Domini est salus, & super hanc generis humani salutem, omnium

omnium Simon Cabaliſtarum fundamẽta iecit, quæ nec ſint à ratione inueſtiganda, nec per rationem inueſtigata, ut quibus nec ſenſus præbuit hypoſtaſim, nec intellectus diſciplinam, ſumma enim ſunt, & quorum cauſa nequeat adæquata reperiri, à quorum cognitione diſertiſſimus ſectæ peripateticæ Theophraſtus ſcientiæ abſtulit facultatem, ſic enim in ſuis Supernaturalibus ſcripſit, Μέχρι μὲν οὖν τινος δυνάμεθα δι' αἰτίου θεωρεῖν, ἀρχὰς ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων λαμβάνοντες. ὅταν δὲ ἐπ' αὐτὰ τὰ ἄκρα καὶ πρῶτα μεταβαίνωμεν, οὐκ ἔτι δυνάμεθα. εἴτε διὰ τὸ μὴ ἔχειν αἰτίαν, εἴτε διὰ τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν. Id eſt, Vſq; ad aliquid quidem poſſumus per cauſam ſpeculari, principia à ſenſibus ſumentes, quando autẽ ad ipſa extrema & prima tranſierimus, nõ amplius poſſumus, ſiue propterea ꝙ non habemus cauſam, ſeu propter noſtram infirmitatẽ. De ſupernis enim & diuinis, quibus nihil eſt prius, undénam quæſo poſſet demõſtrationis aliquod mediũ ſumi? Quare Plato ait in Timæo, ꝙ illa explicare plus eſt q̃ꝫ noſtræ uires ſufficiant, credi autem ijs iubet, qui antè dixerunt quanq̃ nulla demonſtrationis neceſſitate loquant̃. Hæc ipſa Platonis uerba & ueri ſapientis mandata ego tanti exiſtimo, ut ea oraculi mecũ loco duxerim habenda. Et ſi ulla Cabalæ rata & ſtata fundamẽta ſunt, hæc ſunt: Quapropter acerrimum diuinæ cognitionis mera & nuda fide conſtantis, hoſtem & inſidiatorem arbitror logicum eſſe ſyllogiſmum, qui Theoſophiſtarum auſu atq; uſu, Deum & angelos mentesq́; beatas & ſimpliciſſimas ultra mundani ſeculi uirtutes & omne ſimul æternitatis agmen, & quicquid eſt uſquam hiſtoriarum de rebus ſupernaturalibus, id totum humanę mortalitati ſubijciat rationis diſcurſu inueniendum, probandum, dirigendum. Perinde atque illas tam illuſtres ſubſtantias in Tullianum aliquod includere conetur. Hoc nimirum eſt Iouem uincire uelle ac ſalice uiminea, aut reſti nautica ligare. Quod ne Thetis quidem (autore Homero) permitteret, aut Centimanus Briareus ille Ægeon. Quo magis contentioſos theologiſtas & nugiuendos ſophiſtas iudicabo cœlitum & ſupercœleſtium expugnatores non minus eſſe, quàm Aloidas geminos immania corpora, ut ait Virgilius, qui manibus magnum reſcindere cœlum aggreſſi. Haud ſecus atque Sinaaritas ac Babylonios olim filios Adam, hoc eſt, ex humana imbecillitate, quam in ſe non agnouerunt prognatos, turrim altiſſimam exædificantes, cuius culmen pertingeret uſque ad cœlum, Primores בלבל Balbel, id eſt, Confuſionis authores: unde Babel, quam uos Babylona dicitis, Nec alterum alterius linguam intelligentes. Per hos enim garrulos ſyllogiſtas, in rebus credendis pietas erga diuinorum uniuerſitatem omnis amittitur, atque uincendi ſtudio fraternum odium concitatur, uenaticos canes ad ſeditionem paratiſſimos, ſummę contemplationis uenenum orbe toto expellendum. Triumphent hæc, ſi fas eſt ſyllogiſmorum artificia, in natura & humanis

inuen

inuentionibus atq; figmentis. Sed in sacris oraculis locum sibi ne spe-
rent ullum. Hoc enim Parmenides apud Platonem de substantijs sepa
ratis Socrati dogma tradidit, ita dicens, ἀλλὰ ὁμοίως ἡμεῖς ἐκείνων οὐκ ἄρχομεν τῇ
παρ' ἡμῖν ἀρχῇ, οὐδὲ γιγνώσκομεν τοῦ θείου οὐδέν, τῇ ἡμετέρᾳ ὠλιστήμῃ. Id est, At similiter
nos illis nō imperamus nostro imperio, neq; cognoscimus diuini quic-
quam nostra scientia. Ei sermoni & peripatetici astipulantur, & Aristo
teles ipse tum artifex tum organum, ut aiunt, sciendi, cum in resolutiuo
rum posteriorum uolumine primo, immediatorum scientiam esse in-
demonstrabilem affirmat. Post paulò inquit, Et non solum scientiam,
sed & principium scientiæ esse aliquod dicimus quo terminos cogno-
scimus. Principium scientię Themistius ibi appellat nostram mentem,
terminos uero ex quibus uidelicet componuntur dignitates maximæ
subiectum & prædicatū. Sed Philoponus qui uulgò nominat̄ Ioannes
grāmaticus explanauit hæc non parum sublimius & uerius, ita scribēs,
ὁ μὲν φιλόσοφος τὴν ἐξήγησιν τοῦ προσκειμένου ῥητοῦ οὕτως ἀπέδωκεν. ἀρχὴν μὲν ὠνιστήμης τὸν
νοῦν εἰληφώς οὐ τὸν ἡμέτερον ἀλλὰ τὸν θεῖον καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς. ὅρους δὲ τὰ νοητὰ καὶ θεῖα εἴδη. ὅρους
δὲ αὐτὰ καλεῖσθαι διὰ τὸ πέρατα εἶναι πάντων. Id est, Philosophus hic quidem e-
narrationem præiacentis dicti sic tradidit: Principium quidem scien-
tiæ. Mentem accipiens, non nostram, sed diuinam & supra nos. Termi
nos autem ipsas intellectuales & diuinas formas. Terminos quippe il-
las uocari, propterea quòd fines sint omnium. Cognitio itaque super-
naturalium creditorum à mente pendet, non à ratione, quæ ratioci-
nando potest errare. Sic enim idem scribit Aristoteles, ὠνιδιέχεται τὸ
ψεῦδος οἷον δόξα, καὶ λογισμός. Id est, Suscipit falsum, ut opinio, ita etiam
logismus, quod est ratiocinatio. Vnde syllogismus nuncupatur. Idem
denique concludit posteriora sic: Scientia, inquit, omnis cum logo, id
est cum ratione est. Principiorum, scientia quidem non utique erit.
Quoniam autem nihil uerius contingit esse scientia quàm mentem,
mens utique erit principiorum. Principia uerò dicuntur res primæ,
& Hesiodus prisciq; omnes Theologi deos fecerunt esse principia,
igitur hæc cognitio proprie nominatur Diuina. Et ut in Postnatura-
liū primo ille idem Stagirita scripsit, eius est possessio δικαίως ἂν οὐκ ἀνθρω-
πίνῃ. Id est, Iuste utique non humana, quòd uel solus uel omnium
maxime illam Deus habeat, & indignus sit homo quærere circa eum
ullam scientiam. Deus enim solus hunc habet honorem iuxta Simoni-
dem. Sed cum nobis nihil magis conducat ad beatitudinem q̄ summa
rum & diuinarū rerum cognitio, qua (te rogo) uia Philolae alia homi-
ni ad eas pergendum est, si nō scientia? quibus ue modis cōprehenden
da tanta summitas? Tum Philolaus, Per ecastor ipse tu, iter ostendi-
sti planum atque patens. Cum enim quinque sint cognitionum opifi-
ces, Ammonio teste, post Aristotelē, qui eorum quatuor tantum in pri
mo de Anima libro meminit. Sunt autē νοῦς, διάνοια, δόξα, φαντασία, αἴσθησις.
Id est,

Id est, Mens, discursus, opinio, imaginatio, sensus. Mens quidem & sensus non syllogissant, alterum longè superius, alterum multò inferius ratione. Sed nec imaginatio quoq; cum sit statio sensus & apparitionum inde migrantium reseruatio. Sensibus autem nequaquam ratiocinantibus, ne putandum quidem est apparentia sensuum ratiocinari posse. Restabunt igitur opinio & discursus, at opinio est ipsius discursus conclusio, quapropter ea ipsa non syllogissat, soli ergo discursui quæ dianœa nominatur relicta est syllogissandi facultas: hucusq; Ammonij sententia est in commentarijs quæ ædidit ad Aristotelis prima resolutiua. Et quoniam attigi enumeratione comprehensiones & comprehensa breuiter, ne uagetur oratio mea longius, opinor diuina esse supra syllogismum, nec ratione humana intelligi posse quæ non ducant originem cognoscendi à sensu, sed ex mera dependent fide, tantum ob amorem reuelantis recepta & hominum beatitudinem credita. Sunt tamen plurima sanè quæ sic diuinæ se speculationi sæpe immiscent, ut unius familiæ solent quandoq; liberti & inquilini commune sibi nomen usurpare, atq; illa crebro (ita enim fateor) se à theologica facultate tractari patiuntur, quia uel aliqualem ordinem obtinuerunt ad Deum, aut per se aut per reductionem, uel alia fortè ratione ut creationis, conseruationis, perfectionis, iustificationis, beatitudinis, salutis, & similium. De illis equidem nõ cogito in præsentia quòd sciam ea naturaliter nobis cognita fieri, quorum aut in postnaturalibus affertur ostensio quòd sint, aut in theologicis, propter quid sint. Permitto nimirum illis rationem quippe à sensu quondam ortis & discursui humano deditis, sed quorũ ueritas à sola pendet authoritate reuelantis, eorum haud arbitror esse sciẽtiam, nec in illis dominari syllogismum uelim. Sed id tantum quod omnibus erit præstantius fides, q̃ qui habet, is ab Aristotele in Prioribus resolutiuis appellatur, βέλτιον διακείμενος ἢ εἰ ἐτύγχανεν εἰδώς. id est, melius dispositus quàm si esset sciens, quod explanauit ita Philoponus, id esse, melius cognoscere quàm per demonstrationem. Ad hæc Marranus, Assentior tibi Philolae, inquit, & tecum quoq; illa ipsa quæ meræ sunt fidei & purè credibilia ueto subiecta esse logicis tendiculis, quę planè magis sunt cõtemplantibus detrimento quàm lucro, idq́; nostri pariter asseuerãt tam Græci quàm Latini. Hieronymus ille Dalmata in Psalmum centesimum quartũ scribens, syllogissandi artem theologiæ applicatam comparat plagis Ægypti, & sic ait, Cyniphes dialecticæ artis stimulus intelligitur, quę licet paruum uideatur re ipsa habere seductionis aculeũ, grauissime tamẽ sauciat mẽtes humanas. Quapp̃ter doctissimus iste uir hãc technã quã & uanitatẽ sensus & obscuritatẽ mẽtis agnominat, omnino ab Hebraicis dimouit studijs atq; reiecit, cũ sæpe alias tũ apertissime ad Damasum de quæstionibus sibi ꝓpositis quãdo in 2. ijs uerbis utit̃: De Hebraicis disputantẽ, nõ decet Aristotelis argumenta

menta conquirere. Et in Psal. 143. de theosophistis ita scribit, Quando tecum cœperint disputare, sic uerba eorum breuia sunt, sic artifici sermone conclusa, ut euadere tibi difficile sit, cum enim te ligauerint syllogismis suis, & te clauserint, & quasi maceriam syllogismum tibi texuerint ac ædificauerint, non potest corruere, nō potes transire, teneris inclusus, non est ruina maceriæ neq; transitus. Cūq; ibi tenuerint te quasi quodam giro inclusum, tunc non eris in angusta uia quæ ducit ad uitam, sed in lata quæ ducit ad mortem, ἐπεὶ καὶ ἡ τῆς ἁπλότητος πίστις, βελτίων ἐστὶ τῆς ἐκ περιεργασίας πιθανολογίας. Id est, Quoniā & simplicitatis fides melior est quàm curiositatis persuasiua ratio, ut dixit Athanasius in lib. 3. aduersus Arianos, confirmat hoc idem in opere contra Græcos, quod sic incipit, ἡ μὲν περὶ τῆς θεοσεβείας καὶ τῆς τῶν ὅλων ἀληθείας γνῶσις, οὐ τοσοῦτον τῆς παρὰ τῶν ἀνθρώπων διδασκαλίας δεῖται, ὅσον ἀφ' ἑαυτῆς ἔχει τὸ γνώριμον. Id est, Ipsa quidem de cultu diuino & de uniuersorum ueritate cognitio, nō tam instituta ab hominibus doctrina eget, quàm ex se ipsa habet notorium suum. Sic Athanasius. Hoc nihil esse uerius quisq; sibi constituat. Quo enim dicēdi studio, aut quo persuadendi conatu opus erit eius, quod mea spōte paratus sum credere, quodq; iam solo erga reuelantem amore meo ac singulari ueneratione libenter recepi, ne minimæ quidem rationis ui coactus aut inductus, quam saltem tenebricosa in hoc corpus demersi ac uincti animi obtusitas posset excogitare. Multò uberius hæc tractat Iustinus ille philosophus Christianus in libro de recta confessione, iambum priscum istuc citans, οὐδὲν γὰρ ἀνθρώποισι τῶν θειῶν σαφές. Id est, Nihil enim hominibus diuinorum manifestum, qui & Socratis fluxit ab ore. Fertur ita Xenophontis Socratici ad Æschinē epistola, ubi omnibus, inquit, patet diuinas res cognitione humana comprehendi non posse, quare sufficit pie ipsos deos ex animo colere, quales autem sunt, nec inuenire nobis possibile est, nec fas quærere, nec enim seruis conducit, nec eis laudabile dixerim, si dominorum suorum consilia, nisi quantum ad ministerium suum pertinet scrutari uoluerint. Et ut de Socrate aliorumq; philosophorum sectatoribus, scripsit idem in Memorabilibus, ἐθαύμαζε δ' εἰ μὴ φανερὸν αὐτοῖς ἐστιν, ὅτι ταῦτα οὐ δυνατὸν ἐστὶν ἀνθρώποις εὑρεῖν. Id est, Mirabatur autem uidelicet Socrates, si non manifestum ipsis sit, quòd ea non est possibile hominibus inuenire. Talis semper fuit omnium ætatum & omnium fermè religionum sententia, ut humano intellectu non capiantur quæ prius in hominis sensu non fuerant, & quæ intellectus non capit, ea nec ratio discutit: quæ autem ratio non discutit, ea neque ratiocinationis discursus, quam διάνοιαν uocant, iudicabit, quod tum maxime diuinitus reuelatæ ueritati congruit, etiam si de earū aliqua imaginarios nobis animi conceptús formemus, ut quicquid religiose pieq; receperimus, id argumentationis uiolentiæ non subdamus, uel ullo nobis phantasmate proposito. Maiores itaq; imitatus ille Na-

se Nazianzenus Gregorius, qui eminet inter omnes nostrates in omni theologicę facultatis genere, omni uerborum & sententiarũ uenustate simul & grauitate, huic doctrinę haud absimiliter adstipulatur in libro theologiæ secundo affirmans, τὸ μὴ λῃπτὸν εἶναι ἀνθρωποίνῃ διανοίᾳ τὸ θεῖον, μὴ δὲ ὅλον ὅσον ἐστὶ φαντάζεσθαι. id est, Non comprehensibile fore humano discursu diuinum neq; totum quicquid contingit imaginari. Ne mi tu Marrane Christianorum me prorsus expertem aut negligentem suspiceris. Philolaus respondit, memini Athenagoram philosophum Atheniensem ad imperatores M. Aurelium Antoninum & L. Aur. Cõmodum pro Christianis legatum sic dixisse, ἐπεὶ καὶ δι' αὐτῶν τῶν δογμάτων, οἷς προσέχομεν, οὐκ ἀνθρωπικοῖς οὖσιν, ἀλλὰ θεσφάτοις καὶ θεοδιδάκτοις πεῖσαι ὑμᾶς μὴ ὡς περὶ ἀθέων ἔχειν δυνάμεθα. id est, Atqui & per ipsa dogmata quibus innitimur non humanis certè sed diuinitus missis & Deo doctis, persuadere uos (non sicut de prophanis tenentes) possumus. Vbi aliter de prophanis persuaderi, aliter de diuinis insinuat. Tametsi aliquã multos ex uobis nouerim, qui omnia logicis adinuentionibus confundunt & susq; deq; naturalia mathematicis principijs, ac rursus theologica naturalibus statuunt confirmantq;. Sed haudquaquam causę diuinę sunt naturalibus pares, nec ualent naturalia dirigere diuina, longeq; minus illa quæ sola fide constant ulla ratione possunt demonstrare humanitus scibilia. Sicut nec ea quæ sunt purè credita necessario inferunt naturaliter scita, præstantissimus enim ille uester Dionysius Areopagita, quem ego aut reliquias aut imaginem Pythagoreorum (ut arbitror) haud insipiẽter existimauerim, super theologicis istis cognitionibus in libro suo de Diuinis nominibus, ita loquitur, οὐδὲ γὰρ inquit ἀκριβὴς ἐμφέρεια τοῖς αἴτια τοῖς καὶ τοῖς αἰτίοις, ἀλλ' ἔχει μὴ τὰ αἴτια τὰ τῶν αἰτιῶν δεχομένας εἰκόνας, αὐτὰ δὲ αἴτια τῶν αἰτιατῶν ἐξήρηται. καὶ ὑπερίδρυται κατὰ τὸν τῆς οἰκείας ἀρχῆς λόγον. id est, Neque enim consequens illatio causatis & causis, sed habent quidem causata illas causarum receptas imagines: ipsæ autem causæ causatis abstractæ sunt, & supernè resident iuxta cuiusq; principatus rationem. Quo captiosius aliquorum ex uestris retiaculum & fallacius dogma est, in rebus sola fide reuelata constãtibus, syllogismorum proprietate nedum utendum, uerum etiam pari dignitate credendum esse quicquid ex sacris oraculis per syllogisticum artificium sequitur, ac bona formali necessaria logicaq; cõsequentia infertur. Nihil enim tam distat quàm esse diuinitus reuelatum & humanitus inuentum. Vnde in mera fide purè credibilium, credere & scire sunt maximè disparata, ubi nunquam conclusio syllogismi fore potest euidentior ex præmissis, etiam si pręmissis euidentia certa misceantur, tamen semper conclusio, partem sequitur infirmiorem. Rectè igitur uel hoc affirmamus quòd in eodem subiecto & respectu eiusdem ueritatis, non potest simul stare habitus fidei acquisitæ & habitus scientiæ per demonstrationem genitæ. Qui ergo

contradicit ſacris oraculis, is execrabiliter contradicit fidei. At uerò qui alicui concluſioni humano ingenio, ſubtilibus inuentiunculis, Aristotelicis technis, Eleaticaq; diſciplina, cuius autor fuit Zenon τῆς ἐριστικῆς φιλοσοφίας ἀρχηγός. ut Galenus ait, ſiue Chryſippi tendiculis aut ſophiſtarum ſyllogiſmis ex ſacrorum oraculorum reuelatis collectæ atque illatæ contradicit, is iam non fidei contradicit, ſed ſcientiæ humanæ repugnat, non diuinam illuminationem, ſed mortalem induſtriam abnuens haud execrabiliter, ſed erranter fortè, aut quandoque perſpicaciter, non autem turpiter. Quónam modo igitur affirmare quis auſit: diuinitus reuelato & humanitus inuento pari dignitate credendum eſſe, niſi qui totus paſcatur ſyllogiſmo ſicut bos fœno. Sanè quæ (amabo te) intercedit dignitatis paritas iſtius & illius? Fidele illud, at iſtud ſcibile. Mens illius ſedes eſt, iſtius ratio: illud defluit à lumine ſupernò, iſtud ex ſenſu ducit originem. In mentis regione aliqua ſunt neceſſaria, quæ in ratione ſunt impoſſibilia. In mente datur coincidere contraria & contradictoria, quæ in ratione longiſſimè ſeparantur. Non eſt igitur omnino uerum, ſi præmiſſæ ſint de fide concluſionem idcirco fore de fide. Nam execrabilis eſt propoſitio hæc, nullum adorandum eſt creator. Multo etiam execrabilior iſta. Omne ſculptile eſt adorandum. In eis nanque ambabus blaſphematur fides, attamen & ſacra & fidelis non eſt hæc, inde conſequens, nullum ſculptile eſt creator, quam naturali ratione demonſtrare poſſumus, ergo ueritas eius non pendet ab autoritate reuelantis. Sed eius euidentia longè credita fide minor eſt. Pari ſuaſu fallimur aſſentiendo, quia concluſio ſit de fide, idcirco aliquam præmiſſarum neceſſariò eſſe de fide. Quis enim ignorat Hebræis, Chriſtianis & Agarenis eſſe ſumma fide creditum quòd ſculptile non ſit adorandum, ad cuius tamen aſſertionem inferendam naturalibus utar præmiſſis, nullum lapidem eſſe adorandum, ſculptile autem uidemus lapidem eſſe. Tum Marranus, Commodum mihi Philolae reducis, inquit, in memoriam noſtrorum quorundam elenchos ſophiſticos, quum dicunt, concluſio eſt hæretica, ergo aliqua præmiſſarum. Qua in cauſa miror ſupra quàm dici poteſt, quòd iſti aliquos uel homines quandoque inueniant, qui eis talia credant. Sed quid ego Æthiopē lauare conor, qui nulla opera candeſcit. Sunt præterea quæ tametſi reuelantur, tamen etiam ſequuntur de reuelatis, quę ſi acceptentur à credente, fides potius erunt quòd reuelata quàm ſcientia quòd illata. Sicut quæ præcipit eccleſia mea eſſe credenda etiam quocunque ingenio compoſita, præſumuntur potius à ſpiritu ſancto eſſe reuelata, quàm humana ratione inuenta, quantumuis quadam ſyllogiſtica ſubtilitate inducantur. Sic ille ad eccleſiam Alexandrinā ſcripſit Imperator Conſtantinus de concilio Nicæno, dicens, ὁ γὰρ τοῖς τρια-

κοσίοις ὁμοῦ ἅριστα ἐπισκόποις, οὐδὲν ἕτερον ἢ τὸ θεοῦ γνώμῃ, μάλιστα ὅπου τὸ ἅγιον πνεῦμα

τὸ δόγμα πιστὸν ἐστὶ τοῖς τηλικούτοις ἀνδράσι ταῖς διανοίαις ἐγκείμενον, τῆς θείαν βούλησιν ἀποφαίνει.
id est, Quod enim trecētis simul placuit episcopis, nihil est aliud quàm Dei sententia maxime ubi sanctus spiritus talium tot & tātorum uirorum mentibus incumbens diuinam uoluntatem declarauit. De episcopis loquitur hic, ecclesiam uniuersalem spiritu diuino agitatam repræsentans, non de quorumlibet quantumcunq; polyphemorum heteroclitis sine cerebro capitibus. Abeant igitur in officinam suam mixtiones syllogismorum de esse, de necessario, & de contingenti, aut si qua sint alia logicæ curiositatis possibilia seu impossibilia. Nulla enim est orationis fideliter creditę ad necessariam propositionem æqua comparatio, cum necessaria possit esse dubitabilis, reuelata uerò nihil sit euidentius. Ne igitur occupent eiuscemodi mixtiones adyta sacrorum, ne molestent hierophantas, quinimmo secedant (si aliquid posse uelint) ad artes sellularias aut naturas cementarias aut supputationes mathematicas, ne transeant limites, ne attingant τῆς ἀληθείας καὶ ἱερᾶς τῶν μυστηρίων καὶ συμβόλων πραγματείας. Rectà, inquit Philolaus, incedis amice ad Pythagoræ profectò uiri diuiniore doctrina imbuti obscuras latebras, nullis humani ingenij argutiolis perueſtigandas, quæ nobis ambigendi formidinem magis incutiunt quàm generent adhærēdi firmitatem. Non enim poterit diuinorum tantus splendor per tam tenues & anicles sophismatum rimulas tam strictim à nostris noctuinis oculis cerni. Sed opus erit amplissimis cogitandi & credendi uiribus, maximeq; (ut ait Terentius) fide & taciturnitate. Quo motus Pythagoras, omnibus disciplinis toto orbe haustis primus philosophiæ creditor, nihil prius (ut scripsit Apuleius) discipulos suos docuit, quàm tacere. Nam hoc erat primum contemplatiuæ sapientiæ rudimentum, meditari condiscere, loquitari dediscere. Perinde atq; tam augustæ maiestatis Pythagorica sublimitas multo esset dignior, quàm quòd pueriliter iactatis gerris loquitando & garriendo comprehendi posset. Satis uerò nobis patet ex ijs quæ è Simone accepimus, etiam Pythagoram sicut cætera Cabalistarum ita hoc quoq; genus doctrinæ in Græciam attulisse, scilicet quòd de quæstione altissima discipulus interrogaturus taceat. Interrogatus uerò solum respondeat, αὐτὸς ἔφα, Ipsa dixit. Sic Cabalistæ respōdent אמרו חכמים id est, Dixerunt sapientes. Et Christiani quoq; suis dicunt πίστευσον. id est, Crede. Tum Marranus, Fortasse nos taxas Philolae, quibus id & Imperator Iulianus improperauit dicens, ὑμῶν ἡ ἀλογία καὶ ἡ ἀγροικία, καὶ οὐδὲν ὑπὲρ τὸ, πίστευσον, τῆς ὑμετέρας δῆτα σοφίας. .i. Vestrū irrationalitas & rusticitas, & nihil ultrà ipsum crede, ueſtræ est sapientiæ. Cui conuitio Nazianzenus in prima inuectiua prudenter occurrit, quòd pariter hoc Pythagoreis sit primum & maximum disciplinæ fundamentum, tacere: deinde nullam dictis exhibere rationem, nisi αὐτὸς ἔφα, quapropter is inique nos redarguat, quippe ἐς τοιοῦτον ἐλ-

κοντ@ τδ, αὐτὸς ἔφα, ⟨θ⟩, παρ' ἡμῖν πίστευσον, ἐν ἄλλαις συλλαβαῖς τε καὶ ῥήμασι. id est, In idem cedente isto, ipse dixit, & apud nos crede, licet alijs syllabis & uerbis, ita Nazianzenus. Habemus nunc memoriter eorum qui præ quibusq; cæteris sacra diligentius tractauerunt unanimem discendi morem, uidelicet Cabalistarum אמרו Pythagoreorum ἔφα, Christianorum πίστευσον. Cæterum quicquid aliorum est, diuinum non est. Equidem ante multo cogitaui tantum, Philolaus ait, ea omnia ex Hebræorum fluxisse Cabala, iam certo certius scio, clare nanq; uideo, quęcunq; Simon nobis ostenderit philosophię Italicę, hoc est Pythagoricis adamussim quadrare, ut haud ab re iudicauero Cabalistarum & Pythagoristarum inter se cuncta eiusdem esse farinę. Omnia nanq; studia nostra utrique reducunt ad humani generis salutem, & omnia entia quæ subsistunt, aut substant, continuo ad ideas referunt quæ uere sunt, & idearum ideam. Vnde utrique ternos esse mundos asseuerant, & tertium infinitum, uel potius non finitum, tribusq; constare omnia, καθάπερ γάρ φασιν οἱ πυθαγόρειοι τὸ πᾶν καὶ τὰ πάντα τοῖς τρίσιν ὥρισται. id est, Quemadmodum enim dicunt Pythagorei, omne & omnia tribus terminantur, ut in libris de cœlo scripsit Aristoteles. Nam alia quidem, inquit, sunt corpora & magnitudines, alia uero habitant & obseruant corpora & magnitudines, alia denique habitantium & custodum principatus sunt & origines. Quod ita intelligo. Quoniam mundus inferior complectitur corpora & magnitudines singula cum suis uirtutibus & intelligentijs sphærarum motoribus appropriatis & generabilium corruptibiliumq; curatoribus ac custodibus, qui obseruare dicuntur corpora prouide, ut est cuique tributa prouincia quos antiquitas quandoque uirtutes, quandoque angelos, tum aliquando & deos, item & dæmonas, uel pro rerum anxiarum sollicitudine quibus allegantur crebro dæmonia quoque nominauit. De quibus canit Homerus, θεοὶ ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες. id est, Dij olympica tecta inhabitantes, scilicet qui rebus naturalibus præfecti sæpe querula turbantur affectione ac à summis ad ima relegati laborum suorum causas dicunt, πολλοὶ γὰρ τλῆμον ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες, ἧς ἀῢ ἥρωϊ, χαλεπὰ δ' ἄλγε' ἐπ' ἀλλήλοισι πιθήτον. id est, Multi enim patimur olympica tecta inhabitantes à uiris, graues dolores inter eos uicissim reponentes, ut est in Iliados quinto. Nam olympum intelligunt prisci quintam essentiam siue naturã, hoc est cœlum, quare tecta olympica sunt sphæræ cœlestes seu cœli, dicti à celando sicut tecta à tegendo. Denicq; uirtutes cœlestes & uires elemẽtares ac rerum naturalium proprietates Hesiodus deos ex cœlo & terra dicit genitos in sua Theogonia, & Orpheus græcorũ primus theologus ad Musæum scribens eosdem appellat dæmonas his uersibus. δαίμονας ὀρανίους καὶ ἀέριους καὶ ἐνύδρους καὶ χθονίους καὶ ὑποχθονίους ἠδὲ πυριφοίτους. id est, Dæmones cœlestes & aëreos & aquaticos & terrestres & subterraneos & igniferos quos seu igni assisten-

assistentes. In operum quoque ac dierum libro Hesiodus, Dæmones inquit boni sunt terrestres custodes mortalium hominū. Ipse quidem Apollo se suiq; similes dæmonas roganti quōdam Theophilo respondit angelos esse pro incumbente sibi administrationis officio ut est in oraculis. Sic enim cecinit ut fermè solet omnia heroice, ὄνομα μηδὲ λόγῳ χωρεύμενον ἐν πυρὶ ναίων, τοῦτο θεὸς μικρὰ δὲ θεοῦ μοῖρ' ἄγγελοι ἡμεῖς. id est, Nomen ne ratione capiendum in igne habitans, hoc Deus, Parua autem Dei portio angeli nos. Erigamus si libet ad altiora ingenium nostrum, quippe ad uniuersi huius globi uitales influxus. Nam mundus superior complectitur superos, essentias incorporeas, diuina exemplaria & orbis huius sigilla, quorum instar, omnium rerum inferiorum facies sunt factæ, quæ Pythagoras appellauit ἀθανάτους πρῶτα θεούς. id est, Immortales prima deos, uelut principia rerum ex mēte diuina productas ideas ut sint essentiales ἀρχὰς principatus & origines habitantium corpora, id est specierum, compositas huius mundi res informantium. Quo plane intelligitur alios etiam illic esse immortales secunda deos, prima enim secunda referunt, entia incorporea singularia & indiuidua non materiali numero sed formaliter formali inter se differentia, puta spiritus ab omni materia liberos, simplices & impermixtos, suapte natura extra cœlū sensibile commorantes, & ut ait Aristoteles, nec tempori nec loco astrictos unde nec senescant nec transmutentur, multomagis nulla uariatione nec alteratione, nulla denique passione affecti sufficientissimam sibi & optimam ducant uitam, habitentq; æternitatem, quod nuncupatur æuum, & Græcè αἰὼν quasi ἀεὶ ὤν. id est, semper ens, quoniam idem illud seculum semper fuit, est, erit, intemporaliter, in mente diuina, ex energia tamen Dei foras creatum, & extra cœli nostri conuexa constitutum, pro domicilio splēdidissimo spirituum beatorum, quos Pythagorei ueros deos existimant in sublimi ætheris uertice locatos tum prorsus obiectu, tum retro partu æuiternos, scilicet æuo immortali & diuino præditos. Ab ipso autem eodem æuo etiam alijs dispensatum est & tributum esse & uiuere, his quidem clarius, his uero obscurius, ut idem dixit Aristoteles. Quid autem id sit per quod dispensetur & tribuatur, ab hoc æuo diuino & immortali rebus alijs, hoc est inferioribus esse ipsum, non fortuitum obiter, aut perfunctorie illapsum, sed cuius libet speciei consimiliter substantiuum, certe primi omnium Pythagorei Socrates & Plato sequentes præceptorem suum, discipulos illius familiæ docuerunt, cum audiuissent Pythagoram semper de diuinis obscure loquentem, dicere solitum, quòd Tetractys traderet animæ nostræ fontem perennis naturæ, tunc plane intellexerunt Tetractyn esse ideam in mente diuina tradentem, & fontem esse ideam exemplarem traditam, & perennem naturam esse ideam rerum essentialem receptam. Quare Alcinoo teste dixerunt hoc modo, ἔστιν ἡ ἰδέα

ὡς μὲν πρὸς θεὸν, νόησις αὐτοῦ, ὡς δὲ πρὸς τὸν αἰσθητὸν κόσμον, παράδειγμα. ὡς δὲ πρὸς αὐτὴν ἐξεταζομένη, οὐσία. id est, Est idea quoad Deum quidem cognitio sua, quo ad sensibilem autem mundum exemplar, quoad se ipsam uero conside rata, essentia, ceu loquentis uox (uti est apud Areopagitam) una cum sit atque eadem, à multis auribus ut una percipitur. Est enim uox primo in uociferatore, secundo in uocalitate, & tertio in quolibet auditore. Quo autem in mundo sensibili semper sphæra prior in omnes eam sequentes influit, ita in mundo intellectuali non tantum singulos choros superiores influere arbitramur in omnes choros inferiores, uerum etiam totum mundum superiorem influere in totum mundum inferiorem, ut omnia pro suo captu quantum fieri potest momentanea ad æterna & infima reducantur ad summa. Nihil tamen mere creaturarum ad tertium mundum reduci potest, nihil enim tantæ sublimitatis suapte natura capax est, nisi Deus. atqui tertius inquam mundus ille supersupremus omnes alios mundos continens solius Deitatis est, unaq́ diuina constat essentia, ut plane mihi uidetur recte cognominata παντοκρατορικὴ ἕδρα. id est, Omnipotens sedes locata, immo existens super omne ęuum & super omne seculum (est enim seculum seculorum) ὑπάρξεως, ὑποστάσεως, οὐσίας, φύσεως, ὀντότης καὶ ἑνότης προοῦσα. id est, Existentiæ, substantiæ, essentiæ, naturæ, entitas & unitas præexistens. Quod Pythagoras noster ἕν appellauit, & Parmenides Pythagoreus ὄν, urerque haud absimili ratione, ὅτι ὑπερούσιον, ἕν. καὶ τὸ ὄν, ἕν. id est, quòd superessentiale unum, & ens, unum. Sed nemo antiquitatis tam perosus aut tantus contemptor maiorum esse optauerit, ut tantum & tam sapientem Pythagoram existimet tam anili amentia correptum fuisse, quòd putaret abaci numeros aut pueriles talos quibus iactarent uultorios quatuor, aut mercatorum calculos cæteraq́ id genus esse rerum omnium principia, quæ non solum rebus non præsint, uerum etiam secundum res accidant. Quin potius intelligi uoluit ipsum essentialiter & simpliciter unum, à quo, & ex quo, & per quod, & in quo, & ad quod omnia sunt, & ordinantur, & permanent, & continentur, & implentur, & conuertuntur: idemq́ esse primum unum & primum ens, quod in secundo Postnaturalia testatur Aristoteles his uerbis, πλάτων μὲν γὰρ καὶ πυθαγόρειοι οὐχ ἕτερόν τι τὸ ὄν, οὐδὲ τὸ ἕν. ἀλλὰ τοῦτο αὐτῶν τὴν φύσιν εἶναι, ὡς οὔσης τοῦ οὐσίας ταυτὸ, τὸ ἓν εἶναι καὶ ὄντι. id est, Plato nanque & Pythagorei non aliud aliquid ipsum ens, neque ipsum unum, sed hoc eorum naturam esse, ceu existentis essentiæ idem unum esse, & ens aliquod. Sanè Xenophanes ille Parmenidis præceptor & idem Pythagoræ coæuus, quanquam omnia celare mos illorum fuit, tamen uisus est clarissime nobis explanare quid ipsum unum esse intellexerunt, de quo in rerum principijs uerba fecerint. Dixit autem illud unum, esse Deum, quo liquidius Pythagorę arcana nobis patefiunt cum statuit infinitum & unum

&

& numerum esse prima rerum principia. Per infinitum nihil aliud significans quàm ipsum posse, nihil enim quis unquam ne cogitauerit quidem, prius ipso posse, quod maxime infinitum in Deo est, immo ipsum, infinitus Deus est, in quo non separantur esse & posse, quod omnium producibilium & singulorum quorumque continet essentias uirtutes & operationes cum omnibus proprietatum & accidentium connexilibus differentijs & unionibus. Cæterum Pythagoræ assentitur etiam ea in re Anaxagoras, ante quos uiros nullam Græcos omnes Dei habuisse cognitionem, Eusebius Pamphili autor est. Dixit enim Anaxagoras, Quoniam erant omnia simul. Et Democritus, Erant, inquit, omnia simul potentia, uidelicet δυνάμει. id est, in ipso posse. Hæc est illa quoque mixtura siue rerum commixtio Empedoclis & Anaximandri, nequaquam tamen in aliquo Hesiodi aut Aristophanis chao nocte & erebo confusa, sed in Deitatis pleno lumine discreta, & in ipso infiniti luminis intimo penetrali ordinata: quam si haud inique intelligatur Hesiodus, certe chaos noctem & tenebras non esse rerum principia, sed ex principijs orta statuit. Id enim quam si haud inique intelligatur Hesiodus, certe chaos noctem & tenebras non esse rerum principia, sed ex principijs orta statuit. Id enim in Theogonia protulit, ἐξ ἀρχῆς καὶ ἀπὸ δ' ὅτι πρῶτον γένετ' αὐτῶν. ἤτοι μὴ πρώτιστα χάος γένεσθαι. Deinde sequitur, ἐκ χάεος δ' Ἔρεβός τε μέλαινά τε νὺξ ἐγένοντο. id est, Ex principio & si quando aliquid primo factum eorum est, certe primum chaos factum est. De chao autem erebus nigraq; nox nata sunt. Aristophanes uero aliter in Auibus scripsit, χάος ἦν καὶ νὺξ ἔρεβος τε μέλαν πρῶτον. id est, Chaos erat & nox erebusq; nigrum primo. Sed ita fingit poetice Musarum more, alludens suis auibus, ut ex ouo posset amorem excubare, ac simul Orphei supparasitatur in Argonauticis, non absimiliter sentienti quapropter hoc idem repetendo rursus iterumq; meminerim, omnia & singula in illo ipso posse, non confuse, non in chao, non in erebo, nec obscura nocte, sed discrete ac ordinate in pleno lumine, scilicet in ipsa luminosa & omnium fulgentissimorum radiorum splendidissima claritate ac illustris & illustrantis essentiæ diuinæ intuitu notitia cognitione uersari, quæ optimo iure ab antiquissimis philosophorum idea nominatur ἐκ τοῦ ἰδέω, τὸ γινώσκω, cuius quidem posse esse, cum omnia complectatur mentalia, rationalia, intelligibilia, sensibilia, uitalia, substantialia, adhæsibilia, & adhæsiua, non tantum eorum quæ sunt, uerumetiam quæ non sunt: tum uere illud poterat infinitum appellare Pythagoras, quod & à sapientissimis dictum erat ἀπειρολύνχθαι. id est, Infinite posse, quoniam & ipsum est infinitum, & una eademq; infinita & essentiali idea complectitur res infinitas. Nihil enim uel fuit, uel est, uel erit in supercœlestibus, cœlestibus, terrenis, corporeis aut incorporeis, in angelis, in hominibus, in brutis, in plantis, in mineralijs, in tota uniuersi natura quod non posset, uel (ut Grammaticè loquamur) potis est. Ex hoc omnia prodeunt, & hæc est, ἀπειρολύναμος καὶ παντολύναμος δυνα-

μοναὶς δυνάμις. id est, Infinite potens & omnipotens potentifica potentia, quæ nihil aliud est quàm diuina essentia, intra quam ante omnia unum producit duo. Hic tenes Marrane totum meum Pythagoram. Duo primus numerus est, unum uero principium numeri. Quia si credis Xenophani ut antè audisti, unum illud Deus est, & cum intra essentiam diuinam productio duorum manserit (numerus enim se ipso constituitur, Boetio peripatetico autore, iuxtaq; unum solus binarius naturaliter est) tum necessario, duo quoque illa, Deus sunt, quoniam intra Deum nihil nisi Deus est. Tres igitur hę res principium & primum cum sint, & unam Dei essentiam non exeant, tum Deus planè unus sunt, non enim essentia eo scinditur, quòd ex uno duo producta numerantur, sicut in rebus quoque corporeis sæpe fit ut unitas mota in duitatem (sit uenia comparationi) usque ad terna progrediatur, manente rerum substantia ut stipitis & surculorum, uel æquius ut hominis corpus, brachium & digitus. Ex uno itaque in diuinis producente, duobusq; productis, trinitas oritur, quibus rebus si addatur essentia ab eis formaliter distincta, erit formalis quaternitas quę est infinitum, unum, & numerus duorum, omnis numeri substantia, perfectio, & finis. Nam unum, duo, tria, quatuor, collectiuo progressu decem cõficiunt, & extra decẽ nihil est. Quare hoc ipso intellexit Pythagoras omnium quoddam rerum principium esse, quod Tetractyn nominauit. Nam tetras Græcè, quaternitas est, & actis, formale solis, siue radius, ex quali formalitate licet iam supersubstantiali, deus ipse, unum illustre nomen constituit quaternitatis, ueluti quatuor inter se formaliter distinctorum. Vtq; sacrum à prophano segregaret, optima ratione nomen sanctum per ypsilon scripsit, cum ἀκτὶς uulgo per iota scribi consueuerit. Adhuc autem & ipse quoque Tetractyn, ut Deum aliquem hoc loco excellenter in genere masculino protulit, quo more Latini ueteres Cupidinem aut Venerem masculine pronunciarunt, cum alias instrumentalem quaternitudinis numerum ipsam Tetractyn genere fœmino eloquantur. Deum autem se illum ostendere uoluit per quem ipse iurauit μὰ τὸν τετρακτὺν quo nihil haberi debeat uenerationè dignius. Nam ut Aristoteles ait, ὅρκος τὸ τιμιώτατόν ἐστιν. i. Iuramentum est honorabilissimum. Ego sanè hoc in loco Hierocli non astipulabor qui aurea carmina Pythagorã ipsum cõscripsisse opinor. Atqui pariter optarem propter mirificæ sanctitatis reuerentiam, q̃ Tetractys Romana lingua nõ quaternarius nec quaternitas, sed uoce mutata quaternio aut quaternitudo nominaretᷣ, quale apud uos Christianos obseruatis, sacrũ à prophani uulgi usu secernẽtes, cum enim à ter ternus & ternitas popularitèr legi debeat uos sacrosanctã hypostasin alterato uocabulo trinitatem appellatis, quasi trium unitatem, scilicet enim literam ab ipso uno propter unitam singulorum naturam mutuantes. Sed ut receptui canam,

canam, omniũ rerum, inquam, una quædam summa res est Tetractys, Pythagoricum principium. Tum Marranus, bellissimũ recordor ab hoc exemplo Philolae, illud quatuor literarum charagma, in quo uniuersa generis humani salus præsto sit. Quod nobis Simon tanta scripturarum ubertate confirmauit, ubi profectò mihi Iudæorum Tetragrammaton ac potius ipsas quatuor literas ex quibus nomen Saluatoris componatur, non malè uisus est Pythagoras in Tetractyn græcum symbolum cõmutasse. Mox tum. Ego uerò, inquit Philolaus, illo Tetragrammato & illa salute ad quam totum penè genus humanum reduxit Simon, planè nondum satiatus discessi, quare cùm ad eum rediero de istis rebus, si uolet ampliora quæram, præsertim de illo homine qui salutem singulis quibusque nobis allaturus sit tanquam uniuersorum rex unctus, ideoq; Messiha dictus. At uide modò uelim num sit Æsculapius denuò uel per transanimationem, ut aiunt, in hunc mundum uenturus, de quo Iulianus Imp. in lib. 2. cõtra Galilæos ita scribit, ὁ γὰρ Ζεὺς ἐν Ἀστοῖς νοητοῖς ἐξ ἑαυτοῦ τὸν ἀσκληπιὸν ἐγέννησιν, εἰς δὲ τὴν γῆν διὰ τοῦ ἡλίου γονίμου ζωῆς ἐξέφηνεν. οὗτος ὠθῶν γῆς ἐξ οὐρανοῦ ποιησάμενος πρόοδον, ἐνοειδῶς μὲν ἐν ἀνθρώπου μορφῇ περὶ τὴν ἐπίδαυρον ἐφάνη. πληθυνόμενος δὲ ἐντεῦθεν ταῖς προόδοις ὠθῶν πᾶσαν ὤρεξε τὴν γῆν τὴν σωτήριον ἑαυτοῦ δεξιὰν ὅπως πανορθοῦται τὰς ψυχὰς πλημμελῶς διακειμένας καὶ τὰ σώματα ἀσθενῶς ἔχοντα. Id est, Iupiter enim in suis intelligibilibus ex se ipso Æsculapium genuit, & in terram per solis genitalis uitam destinauit, hic in terra ex cœlo faciens progressum uniformiter quidem in hominis specie circa Epidaurum apparuit, auctus itaq; illic successibus super uniuersam porrexit terram, salutarem eius dexterã, ut restauraret animas malè dispositas & corpora inualidè habentia. Qui si compositum ex illis quatuor literis quouis etiam alio legendi charactêre addito nomen habuisset, prorsus Saluator ipse putandus esset. Aut certè quantusquantus ille fuerat Hercules Alcmenæ filius à Ioue prognatus diuinum semen quem Thassij Saluatorem nominarunt, & monetæ publicæ inscripserunt sic ἡρακλέους σωτῆρος θασσίων. Id est, Herculis saluatoris Thassiorum. Eiuscemodi nummum argenteum prisce percussum ego nuper, ut soleo, erga res antiquissimas incredibili uoluptate his meis digitis uerti legens & reuerti. Quo non ab re coniectabam, omnium uoce ac consensu Herculem inter deos relatum, & saluatorem esse promulgatum. Præter eos fuisse alioquin aliquam multos, qui mortalibus opem tulerint saluatores, haud dubium quidem est, quorum è numero meminimus Ptolemæum regem Ægypti, cui nomen Soter, id est, Saluator extitit. Romanis quoque Curtius ipse sua morte terram reddidit saluam, & sua capita Decij pro patria seruanda fortiter deuouere, communis salutis mirifici autores. Tum Marranus, Libenter, inquit, te interpellando monerem, ut quæ nobis à Simone tradita sunt, perspicacius animaduerteres & paulò ęquius intelligeres.

Post

Post enim quàm multa de Cabala ille uir omnifariàm sectę suæ peritus
disseruisset quid modò esset, & ad quid utilis, ostendisset & quòd es-
set recepta reuelatio, & quòd facile nobis iter aperiret ad beatitudinis
fastigium & summam fœlicitatem: tum rogatus à nobis quidnam il-
lud esset quod præcipuum diuinitatis reuelatū fuisse putaret, ad quod
generatim omnes diuinorum reuelationes reducerentur: aiebat id es-
se quod dicitur, post ruinam primordialem generis humani uniuersa-
lis restauratio quæ salus nominatur, & quam daturus foret homo iu-
stus & pacificus, uir heros: cuius nomen quatuor contineret in misera-
tionibus literas, ad quem nos ipsos cunctis negocijs secularibus absol-
uentes libere conari debeamus, per omnes gradus idoneos ascendere
ac migrare in ipsum, pro sua quisque uirili: quodq; sint huc omnes a-
ctus nostri formandi, huc omnis contemplatio dirigenda, huc tendat
omnis sacra Iudæorum scriptura, quæ nobis quasi scala Iacob fore
queat super terram sita & cacumine tangens cœlos, per eam transcen-
dere nos mundum hunc posse corporeum usque in alterum mundum
angelicum, etiam ad ipsam Messihæ illius Saluatoris animam, quæ sit
omnium animarum saluandarum requies & satietas, extremusq; finis,
ultra quem progredi nusquam ualeamus: quoniam terminet summū
habitaculum mundi supremi, & communicet cum mundo superfu-
premo, siue dum per Grāmaticos dicere liceat supremissimo: quin po-
tius incomparabili, ad summum, hanc esse omnium hominum perpe-
tuam salutem cunctorum bonorum aggregatione completam. Quę si
memineris à Simone sic esse proposita, quanquam per ambages, mea
quidem sententia non dubitabis, nec illos tuos saluatores, nec etiam
Iudæorum quosdam de quibus uigintiquatuor Biblia sæpe honorifi-
cam fecere mentionem, in tanta unquam fuisse dignitate constitutos,
ut generi humano salutem uniuersalem afferre potuissent, per quam
homines in omni orbis terrarum spacio quotquot essent, sempiterno
æuo læte frui, & cum Deo post lapsum redire ualerent in gratiam.
Quid enim de tuo Æsculapio complures senserint alij, tu uideris, qui
asserunt illum meretricio incestu natum ex Coronide uenusta mulier-
cula, de qua canitur. Pulchrior in tota quàm Lariſsæa Coronis non
fuit Æmonia, & eam sæpe in templo Apollinis subegerint atque com-
pressserint sacerdotes, qui adulterinis complexibus à se genitum Æscu
lapium, finxerunt Dei filium esse isto loco culti. Apis autem Ægy-
ptius, qui artem medicinæ primus Græciæ intulit tam insignis eo se-
culo templarius, ut etiam mortuus in templis pro Deo coleretur, sin-
gulari erga sacerdotes Apollinis fauore ductus infantem suscepit alen
dum & instituendum, quem discipulo quondam suo Chironi Centau
ro deinde cōmendauit medico peritissimo, ut artem curandi tuendiq;
corporis in Æsculapium transfunderet. Quo facto, in uirum euasit
Æscula-

Æsculapius & fama & opibus magnum. Auaricia uero tum instigatus, & cupiditate honoris diuersas mundi regiones ad pecunias arte medica corradendas peragrauit. Iamq; diuitijs plurimum abundans, & fama ingenti præditus stulte se Deum nominauit, promittens nõ solum ægrotis sanitatem, uerumetiam mortuis denuo uitam, super quo Iouis superbiæ suæ pœnas dedit, nam fulmine ictus perijt. Sic enim Pythagoreus ille Pindarus Pythionicarum tertio super Æsculapio cecinit, χθοὶ δ' ἄρα Ἰαονίων ῥίψας δι' ἀμφοῖν, ἀμπνοὰν σέρνων καθεῖλεν ὠκέως, αἶθων δὲ Διὸς ἀνέσχε μόρον. id est, Manibus ergo Iupiter proijciens ambabus, respirationem præcordiorum desumpsit subito. Ardens autem fulmen inflixit mortem. In hanc sententiam Apollo querulus super Æsculapij filij morte Euripidi fingitur, Ζεὺς γὰρ Διὰ πάντας πῦρ δὰ τὸν ἐμὸν αἰπὺν ἀσκληπιὸν στέρνοισιν ἐμβάλλων φλόγα. Quare nisi plane in diuinis plumbei sumus homines tam alienum à dignitate, saluatorem esse humani generis non putabimus, & ne in uniuerso quidem sanatorem, qui opem non alibi, quàm in Pergamum, & Ioniam, & Taranta, & Romam, & Con, & Ægas, ac in eas circa regiones contulit. Nimio tu uictus amore tuorum Marrane, Philolaus inquit, plus quàm ueritate, omnis homines minoris æstimas immo quàm minimi censes, qui nõ Galilæi sunt. Peruersus hic mos est mea sententia (sit uenia uerbo) non modo laudem alienis non admittere sed & uituperare, nec tibi ut uideo satis fuerit tuisq; similibus, optimos uiros suo seculo uirtute claros quos antiquitas ob egregia facta in Deos retulit non esse Deos contendere, nisi & se diabolos tartareos feceris. Ita Lactantium tuum hoc in loco imitatus, qui decimo capite libri primi ad Constantinum Imperatorem sic scripsit Æsculapius & ipse non sine flagitio Apollinis natus, quid fecit aliud diuinis honoribus dignum, nisi quòd sanauit Hippolytum, mortem sanè habuit clariorem quod à deo meruit fulminari, hæc ille. At lingua omnis quæ felle inficitur, uero gustu caret, fatetur is tamen rem esse diuinis honoribus dignam, largiri sanitatem, quod & secum omnes fatentur ægroti. Sed quid aliud fecerit Æsculapius si nesciat Lactantius, Socratem sapientissimũ interroget, qui gallum ei offerendum uouit, ut est in Platonis Phædone, non ut sibi corpus sanaret, qui iam morti adiudicatus uenenum biberat, sed ut parenti Apollini, hoc est primo & incorporeo Soli æternæ uitę dispensatori, animum tranquillè morientis cum lætitiæ iubilo & pæane redderet. Nam gallus Apollini Phœbo, qui Sol nominatur sacer est, horarum & diei lætus nuncius. Æsculapius autem dictus est à ueteribus lubilatio Apollinis uictoria & triumphus qui pæan appellatur, eò quòd pauam, cessationẽ & quietem post liberationẽ nominarint. Ea enim ætate cõsueuerũt inituri pugnam prius Marti, & post pugnam uictores Apollini pæana referre. Quàm aptè igit Socrates in Æsculapio qui est pęan solẽ uitę datorẽ ueneratus

neratus sit iam iamq; moriturus, doctissimorum hominum recta iudicia uiderint, dignum sane ratus & optimo cuiq; officiosum, huius mundi Pythone maximo serpente uicto & pedibus calcato, quando per mortem celeriter ad ueram uitam iter capessitur Esculapio quidem offerre, id est Pæana celebrare. Sic Orpheus uetustissimus uatum & coetaneus istorum Deorum, nam cum Tyndaridis & Hercule nauigasse perhibetur, in hymnis cecinit, ἰητὴρ πάντων ἀσκληπιὲ δέσποτα παιὰν, ἐλθὲ μάκαρ σωτὴρ βιοτῆς τέλος ἐσθλὸν ἐπάζων. id est, Sanator omnium Esculapie domine Pæan, Veni beate saluator, uitæ finem bonum præbens. Multos se Iulianus Imperator nouisse asserit in maximis periculis Esculapio adiutos, & se ipsum ægre laborantem sæpe medelis eius saluum euasisse fatetur, ad hoc testẽ citans Iouem. Sed quid hæc ad uniuersum mundum, respondit Marranus, cuius Messiha prædicatur Saluator, nec corporum modo sed animorum. Et Philolaus ad id, Tu uero Marrane quid de Hercule? nónne morum formator & omnis ingenuæ disciplinæ in cunctis orbis terrarum locis præceptor fuit. Inde illa imago Herculis apud Celtas peruetusta quidem & uero similis, ubi senex ipse homines innumerabiles singulos cathenulis aureis colla reuinctos à lingua pendentibus trahit quo uult cunq;. Celtæ uernaculo sermone Ogmion nominant. A Luciano fit eius memoria in alloquio de Hercule Celtico, super quo illi dicunt, ἡμεῖς τὸν ἡρακλέα λόγῳ τὰ πάντα ἡγούμεθα ἐξεργάζεσθαι, σοφὸν γενόμενον. id est, Nos Herculem uerbo & ratione omnia opinamur effecisse cum sapiens fuerit. Nam uirtute domare uitia, & ignorantiam auferre doctrina, nihil aliud est quàm calcare monstra, & angues necare, leonem Nemeæum claua percutere, hydram lernæam interimere, aprum erymanthium occidere, ceruam in Menalio nemore aurea cornua gerentem capere, stymphalidas aues in nube sagittis confodere, Antæum intra ulnas strangulare, columnas in Oceano figere, Geryonem tricipitem uincere, boues abigere, taurum perimere, Acheloum Monomachia superare, omitto & Diomedis equos, & cerberum & aurea hesperidum mala, idqúe genus facinorum cætera quamplurima, totum uirtutis fuit, totum rectæ institutionis officium & bene uiuendi exemplum. Tum Marranus, Dicerem (inquit) aliorum de illo existimationem, nisi tu prius eiuscemodi tulisses ægrè, breuiq; ostenderem fuisse hominem, ut nos sumus, uel paulò indigniorem, licet Prœti Agenorisq; prosapia nobilem. Siquidem ex Agenore Prœtus erat, Agenoris autem Belus frater, quo natus est Ægyptus, quo Lynceus, quo Abas, quo Danae, cuius fuit Perseus, cuius Alcæus, cuius Amphytrio, cuius (ut putabatur) Hercules, quem tamen reuera Iouis aiunt, id est adulteri cuiusdam fuisse filium. Nam ex Alcmena Iphiclus Amphytrioni & Hercules Ioui, uno partu, si famæ creditur, æditi sunt in lucem. Hercules uerò incensus igni sacro

perijt

periſt, quoniam Deianiræ uxoris attentatam pudicitiam in Neſſum Centaurum iaculo uindicauit, quam ipſe in Iole captiua puella non exhibuit, perquàm inique ſuſpicionem adulterij ſolam ultus, qui ex adulterio conceptus adulterium pariter ipſe commiſit, in cæteros neſcio quàm iuſtus, in ſe ipſum certè iniuſtiſſimus. Tu ne talem mundi ſaluatorem fore credas Philolae, qualis fuit Hercules aut qualis Æſculapius, ſi non aliam ob rem uel ob id ſaltem quòd uterque turpi nota deceſſerit, nam ut de ambobus apud Lucianum in eccleſia deorum Momus ait, ἔτι τὰ σημεῖα ἔχουσι τοῦ πυρός. id eſt, adhuc ſigna tenent ignis, quòd exuſti ambo ſunt. Curtium & Decios magnanimitatis laudant alij, ego imprudentię accuſo. Quid quòd aliqui blanditijs & adulationibus ducti, aut ui à tyrannis coacti eum ſaluatoris nomine ornarunt, qui non modo illos non ſanauit, nec ſeruauit, ſed prorſus deuaſtauit ac perdidit, ut Siculi Verrem publica ſtatua in Syracuſis inſcripſerunt σωτῆρα, id eſt qui ſalutem dedit. Ciceronis teſtimonio in accuſatione quarta Verrinarũ. Sed nihil ad hunc locũ, ubi de uera hominũ ſalute agitur, quam illi nõ præſtiterunt, uera nanq; ſalus eſt, ſempiterna permanentia quę in Deo eſt, & à Deo tribuitur, ut in libro de mundo ad Alexandrum ſcripſit Ariſtoteles. Ex Deo inquit & per Deum nobis omnia conſiſtunt, nullaq; natura per ſe ſufficiens eſt carens illa quæ ex eo eſt ſalute. Dein adiungit, τῇ μὲν οὐσίᾳ, σωτὴρ μὴ γὰρ ὄντως ἀπαύστῳ δεῖν. id eſt, Ipſa quidem eſſentia, ſaluator etenim enter ſeu eſſentialiter uniuerſorum eſt Deus. Vnde in libro 14. poſt naturalia, rurſum ſic ait Ariſtoteles, θαυμαστὸν δ' εἰ τοῦ πρώτου καὶ ἀϊδίου καὶ αὐτάρκους τοῦτ' αὐτὸ τὸ πρῶτον ὑπάρχει τὸ αὐταρκὲς καὶ ἡ σωτηρία. id eſt, Mirum ſi primo & ſempiterno & ſibi ſufficientiſſimo hoc idem primum non ut bonum ineſt, ipſum ſufficiens & ipſa ſalus, per quod monemur, ueram nobis ſalutem in primo ſempiterno & ſufficientiſſimo bono qui eſt Deus optimus maximus conſtare, nec aliunde quærendam. Solus enim ille ſummus mundi opifex & rector de ſupereminẽtis liberalitatis clemẽtiſſima uoluntate corruptibilibus dare poteſt incorruptionem, & tempori ſubiectis æternitatem, & inſolubilem tranſitorijs permanentiam, quorum tamen propria natura eſt ut orta occidant & aucta ſeneſcant. Sic enim in Timæo Platonis loquitur Deus. Quæ à me facta, indiſſolubilia ſunt, me uolente, alioqui ligatum quidem omne, diſſolubile eſt. Ecce non tantum peripateticis ſed etiam Platone ipſo & Platonicis teſtatum recipimus ſola Dei uoluntate permanentiam concedi rebus quibuslibet pro captu ſuo, & hæc eſt uera ſalus. Nam ſaluari dicimus, à læſione ſeruari ut res tranquille permaneant. Quod unanimi conſenſu Græcorum quondam magnifici & ornatiſſimi legati anno à natiuitate Ieſu, 1438. uniuerſali concilio Baſilienſi illuſtri quadam & diſertiſſima oratione expoſuerunt his uerbis dicentes, Τὸ γὰρ σωθῆναι καὶ σώζεσθαι καὶ ἡ σωτηρία ἁπλῶς ὀδὲν ἄλλο παρὰ τοῖς ἕλλησι

καὶ τῇ ἡμετέρᾳ βούλεται γλώττῃ, ἢ τὸ διαμένειν καὶ εἶναι. id est, Ipsum autem saluare & saluari & ipsa salus simpliciter nihil aliud apud Græcos & in nostra uult lingua quàm permanere & esse. Homines igitur qui de sui natura morti sunt obnoxij ut cessent esse, cum ita se Dei cõformant uoluntati, ut futuri sint immortales, & beato æuo fruantur, recte dicuntur salutem consequuti, & qui eis illam largitur immortalitatis beatitudinem, is recte dicitur saluator, quod uocabulum usu cepit Ciceronis posteritas antea inauditum ut nunc Saluator Latinè dici queat. Sanè omnis alia improprie ac imaginarie nominatur salus, quid enim? quòd animanti bruto medicus hodie confert sanitatem, & illud perendie relabitur in pestem, moriturq́ nunquam rediturum, num ea uocabitur salus? Quid illud quòd flori marcescenti hortulanus opitulatur, qui flos postridie casurus sit, & in puluerem conterendus num hæc tridua conseruatio rei prorsus inconstantis salus nominanda est? Sic Hercules Thassios semel adiuuit, quo salutem illis dedisse dicitur, qui post sæpe interierunt, & hodie nihil eorum nisi nomen extat. Sic Ptolemæus Ægyptum seruauit, tot postea bellis & incursionibus hostium deuastatam. Sic Decij Romam liberauerunt, attamen sequenti subuersione atque incendio dirutam. Imperfecta (crede mihi) salus est omnis quæ tempore frangitur, perfecta est quæ caducum æternat, ut de Helena morte sublata in Euripidis Oreste Apollo docuit cum sic ait, ἡ δ' ἐστίν, ἣν ὁρᾷτ' ἐν αἰθέρος πτυχαῖς σεσωσμένη τε, μ' οὐθανοῦσα πρὸς σέθεν. ἐγώνιν ἐξέσωσα. id est, Ista est quam cernitis in ætheris conuexitatibus, saluata quidem, & non mortua iuxta te, ego eam saluaui. Vtq́ non simus ignari salutem illam non ab Apolline, nec à dijs alijs nisi tanquam mediatoribus prodijsse, quin uerius à summo Deo cui propriam ipsa se insigni uirtute dicauit, tum ita subiungit, ζῶνος γὰρ οὖσαν, ζῶν νιν ἄφθιτον χρεών. id est, Iouis enim existentem, uiuere eam incorruptibilem decebat. Per Castorem Helenæ fratrem, Marrane uera prædicas, inquit Philolaus, & sapienter uideris de uera salute locutus, assentiorq́ Saluatorem de quo tam magnifice ac tam perpetuo sacra uaticinantur eloquia, eum fore oportere, qui non tam huius grandis mundi, non regionum & urbium, nõ infimorum elementorum & syderum, non lignorum & lapidum, non plantarum & arborum, non piscium, non uolucrum, non pecorum, quæ omnia naturam ducem & suæ conditionis instinctum inerranter & probe sequuntur, & ad constitutum sibi finem manent quod sunt, quàm istius minoris mũdi seruator & restaurator sit, hoc est hominis, qui ab æquitatis sibi tradita norma & rectæ rationis sententia sæpe decidens generositatem suam coaceruatione uitiorum in stagna profunda malorum & sempiternæ corruptionis barathrum uoluntarie præcipitat, unde reuocare gradum proprijs uiribus & sua ope nequeat. Hic Marrane, hic inquam salute nobis hic saluatore opus est. Hoc genus

nus creaturarum appellat Pythagoras ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας. id est, Homines spontanea electione detrimenta habentes. De quibus ita scripsit in aureis carminibus, τλήμονες οἵτ' ἀγαθῶν πέλας ὄντων οὐκ ἐσορῶσιν, οὔτε κλύουσι, λύσιν δὲ κακῶν παῦροι συνίσασιν τοίη μοῖρα βροτῶν βλάπτει φρένας, οἱ δὲ κυλίνδροις ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα φέρονται ἀπείρονα πήματ' ἔχοντες. id est, Miseri, hi quidem bona prope existentia non aspiciunt neque audiunt, solutionemq́ ma lorum, pauci intelligunt, talis sors mortalium lædit mentes, hi autem rotis ex alijs in alia feruntur infinita damna habentes. Sanè noster ipse philosophorũ princeps hoc nimirum à Cabalistis Hebræis sumptum ut è Simone accipere possumus, sensit rationalem esse hominem rebus alijs nobiliorem utputa diuiniorem, non tantum una operatione nec uniformi effectu contentum ut cætera quæ sola natura trahuntur semper eodem modo agente, sed uarijs dotibus instar Pandoræ præditũ, quibus sponte utatur in omnem euentum pro libera uoluntate, ob quam libertatem ait, θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσιν οἷς ἱερὰ προφέρουσα φύσις δείκνυσιν ἕκαστα. id est, Diuinum genus est hominibus quibus sacra promouens natura ostendit singula, quippe illa sacra natura est anima intellectiua, secundum igitur intellectum Deo accedit homo ut mero syncerum, atque secundum sensus inferiores à Deo recedit tanquam impurum à puro, quo fit ut ratio quæ nobis (ut inquit ipse) ostendit singula, dum se ad mentis fruitionem conuertit, beatos nos faciat. contrà uero dum ad sensuum discurrit libidinem, miseros, ut inter uirtutem & uitium medius homo positus uideatur, uelut substitutus apex in litera Pythagoræ discrimine secta bicorni, ad quem Hercules ille Prodicius tenera tum ætate cogitabundus resedit. Quemadmodum uero ut Solon apud Herodotum Crœso affirmauit, ante obitum nemo supremaq́ fu nera debet dici beatus, ita nemo certè miser putandus est, dum hanc ui tam uiuit. Sed scilicet ultima semper expectanda dies homini est, qui si abiecto corpore tunc uitijs permanserit oneratus, incipiat esse uere mi ser, & eam miseriã ut superiore oratione accepisti, Pythagoras in duo genere diuidebat. Nam post mortem miseri, aut bona propè habent, quæ sunt beatitudinis dona, quamuis ea nec aspiciant, nec audiant, quia Dei uisione nondum fruantur, hi de saluandorum numero sunt, non extrema miseria grauati, ut tandem aliquãdo pœnas euadant con stitutas, aut denique ab eis bona longissimè distant, ut mala nunquam ullum habitura sint finem, & ij appellantur infinita damna habentes. Duo igitur inferiorum habitacula hic describũtur, Elysius campus, id est transitorius, illorum quibus bona prope sunt, supera ut conuexa re uisant. Et tartarus ab horribili sono, quasi tortor teter terror uocatus, illorum quibus sua damna sunt infinita, qui kylindris radijsq́ rota. rum districti pendent, ubi sedet æternumq́ sedebit infelix Theseus, & ei similes, ὅθεν οὔποτε ἐκβαίνουσιν, ut est à Platone Pythagoram imitante

ſcriptum, id eſt, Vnde nunquam egrediuntur. Hic mihi accedant obiurgatores qui blacterare in eundem Pythagoram non deſinunt tantum & tam præcipuum uirum, cuius dictamini ceu oraculo deorum ereditum eſt. Quare dictator ueritatis uelut aliter Apollo illi ſeculo nominabatur, quod ipſum uocabulum Pythagoras deſignat. Rumorem autem de illo paſſim diuulgant, hanc eius fuiſſe opinionem quòd anima humana quorundam poſt mortem corpora brutorum informet, quod uiris ratione utentibus incredibile uideri debet, de tam excellenti philoſophiæ autore & abundantiſſimo ſcientiarum fonte unde ad nos emanauit diuinarum & humanarum rerum cognitio. Quin potius ea ſuſpicio tranſanimationis ex hominibus Pythagoricorum myſteriorum partim ignaris, partim ob inuidiam peroſis orta eſt. Non enim caruit æmulorum liuore præſtantiſſima eius uiri uirtus, innocentiſſima uita, egregia doctrina, celebris fama, utq; ſit, nihil nõ pollutum reliquerunt inuidi carptores, Timon, Xenophanes, Cratinus, Ariſtophon, Hermippus, & alij quorum non exigua multitudo eſt, qui de Pythagora ſuis in libris mendacia plurima ſcripſerunt, ac ea prodiderunt quæ nuſquam ab illo uel dicta uel ſcripta fuere: aut eiuſcemodi ſi qua dixiſſet, tamen ita in peiorem ea ſenſum peruerterunt ut facile crederetur talis ac tantus uir inconſiderate docendo aberraſſe, de rerum principijs, de numeris, de faba non guſtanda, de abſtinendo ab animatorum eſu, de inferis, deq; metempſychoſi & tranſitu animarum, de quo nunc tractamus. Qui enim exemplaria & ſpecies rerum ita diſtinxit, ut mutuo tranſmutari confundi ue nequeant, quónam modo humanam eſſentiam quæ ſua eſt formá communicaret bruto? cum & autore ſe ipſo ne unitas quidem ſubſtantiua certi numeri ſecundum naturam eſt unitas alterius numeri. Quare ait, αἱ δὲ μοναδίου ἐν τῇ δυάδι αὐτῇ, πρὸς τὰς ἐν τριάδι αὐτῇ ἀσύμβλητοι. i. Vnitates in duitate ipſa, ad eas quæ ſunt in ternitate ipſa, ſunt inconiectiles. Ita in phyſicis conſtat, quanquam longe ſecus agitur in Mathematicis, de quibus nihil in præſentia nobis eſt negocij. Vnum autem cuiuſq; rei eſt eſſentia participata, quæ alterius rei eſſentiam non occupabit, ἑκάστη μὴ οὐσία ἑνὸς εἴδους μετέχει. id eſt, quælibet enim ſubſtantia una ſpecie participat. Ideo in diſparis animantis uitam tranſire non poteſt, uel ulla qualiſcunq; beſtia, quin potius manet in ſuæ lege naturæ ſuum tenens munus, ὥς τε τὸ εἶδος εἴδει οὐ συνέρχεται. id eſt, Itaque ſpecies ſpeciei non coincedit. Tametſi nanque unum ſigillum multis impreſſum plures ceras effigiat, non tamen plurium ſigillorum formas diuerſas eadem cera ferre poterit. Haud igitur ſigillum formæ humanæ quæ eſt imago Dei, naturam inferiorem ſigillare permittitur, quod ut omnia ſua Pythagoras ænigmaticè propoſuit, ſic & huius opinionis certam ſententiam nota propria deſignauit, cum inter alia ſymbola iſtud ſibi gratiſſimum celebraret, ἐν διακτυ-

λίῳ

λίῳ θεοῦ εἰκόνα μὴ περιφέρειν. id est, In sigillo Dei imaginem non circumferre, quod meo arbitratu recte intelligitur ad hunc ferme modum, Imaginem Dei quę est anima hominis naturas alias circum circa non sigillare neque formare posse. Sic enim Hermes Trismegistus Ægyptiorum doctor in libro ad Asclepium. Hominis, inquit, una pars simplex est quam uocamus diuinæ similitudinis formam, & paulò inferius ita, duę sunt imagines Dei, mundus scilicet & homo. Quòd inique igitur explanauerint eum uel inuidi uel ignari, de trãsitu animarum post mortem, simul etiam de illarum descensu ante hominis generationem, profectò nullus modo extat qui non id mecum sentiat uel ulla mente præditus. Quando nanq; multi animam hominis de potentia materiæ putabant educi, statuit noster ipse magis credendum esse, infundi eam corpori ab ipso Deo, & ob id eam asseruit ante corpus esse, quod non tempore intelligendum est, sed puritate & naturæ dignitate. Hanc itaque infusionem appellauit animæ descensum, quem postea multis ambagibus uarie sectatores tractauerunt sua quisq; uia, non semper pro autoris uoluntate, qui descensum animæ humanæ in corpus nõ secundum situm accipi præcepit, nec iuxta motum à mundo intellectuali per singulas sphæras ad mundum elementarem ut Proclus & astipulatores alij, sed pro naturalium formarum serie, in qua corporis humani ultima perfectio est anima rationalis, quæ ita totum perficit ut homo animal diuinum optimo iure appelletur. Voluit igitur Pythagoras animantia sola quorum sacra natura, id est ratio demonstrat singula, diuinum esse genus, scilicet à Deo propagatum ut aureis edidit carminibus, cuius species nec mutetur nec conuertatur, sic generum singulorum formas esse permanentes, licet in eadem sua forma dissimiles. Post hominis uero mortem si iustus decesserit animam eius transcendere purum ætera, & æuum degere cum beatis, tanquam Deum cum dijs. Ita enim ait, ἡνίοχον γνώμην στήσας καθ' ὕπερθεν ἀρίστην, ἢν δ' ἀπομείψας σῶμα, οὐ αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς, ἔσσεαι ἀθάνατος θεὸς ἄμβροτος οὐκ ἔτι θνητός. id est, Aurigam iudicium statuens superne optimum, cum relinquens corpus in ętherem liberum uenies, eris immortalis Deus, incorruptibilis, nec ultra mortalis. Sin autem iniustus & scelerosus in peccatis insanabilibus & mortalibus decesserit homo, tunc animam eius omnem suum reatum uarijs diluere pœnis docuit, easq; pœnas pro magnitudine ac multitudine criminum magis atque minus fore duras & durabiles, quibus delegata sint loca hæc naturæ inferiora, & corpora tum imaginaria seu figuralia, tum quandoque uera, non quæ informet ut essentialis portio, sed quæ inquilini more, pœnarum sustinendarum causa inhabitet, aut quibus per indistantiam localem assistat, uelut motrix intrinseca mobili, uel circa quæ cruciatibus subiecta torqueatur, ut Tityus circa uultures, & Ixion ad serpentum rotas, & Tantalus in flumine, & Sisyphus apud saxum, &

Prometheus cum aquilis. Quandoquidem dæmon Tartaræus potest corripere ac obsidere corpus, cur non anima turpis ad inferorum pœnas damnata, uel uerum cuiuscunq; speciei corpus ingrederetur Dei dispensatione, uel aerem induta, ostentaret quamlibet aspectibus nostris formam, ut Dido moritura Æneam alloquitur, Sequar atris ignibus ardens. Et Plinius iunior rem scribit creditam, de domo quam Athenodorus Tharsensis philosophus coemerat, eam fuisse importuno strepitu infamem, quòd ibi simulacrum horridi senis aspiciebatur, & quotidie nostra quoque ætate similia occurrunt terriculamenta, modo crassioribus exuuijs. Tum uariæ illudunt species atque ora ferarum, fiet enim subito sus horridus atraq; tigris, squamosusq; draco & fulua ceruice leæna, aut acrem flammæ sonitum dabit, omnia transformat sese in miracula rerum, ignemq; horribilemq; feram, fluuiumq; liquentem. Hæc sane corpora uocamus phantastica, hoc est apparitiua, quæ assumere possint tam animæ hominum solutæ quàm dæmones, ut de Lamia nouimus Menippi Licij philosophi procace proca in pulchram mulierem apud Corinthum conuersa, quam Apollonius Tyaneus publice deprehendit lemurem esse, ut denique senex ille pannosus & mendicus Ephesijs quondam causa pestilitatis, hoc genere Metamorphoseos notatur, quem lapidibus obrutum aiunt uisum esse canem quasi Molossum. De utrisq; scripsit Philostratus secundus, in libro de uita Apollonij quarto. Eius autem quod Pythagoras dixisse fertur, se quondam Euphorbum fuisse alia ratio est: non enim talem dicendi morem ipse primus instituit, sed longe prius in populari consuetudine apud uetustissimos usurpatum fuit, quòd qua esset quisque uirtute aut uitio præditus, alteri assimilaretur, qui eminenter eadem cõditione olim fuisset, uirum enim quem libuisset robore præstantissimum dixerunt esse Herculem. Ita M. Varro, Rusticellus, inquit, Hercules appellatus mulum suum tollebat. Et Numenius Pythagoricus aperte scribit nihil aliud esse Platonem quàm Moysen Attica lingua loquentem. Sæpe quoque Cicero dictus est Latinus Demosthenes esse, omnes à uirtutum & operum paritate ac similitudine morum, non autem ob unius substantiæ communionem: ita Litanus Plauti seruus Argyrippum dixit esse Solonem qui pariter leges conscribat, de illo in Asinaria sic ait, Nunc etenim est negocioſus interdius, uidelicet Solon est, leges ut conscribat. Ista Plauti uerba inolitam priscorum loquendi consuetudinem indicant, ut hunc hominem, dixerint illum esse quendam, qui fuerit natura, ingenio, moribus, amore, affectione, & opere similior. Vnde Romani solebãt huic adagio particulam Alter, adiungere, ut tu es alter ego, & ego sum alter tu: licet scientes & uidentes quòd re uera nec ego sum tu, nec tu es ego. Sed in utrisq; nobis sentientes esse idem ingenium, par studium, eandem uoluntatem, eundem conatum, spiritum

ſpiritum, animum οὐ τὴν οὐσίας αὐτῶν μεταβαλλομένης. Nam animos antiqui dixerunt motus hominum & uoluntates, quare unius moris curæ ac diligentiæ, conſimilis propoſiti, æqualis motiui ac paris motus & ſenſus eiuſdem homines uiſitate appellantur unanimes. Eſt autem à priſcis philoſophis haud quaquam alienum, ut dicatur anima eſſe motiuum & ſenſitiuum in homine τὸ ἔμψυχον γὰρ τοῦ ἀψύχου inquit Ariſtoteles δυοῖν μάλιστα διαφέρειν δοκεῖ, κινήσει τε καὶ τῷ αἰσθάνεσθαι. id eſt, Animatũ enim ab inanimato duobus maxime differre uidetur, motu & ſenſu. Quicunque igitur erga rem eandem afficiuntur & mouentur, idemq́ ſapere ac ſentire uidentur, unius eſſe ψυχῆς id eſt, animę, uulgo dicuntur. Vnde illa famoſa μετεμψύχωσις. id eſt, trãſanimatio nihil aliud reuera eſt uiris recte doctis quàm æqualis cura ſimilis motus & par ſtudium alicuius hominis mortui, poſt aliquo tempore, in altero uel eodem repertum homine uiuo. Tali æmulatione triti & uſitati ſermonis, Pythagoras quondã rediens à Perſarum Magis (ita enim ſapiẽtes illi ſuos nominant) forte inter amicos exhilarandi conuiuij gratia more Magorum uti poterat, & dicere ſe Euphorbi olim militis Troiani, Calliclis, Hermotimi, Pyrrhi, Pyrandri, Calidonæ, Alces, & demum ſuam Pythagorę animam in ſe ipſo continere, quòd inclinatam ad quædam præclara in ſingulis illorum præcipue ſita gereret affectionẽ, ſtudium & uolũtatem, ad quæ illi ipſi propenſius in uita eorum fuerunt moti. Omnium autem maxime cum in Euphorbo Troiano claruiſſet bellica uirtus, ipſe Euphorbi animam nactus eſſet, quaſi iam cor Euphorbi haberet. De quo nimirũ ſe iactare potuit, cum laudarent eum pugiles ſtudij bellici, cernentes laterum & brachiorũ totiusq́ corporis ſui robur & incredibilem erga fortiſſimos Athletas amorem penſantes, quem illis tum & precioſo apparatu & magnifico ſumptu oſtẽdebat, antè enim caricis ſiccis & molli caſeo triticoq́ nutriebant̃ athletæ, ipſe uero noſter eos carnibus tunc primus nutrijſſe cõpertus eſt. Admirãtibus igiur illis ꝙ in philoſopho literarũ ſtudioſo eſſe poſſet tãtus amor pugnę, quid mirũ ſi reſpõderit Euphorbi animã in ſe uigere, hoc eſt, ingeniũ, ſtudium, motũ, & uoluntatẽ Euphorbi apud ſe reſidere, qui tametſi eſſet pacis pręceptor & qetæ contẽplationis autor, tamẽ in ſe ipſo ſentiret belli tanq̃ Troiani deſideriũ? Quo audito, mox rumor inter temere credulos ortus erat & fama ꝑcrebruit, uel ignorantia myſteriorũ Pythagoricorũ, uel malignitate inuidorũ qui ſemper optima quęq́ ꝑuertunt & recitant audita ſecus multo q̃ ſint dicta, ꝙ Euphorbi anima in bello Troiano ꝑempti trãſmigrauerit in Pythagorã. Quæ opinio poſtea fuit adiuta ſcriptorib. atq́ poetis. Inde Ouid. in Transfigurationis lib. 15. hæc inter alias nugas à Græcis Cretizin aſſuetis more ſuo mutuatus, ſic de Pythagora cecinit, Morte carẽt animæ ſemperq́ priore relicta ſede, nouis domibus uiuũt habitãtq́ receptæ. Ipſe ego (nã memini) Troiani tẽpore belli Panthoi-

des Euphorbus eram, cui pectore quondam hæsit in aduerso grauis hasta minoris Atridæ. Cognoui clypeum lævæ gestamina nostræ nuper Abanteis templo lunonis in Argis. At noli obstupescere præstans Marrane, nihil horum in Pythagoræ libris scriptum inuenies. Nam tria ipse solum edidit uolumina, primum παιδευτικόν, secundum πολιτικόν, tertium φυσικόν, quem Lysidi quidã ascribunt, sit igitur tertium nobis aurea carmina. Percurre singula quęque, & nusquam reperies in eo uiro de transanimatione quicquam, quo credas facilius rumore falso seminatum esse per inuidos quicquid de illa μεταψυχώσει fingitur, quod diuersitas narrationis plane indicat, cum alij clypeum hunc esse in templum lunonis relatum apud Argos. Alij dicatum Palladi Athenis affirment, & quòd eius clypei hæc ipsa fuerat inscriptio, Παλλάδι ἀθηνᾷ, μενέλεως ἀνέθηκεν εὐφόρβου. id est, Palladi Mineruæ Menelaus ab Euphorbo, autor est Tyrius Maximus disputatione 16. Quantam nunc eiuscemodi testimonio habere fidem oporteat Iurisconsulti uiderint. Equidem adduci nõ possum ut credam Ouidij de transitu animarum fabulam, tam excellentem in omni scientia & grauem uirum docuisse, atq; eo minus credendum putauerim quo magis præstantes autores aliter tradidere. Nam quòd asserunt multi, apud Græcos Pythagoram inuenisse primum animas esse immortales, manifeste falsum dicunt. Homerus enim Græcorum ferè antiquissimus longe prior hoc dogma prodidit, cui apud inferos animæ defunctorum de multis rebus disserunt, & uaticinantur multa, ecquid aliud (oro te) uiri eius tam admirabile carmen insinuat, δι' ὅλης θ' νεκυίας quàm animas nostras post mortem permanere. Deinde in socijs Vlyssis palàm ostendit, imprudentes hominum animas à corpore separatas, non quidem bestiarum naturas, sed tantum habitus brutorum induere, atq; cum tali horrore pœnas luere, quas Circe iusserit. Quicunq; autem radicem & florem tenent Mely eorum animas, autore Mercurio, fore securas, ut est in Odysseæ decimo libro. Sed ad illam de Euphorbo ironiam reuertamus, de quo idonei quotiens scribunt omnia Pythagoræ diuina dogmata fatentur, αἰνίττεσθαι hoc est allegoria obscuriore tradi. Quod Apollonius Tyanensis ille Pythagoreus tractatu cum Thespesione archiphilosopho gymnosophistarum habito in Philostrati uolumine sexto cõfirmat, ita loquens, εἰ δ' αἰνιγμάτων ἅπτομαι, σοφία πυθαγόρου ξυγχωρεῖ ταῦτα, αἰνίττεσθαι γὰρ καὶ τὸ αἰνίττεσθαι. i. Si ænigmata tango, sapientia Pythagoræ cõcedit hæc, tradidit enim & ænigmatizare. Quãdo aũt cum Indorũ Brachmanibus in libro eiusdẽ tertio disputabat, quærens de anima quomodo sentirẽt, Iarchas, inquit, sicut Pythagoras quidẽ uobis, nos autẽ Ægyptijs tradidimus. Suscepit Apollonius. Num igitˉ te aliquẽ Troianorũ fuisse dices? ut se Pythagoras Euphorbũ. Audi iam Marrane q̃ Thespesion catè respondérit prius interrogans, quémnam ex Græcorum ducto Troiam exercitu,

exercitu, admiratione digniorem existimaret. Cui Apollonius, quòd Achilles primas Homero nactus esset. Tum Iarchas, πρὸς ἐκεῖνον ἔφη ἀπολλώνιε καὶ τὸν πρόγονον θεώρει τὸν ἐμὸν, μᾶλλον δὲ, τὸ πρόγονον σῶμα. τοῦτι γὰρ καὶ πυθαγόρας, εὔφορβον ἡγεῖτο. id est, Ad istum, inquit, Apolloni etiam progenitorem æstima meum, magis autem progignens corpus, hoc enim & Pythagoras Euphorbum putauit. Deinde recitat Gangen Indorum olim regem Gangis fluuij filium multis uirtutibus Achillem superasse, illumq́ ipsum fuisse illud progignens corpus, quod ipse iam esset. Verba hæc non animarum transmigrationem, sed corporum transmutationem indicant, instar cuiuslibet materiæ quæ sit apta istius uel illius formam recipere. Perinde atque comœdia diceret ego prius tragœdia fui, quia ex eisdem tragœdia nascitur & comœdia literis ac elementis, ut Aristoteles ait in libro de Generatione primo. Aut canis quidam si diceret, ego ante diu equus fui, propter cuiusdam equi corpus quod depastus est canis, quo alimento in substantiam rei alitæ conuerso, equus ille plebeio sermone dicatur ipsius canis πρόγονον σῶμα. id est, progignens corpus fuisse, uidelicet unde prognatus sit. Non autem equi animam in canem transijsse, quispiam ex hoc sermone arbitrabitur. Qua igitur re Pythagoram docuisse crederem animas transire in alia corpora, eo solum, quòd se Euphorbum prius fuisse dixerit, cum hic manifeste constet atq́ conueniat non quidem animam, sed ipsum corpus iudicatum fuisse Euphorbum, & nihilominus hoc ipsius dictum non fuisse planum, sed merum ænigma, quo arcanum quoddam illi seculo incognitum uoluerit innuere, scilicet materiam primam omnium formarum nõ solum capacem, sed auaram etiam esse ac semper desiderio motam nulla forma satiari. Quod M. Antonino Imperatori philosophissimo æque uisum fuit, cum in libro ad se ipsum tertio scripsit, ὅτι οὐδὲν οὕτως φιλεῖ ἡ τῶν ὅλων φύσις, ὡς τὸ τὰ πάντα μεταβάλλειν καὶ ποιεῖν νέα ὅμοια. σπέρμα γὰρ τρόπον τινὰ πᾶν τὸ ὄν τοῦ ἐξ αὐτοῦ ἐσομένου. id est, quòd nihil ita cupit uniuersi natura ut entia transmutare & facere noua similia. Semen enim modo quodam omne, ipsum est ens ex se futuri. Et idem in libro septimo, ἡ τῶν ὅλων φύσις, ἐκ τῆς ὅλης οὐσίας ὡς ἠηροῦ νῦν μὴ ἱππάριον ἔπλασε, συγχέασα δὲ ἔσω εἰς δένδρου φύσιν, συνεχρήσατο τῇ ὕλῃ αὐτοῦ. εἶτα εἰς ἀνθρωπάριον εἶτα εἰς ἄλλοτι. id est, Vniuersi natura ex uniuersa essentia tanquam ceræ, nunc quidem equuleum finxit. Confundens autem id in arboris naturam, simul usa est materia eius. Deinde in homunculum tum in aliud quippiam. Vnde nominatur ab Orpheo natura istis epithetis, πολυμήχανος μήτηρ. id est, multum machinatrix mater. Et ἀλλοτριομορφοδίαιτος. i. alienarum figurarũ decretrix. Quicquid fuerit, equidem longe potius opinabor Pythagorã si Euphorbũ, aut alium quempiam se fuisse dixerit, exempli causa id ænigma introduxisse. Sin autem credatur historiã texuisse, profectò non aliam ob rem fecisse putandus est q̃ ut ostende-

ret

ret posse animam separatam à corpore, rursus eandem ipsam, autore Deo, in idem ipsum corpus redire quod penitus iam reliquit & deseruit, atque non in aliud ullum, unum nanque & idem fuisse corpus quantumcunque diuersis nominibus appellatum, in quo totiens reuixerit Pythagoras ab Iarcha Indorum sapientissimo iampridem discere potuimus, non in magnitudine & quantitate, sed in substantia & entitate, ut mare quanquam est Homogenes atque unum, tamen hoc esse dicimus Ægæum, illud Ionium, istud Myrtóum, aliud Crisæum. Ita & unum hominem sæpius renatum primo nominarunt Æthaliden, dein de Euphorbum, post Hermotimum, tum Pyrrhum, demum Pythagoram illum nostrum qui tot regenerationes tanquam philosophus maxime speculatiuus & diuinus nõ attribuit naturę uiribus, sed soli Deo, quem, ut refert Heraclides Ponticus in hac Palingenesia, Mercurium nuncupauit, ut ostenderet neminem reuiuiscere, nisi uirtute diuina. Nam ut Iustinus recitat ille philosophus & martyr Christianus in Parænetico ad Græcos, hoc Deus cognomento à Pythagora est honoratus præcipue, ut dicatur ψύχωσις τῶν ὅλων. id est, Animatio uniuersorum, eo quòd animam infundat hominibus uniuersis & infusam auferat, & ablatã restituat, quoties & quando uoluerit, quale sæpius etiam in alijs hominibus uisum & experientia certa compertum est, referenti bus nobilissimis scriptoribus. Nam Aristeas quondã Proconesli mortuus fuit in officina cuiusdam fullonis. Deinde septimo post anno, eius urbis ciuibus idem uiuus apparuit, & ipse tunc carmina de Hyperboreis Arimaspis composuit, cuius in quarto historiarũ Herodotus egregiè meminit. Cæterum uixit & in Armenia Er, genere Pamphylus, qui cum occubuisset in prælio, sublatis alijs decimo die cadaueribus iam corruptis, integer quidem incorrupto corpore repertus fuit, domũq; delatus pro officio sepulturæ, ubi duodecimo à morte die dum pyræ esset impositus, resurrexit, & quæ interim uiderat, retulit. Hæc Plato scripsit de Republica, uolumine decimo. Huc etiam illud occurrit, quòd legimus puellam Romæ mortuam, cum sepulchro afferretur à Tyanensi Apollonio uitæ restitutam, in quarto Philostrati libro, & Alcestis quoque narratur ab Hercule resuscitata rursum diu uixisse.

Tum Marranus inquit, Quàm propè accedis ad nostra, Philolae: nam si coràm astaret Simon, recenseret nobis de libris Hebraicis, quòd Deus olim abstulit de spiritu, qui erat in Moyse, & dedit septuaginta uiris. Post aliqua denuo tempora sublato ex hominibus Elia, spiritus eiusdem inclinauit super Elisæum, & item filium Sunamitidis ipse mortuum reuiuiscere fecit. Addo nunc Samuelem mortuum, quem suscitauit quædam mulier in Endor, qui post resurrectionem suam cum Saule Rege locutus est. Audi uerò quid Ezechiel uiderit ille propheta, campum scilicet plenum aridis ossibus mortuorum, & ac

& accesserunt ossa ad ossa, unumquodque ad iuncturam suam, & ecce super ea nerui & carnes creuerunt, & extenta est in eis cutis desuper, & ingressus est in ea spiritus & reuixerunt, steteruntq́ super pedes suos. Hæc in sacris literis continentur Hebræorum, multo plura uero in historijs Christianorum descripta leguntur. Equidem pro me tibi hoc affirmare ausim, absque parabola, sine ænigmate, & omni remota ironia, quòd uere & plane Iesus Nazarenus fratrem Marthæ suscitauit Lazarum nomine quatriduo ante mortuum. Adhuc cuiusdam etiam uiduæ filium extinctũ, uitæ reddidit. Et Iairi synagogæ principis filiam, aliosq́ in sancta scriptura commemoratos. Hunc ipsum quoque Iesum resuscitauit Deus, & in eius morte corpora multa eorum qui uita defuncti erant surrexerunt, & exeuntes de monumentis uenerunt in sanctam ciuitatem & apparuerunt multis. Paulus denique Tarsensis Eutychum qui casu è uita migrauerat, luci restituit uiuum. Martinus nondum episcopus, immo nondum baptizatus, tres mortuos suscitauit. Possem catalogum proferre hominum ab interitu ad uitam pristinam reuocatorum, nisi tu non ignorares Christianis nobis esse creditu facile, animos hominum redire in corpora, qui generalem omnium corporum humanorum resurrectionem rursus ad uiuendum futuram plane confitemur. De qua pulchre disertissimus Athenagoras Atheniensis philosophus pro Christianis librum integrum περὶ ἀναστάσεως certe doctis auribus dignum composuit. Et Turcis, Mauris, Agarenis, Mahometh in Alcoran sic loquitur, Illis dicentibus, cum eritis ossa, uel ad nihilum redacti, qualiter efficiemini homines noui? Responde. Licet lapidei uel ferrei uel si quid est durius essetis, qui uos prima uice creauit, ad uitam denuo uos resuscitandos reuocabit, hucusq́ in Azoara 26. Et rursus in 45. sic ait, Qui nos primo plasmauit, secundo uiuificabit. Vnde Pythagoram tanto maiore uelim prosequamur ueneratione, quanto is propius quàm cæteri Græcorum philosophi ferme in omnibus alijs, non solum in hac causa, nostræ accessit fidei. Aristoteles enim uidemus quàm nihil eorum credidit quæ non uel manu tetigit, uel oculis cernere potuit, uel apprehendere syllogismo. Propterea in fine tractatus de generatione & corruptione, reditum mortui hominis nullatenus admisit, debili admodum argumento usus, & Alcmæoni magis quàm suis præceptoribus assensus, contra tritum suo tempore prouerbium, ἀνύκλου εἶναι τὰ ἀνθρώπινα. Quem sequuti sunt alij quippe cohors philosophantium, in hoc reprehendendi quòd se omnia scire, alios omnia ignorare pręsumentes Pythagoram post reliquos irrident, & illud Luciani exclamant, τίς ὠνήσεται, τίς ὑπὲρ ἄνθρωπον εἶναι βούλεται, τίς εἰδέναι τὴν τοῦ παντὸς ἁρμονίαν, καὶ ἀναβιῶναι πάλιν. i. Quis emet Pythagorã, quis super hominẽ esse uult, quis scire uniuersi harmoniã & reuiuiscere denuo? Ita eum ridicule sub hasta licitantur, quasi contemnendã iumentorũ mercem,

aut

aut uile mancipium. Illis ego multa nosse libenter permittam, dummodo patiantur & alios nonnihil didicisse. Id adeo nunc stomachum ego commotus aduersum eos qui solent antiquissimis præceptoribus & philosophię principibus facilè detrahere, prolixius quàm oportuit excandui, ut pernoscas, me Pythagoram quoque tuum non secus amare quàm par est, & calumniatores suos uehementer odisse, non homines sed monstra hominum. Tum Philolaus, Quidam, inquit, sunt quibus ignoscendum est quòd tam recondita & arcana mysteria nesciant, non enim omnia possumus omnes. Ideoq; redeundum cum illis in gratiam erit si qua imprudentes infamauerint. Qui autem in eo quandoq; silentio exercitati, Pythagoreorũ togam candidam abiecerint, & contumelia cœperint eius doctrinæ maiestatem lędere ac tanti philosophi caput minuere, eos ego non solum arrogantes uerum etiam homines impurissimos iudicauero, quorum è numero Xenophanes est qui de illo in Elegia sua lusisse ita perhibetur, ut cum uidisset aliquando Pythagoras canem cædi, miseratus dixerit, Sine hunc, est enim cari sodalis anima quam eius ex uerbis agnoui. Sed ea quidem manifesta Diogeni Laertio extat sugillatio, quodq; item Plutoni apud inferos Pythagoræ discipuli conuiuantur, qui & ipse uiderit animam Hesiodi æneæ columnæ alligatam, gementem & stridentem. Tum Homeri quoque animam de ligno pendentem, & serpentibus circundatam. Hęc & istis similia sycophantiarum crimina diffamationes & calumniæ sunt leuissimorum sophistarum, qui contactu omnia fœdant immundo & polluunt ore dapes & uestigia fœda relinquunt. Quod autem de carnium & animatorum omnium esu diuulgant, quem asserunt prohibuisse Pythagoram, ferè nil me perturbat, quoniam sunt clarissimi autores qui ea mendacia refellant. ait enim Aristoxenus ille insignis scriptor Pythagoram non abstinuisse ab animatis, sed carnes comedisse, quod Porphyrius in libro primo πρὸς ἀρχὰς ἐμψύχων probat, eo quòd athletas ab alijs caseo ab alijs ante ficubus nutritos, ipse prior omnibus cibo carnium aluerit, dixeritq; carnes habere uirtutem ad acquirendum robur incredibilem, ita Porphyrius. Et Apollodorus arithmeticus testatur illum boues centum immolasse, cum reperisset, ὅτι τριγώνου ὀρθογωνίου ἡ τὴν ὀρθὴν γωνίαν ὑποτείνουσα ἴσον δύναται ταῖς περιεχούσαις. id est, Quod trianguli orthogonij subiectum latus tantundem ualeret quantum quæ continerent. Fuit tamen modestissimæ uitæ, mediocris nutrimenti, pauciss imi potus, ut scripsit Lycon Iaseus de Pythagora. Vnde rarus fortasse carnium sibi usus erat, sæpe enim solo tenui melle pascebatur, hæc omnia Athenęus de cœnis doctorum hominũ libro 10. Atq; ob id studiosos literarum ea quæ grauis cibi forent diligenter uitare commonuisset, ne cerebrum ab incauto stomachi onere læderetur, quo ualerent contemplationi uehementius incumbere, quis hoc non laudi daret tam fido præce-

præceptori? ut quæ didicisset apud Hebræos duri alimenti esse in eorum lege prohibita, quę item apud Indos fugienda cognouisset ueluti pisces marinos ne stomacho quidem utiles nec deorum oblationibus acceptos (nemo enim unquam in sacrificijs immolatum esse piscem audiuit) quę deniq; apud Ægyptios accepisset de faba, quòd non sit mundum legumen, ut in Euterpe sua notauit Herodotus, ea plane in pabulum non sumerent, tranquillitatem mentis perpetuo literarum studio quærentes, quanquam eiuscemodi pia monita noluit tam exacte & ad unguem ueluti legem duodecim tabularũ obseruari. Nam & ipse porculis minusculis & hœdis tenerioribus, uictitasse à Xenophilo & Aristoxeno quibusdamq; alijs natu maioribus, suis prope coętaneis proditus est, quem & nullo esse legumento sæpius usum quàm faba ut aluum sensim leuigaret, in quarto noctium Atticarum A. Gellij comperies. At de fabis pòst inter cætera symbola explanabitur, nunc de numeris ueniant tibi priora in mentem quæ dixi & posteriora quæ dicturus sum, ut agnoscas quàm impie turpes quidam philosophię Sanniones primatem philosophorum Pythagorã postica sanna subsannant, quòd numerum docuerit esse omnibus rebus principium, qui cum sit quantitas discreta uerius sequatur res quàm antecedat, quasi proiectiles fuisse calculos intellexerit ipse, à quibus omnia sint orta. Quos miror pariter non sine risu, quòd cum audierint crebro testãtibus sapientissimis hominibus omnem ferme philosophiam Pythagoricã, & eam maxime quæ de rebus diuinioribus extet, mysticam esse, ac per ænigmata propositam, nihilominus tamen hanc sapientię diuinissimam partem de numeris, imitando Tyrrhenorũ stultitiã, plane ac citra omnem metaphorã accipi iubeant. Fuit aũt id priscis & uetustissimi æui sapientibus in more per arcanarũ literarũ allegorias & sensuũ mysteria sapiẽtiæ profundã inquisitionẽ tradere. Sic omnia sunt antiquissimorũ tam philosophorum q̃ poetarum ænigmatibus plenissima, & propter rerũ obscuritatẽ & propter leuem uulgi contemptum, πραγμάτων γὰρ ὑπ' ἀνθρωπίνης ἀσθενίας οὐ καθορωμένων σαφῶς, εὐσχημονέστερος ἑρμηνεὺς ὁ μῦθος. inquit Max. Tyrius in disputatione decima. i. Rerum enim ab humana infirmitate non perspectarum manifeste, aptior interpres est fabula, ea uero philosophos recte decet quæ sub pio figmentorum uelamine honestis & tecta rebus & uestita nominibus enunciatur, Macrobio autore, quã ego curiosissime scholasticorum ingenia in rerum admirandarũ notionem excitare ac introducere arbitror, minori enim diligẽtia quæritur quod ante fores præsto est, quàm quod longe situm in abysso profundi reconditur, ita facilitas apprehendendi (experto crede) discipulis studiorum negligentiam parit, & frigide petitur quod facillime obtinetur. Euenit & quandoq; nos ulla uerborum proprietate res abstrusas effari non posse, quas longis ambagibus & uarie composito sermone

cogeremur enunciare, niſi fuiſſet commode repertum breui ænigmate uti. Necnon illud in rem eſt, nam aſſolent aduerſis caſtris belli duces quædam ſyntagmata edicere quæ teſſeras nominant, ut ſuos quiſque dux internoſcere milites & ſe quoq; inter ſe queant, quemadmodum in bello Cæſaris Venus genitrix, & Syllæ Apollo Delphicus, & Marij Lar Deus, & Iephthæ Siboleth. Ita non fuerit utiq; indecorum ſymbola doctrinæ peculiaria & arcana familiaribus tradere, ut quicunq; diſcipulorum ea magis uſurpaſſent, dilectiores fierent magiſtro, interq; ſe plus cæteris diligerent. Vnde Pythagorei ſymbolis quibuſdam arcanis ſibi quandam indiſſolubilis amoris & amicitiæ cathenam fabrefecerunt. Erat enim Pythagoras conciliandæ amicitiæ in primis ſtudioſiſſimus, ac ſi quem didiciſſet ſymbolis ſuis communicaſſe, eum continuo ſocium amicumq; conſciſcebat, ſubſcriptore Laertio. Eoq; factum eſt ut ardentius cuperẽt omnes Pythagoricis ſymbolis, hoc eſt myſteriorum notis uti, tum quòd futuri eſſent præceptori gratiores, tum ut cunctis apparerẽt nobiles eſſe Pythagorei. Quo motus apud Plutarchum in octauo conuiualium Philinus, ex omnibus conuiuis Syllæ Carthaginienſis ipſe ſolus inter epulas ab animatis abſtinuit, ut agnoſceretur eſſe Pythagoreus. Quare is à Leucio patria Tyrrheno Moderati Pythagorici diſcipulo reprehenſus fuit, plus illius dogmatis ſequi ſcriptũ quàm ſententiam, quod & in alijs Pythagoriſtis fuerat reprehenſione dignum, qui immodeſte affecti moribus ſeparatis & ſingularibus, uel in ſociorum & amicorum cœnis panem non frangebant ut cæteri, uel cerebella non edebant, uel ſurgentes ab epulis ſtragula conuoluebãt, uel nudis pedibus ſacrificabant, uel locuturi, à ſole ſe auertebant, uel relicta populari uia, per diuerticula diſcedebant, uel cum ridentibus nunquam aut parum ridebant, uel à fabarum eſu prorſus abſtinebant, ſimiliaq; egregie uſurpabant magis ſuperſtitione quàm recta ratione ducti. Sola imitantes ad corticem ſymbola, negligẽtes uoluntatem, ut talibus notis innoteſcerent, & uulgo Pythagorici eiuſdem ordinis uiderentur. Sunt igitur eiuſcemodi ſymbola unius collegij ſigna. Cæterum addamus etiam quòd diuinarum & humanarũ rerum ampliſſima ſpacia dimetientibus nobis & innumera tractantibus memoriæ plurimum conferant ænigmatica ſymbola, hoc eſt notæ quæ figunt animo, ut quotiens recordari libuerit, cito noſtris obtutibus offerantur. Symbolũ ergo de rerum principijs commodiſsimũ erit, unum & duo, quid enim citius occurrit res ſingulas intuentibus q̃ unum & duo, cum cauſas & originem uniuerſorũ ſcrutari uolumus. Nam primo aſpectu cernitur oculis id quod eſt idem ipſum, & non eſt alterũ. Ex quo ante omnia mente concipimus quòd idem & alterum ſunt unum & duo. Alcmæon autem Crotoniates qui Pythagoræ uixit ætate, duo appellauit multa, quæ dixit eſſe contrarietates tanquam litem forte Empedoclis,

uaga

uaga tamen posuit illa & sine fine diuersa, ut album & nigrum, dulce & amarum, bonum & malum, paruum & magnum. Aristotele in primo Postnaturalia teste. Pythagorici autem diuersa illa rerum inter se ultrò citroq; contrariarum, quas Alcmæonij contrarietates appellarunt, propter arithmeticæ artis amorem in numerum coartarunt denarium, celebrem illum & omnia continentem, ut finitum & infinitum, impar & par, unum & multa, dextrum & sinistrum, masculinum & fœmininũ, quiescens & motum, rectum & curuum, lucem & tenebras, bonum & malum, quadrum & oblongum. At hæc ita sunt utralibet, quòd duo sunt, idcirco diuersa sunt, quoniam duo sunt. Nam si unum essent, contraria non essent. In decem uero uniuersa redegerunt, quòd iste numerus omnium est perfectissimus, quo cunctę nationes & omnes populi præter Thracas cum Græci tum barbari singulas res numerant non sistentes citra, nec progrediẽtes ultra, tanquam naturalibus calculis decem digitorũ. Sane illius perfectionem ostendit iste ornatissimus mundus quem cernimus decem tantum sphæris iuxta Pythagoreos mouerj, tanto etiam reliquis est perfectior, quanto plura numerandi genera cõtinet, par, impar, quadratum, cubum, longum, planum, primum incompositum, & primum compositum, quo nihil absolutius quòd in decem proportionibus quatuor cubici numeri consumantur quibus dicunt Pythagorici uniuersa constare. Architas quoq; nobilis Pythagoreus ille Tarentinus omne quod est, denario numero cõplectitur, quem Stagirita imitatus Aristoteles peripateticorum gymnasiarcha, decem genera entis nominat decem categorias, quo nomine sibi uolumen inscribere placuit, ostendenti philosophice, ut Eustathius uoluit decem πράγματα, id est, entia realia, ut Alexander Aphrodiseus decem φωνὰς, id est, uoces, ut Porphyrius decem νοήματα, id est, intellectus siue conceptus. Vel ut Iamblichus forte rectius decem uoces simplices, non ut uoces, sed ut significantes res ipsas simplices medio decem conceptuum simplicium. Assentiuntur huic Alexander Ægeus, Ammonius Hermiæ, & Simplicius, insignes sapientiæ amatores qui etiam gnauiter arbitrati sunt in istis decem generalissimis entibus duo quædam præcipua reperiri posse in quæ diuidantur, tametsi ab una essentia ortis, ueluti substantiam & accidens, siue corporeum & incorporeum, seu materiale & immateriale, aut simplex & compositũ. Ita nanq; duo amat denarius, ut ab uno progressus nascatur per duo, & per duo redeat in unum. Primus enim incõpositus ternarius est ex uno & duobus, non quidem compositus sed constans, quia unum non habet positionem secundum Iamblichum, non facit ergo compositionem, quando uerborum sequi uolũmus proprietatem, ὅτε γὰρ ἡ μονὰς μόνον ἐστὶ μονὰς δίσιν πρόσλαμβάνει ὅτι ἡ τριὰς μόνον τριὰς τῶν δίσιν ἀπέβαλλε, ut inquit Simplicius in commentarijs super prædicamentum quanti, id est, Neq; enim

unitas manens adhuc unitas positionem assumit: neq; punctus, manẽs punctus positionem abiicit. Ex quo differẽtiam cognoscere possumus quàm distat unitas à puncto. Cumq; nihil sit ante unum, recte dicimus unum esse primum. Binarius autem non est compositus ex numeris, eo quòd ex sola unitate una & una coordinetur, & ideo primus numerus est, quia prima multitudo est, à nulloq; potest numero metiri, præterquàm à sola unitate omnium numerorum mẽsura communi, semel enim duo, nihil aliud quàm duo est: quamobrem ea multitudo quę appellatur ternarius, uerissime ab arithmeticis numerus primus incõpositus nuncupatur, binarius enim hunc præcedens nõ est incompositus numerus, sed magis proprie non compositus. Cupiens itaq; ternarius nõ esse ocioſus, quin potius bonitatem suam in omnes creaturas absq; inuidia multiplicari, de uirtute progrediendo ad operationem, illud fœcundum quod est in eo multum multitudinis, productiuum tanq; numeri de numero, & illud essentiale quod est in eo unum omnis productionis fons & origo, simul & omnis processionis initium, & omnis substantiæ immutabilis permanentia perpetua mente intuetur ac respicit, & ira sese in se ipsum retorquet, per modum unitatis & duitatis semetipsum multiplicans atq; dicens, semel bis duo sunt quatuor. Ecce Tetractys illa quaternitudo de qua mihi tecum antè sermo fuit, hæc est omniũ quæ creata sunt idea, quoniã, ut aiunt arithmetici, quaternario omnis pgressio perficit. Vnde oritur decas illa quam appellamus decẽ omnium rerũ genera generalissima. Nam unum duo tria quatuor de omnipotente potentia ad energiæ actum exeuntia producunt decem, quorum dimidium est quinq;: pone igitur in medium quinq;, tanq; aliquem signiferum in medio exercitus & in eius latere dextro numerum proxime superiorem qui est sex, & in latere sinistro numerum proxime inferiorẽ qui est quatuor, hæc duo iuncta etiam cõstituunt decẽ: pone iterum in latere eius dextro numerũ proxime superiorẽ qui est septem, & in latere sinistro numerũ proxime inferiorẽ qui est tria, hæc duo iuncta similiter cõstituunt decẽ: pone rursus in latere dextro numerũ proxime superiorẽ qui est octo, & in latere sinistro numerũ proxime inferiorẽ qui est duo, hęc duo iuncta cõstituunt quoq; decẽ: pone demum in latere dextro reliqua nouem, & in latere sinistro unum, iamq; reduc illa nouem ad unum & resurgunt decem, quæ rursus ad uiginti relata incipiunt denuo esse unitas, & deinceps ad omnes numeros cardinales usq; ad cẽtum: sicut enim bis unum faciunt duo, & ter unum tria, & quater unum quatuor, & similiter ultra, ita bis decem faciunt uiginti, & ter decem triginta, & quater decem quadraginta, & similiter ultra, non aliter de centum, non secus de mille, ac ultra. Hæc quidem ratio erit cur decem per iota quæ uirgula est erecta Græcè scribimus, aut per solum punctum Hebraicè notamus, quæ tamen signa tam barbaris quàm Latinis alioqui simplicem repræsentant unitatem, quippe

à qua

à qua numerus denarius oritur, & in quam desinit, cuius Pythagoricũ extat symbolum, uidelicet unum duo, quæ Zaratas Pythagorę præceptor per nomina propagationis pronunciare consueuit, unum appellando patrem, & duo matrem, testimonio Plutarchi Cheronensis in Timæi Psychogonia. Nam ut antè accepisti unum & duo cum essentia diuina producunt quaternitudinem illam Tetractyn ideam omnium rerum denario numero consummatarũ. Eam Pythagoras affirmat esse παγὰν ἀεννάου φύσεως. id est, Fontem perpetuæ naturæ, quæ nihil aliud est quàm cognitio rerum in mente diuina rationabiliter operante. Mentem uero ipsam Dei Pythagoras numerum allegorice nũcupauit, cum diceret numerum esse uniuersorum principium. Ita enim Plutarchus in libro de placitis philosophorum quarto scribit, τὸν δ' ἀριθμὸν πυθαγόρας ἀντὶ τοῦ νοῦ προσλαμβάνει. id est, Numerum autem Pythagoras pro mente accipit. Signum plane haud iniquum, quia in incorporeis nihil diuinius mẽte, in separatis nihil simplicius numero. Nec præterea cogitari aliquid potest menti similius, & ab hoc perpetuæ naturæ fonte per riuos & cannales defluit numerus Pythagoricus unum & duo, id quod ab æterno in ipso fonte immensi Oceani, fuit, erit, immo semper est, ubertim scatens, quòd homines prisco seculo nominarint Zena ipsum illud unum (ut Aristoteles uoluit hoc Homeri citans, εἷς κοίρανος ἔστω. id est, unus princeps sit) dicentes Zena pro Zeua uidelicet à uiuendo, quem Romani Iouem quasi Zeua nuncuparunt, & Cornutus in libro de Græca theologia illum asserit totius mundi esse animam. Duo autem, nominata est Hera, illius Zenos, hoc est Iouis & soror & coniunx, de quo sic Homerus in decimo quarto Iliados, ἥρη δ' εἰσεῖδε χρυσόθρονος ὀφθαλμοῖσιν αὐτοκασίγνητον καὶ δαέρα ζῆνα δ' ἐπ' ἀκροτάτης κορυφῆς πολυπίδακος ἴδης ἥμενον. id est, Hera, hoc est Iuno aspiciebat aurithrona oculis eundem fratrem & leuirum Zena, hoc est Iouem in summo cacumine plurifontanæ idæ sedentem. Quo facilius sensa possumus sapientissimorũ poetarum de origine rerũ cognoscere, quòd in multifontana ida, qui mons sic à prospectu nominatur, ἀπὸ τοῦ ἰδεῖν à præcognitione ἐκ τοῦ ἴδω τὸ γινώσκω Iupiter & Iuno resident, tanquam unum & duo in quaternionis idea illa riuosa. Vnde fluunt omnium rerum principia quę philosophi ætate posteriori formam & materiam nominarunt. Idemq́ apud nos est forma & materia prima, quod apud uetustissimos philosophos unum & duo, apud idoneos illustresq́ poetas Iouis & Iuno, qui coeunt in Gargari montis ida & conueniunt in diuinæ mentis idea, binis ambo bigis & quatuor ambo equis ducuntur, sed descendendo Iupiter in olympo manet, Iuno ad inferiora tendit Homero teste, sic dicens, εἶμι γὰρ ὀψομένη πολυφόρβου πείρατα γαίης. νῦν δὲ σοῦ εἵνεκα δεῦρο κατ' οὐλύμπου τόδ' ἱκάνω. id est, Vado uisura pabulosæ extrema terræ, nunc autem tui causa huc per olympi istud uenio. Neuter tamen alterum omnino deserit. Hoc

igitur modo exit à mente diuina uniuersi exordium. Respiciens enim Tetractys ad sui essentiam quæ est prima unitas, omnium productrix, & simul originem suam à primo producto reminiscens quoniam binarius est, sic ait semel unum bis duo, mox cõstat quaternarius, habens in cacumine uerticis sui summam unitatem, fitq; subito pyramis, cuius basis est quaternarius planus apud arithmeticos superficiem significans. Super quam diuinę unitatis iam memoratę lux radians formam & speciem facit ignis incorporei. Propter lunonis hoc est materiæ discessum ad inferiora, unde confestim oritur natura luminis essentialis, non usti. ui, sed illuminantis. Et hæc est creatio mundi medij, quem Simon Iudæus appellauit supremum, quia Deitatis mundus comparationem non patitur, ideoq; se iudice supersupremus & incomparabilis ille nominatur. Rectę uero medius hic dicitur olympus, quia totus lucidus & separatarum formarum plenissimus est ἵν' ἀθανάτων ἕδος ἐστί, Iliados octauo, id est ubi immortalium area superficies siue pauimẽtum extat, cognominatur enim habitaculum Deorum, seu ut rectius Maro in Æneidos decimo, Deûm domus alta, cuius quidem culmen est unitas, parietes trinitas, & superficies quaternitas. Idq; clarius cernitur cum iam numerus à diuinitate sua emanando paululum declinauerit & diuerterit ad creaturarum figuram, tunc etenim ponamus simul & pro Tetracty tetragonum, & in quolibet eius angulo punctum instar unitatum, & pro unitate fastigij quæ nunc cœpit habere positionem, eleuemus quantum fieri potest summum apicem. Eo peracto, quatuor latera in altum erecta, quatuor erunt trianguli super latitudine sua quadrangula constructi, & in unum punctum excelsum ducti, ecce pyramis ipsa, quæ est forma ignis, testimonio Timæi Locri Pythagorei in libro de anima mundi, dorice sic scribentis, ἐξ ὧν ἁ πυραμὶς τέσσαρας βάσιας καὶ τὰς ἴσας γωνίας ἔχοισα συνίσταται, εἶδος πυρὸς εὐκινητότατον καὶ λεπτομερέστατον. id est, ex quo pyramis quatuor bases & æquales angulos habẽs componitur, forma ignis perquàm mobilissima & tenuissima. Est ea sane absq; materia, lux essentialis separata, proxima Deo & uita sempiterna, ut in duodecimo libro qui Postnaturalia inscriptus est, & in secũdo de Cœlo, legitur sic, Mentis opificium est uita, Dei autem operatio est immortalitas, istud autem est uita æterna. Hæc à Pythagoreis mutuatus est Aristoteles. Atqui Deus ipse non est lux creata, sed lucibilis autor omnis lucis, quare pyramidem absolutissimam & retractissimam à triangula basi in altitudinem sese erigentem quę similiter igneum uigorem significat Deus Opt. Max. in diuina secum trinitate incomparabilis mundi continet. Vnde & Chaldæi & Hebręi Deum esse ignem perhibent. Quam uero pyramidem quaternio producit, ignea lux est incorporei & immaterialis separatarum intelligentiarum mundi, extra cœlum uisibile, qui à Græcis uocatur αἰὼν, à nobis seculum, æternitas & æther. Vnde & æthra

æthra, fulgor æternitatis dicitur, ubi non est corpus, neq; locus, neque uacuum, neq; tempus, neq; senectus, neq; transmutatio, sed ibi sunt entia inalterabilia & impassibilia optimam habentia uitam, qua toto æo. ne, id est æternitate seu æuo fruuntur. Hæc ferme sunt ipsa uerba Stagiritæ Aristotelis, quæ tam ipse quàm Platonici & Socratici ex Pythagora suxerunt, qui sic in aureis carminibus scripsit, Si relicto corpore in æterem liberum peruenieris, eris immortalis Deus, & his scilicet in hac uita superatis cognosces immortalium deorum & mortalium hominum cohabitationem, quam eleganter ipse appellat σύστασιν à simul stando, per quod tres nobis proprietates medij ostẽdit mundi, quem liberum æthera nominat, ut qui à materiæ potentia segregatus & præseruatus in libertate calescat Dei ardore, ac insensibili motu inferiora calefaciat, dicitur enim æther ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θέειν ἤτοι θερμαίνειν hoc est, à semper calefaciẽdo. Proprietates autem illius sunt hæ, conditio, chorus, & ordo. Mundi eius conditio est quòd totus quicquid est, purissima forma est, cuius asserunt Iouialem esse naturam, quę immortalia & mortalia informet, & totu specifico cuncta utriusq; mundi in suo esse conseruet, de quo extat illud Maronis, O pater ô hominũ diuũmq; æterna potestas, propterea ob fomentarium calorem spiritalis sol ueteribus Iupiter dictus est. Vnde salij Martis gradiui sacerdotes eum appellarunt Lucecium & Crotenses Phosphorum, ab eoq; denominatus est olympus quòd totus fulgeat, in quo Iouis totus præsidet & præest, immo totum quod est, ipse est. Hinc illud quoq; in 9. Æneidos, Annuit & totum nutu tremefecit olympum. Eius inquam conditio est receptare formas simplices immateriales separatas per se existentes, tam uniuersales quàm indiuiduas. Continet enim omnes ideas ideatas generum & specierum ceu exempla ipsa contractioribus exemplarijs imitanda, quorum exemplar signatorium consistit in mente diuina. Sic enim nominari uolumus, quod est in mundo, Deitatis exemplar absolutum. In mundo intelligibili exemplum abstractum, & in mundo sensibili non exemplum sed exemplarium illud contractum, quomodo sigillum, figura, & cera figillata. Huc accedit secundo chorus altera proprietas ἀπὸ τῆ χαρᾶς. id est, à gaudio beatorum spirituum infinito & uoluptate immutabili Deorum dictus, qui uernæ illius habitaculi & ciues olympionicę myrtea corona ouantes ambrosia, & nectare diuini conuiuij perpetuo fruuntur, ridentes risum inextinguibilem. De quo sapientissimus poetarum Homerus, ἄσβεστος δ' ἄρ' ἐῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν. id est, Inextinguibilis certe excitabatur risus beatis dijs, quod omnino lætitiam illorum sempiternam ostendit, quam iugi concentu citharis & cæteris musarum instrumentis, tripudio, choreis, symposijs, quietis cubilibus, & interdum dulci somno, præclarus ibidem Melesigenes eleganter in Iliados primo libro expressit. Quid ni Marrane?

Quæ'nam poteſt maior cogitari uoluptas quàm Deum uolentem, & poſt eum rerum omnium ideas atq; formas aſpicere purius & tranſparentius quàm ſecundarum creaturarum ulla, deinde uiſiones quoque ſuas inferioribus pandere, quod omne deorum eſt propriũ atq; ſuum. Ideoq; Dei quandoq; uocantur Latine, qui & Græcè thei ἀπὸ τοῦ θέας. id eſt, à ſpeculatione ac uiſione, unde θεᾶσθαι ſignificat aſpicere uidereq;, nominantur & quandoque angeli, dum uiſa cæteris enunciant, ut Orpheus Mercurium inuocans ait, ἀλλῦθι μου ἑρμεία διὸς ἄγγελε μαιάδος υἱέ, ἑρμηνεῦ πάντων. id eſt, Audi me Mercuri Iouis angele Mæadis fili, explanator omnium. Nam ἀγγέλλειν nunciare ac explanare dicimus. Crebro autem alterum pro altero uſurpamus, non conſideratis officijs, ita ut promiſcue dijs & angelis in communi ſermone utamur. Cum enim Porphyrius in Iſagogis ſcripſiſſet quòd & nos ſimus rationales & angeli, Boetius Latinè uertens, Sumus inquit & nos rationales & dij, hoc modo reperitur in libris aliorum quàmplurimis. Quare nemo putet cum deos nominamus, ipſos æquari ſummo & ineffabili Deo qui nomen non habet, ſupremam nanque maieſtatem eo appellamus Deum, quòd entia cuncta infinite penetrat & ſingula percurrit ἀπὸ τοῦ θέειν, id eſt, currere. Vnicuiq; nempe rei multo interior eſt Deus & magis intimus quàm ipſa ſibimetipſi, ut qui cum nullibi eſt, ubique ſit. At non ſic deos appellamus, qui terminatam ſibi tantum exequuntur prouinciam, & ad deſtinatum mittuntur opus. Dæmones aũt quantumcunq; boni, tamen à Pythagora ſectatoribusq; ſuis in hunc medij mundi chorum non admittuntur. Sic enim Plotinus qui, teſtantibus Porphyrio & Longino, myſteria Pythagoreorũ perfectiſsime ſectari uiſus eſt, in libro de amore Deorum, inquit, genus eſſe paſſionis expers dicimus & putamus. Dæmonibus autem paſſiones adiungimus, dicẽtes etiam ſempiternos eſſe, ſequenti poſt deos gradu. Præſtat ſane, nullum in mundo intelligibili dæmonem appellare, quinetiam ſi ibi ponatur ipſe dæmon, eſſe Deum exiſtimare. Hactenus ita Plotinus certe in omni doctrina ſua breuis, at animo attento ponderandus, præſertim hoc in loco tam difficili quo poetarum ueterum arcana de dijs loquẽtium poterunt abſq; moleſtia & ſine plurimorum exacerbatione legi. Tertia intelligibilis mundi proprietas ab eodem Pythagora demonſtrata eſt, cum ipſe dixit, Si recta ratione uixeris, male acta dolendo, & bene acta gaudendo, deosq; oraueris ut opus tuum perficiant, tum exuto corpore profectus in æterem, eris immortalis Deus. Ordo nobis hic conſiderandus eſt, quem in conſequenda hominis beatitudine Pythagoras obſeruat. Iſtud nanque medij mundi cœlum incorporeum ac iſte beatorum inuiſibilis olympus nihil impurum admitttit, fugienda ergo uitia ſunt, & amplexandæ uirtutes. Deinde ſalus hominum, miſericordia Dei eſt, quare diuinitas colenda, & ſuperi ſunt exorandi, ut opus noſtrum perficiant,

perficiant,tum demũ nihil iſtuc materiæ,nihil corporis,nihil permixti recipitur,antè igitur moriendum eſt & ſancte corpus exuẽdum quàm in deos referaris.Hic eſt ordo ſeculi ſeculorum,ut uita functis hominibus puris & electis,deorum indigenarum ſupercœleſtis quoque aula concedatur,& communis ſit pariter humanæ naturæ cum ſacro ſanctis angelicis ſpiritibus perpetuæ uitæ conuerſatio in inuiſibili & tamen omniformi ſupercœleſti cœlo & orbe requieto extra ſenſibilem mundum,ubi uerus eſt olympus non imaginarius neque poeticus,non qui uoluatur,qui rotetur,nunquám ue quieſcat. Tum Marranus,quàm proxime,inquit,ſectis noſtrorũ temporum accedit unus maxime omnium Pythagoras. In legẽ nanq; Chriſtianorum ſimiliter legitur quòd homines mortui de numero reſurgentium ſunt ſicut angeli Dei in cœlis,ubi tabernaculum Dei cum hominibus.Non intrabit aliquid coinquinatum aut abominationem faciens & mendacium.Erit iſtic uox citharœdorum cithariſſantium citharis ſuis, cantusq; nouus, & mortui qui ſunt ſcripti in libro uitæ uident cœlum nouum & terram nouam. Prius enim cœlum ac prior terra eis abierunt. Ibi etiam ciuitas beatorum habens claritatem Dei,& illius muri ex iaſpide conſtructi,fundamentaq; eius omni lapide precioſo ornata. Et Dominus omnipotens templum iſtius ciuitatis eſt,& de ſede eius producitur fluuius aquæ uitæ ceu ſplendidus cryſtallus. Ciuitatis uero eius fundamentum & ſuperficies eſt tetragonus,uerba enim Apocalypſis unde illa ſumuntur ſunt hæc, καὶ ἡ πόλις τετράγωνος κεῖται. id eſt,& ciuitas tetragonus iacet, quod explanauit Hippolytus Papa ſic eſſe διὰ τὸ ἑδραῖον καὶ τράγωνον. id eſt, propter ſolidum & firmum.Id tu mihi reducere uideris ad Pythagoræ tui numerum,& figurã pyramidis,à tetragona baſi erectam,quam mathematici ſolent inter ſolida reputare,plane quem uirum iure optimo non modo tuum,ſed uerius noſtrum Pythagoram appellarem:& appellabo quidem noſtrum,dum uiuam,quòd ipſe ſolus ex omni ueterum philoſophorum turba magis apte, magis cõcinne proprieq; noſtra ſapuit,neq; ualde & à Perſis quoq; & à Paleſtinis ac noſtra ætate Arabibus in doctrinæ ſuæ fundamento diſtat,idem ipſe Italicæ philoſophiæ autor . Sic enim in lege Mahometh Azoara prima legimus Deum paradiſo bonos inducturum, ubi dulciſsimas aquas, pomaq; multimoda fructus uarios & decentiſsimas ac mundiſsimas mulieres,omneq; bonum in æternum poſsidebunt. Et in Azoara quinquageſima prima,Credentes autem (inquit) & benefacientes pulcherrima loca paradiſi poſſeſſuri , omne ſuum uelle perficient , hocq; lucrum eſt maximum,huiuſmodi quidem pollicitum illis ſummam lætitiam denunciat.Deinde in doctrina Mahometh ita ſcribitur, Si ullum oblectamẽti genus iſtic deeſſet,beatitudo minime plena eſſet. Fruſtra ergo delicię adeſſent,ſi uoluptas deeſſet.Et paulò ſuperius,Incolis quidem

dem eius (ait) quicquid desiderari potest statim aderit, qui & perfecti erunt omnes in statura quidem Adæ, in forma uero Iesu Christi, nunq̃ incrementum aut detrimentum aliquod patientes. Et in Alkoran capite 64. Illic quidem credentes accubabunt tapetis sericis stramentisq́ purpureis, omnibusq́ sibi dilectis perpetuo potientur, ducentq́ puellas formosissimas, ut sunt hiacynthus & margaritæ, ab hominibus atq́ diabolis nunquam deuirginatas nec menstruatas. Erunt & illic arbores colore inter uiridem croceumq́ nitentes, fontesq́ fortiter emanantes & palmæ pomaq́ punica. Nónne hic sentis Philolae quòd pars maxima horum symbolica est & instar Pythagoricorum allegorice narrãtur quæ audisti ferme omnia, id quod palã fatetur Mahometh in libro de doctrina, cum ait, Seculum aliud post mundum istum, cuius nulla similitudo exponi potest, nec enim coloni eius mortales, nec dies eius sub numero. Quo se ipsum declarat, quæ scripserit de diuinis allegorice scripsisse, non autem omnia plane ac aperte, quando numerauit dies beatitudinis, dies mille annorum, & annos quadraginta millia annorum. Et paradisum habere docuit pauimentum aureum smaragdis & hiacynthis crebro interpositis distinctum, omni fructifera consitum arbore, decurrentibus per amœna arua fluẽtis, quorum alia quidem lac, alia mel album, alia uinum purissimum fundunt. Hæc in libro de doctrina Mahometh, ubi per sensibilem paradisum designat illum quem ratio non capit intelligibilis mundi hortum. Duos enim paradisos Mahometh in Alkoran nobis proposuit, cum in Azoara sexagesima quarta sic ait, Qui timuerit coram Deo stans, duos paradisos rerum multiplicium omnimodiq́ boni fœcundos, hæreditatem accipiet. Ita duas quoq́ ostendit ciuitates Ierusalem cum in libro de doctrina quærit Abdias, Quare Ierusalem dicatur domus benedicta. Respondit Mahometh, quia in directo cœlestis Ierusalem sita sit. Hæc ad nostri Simonis Cabalistica quæ audiuimus haud parum alludunt de duobus scilicet paradisis, altero cœlesti & altero terrestri, geminos mundos significantibus, uisibilem & inuisibilem, illum nobis præsentem, hunc nobis futurum, eum quidem de quo satis multa paucis exposuisti, quare oro Philolae, ut de nostro quem incolimus reliqua prosequaris. Faciã sedulo Philolaus ait, si prius te cõmonuero, ne cum rudibus philosophastris erres, qui ea tantum sapiunt quæ oculis cernunt, ut de Antisthene scripsit Ammonius Hermiæ cum dixisset, hominem quidem uideo, humanitatem autem non uideo. Vnde putabat humanitatem nihil rerum esse nisi cogitationis figmentum, ταῦτα ἐκεῖνος ἔλεγε, τῇ αἰσθήσει μόνῃ ζῶν. καὶ μὴ δυναμένος τῷ λόγῳ εἰς μείζονα εὕρεσιν ἑαυτὸν ἀνεγκεῖν. interpretatur sic, Hæc ille dixit sensualitate sola uiuens, & non potens ratione, ad maiorem inuentionem se ipsum extollere. Ita Hermiades in Isagogis. Haud aliter tam sunt quidam obtuso ingenio, qui acutius contemplari nequeant,

queant, niſi quantum pupilla comprehendat, aut manus palpent, & quæcunq; de uita cœleſti, de dijs ſuperis, animabus in cœlo aut de cœlitibus audiunt, ea mox ad cœlum uiſibile ſtellarumq; ſphæras, firmamentum mobile, & quos ſenſu percipimus orbes referunt, ac ſi in tãta turbine motuum, & irrequieto mutationum tumultu, uita beata cõſiſtere poſſet, ſequentes uero ſpiritalem ſenſum & ſubtilem mẽtis illumi nationem, ipſi quidem intelligunt maiorem eſſe ueritatem in ijs quæ non uidentur quàm in ijs quæ uidentur. Ad hoc Pythagoreorũ pronon uidentur quàm in ijs quæ uidentur. Ad hoc Pythagoreorũ propenſa eſt uoluntas ut credant hunc mundum & quęcunq; in eo locantur adumbratam eſſe imaginem eius qui extra cœlum ſit ueri mundi, comprehendẽtis ſolum intelligentias formas & animas à corporibus ſubſtantia uirtute & operatione ſeparatas. Vnde animas hominum ab omni ſorde turpi defecatas abiecta corporali mole firmiter tenent & nullatenus dubitant extra hoc uiſibile cœlum omne ac ultra qualemcunq; incommoditatis aleam in ęternitatis olympo habitare, omni libertate donatas & nulli neceſsitati obſtrictas. Sic enim Plotinus ille inſignis Pythagoriſta in libro de proprio cuiuſq; dęmone quarto Animas (inquit) extra ſenſibilem mundum profectas exiſtimandũ eſt naturam dęmoniacam trãſcendiſſe, omneq; generationis fatum, omnemq; huius mundi neceſsitatem quamdiu in mundo intelligibili habitant, hucuſq; Plotinus. Quotiens igitur de ueris dijs, intelligẽtijs ſeparatis, formis purioribus, ſpiritibus diuinis, ſuperis, angelis & beatorum animabus mentio fit, ſemper recordare acanimo tecum uerſa, mundum illum ſupremum, intelligibilem, immaterialem, ſimplicem, abſtractum, cœlum incorporeum, olympum inuiſibilem, paradiſum mentalem, ſupernaturalem ætera, nec ſenſu nec ratione perceptibilem. Eo nunc dimiſſo ad noſtrum deſcẽdamus corporeum & ſenſibilem mundum, cuius exemplar eſt in mundo incomparabili Deitatis & exemplũ in mundo intelligibili formalitatis, & exemplarium τὸ αὐθυπόστατον in ſe ipſo. Vtq; unum origo eſt mẽtalis mundi, ſic duo nobis exordium erit mundi corporalis, qui non eſſet corporalis, niſi quatuor iſtis conſtaret, puncto, linea, ſuperficie, craſsitudine, ad exemplum cubicæ figuræ quam conſtituunt, unum duo tria quatuor. Vnum enim poſitione fixũ creat punctum. Linea de uno puncto ad alterum protracta è duobus fit. Superficies ex tribus oritur lineis. Craſsitudo quatuor naſcitur, ante, retrò, ſurſum, deorſum. Ideoq; ſicut binarius per ſe multiplicatus numerando bis duo quaternionem producit. Ita binarius ſemetipſum in ſe ipſum replicans atq; retorquens dicendo, bis duo bis, primum cubum facit. Ergo poſt quinarium quæ tetragonica eſt pyramis, quippe principium intelligibilis mũdi, accedit ſex laterum octonarij cubus, quem mundo ſenſibili architectum præficimus. Nam inter rerum principia, non habetur ſeptenarij ulla memoria, quoniam uirgo eſt nihil pariẽs,

idcirco

idcirco Pallas nominatur. Ad cubum ergo primum diuertimur, sane fœcundum numerum, multitudinis uarietatisq; principem, ut qui per duo sit & per quatuor constitutus. Vnde sicut Pythagoræ præceptor Zaratas duo nominauit matrem, ita nos cubum inde progredientem appellamus materiam, omnium rerum naturalium fundum & fundamentum sedemq; substantialium formarum. De quo Timæus Locrensis ille Pythagoreus in libro de Anima mundi scribit, ἐκ δὲ τοῦ τετραγώνου γεννᾶσθαι τὸν κύβον ἑδραιότατον καὶ στάσιμον πάντῃ σῶμα. ἓξ μὲν πλευρὰς, ὀκτὼ δὲ γωνίας ἔχον. id est, Ex tetragono nasci cubum solidissimum & stabile omnino corpus, sex quidem latera, octo autem angulos habens. Huic fundo si qua forma demersa innitatur, huic solido receptaculo si fuerit illapsa & in hanc sedem materialem reposita, non uage nec communiter recipitur, sed stabiliter & singulariter fit indiuidua & incōmunicabilis, tanquam ascripticia glebæ, tempori & loco subiecta, & quasi de libertate in seruitutem materię proscripta. Igitur gemina profluere ab uno fonte rerum temporalium principia cernimus, pyramidem & cubum, idest formam & materiam quę ex eodem tetragono deprehenduntur prodijsse, cuius idea, ut antè ostendimus, est Tetractys. Pythagorę diuinum exemplar. Symbola igitur primordialia quanto potui breuius explanaui, quę reuera nihil designāt aliud quàm materiā & formam. Cumq; oporteat tertium aliquid ponere quo uniantur, nec enim sponte confluunt nec contingit fortuitus quarumlibet formarū concursus in materiam, neq; unius rei materia contingenter formā alterius recipit, non enim ex corpore humano mox atq; decesserit anima generatur ęs aut ferrum, nec ex lapide fit lana, cum itaq; oporteat ponere tertiū aliquod quo uniantur, erit, ut opinor, necesse principium aliud quàm priuationem Aristotelicam adducere quo moueatur materia ad formę desiderium, ita ut cessante hac & hac forma, introducatur uicissim ista quędā & ista. Nam priuatio & potentia nihil substantiue agunt cum sint nullius actiuitatis realis ob idq; minimę entitatis, quāto magis certam formam alicui materię nequaquam iungere aut unire possunt. Vnde inuenti sunt qui dicerent loco priuationis motum esse tertium principium, qui cum sit accidens quomodo erit principium substantię? aut quis eius motus erit motor? Quare sapientius contemplati Athenienses ambo, Socrates Sophronisci, & Plato Aristonis, pro motu seu priuatione agillimum actiuorum posuerunt Deum dicentes, tria esse rerum principia, Deum, ideam & materiam, quod ante Pythagoras occulte symbolizauit arcanis his notis asserendo principia uniuersorum esse. Infinitum, unum & duo. Infinitudinis Deum, unitatis formam, alteritatis materiam designans autores. Infinitum in mundo supersupremo & incomparabili, unum seu identitatem in mundo intellectuali, duo seu alteritatem in mundo sensibili, est enim materia quidem altera tio-

tionis mater. Coniungit autem Deus materiam & formam per legem ipsi naturæ impositam. Idcirco ante Pythagorę tempora uetustissimus ille Orpheus in libro Hymnorũ, post Iouem, id est formam, qui ab eo nominatur ἀρχὴ πάντων. id est, principium uniuersorum. Et post Iunonem, id est materiam quam uocat διὸς σύλλεκτρον παντογένεθλον. id est, Iouis conthoralem omniparentem, Iunonio enim cognomento materiam alloquitur his uerbis, χωρὶς γὰρ σέθεν οὐδὲν ὅλως ζωῆς φύσιν ἔγνω. κοινωνεῖς γὰρ ἅπασιν κεκραμένη πέρι σεμνῶς. id est, Absq; enim te nihil omnino uitæ naturam agnouit, communicas quidem uniuersis permixta supra quàm pudice. Itaq; post (inq̃) Iouem formam, & Iunonem materiam, addidit idem Orpheus legem, id est distributionem, ut esset tertium naturæ principium, cognominauitq; id φύσεως τὸ βέβαιον. id est, naturæ confirmatiuum. Nam lex dicitur nomos Græcè, ut nosti, à nemo τὸ μερίζω. id est, partior & distribuo, perinde atq; distribuens omnibus quod suum est uel quod ad se pertinet. Hoc esse ait, οὐρανίον νόμον σφραγίδα δικαίαν (Sic in hymnis suis cõcinuit) id est, cœlestem legem sigillum iustum, lex enim naturæ sigillat una forma multas materias, sicut tabellio una effigie annuli multas ceras. Iam uero quælibet sigillatæ in materiam formæ non ultra uocantur ideæ, hoc est species, sed τὰ εἴδη hoc est ide, scilicet formæ ὡς τὰ ἐν τοῖς κηροῖς ἐκτυπώματα ἀχώριστα τῆς ὕλης. id est, Ceu illæ in ceris expressiones inseparabiles à materia, ut scripsit Ammonius. Proinde aperta nobis iam extat sensibilis huius origo mundi, quem pyramidis & cubi coniugium lege naturæ celebratum peperit. Earum figurarum tetragonæ bases cõtinuo unitæ dodecaedron efficiunt Pythagoricum quippe symbolum, quo designatur ipsum uniuersum ex materia & forma compositum, illius recte meminit Alcinous de dogmate Platonis, sic dicens, τῷ δὲ δωδεκαέδρῳ εἰς τὸ πᾶν ὁ θεὸς κατεχρήσατο. id est, Dodecaedro ad uniuersum Deus utebatur, scilicet cum hunc mundum fabricaret. Octangulo nanq; cubo si pyramidem ex quatuor triangulis æqui cruribus eleuatam superposueris, ędificium dodecaedri artificiose cõstruxeris ubi succumbit cubus seu talus uti mater, & incumbit pyramis uti pater. Sic enim Timæus Locrus ille nobilis Pythagoreus in libro de Anima mundi, τὸ μὲν εἶδος λόγον ἔχει ἄῤῥενός τε καὶ πατρὸς, ἃ δ' ὕλα, θήλεός τε καὶ ματέρος. τρίτα δὲ εἶν τὰ τουτέων ἔκγονα. id est, Forma quidem inquit rationem habet matris & patris. Materia uero fœminæ atq; matris, tertia autem esse horum genimina. Ex his igitur omnia huius mundi quæ sunt, non perperam affirmamus certis seminibus & secreta facultate fieri, sane mira uarietate apparentia propter uariam formarum ad suas materias cõmensurationem & infinitorum pene accidentium quæ συμπτώματα Epicurus uocat admixtionem, per abundantiam & defectum, litem & amicitiam, motum & quietem, impetum & tranquillitatem, rarum & densum. Vnde oriuntur orbes & stellæ, quatuor item elementa, ex quibus

euaporant calidum & humidū, & frigidum & ſiccū, tum quælibet etiã ſenſuum obiecta. Inde alĳs aliud contingit, & efficit omnes res ut conuertant formas, mutentq́ colores, Lucretĳ teſtimonio. Sentis ne quantum nos iam cum plebe philoſophorū ambulamus, & uulgariam terimus uiam quando in hæc phyſica lapſi ſumus, quare cum multi multa de natura ſcripſere minus uiriū nobis adhibendū eſt, ut quid de rebus naturalibus ſenſerit Pythagoras oſtẽdamus, à nobilioribus & diuinioribus ſumentes initiū. Naturales ſunt dĳ, ſupernaturales uero dĳ deorum, illos mundus inferior alit, hos mundus ſuperior fouet, unde & ſuperi dicũtur, de quibus ante haud parum multa diſſeruimus. Dĳ deorum ſimpliciſſimi & puriſſimi quia nuſquam ſunt ideo ſupercœleſtes ſunt, quia ubiq́ ſunt, ideo nobiſcum ſunt, iſtic indigenæ, hic aduenæ. Nunq̃ enim in noſtro mundo ſunt niſi miſſi, quare angelorū nomine gaudent cum ad hæc ima deuergunt, quoniã regis regum nuncĳ ſunt, habitu tamen & facie nobis apparent quali uolunt iuxta libertatẽ arbitrĳ ſemper beneficiorū erga nos amãtiſsimi. Sed inferiores dĳ ad ſuper cœleſtia nunq̃ migrant, ad nos uero & ad noſtra quãdoq́ legationem aſſumunt, unde & pari modo eſt quando angeli nominant. Deus autẽ Opt. Max. tam infima q̃ ſuprema & media ſingula penitiſſime inhabitat, ita ut nihil ſit entium ſine Deo. Præterea dĳ orbis noſtri præſtãtiores ſunt. Inferiores autem in corpore humano animæ, quanq̃ illi apud corpora, hę in corporibus. In medio autem horū ſua loca tenent dęmones & heroes. Dęmones prope deos, heroes prope animas. Quorū Pythagoras in aureis carminibus meminit, & ſingulis quibuſq́ ſuum tribuit cultum. Nec illis tamen aras ſanguine fœdari nec animalia immolari permiſit, niſi publicæ utilitatis cauſa, magis autem thure atq́ hymnis quotidiana & priuata ſacrificia fieri uoluit. Vnde illud extat, Thure Deum placa, uitulum ſine creſcat aratro. Cumq́ homo ſit quædam mundi huius effigies unde Microcoſmus, hoc eſt paruus mundus nuncupatur, in multis paria recepit mundana nomina μεταφοεικῶς & more translatitio. Mens enim in homine Deus appellatur inſtar mentis ſummę ac primę, aut per homonymian, aut per participationẽ. Et anima rationalis quæ per mentem ad uirtutes & optima quæq́ uoluntatẽ inclinat, dicitur dæmon bonus ſiue genius, quæ uero per phantaſiã & prauas affectiones uoluntatem ad uitia & peſſima quæq́ trahit, nominat dæmon malus. Quãobrem Pythagoras Deum orat ut homines à malo liberet, & omnibus oſtendat quo dæmone utant. Exuto demũ corpore ſi fœdata uitĳs manſerit, fiet dęmon malus, & uita eius δυσδαιμονία Id eſt, infœlicitas uocatur. Sin uero abiecerit uitia, nihiloq́ minus impreſſus ei duret ſollicitudinis character, nec penitus omnem erga humanos & mortales etiam quantumuis uirtutis mores affectionem reliquerit, aliquanto erit tempore bonus dæmon, & in huius mundi amœnitate

nitate fœliciter fortunateq; deget ſingulari ſemper cum lętitia, tãquam quæ bene geſſerit adhuc memori ſecum mente uolutans ad eadem recte gerenda nondum extinctam retineat uoluntatem, cuius uita Gręcis εὐδαιμονία. id eſt, fœlicitas dicitur. Vnde illud Virgilij Maronis ortum eſt, Quæ gratia curruum armorumq; fuit uiuis, quæ cura nitenteis paſcere equos, eadem ſequitur tellure repoſtos. Illam animam priſcos lemurem nuncupaſſe accepi, cuius generis ſi quis ſit qui beneuolentia erga nos ita ducatur, ut noſtri & noſtrorum curam ſortitus, pacato & quieto numine domum poſsideat, lar dicitur familiaris. Sin autem propter aduerſa uitę merita nullis bonis ſedibus, interuagatione ceu quodam exilio punitur, terriculamentũ bonis hominibus inane, at noxiũ malis, larua nominatur. Cum uero incertum eſt qua ſortitione fruatur, lar ne ſit an larua, nomine Manen deum nuncupant, cui honoris gratia Dei uocabulum addidere, quoniam eos pronunciant etiam deos qui iuſte ac prudenter uitæ curriculo gubernato mortẽ ſanctam obierunt. Cæterum promiſcue deos, angelos & dæmonas etiã eos nominamus ingenuos ſpiritus, qui ſingulis quibuſq; hominibus cuſtodes addicti, minime conſpicui, ſemper adſint nõ modo actorum teſtes, uerumetiã cogitatorum, qui nos quoq; poſt mortem ſequantur uſq; ad ſummi dę monis poteſtatem iudicium atq; tribunal. Omnia hæc ad nos ex Pythagora fluxerunt, quæ ipſe partim ab Ægyptijs, partim ab Hebræis atq; Chaldæis, & apud Perſarum ſapientiſsimos Magos didicit, poſterisq; tradidit, quorũ meminere præſtantiſsimi autores. Mercurius Termaximus Ægyptiorum illuſtris legislator & cõtemplantiſsimus ſcriptor in ſermone perfecto ad Aſclepium. Timęus Locrus in libro de Anima mundi. Heſiodus in Operibus & diebus. Plato per Diotimam in conuiuio. Per Socratem in Phedro. Itidemq; in Philebo. Per Athenienſem hoſpitem in legibus, & Epinomi, alijsq; librorũ ſuorum locis. Porphyrius de abſtinentia animatorum. Iamblichus de myſterijs. Proclus in Alcibiadẽ. Plotinus in libro de Amore & in libro de Proprio cuiuſq; dæmone. Maximus Tyrius in binis diſputationibus de dæmonio Socratis, multiq; Grecorum alij, quos è Latinis Cicero in uoluminibus de Natura Deorum, de Diuinatione, & in ſexto de Repub. & ille quoq; Madaurenſis Apuleius in libro de Deo Socratis, & reliqui poſt illos imitati ſunt. Nec deſunt ex peripateticis qui de motoribus orbium ſyderum atq; ſtellarum, & præſidibus elementorum tractauere, ſiue corporibus illis aſſiſtant, ſeu illorum cuiq; pro cuiuſq; anima inſint, mitto dicere. Iam ſolum quæ reſtant de mundo ſenſibili paucis enumerabimus. Mundum igitur hunc qui eſt æternitatis imitator dixit Pythagoras, cõtinentiam eſſe omnium totorum ſecundum ordinationem quæ ſit in eo, qui tametſi eſt corporeus tamen incorporea habuerit prima principia, cui Stoici non ſunt in hoc aſſenſi, putauerunt enim ea fuiſſe

corporea quia ſpiritualia. Eundem ipſe & genitum & corruptibilem aſſeruit, ſed prouidentia & indulgentia Dei nunquam corrumpendũ. Dixit quoq; corpora elementorum eſſe rotunda, pręter ignem qui coni figuram præferat. Colorem eſſe corporis apparentiam. Tempus, circulum, mundi extimum, motum, differentiam quãdam ſeu alteritatem in materia, generationi & corruptioni paſſibilem materiã ſubijci. Neceſſitatem incumbere mundo, & quædam de neceſſitate fieri, quędam ex fato, quædam electione, quædam à fortuna, quædam caſu, horum cauſam eſſe humanæ rationi occultam, cui aſtipulatur & Anaxagoras. Mundum item cœpiſſe ab igne, arbitrabatur ipſe noſter. Dexterũ eius in oriente, ſiniſtrum eſſe in occidente. Tum ſequutus Thaleta cœlum in quinq; zonas diuiſit, deinde in æquinoctia & ſolſtitia utraq; bina & arctum. Haud aliter etiam terrarum orbem. Pręterea omnium primus reperit obliquitatem zodiaci iuxta ſolis meatum. Lunam uideri aiebat ſolum, terreſtre ignitum, in ſe habens campos, montes & ualles. De anima hoc modo pronunciauit quòd ſit numerus ſe mouens quam per uires ita diſtribuit. Vitale circa cor, rationale & mentale circa caput. Totam interire non poſſe, nam rationalem eſſe ſempiterni Dei opus, irrationalem uero corruptibilem. Eidem autori referenda uidetur diuinatio uerior ad ſacrificia. Humanum ſemen utiliſſimi ſanguinis ſpumam eſſe uoluit materiæ corporeæ, ſed incorporea uirtute præditam. Cæterum fœminam pariter ſemen emittere. Deinde non ſolum hominẽ ſed alia quoq; animantia rationem habere abſq; tamen mẽte. Quòd autem magna pars horum nõ rationaliter agere uidentur, certe corporũ diſcraſia culpatur, quia debitis non ſint dotata inſtrumentis. Ideo uerba non habent ſiue cicures ſeu feræ, ſed ſymbola & notas certas pro uerbis tenent, quibus ſignis inter ſe cogitatus ſuos exprimãt. Sic igitur beſtiæ loquuntur, non dicunt, quod Græcè ſignificantius aiunt λαλοῦσι μὲν, οὐ φράζουσι δὲ omnium illorũ Plutarchi uolumina de placitis philoſophorum teſtes cito ualde bonos. De reliquis mundi huius ſiue ſubſtantijs ſeu accidentibus ſcriptores extant penè innumerabiles in omni philoſophorum ſecta, quorum alij generaliter ſunt loquuti de uniuerſi natura, ut Ariſtoteles, Theophraſtus, & tui Arabes, Maurique propè omnes, alij particulariter de ſingulis quibuſque rebus, ueluti Iulius Pollux, Dioſcorides, C. Plinius, & his ſimiles. Capita cunctarum tamen diſciplinarum quotuſquiſque poſteriorum à Pythagora philoſophiæ theſauro, tanquàm hæres apprehendit, & eam hæreditatem literario ſtudio excoluit, próque peculiari quiſque bonitate ingenij quantum ualuit maxime adornauit, & pro uirili extendit. Sed quid cuncta uel ſcire uel opinari iuuat, ſi non in hac nobis uita omnem adimant mœrorem & cruciatum in altera poſt uacuitatem malorũ non addant cumulatiſſimã omnium bonorũ complexionem, quæ

quæ tam ſtudioſe didicimus? Quid iuuat deniq; quòd bene ſciendo malefacimus, & malefaciendo nõ omnino metu uacare ac ita nullo animi tranquillo ſtatu frui poſſumus? Quid rurſum quòd monitis probe obedientes inſtar iumentorum ſemper iuſſa exequimur, alioqui omnibus in rebus ſtulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, nihil à bruto diſtantes? Quare opportunum uidebatur Pythagoræ omnem philoſophiam ad beatitudinis exoptatæ faſtigium & expeditam ęterni gaudij ſecuritatem deſtinare, quam in cõtemplatione ſummarũ & diuinarum rerum collocauit. Eum fructum ceu fœlicis arboris indefeſſa philoſophandi ſtudia noſtra proculdubio ſequuturum putauit, ſi nos prius anima purgata uehementer declinemus à uitijs, & colamus uirtutes diligenter, quo plane nullius mali nobis ipſis conſcij læta mente hilariq; ſtudio mathematicis ſpeculationibus incumbamus, quæ nobis mediæ obuerſantur inter res naturales & diuinas, ſunt enim à materia partim inſeparatæ ut naturalia, partim ſeparatæ ut diuina, circulus nanq; ſeu harmonia quanquam abſq; materia non ſubſiſtit, tamen abſq; materia eſſe intelligitur, quinimmo nullius materiæ agitur cura cum quælibet mathematica tractamus. Cum igitur difficile, ne dicam impoſſibile fuerat intellectum noſtrum ſubito à naturalibus ad ſupernaturalia & ab omnino materialibus ad penitus immaterialia tranſilire, idcirco uoluit Pythagoras diſcipulis ſuis quaſdam res in medium ponere quas & ſenſu aliquo modo poſſent & intellectu comprehendere, demonſtrationesq; illarum ob hãc cauſam mathemata ſeu matheſeis, hoc eſt diſciplinas nominauit, quem uero de ijs librum compoſuerat Eruditionũ ſiue Inſtitutionũ inſcripſit, quaſi iuuenibus ac pueris aptum, propter quos & id nominis elegit παιδευτικῶν. in quo totum quicquid dici poterat de numeris, de figuris, & de harmonijs explanauit. Inde tanquã ex uno illuſtri fonte quatuor lympidiſsimi riui emanauere, quas nos quatuor liberales artiũ facultates appellamus, arithmetica, geometria, muſica, ſane aſtronomiam inter naturalia connumerans pro maxima parte in librum quem appellauit phyſicum coegit, quòd in motu corporũ conſiſteret. At quoniam de illis apud quàmplurimos noſtra ætate literarũ peritiſsimos, tam lata eſt expeditio, ut quælibet earum rerum ſingularem facultatem faciat, & quælibet facultas propriam claſſem ducat, unamquanq; ſuis pręceptoribus committam, & propter multam modo noctem cœnæq; noſtræ apparatus pręſentes, finem loquendi faciã qui tot uerbis hactenus tolerantiſsimas aures tuas immodeſte auſus ſum obtundere. Tum Marranus, Iuro ſuperos, inquit, tanta me dicendo uoluptate oppleuiſti ut nulla mihi ſit muſa gratior, & nunc cœnæ oblitus omnem pene famem ad doctrinę tuæ cupiditatem retuli, quanquã uideo cauponem circa magnificentiam & ſumptus epularum eſſe curioſum, tu uelim tamen cõtentius reliquam Pythagoræ philoſophiam

explices eam quæ ad uirtutes, mores & reipublicæ induſtriam perti-
neat, idq; utcunq; potes quàm breuiſſime, dum ſtructores cœnaturis
nobis triclinium ſternant, & cætera parent. Igitur audi Marrane om-
nem (Philolaus inquit) hanc partem ſub nomine urbanitatis contine-
ri Pythagoras uoluit, quo circa, unum inter reliqua uolumen compo-
ſuit, quod πολιτικὸν nominauit, id eſt ciuile, ſeu ut fortaſſe haud ſatis
proprie uerterunt Latini, de republica perinde atq; non ſolum expla-
net quæ multitudinem concernant, uerumetiam ſingula cuiuſque ſua
quę morum ſunt & uirtutis. Qui enim ciuitati præficitur niſi dignus ſit
etiam qui domum ſuam regat & ſeipſum quoq;, is plane inauſpicato
eligitur, μέρος δὴν ἄρα ὡς ἔοικε καὶ ἀρχὴ ἡ περὶ τὰ ἤθη πραγματεία ἡ πολιτικῆς. id eſt,
Portio eſt igitur ut uidetur & principium circa mores tractatio, ipſius
politicæ, ut in libro magnorum Ethicorum ait Ariſtoteles. Quæ qui-
dem ciuilitas ex omni uirtutum numero conſiſtit, cuius partes ſunt uir
tute pręditi homines in unam conſuetudinem admiſſi. Nam malorum
conuerſatio non iam ciuitas reputanda eſt, ſed conuenticula ubi uitia
ſunt ſicut inter bonos uirtus, ut Theognis ille Megarenſis in libro ad
Cyrnum. Diſces recte quidem à rectis, at ſi ſociere prauis, tum perdes
teq; animumq; tuum. Omiſſa itaq; contemplatiua ſapientia quam ad
naturam retulit Pythagoras & in librum phyſicum recluſit de princi-
pijs & cauſarum modis, quòd ex Monade indefinita dualitas, ex il-
lis numeri, ex numeris puncta, ex punctis lineæ, ex lineis planæ figuræ,
ex planis ſolidæ figuræ, ex quibus ſolida corpora & ſenſibilis ille mun-
di globus cum ſuis orbibus, mixtorumq; elementis, igni, aere, aqua &
terra fiant orianturq;, ſingula penè (ut ipſe ſolet) per allegoriam obuo-
luta, tum denicq; relictis pariter mathematicis quæ per librum Pædeu-
ticum, hoc eſt de inſtitutione, ſuis oſtendit, recenſendum arbitror ſtri-
ctim quę de moribus docuit, de quibus in politico diffuſius ſcripſit, &
in carminibus aureis inſtar ſummæ contractius. Quę cum ætate noſtra
legãtur publice, nunc ſola proſequar eiuſcemodi ſymbola ſine ſcriptis
tradita ut diſcipuli memoriæ uiribus freti conſueſcerent ad ſigna prola
ta bonis moribus uiuere profeſſumq; philoſophiæ ordinem quotidie
inter ſe arcanis teſſeris affirmare. Quorum è numero haud quaquàm
pauca illuſtris Eraſmus patria Roterodamus profeſſione Theologus,
eloquentiſſimorum noſtro ſeculo facile princeps & dulcis ſiren, cum
ingenti ſua laude quam de politiorum literarum ſtudioſiſſimis qui-
buſque optimo iure meretur, in libris ſuis uel poſteritati admirandis
Adagiorum luculenter expreſſit. In conſequendis ſane uirtutibus Py-
thagoras haud parum conſuetudini tribuebat, adeo in teneris conſue-
ſcere multum eſt. Vnde mores dicti ſunt ἤθη quaſi ἔθη hoc eſt, con-
ſuetudines, quod Stagirita ille ſæpe in ethicis approbat, & noſter ipſe,
iuſſit optimam uitę rationem eligere, illam nanque iucundam (inquit)
reddet

reddet consuetudo. Vniuersam itaque moralem philosophiam ordinabat in tris metas, principio in Dei diuinorúmque cultum. Secundo in singulorum quorumque hominum ad se ipsos respectum. Postrema erga cæteros officium, nam quod ad diuina præstantius attinet, in primis nihil esse gratum superis docuit quod non sit sordibus uacuum & plane purgatum, quare id Adagionis tradidit crebro habendum in ore μὴ σπένδειν θεοῖς ἐξ ἀμπέλων ἀτμήτων. id est, non esse libandum dijs de uitibus non putatis. De purissimo quoque adore statuit sacrificia fieri. Vnde est suum illud, Ne sacrifices absque farina. Sacrificium hoc Pythagoricum maxime uetustum est, quod uino & pane fit. Quæ autem Deo dicata sunt, ultra non debent ad humanos usus transferri, admonebat igitur sæpe dicens, A gallo candido abstineas. Perseuerandum uero esse in humilitate ueris adoratoribus hoc symbolo præcepit, καθῆσθαι προσκυνήσοντας. id est, sedere adoraturos, nam quòd in adoratione oporteat circumquaque prospicere, de quo illud ortum est, Adora circumactus, prudentiam circa diuinas preces indicat, ne iure in nos ita retorqueri possit, Nescitis quid petatis. Cæterum quo ad nos ipsos recte uiuendi norma consistit in hominis decoro, quod extremorum est medium, inter abundantiam & defectum, utrolibet enim uitiosus est & mancus & centimanus. Inde symbolum hoc, Stateram ne transilias, præcipit studijs & actis omnibus moderamen adhiberi, apertius autem quod ipse dixit, Salem apponito, id ad affectiones nostras, quæ passiones appellantur, recte pertinet. Est enim sal nota modestiæ, quoniam in cibatu hominis admittitur nec nimius nec minimus, utrunque sane respuitur & quod insulsum est, & quod salsissimum. Igitur Salem ne transgrediaris, prouerbium quoque fuit. Proinde affectiones in nobis passionesq́ uniuersæ quadam mouentur apparentia boni aut mali, bonis lætamur, præsentibus tristamur malis, rursum bona concupiscimus futura, mala timemus. Ergo gaudium & mœror elementa sunt passionũ ex quibus omnes animorũ nostrorum motus oriuntur, quorum rectitudo uirtus dicitur, obliquitas uitium. Apparent tamen sępe nobis bona quæ mala sunt, & econtrario quę bona sunt, uidentur non bona, multũ enim, ut ait Seneca, uerum & uerisimile inter se differunt, quare contingit error facile in imperito uuigo cuius magna copia est. Eum Pythagoras suis discipulis auertere studuit symbolice admonẽs, Per uiam publicam ne ambules, id est ne uulgi sequaris errores. Nam quòd usurpari etiã hoc uolebat, Extra publicã uiam ne uagas, iam insinuauerat loquẽdũ esse ut multi, potiusq́ quod apud omnes cõstat, tu ne impugnes. Vnde istud est, Aduersus solem ne loquaris, ne uidelicet incidas in pericula, quod recte monet illud, Acutum gladium declines. Id fit si honesta uerecundia utaris in publico, cuius hæc nota

est, Aduersus solem ne meijto. Nunc igitur sublato circa bonum & malum errore, temperandum esse statuit uoluptati & mœrori, cupiditati & timori, quare dixit, Risui æque atq; tristitiæ manus non dedendas. Nam gaudijs & uoluptate nos frui secundū harmoniam iussit, hoc est cum honesta quadam temperantia quam appellauit lyram. Vnde hoc symbolū ὠδαῖς χρῆσθαι πρὸς λύραν. id est, cantibus utendum ad lyram, non prorsus inane mysterium fuit, quo semper ante initium soporis utebantur, ne perturbatis molestarentur insomnijs, quæ dum irruissent, surgentes iussit lecti stragula excutere ac cōuoluere, hoc est insomnia glomerare in unum & reijcere, ne rememorata grauarent. De mœrore sic loquebatur, Arctum annulum ne gestato, per quod excluſit cunctum animi dolorem, nisi super admisso peccato, quapropter in suis ita cecinit carminibus, Mala quidē si feceris dole. In cæteris Pythagoras, Cor ne edendum mādauit, id sic est, ne te excrucies, quin ubi efferbueris in iram Ollæ uestigium in cinere confundito, quod designat ab ira deferuescendum & præteritorū malorum tollēdam esse memoriā. De cupiditate hoc modo, Quæ uncis sunt unguibus ne nutrias, idq; contra manus rapaces constituitur, immo neq; de quotidiano uictu sis abunde sollicitus, quare ait, Chœnici ne insideas, est autem chœnix cibus diurnus, quam uocant præbendam, alij sportulas appellāt. Pariter uero ne ullum auaritiæ in animo tuo reconditę argumentum ostentes, ita commonuit, Quæ deciderint (inquiens) ne tollito, per quod uetuit etiam suarum quemq; rerum nō decere ardentiorem esse amatorem. De formidine ita, Ne reflectas ubi ad terminos perueneris, quo symbolo nō tantum trepidare mortem prohibet, uerumetiam quicquid in fatis est quantumcunq; terreat. Hi nanq; sunt termini definiti & determinati quos transire non poteris. Frustra igitur times quod reflectere aut uita re nequeas, ab eiuscemodi quippe casu nusquam resilire, fortitudinis quidem laudatæ ac egregiæ magnanimitatis est. Enumerauimus perfunctorie notas Pythagoricas. Primum quæ ad diuina pertinent, dein de quę ad homines singulos quosq;. Nunc alter erga alterum quibus moribus utatur, ausculta paucis, cunq; nihil amicitia sit optabilius, incumbit summa post deos cura, uirtute amicos parare ut est in carminibus aureis, tamen nō transeunter quoslibet. Idcirco ipse dixit, Ne cuiq; inieceris dextrā. Et dum penetralibus tuis dignū amicū inueneris, omnium tuorū participem eum facias. Ob eam rem ipse Pythagoras hoc alios ante omneis usurpauit adagiū, Amicorū omnia cōmunia. Timęo & Cicerone attestantibus. Est enim amicus alter ipse, quo fit ut amicitia sit ἰσότης. id est, ęqualitas & eadem anima. Minime autē admittendi sunt in amicitiā homines alioquin interne albi, tamen nigram caudam foris gestantes (experto crede) quibus nihil fert terra pestilētius, picæ mendicę Cyanoleucę cauda inter scapulas nigricante, omnia simulātes

&

& dissimulantes hypocritæ. Dixit itaq; Pythagoras μὴ γεύεσθαι τῶν μελανούρων. id est, Ne gustes ex ijs quibus est nigra cauda, ij sunt falsi fratres quos atratos uocant, τὸ γὰρ ψεῦδος ἐν τοῖς ἐσχάτοις μέρεσι μελαίνεται ut scripsit Tryphon grammaticus, id est, Falsum enim in extremis nigrescit. Reliquos leuioris amicitiæ parum utiles siue cognatos siue amicos supra modum nec contemnas nec acceptes. Quod instituit allegoria hæc, Vuguium criniumq; præsegmina nec commingito nec insistito. Neque abest quin omnem ingratum conuictorem & singulos nobiscum susurrones homines q; garrulos cate uitare iubeamur, unde illud extat, Cohabitantes nobiscum hirundines ne habeamus, porrò amicus consulto recipiendus est, at receptus non facile abijciendus. Frangere nempe amicitiam inhumanum est, quare dixit, Panem ne frangito. Tu uero ita uelis amicus esse, ut amici omnia perinde cures atque tua, cui non blandis uerbis & sermonum fuco placeas, sed studio ueri. Sedes enim amicitiæ ueritas est, non adulatio, propter quod ipse dixit, Oleo sedem ne abstergas. Vtq; conciliandus est bonorum amor, sic non est commouenda malorum iracundia, hoc ipsum admonet, Ignem gladio ne fodito. Est præterea uiri boni officium prodesse omnibus, nocere nemini. Nam si uel molestiæ autor, uel oneri imponendo socius accesseris, non profuisse quidem, magis autem grauasse diceris, ut ita uitio locum dedisse uidearis. Tunc autem uirtuti potius tuæ gratiam mereberis, quum onus deponenti succurras ut leuetur pondere uelocius, hoc illud est quod dixit φορτίον συγκαθαίρειν μὴ δὲ συνεπιθήναι. id est, Onus simul deponere, non autem simul imponere: haud secus atque si dicat, ad id coadiuuato, ut homines molestia leuentur, non grauentur. Indignus uero & peruersis uir moribus, sicut non est interimendus subito, ita tibi ueniat minime fouendus. Quare interdixit, Cibum in matellam ne immittas. Eam denique ferocitatem deponamus oportet, ut prorsus nemo sæuiat in quemuis innocentem. Præcepit enim & illud Pythagoras, Mitem arborem non uiolandam nec lædendam. Vnde illud extat in symbolis, Pisces ne gustato. Est profecto piscis animal eiusmodi, quod ipsa natura nullo pacto lædit hominem. Nunc quantum ad Rempublicam attinet adhuc id restat citandum, quod ipse dixit, Coronam ne carpseris, significans legem non uiolandam. Et illud item, In uia ne seces ligna. Quo monemur publica, & quæ sunt uniuersitatis, non esse turbanda. Quàm uero sapientem haud deceat fastus & maiestatis inflatio, publici ue honoris tumor, arcanum hoc symbolum nos exhortatur, A fabis abstinendum. Magistratus enim fabis eliguntur priscorum more. Innumerabile autem desiderat malum quisquis anxie occupatus est in capessenda Republica. Quo magis

gis ne populum dehortando male offenderet, maluit diſcipulos recondito myſterio tanquam fidus magiſter ab omni ambitione auertere, ut memoria ſemper tenerent, uidelicet ὅτι ὁ θεὸς πολιτεύεται. plura horum non dubium eſt quin Hipparchus & Lyſis Pythagoræ auditores memoriter tenentes præcepta doctoris, quæ illi cum cæteris conſcholaſticis ingenio ſuo pro libris ſeruarunt, in auditorio Thebarum prodiderunt. Ea tamen & non omnia uidi, & ad finem properans non omnia perſtringere uolui. Hoc unum uolui neſcius ne eſſes & obliuioni haud committeres, omnem ferme Pythagoricam philoſophiam eſſe notis uerborum & tegumentis rerum plenam, eumq; tradendi morem ut antè dixi, ab Hebræis creditur & Ægyptijs ipſe ad Græcos primus tranſtuliſſe. Solebant enim Ægyptij quibuſdam fictis inter ſacerdotes literis ſacra cõmunicare, ut eſſent plebi ſecreta quo & diutius admirationi forent & attentius caperentur. Vnde illi Coloſſi ſtatuæ, aræ, arcus, & æra publice inciſa literis Ægyptiorum ſacris, prominebant ſpectanda uniuerſis, ſed non niſi myſtis & initiatis hieroglyphis intellecta, ut de ijs Chæremon & Orus, Ægyptiorumq; multi ſcripſere. Sic Pythagoras meus eſſe non putabat uiri ſapientis aſino lyram exponere, aut myſteria quæ ita reciperet ut ſus tubam, & fides graculus, & unguenta ſcarabæus. Quare ſilentium indixit diſcipulis, ne uulgo diuinorum arcana patefacerent, quæ meditando facilius quàm loquendo apprehendantur. Tum Marranus, Ne, inquit, unus tibi poſsideas oro Pythagoram mi Philolae, ſed noſtrum eſſe patiaris, non ſolius tuum. Equidem ipſe mihi uideor de tuo ſermone haud admodum ſurdus, neque immemor Pythagoriſta euaſiſſe, qui ut cuncta myſteria, metaphoras, ænigmata, ſententias, apophthegmata, allegorias, ſymbola, notas, ſigna, ſacramenta, tanti uiri & omnium primi philoſophi quæ tu obiter & perfunctorie catalogi ſpecie recenſuiſti, commendarem memoriæ, locis Tullianis & Arte rhetorum in te audiendo ſum uſus. Quin uis periculum faciam. Aſſeruiſti enim ſi rite recordor Pythagoram tribus uoluminibus omnes philoſophiæ partes complexum fuiſſe phyſico, pædeutico & politico, id eſt naturali, diſciplinari & morali, quæ moriens (ut alias audiui) filię teſtamẽto mandaſſe fertur, ne uel extra familiam ederet, immo nullatenus publicaret. Ipſe uero dignis tantũ & numero paucis, dum uiueret omnia quę illic continebantur, maxime autẽ mathematica, uiua uoce nullo utens inuolucro plane demõſtrauit. Cęteris cętera in parabolis. Ergo aliter loquẽs, aliter ſentiens (& ſi ſemper idem ſapiens) per quędam ſymbola ceu memoracula doctrinam ſuam ſuis impertituſeſt, ita ut ad priſcorum imitationem aliud dictum, aliud referret intellectum. Ab eo nanq; ut de primis exordiar pro Deo ponitur infinitum & unum, pro rebus incorporeis numeri, pro corporeis figurę, pro myſtis harmonia, pro ſordibus & peccatis, uites non putatę,

pro

pro eo quod est in uita purissimū, farina. Gallus candidus nota est deo dedicati. Sedere designat humilitatē. Circūactio prudentiā, & hęc quo ad diuina. Istud ad rem priuatā & uirtutes spectat. Statera symbolū iusticię. Sal notat moderamen. Via publica errores uulgi. Sol ponit loco manifesti & aperti. Acutus gladius significat pericula. Lotium inuerecundiā. Cantus uoluptatē. Lyra harmoniam. Stragula lecti, insomnia. Annulus strictus dolorē. Esca cordis cruciatū. Olla ebullitionē irę. Vngues recurui rapinam. Chœnix alimentū. Res decidentes fortunā. Termini fatū, ista sunt hominis quoad se ipsum, illud iam sequit quod uersatur erga alterū. Dextra notat amicitiā. Nigra cauda falsos fratres. Vngues & crines symbola sunt propinquorū. Hirundines garrulorū, & eorū qui excedunt ingrati. Panis mysteriū est ueræ amicitiæ. Oleū adulationis signum. Ignis iracundiæ, Gladius exacerbationis. Onus molestiam insinuat. Matella figurat indignū. Arbor mitis hominē utilem. Piscis hominē innocentē. Hactenus de re priuata. Nunc de republica. Corona signū est legis & regiminis. Ligna uiæ res uniuersitatis, ambitionē. Faba demōstrat, omnia symbolica, omnia figurata & allegorica. Quòd nisi plura in discipulis Pythagoræ putares inueniri posse, profecto hęc omnia reducerē ad eius uiri mathematicas proportiones, quoniā unum & duo prima progressione fiunt tria. Ecce rempublicā, & tertia sunt nouē, ecce rem diuinā, & ter quatuor sunt duodecim. Ecce rē priuatā quoad alterū, & quater quatuor sunt sedecim. Ecce rem priuatā quoad se. Est igitur respublica trigonus, & res priuata tetragonus, & sicut se habet sedecim ad duodecim, ita se habet duodecim ad nouē, singula in proportione hemiolia, hoc est sesquialtera. Vide q̄ docilis te præceptore sum, & q̄ egregie Pythagorisso. Tu uero quē meipsum facis? Tum Philolaus, Plane Pythagoreum, inquit, iam enim tibi permitto rumpere silentiū, satis disciplinarū habes, si omnia formalia intellectualiter intelligas. Ad hęc Marranus, Ego certè, quid hoc sit ignoro. Dicam, ait ille, Si omnia quæ tibi apparent, à sensu ad mentē transferas, hoc est si corporeas passiones omneis reijcias & mentis contemplatione perfruaris. Iam uerbi causa in latissimo campi spacio lōge distantem à te hominem uidere te uelim, tu uero ignorans quid rerum sit existimabis uel agri terminum, uel truncū esse, habet enim figurā rectam, & materiam tua opinione immotā, propius cum aspexeris, cogitabit in arbusculam succreuisse. Reiecta igitur penes te cementaria mole, uegetare id putas uita plātæ, tum si motu progressiuo iuxta uos ambo accedatis, cōtinuo arboris forma euanescēte succurrit tibi animalis cuiusdā imago nesciēti atq; dubitanti sit ne gryphes an ciconia, uel alia quęlibet ingens auis, bipes enim est. Iamq; factus propior cernis q; caudā & alas non habet, & ambulat erecto capite, mox relinquis omnes formas priores, & formā cogitas humanā. Ergo una cum obuiā fueritis, salutē

prior

prior dicis, & respondet iste loquens rationaliter, tum neq; fauni neq; satyri aut alius tibi phasmatis oritur suspicio. Sed plane hominem esse agnoscis uel uicinum uel amicum, quem ubi de parẽtibus suis & propinquis ut fieri solet interrogas, ipse omni quæstioni tuæ satisfaciens recedit. Eoq; discedẽte, solus tecum meditaris hunc hominem & ex parentibus esse natum, & parentes rursum ex parẽtibus, & illos ipsos pariter è semine humano, & semen illud ab homine quodam esse, tandẽq; cum natura respuat infinitũ, uidebitur forte haud admodum impossibile unum aliquem assignare hominem qui fuerit ortus sine semine humano. Ita in 12. libro Postnaturalia scripsit Aristoteles, & eum appellat τὸ τέλειον. id est, perfectum. Cumq; accepto feras dari à philosophis hominem talem perfectum, cuius corpus non sit natum ut cæterorum hominum, tunc discurres per rationem ad hominis animã, semper de perfecta ad perfectiorem & nobiliorem. Eademq; possibilitate arbitraberis concedi quoq; animam certam, non ita creatam ut cæteras animas, sed forte quæ se ipsam concreauerit, & eam esse non solum perfectã aut alijs perfectiorem, uerum etiam cunctarũ quæ fuerunt, sunt, erunt aut fore possunt, perfectissimam: hanc in hominis mortalis corpore sitam separabis à corpore, ac supra reliquas animas separatas (quando ipsa est nobilissima) locabis in nobilissimum non locum sed habitaculum. Nobilissima uero mansio est proxima Deo, quod Stagirita late prosequitur in libro ad Alexandrum de mundo. Illam autem nos in orizonte mundi supersupremi qui dicitur incõparabilis, habitare iudicamus, ubi est unio Dei & creaturæ. Sicut in orizõte ęternitatis ponimus motorem primi mobilis immobilem, in quo mundus corporeus & incorporeus conueniunt. Hac iam uia humanã formam, intellectualiter uertisti in formam separatam, & eandem mentaliter ad æternitatis supremam duxisti mansionem. Vnde omnibus angelis & animabus gratiosis summa instillat beatitudo, & omnes animæ salutiferæ ad eandem animam ceu ad regulam quandam regulantur. Quod utiq; de corpore illo perfectissimo cuius antè meminimus Pythagorice nõ negarem. Nam ipse dixit hominem posse fieri Deum immortalem, per quod sententiam suam clare ostendit, quòd una gloria partem hominis utranq; glorificare possit, & totum hominem facere beatum, quãdo maximus ipse Deus aut utranq; insorbit, ac sua Deitate imbibit, aut animæ committit, ut corpori sublimato claritudinem & glorificationem suam influat, ὡς ὁμοζύγω καὶ ὁμοπορεύτω, συναπογραφέντι τε καὶ συναθλήσαντι. id est, Tanquam cõiugato & uiarum comiti, simulq; censito, & quod simul certauerit. Hoc Pythagoræ dogma repullulauit ab Orpheo, quod in exitu hymni ad Mercuriũ deprehendit̃. Iam tibi præ oculis pendentem cernis Homeri catenã auream in Iliad. 8. ab Ioue cœlitus fragilitati nostræ demissam in terras, per quam temetipsum ope diuina in sublime leues

cum

cum agendo tum cõtemplando. Necesse nanq; fuerit prius secundum mentem uiuere, post tandem mente contemplari & contemplantem ardenter ascendere, quoniam uita est contemplatione prior, quarum cum utranq; deceat esse puram ad consequendum id quo nihil est purius, certè purgãda prius uita, deinde illuminanda cõtemplatio. Quod igitur in ea quam attulimus rerum à rebus abstractione uidisti, tu id in te ipso experire, ut per rationem ad mentem redeas, & externis te omnibus explices, quod M. Antoninus Imperator imperat, ἅπλωσον σεαυτὸν. i. explicato te ipsum. Oportet enim ex hac uita migrantem in alterã, omne indumentum exuisse ac nudum proficisci, non modo ab omni teria & corporeis appendicijs, uerum etiã ab uniuersa perturbationũ, affectionũ & passionũ mole profugũ atq; liberum, quod scitè admodũ Lucianus Samosatensis in dialogo Charonis & Mercurij omniũ philosophissimo docuit, quem nisi legisti lege & imitare. Quid aliud est obsecro quod Pythagoras in tria diuisit quæ nos in diuinæ uirtutis uestigia ponant, nisi purgatio, illuminatio & perfectio. Sic enim ait, ταῦτα πόνει ταῦτ' ἐκμελέτα τούτων χρὴ ἐρᾶν σὲ, ταῦτα σὲ τῆς θείης ἀρετῆς εἰς ἰχνία θήσει. id est, Hęc labora, hæc meditare, hæc oportet te amare, hæc te diuinæ uirtutis in uestigia ponent, quod Hierocles de uiribus animæ nostræ rationalis æque intelligi uoluit amori diuinorum applicatis, & hæc nos, inquit, Deo similes facient. Verba Pythagoræ consideremus. Tria nanq; posuit quibus iunctis anagogicè possumus ad summã beatitudinem peruenire. Laborem uirtutis quæ in actione consistit, Meditationem quę multis disciplinarum studijs nutritur, & Amorem qui nos ut necessarium uinculum Deo connectit: primnm moralis, secundum naturalis cum mathematica, tertium studiosis theologia ubertim exhibet, nec unum sine altero per se satis est, sed tria hæc conuenire oportet. Id doctè quidem ut omnia Porphyrius, maximus Pythagoricorũ explorator, in libro primo de Abstinentia animatorum, tractat his uerbis quæ ob grauem testimonij autoritatem afferre libuit, οὐκ ἔστιν, inquit, ἡ εὐδαιμονικὴ ἡμῖν θεωρία, λόγων ἄθροισις, καὶ μαθημάτων πλῆθος, ὡς ἄντις οἰηθείη, οὐδὲ συνισταμένη κατὰ τοῦτο, οὐδ' ἐν τῷ ποσῷ τῶν λόγων λαμβάνει τὴν ἐπίδοσιν. οὕτω γὰρ οὐδὲν ἐκώλυεν, οὐδὲ πᾶν μάθημα συνάγοντας, εἶναι εὐδαίμονας. id est, Non est beata nobis contemplatio, uerborum accumulatio & disciplinarum multitudo, quemadmodum aliquis fortè putauerit, neq; constituta secundum hoc, neq; pro quantitate rationum ac sermonum accipit incrementum. Sic enim nihil prohiberet illos qui omnem congregarent disciplinam fore beatos. Et aliquanto post, ut omittam reliqua breuitatis gratia sic ait, καὶ ἡμᾶς δεῖ ἐντεῦθεν εἴπερ πρὸς τὰ ὄντως οἰκεῖα μέλλοιμεν ἐπανιέναι ἃ μὲν ἐκ τῆς θνητῆς προσειλήφαμεν φύσεως, ἀπρόσθεσθαι πάντα, μετὰ τῆς πρὸς αὐτὰ προσπαθείας δι' ἧς ἡ κατάβασις γέγονεν ἀναμνησθῆναι δὲ τῆς μακαρίας καὶ αἰωνίου οὐσίας καὶ πρὸς τὸ ἀσώματον καὶ ἄποιον σπεύδοντας ἐπανελθεῖν, δύο μελέτας ποιησαμένους, μίαν μὲν. καθ' ἣν πᾶν τὸ ὑλικὸν καὶ θνητὸν ἀπρθησώμεθα. ἑτέραν

δέ, ὅπως ἐπανέλθωμεν καὶ πρὸς ἡμᾶς ἐναντίως ἐπ' αὐτὰ ἀναβαίνοντες ἢ ἐντεῦθεν ἀφέλωμεν, id est, Et nos oportet hinc siquidem ad uerè propria uelimus redire quæ de mortali assumpsimus natura abiícere uniuersa, cum ipsa erga illa affectione per quam descensus nobis cõtigit, reminiscí autem beatæ & æternæ essentiæ, & ad incorporeum ac impassibile studentes ascendere, duas meditationes faciẽtes, unam quidem secundum quam omne materiale & mortale deponamus, alterã autem quatenus reuertamur & redeamus, aliter ad ea ascendentes q̃ hic descẽdimus. Et iterũ post sermonẽ haud ualde multum iubet nos illic Porphyrius à sensu & imaginatione omnícp irrationali quę sequitur inde conditione, passionibuscp eiusmodi, animũ penitus segregare, quatenus permittit naturæ necessitas, ritè uerò disponere articulatimcp cõponere quæ ad mentẽ pertinent, tranquillitatẽ pacemcp ex bello quod aduersum irrationalitatẽ gessimus parãtes, ut nõ solũ de intellectu & intelligibilibus audiamus, uerum etiam pro uirili simus fruentes eius cõtemplatione, tum in naturam incorporeã translati, tum uiuentes cum ueritate per mentem, non ultra falsè cum corporũ cognatis. Soluere itacp multa nobis indumenta debemus, tum uisibile hoc indumentũ carneum, tum ea quibus interius sumus induti pelliceis proxima. Hucusq; Porphyrius qui ea de re longè plura differendo prosequitur, omnia istuc tendentia ut per sensibilia ueniamus ad intelligibilis & mentalis boni fruitionem, honestè uiuendo, purè contemplando, & diuinè amando, quę omnia de Pythagora nostro tanquàm è quodam ingenti cunctarum disciplinarum flumine duxit. Ego uerò, Marranus aiebat, ab ijs quæ mihi ordine recensuisti planè in eam moueor opinionem quòd flumen illud suum Pythagoras ex infinito Cabalistarũ pelago cuius felicem nobis Simon nauigationem pollicetur in agros Græcorum limitauit, unde nostra tandem studia irrigare queamus. Ita pares mihi uidentur esse inter se Simonis de Cabalistis & tui de Pythagoricis tam sermones q̃ sentẽtiæ. Nam quid aliud intendit uel Cabalęus uel Pythagoras, nisi animos hominum in Deos referre, hoc est ad perfectam beatitudinem promouere. Quę autem alia uia quàm similis utriusq; tradendi modus & ambobus ęqua exercitatio per symbola & notas, adagia & parœmias, per numeros & figuras, per literas, syllabas & uerba. Sic hypsilon Pythagorę iuuentutis symbolum extat. Sic prima syllaba Iliados signum est & nota omnium librorum Homeri, quot sint numero in utroque opere. Sic uerbum candidi significat bonum, atri malum. Haud aliter & Simon noster primam Pentateuchi literam, & pentagrãmati mediam ad alias res trãstulit, & Raham, autore Dauid Kimhi, allegorice pro Abraham mutuatus est, & cætera quæ de sermone ad nos habito satis meminimus. Sed audi quanto clamore nos caupo ipse ad cœnaculum uocat, heus ad epulas. Et Philolaus. Equidẽ, inquit, cupiẽter edã, quin imus.

Ioan.

IOANNIS REVCHLIN PHORCENSIS LEGVM DOCTORIS

LIBER TERTIVS.

POst ubi digressi lumenq; obscura uicissim Luna præmit, suadentq; cadentia sydera somnos, ambo soluũtur in sopo-rem, præmissa adhortatione alterius erga alterum, ne ultra primum mane obdormiscerent, expergefaciendos igitur fore curarunt. Et postero die dum de more induuntur, interea memi-nerunt eius diuersorij Cauponis uerba lõga & uaria quibus ad hester-nas epulas hospitibus recensuerit fuisse quasdam superiori die à Roma na curia Francofordiam missas propositiones & conclusiones, contra inhibitionem apostolicam ab Astaroto quodam fictas & concinnatas aduersus Ioannem Reuchlin, propter libros non cõburendos iam plus quinquennio crudeles persecutiones innocenter ac simul animo forti & infracto passum, præ foribus sapientiæ ac templorum uestibulis Ro mæ affixas, & mox in lutum stercus & cœnum ibi proiectas & concul-catas iustis ex causis, tum quia prẽter Summi Pontificis uoluntatem & absq; reuerendissimorũ iudicum notitia coram quibus ea lis post Asta roti appellationem hactenus triennio in Curia penderet tale facinus fuisset attentatum, tum quòd uniuersis innotesceret eam conscriptio-nem apertissimis scatere mendacijs. Principio nanq; polliceri Astaro-tum in præsentia Papæ conclusiones eas fore disputandas, & Papam tamen negauisse ac certè prohibuisse, quoniam in multis æstate proxi-ma publicis Romæ sessionibus habitis ea causa plenè fuisset disputata & discussa corã doctissimis mundi luminibus, Ecclesiæ catholicæ præ-latis, archiepiscopis, episcopis, generalibus ordinum, & eorum procu-ratoribus, pœnitentiarijs, doctoribus, magno numero Theologiæ, lu risq; peritissimis uiris, qui Capnionem esse absoluẽdum decreuissent. Deinde, quòd ignominiosè appellauerit Oculare speculum, scandala & erroneas continentias, quum tamen Liber iste sit per Apostolicam sententiam diffinitiuè admissus. Tum etiam quòd de eodem Libro ita scripserit, quòd sit à quinque Vniuersitatibus dudum igni addictus, quæ certè sunt meræ nugæ, clara & cãdida mendacia, quia nulla in om ni terrarum orbe sit aut fuerit Vniuersitas quæ Oculare speculum con demnauerit, sed tantum singularia quædã capitosa capita, uertiginoso cerebro heteroclita, & supino errore decepta, cõuenticulariter & con-spiratiuè contra Iuris & iusticiæ formam in Oculare speculum liuore ta buerint, & sua, ut aiunt, sentimenta conflauerint. Postremò eos aiunt qui luto & cœno corollaria illa inuoluerint & reuoluerint affirmare solitos, in eisdem conscriptionibus nihil contineri ab α ad ω, quod

non antea in defenſione publica Ioannis Reuchlin contra calumniatores ſuos Colonienſes iuſtificatum ſolutum & reſolutum fuiſſet, quod lectori cuiq; lucidius ſtellis claruerit. Aſtarotum itaq; ſemper eandem cantilenam pro turpi ſua lingua canere. Hos cauponi ſermones fuiſſe cum hoſpitibus & conuiuis ſuis dixerunt Philolaus iunior & Marranus, graue nimium putantes, in re tam parua & puerili, tot annis tam ferociter digladiari. Et ſimul atq; ueſtiti erãt, tum Simonis domum uti conſtituerant, uelociter ſeſe corripuerunt. Cumq; inter ſe ut ipſorum uſus ferebat amiciſſimè conſalutaſſent, Marranus ſic incipit, Quàm nos delectauerit pridiana diſputatio tua, uenerãde Simon, incredibile admodum eſt, & uix dici poteſt, ita ſumus te nobis abſente impatiẽtes more, qui prẽter ullam erubeſcentiam mox atq; prẽterijt ſabbatũ tuum antelucani aduenimus. Et ille, Veneritis proſpere, inquit, amici optimi, an non & uos hodie feriæ tenent, quẽ diem Soli nuncupatis. Tum Philolaus, Pythagorica ſumus turba, inquit, dies omneis feſtos agimus, quando hilari mente contemplamur, nec ſabbatum aliud quippiam cenſemus, quàm relictis negocijs ſecularibus dare operam, ut ad hæreatur diuinitati. Sic enim nobis Pythagoras iuſſit, autore Laertio, ξυνιῶναι δεῖ τοῖς θεοῖς. id eſt, conuerſari oportet cum dijs. Niſi quòd tu numerum ueneraris ſeptimum, ocio aptiſſimum, qui etiam nobis Pythagoreis nihil rerum parit, & Minerua nominatur. Tum Simon, Legi auſcultãdum eſt, quæ ſua cuiq; diſtribuit, & naturæ ipſi pro anima eſt, uoluit enim ea & uiribus corporum ſeruire, ſine quibus nec ratio ſana eſſe, nec mentis lumen conſeruari ualide poſſit, quapropter mediationem menſis lunæ, hoc eſt ſeptimam uitæ partem quieſcere cõſtituit, in qua nihil agere liceat, niſi quod obmiſſum irreparabiliter noceat. Hæ nominantur, ſi recte memini, Romanis feriæ ſtatiuæ uniuerſi populi communes & faciundis rebus diuinis conſecratæ, utq; non ſemper philoſophari Neoptolemus permittet ille apud Ennium, ita non ſemper, non omnibus, non omnia de Deo meditari, uel ex ueſtris ſunt qui præcipiant, ſed eſt & quando & quibus & quantum, Nazianzeno ad Eunomianos autore, quem aliquando Græce legi uirum & doctiſſimum & eloquentiſſimum in Achaia cum degerem. Ita non uileſcet quod eſt optimum & infinitum finite pro noſtra menſura concipietur. Sex ergo diebus operamur, at ſeptimo quoq; die & corporaliter ociamur, quatum permittet uiuendi neceſſitas, & mentaliter poſt uoluntatis purgationem diuinis intenti ſumus, & feſtiuiter cum omni tranquillitate res ſacras laudamus, ſolióq; tunc deo ſeruimus. Huc uergit quod dicunt Cabalæi noſtri שבת חרא סור אלהי id eſt, Sabbatum eſt myſterium Dei ui: ut in Porta lucis capite ſecundo. Extat namq; ſymbolum mundi ſuperioris, hoc eſt Iobolei æternitatis, ubi ceſſat omnis labor, quare gemino dicendi uſu legibus indicitur, 5. Deuter. Obſerua diem ſabbati, quod

quod uult intelligi actionibus exterioribus iuxta mũdum inferiorem. Et Exodi 20. Memora diem sabbati ad sanctificandum illum, uidelicet animæ uires coniungendo menti ad cõtemplationis profectum iuxta mundum superiorem. Agnoscitis iám ne? quòd sabbatum est nota diuini seruitij, quo sensus & ratio absoluuntur ab occupationibus materialibus quantum permittit humana imbecillitas, & energia mentis alligatur occupationibus formalibus, ad considerandũ quę sursum sunt. Istud lex uoluit per hæc duo uerba innuere שמור זכור id est, obserua, obserua, memora, quibus intelligunt ex magistris nostris quidam præceptum sabbati esse affirmatiuum & negatiuum dicentes, obserua, id est caue, quod semper eis uitare significat, quatenus nos arceat ab omni quod sanctitati contrariũ est. Alij obserua, explanant custodi, ut nocti custodiam attribuant, & recordationem diei, ac illud haud oblique ad Cabalistarum quadrat fundamentum, qui hunc mundum esse noctem & mundum uenturum, id est superiorem ac intellectualem esse diem putant, hic seruos degere, istic uiuere liberos: his dicendum caue, custodi, obserua, illis reminiscere, recordare memento, quoniam hæc uox זכור ideſt reminiscere, cõtinens præceptum affirmatiuũ procedit ex amore, uerbum uero caue, præceptum negatiuũ impletur ex timore, liberorũ autem est amor, seruorum timor, ita omnium præceptorũ reputamus alterum altero nobilius. Fermè in hanc sententiam longiore tractatu Moyses Gerundensis in Exodo scripsit, quibus duo esse sabbata recipimus ducti scripturæ testimonio Ezechielis 20. Sabbata mea dedi eis. Nam pluralis locutio duorum numero cõtenta est, quippe non solum ut generaliter uno uocabulo singulas feriarum species in lege numeratas Deus exprobrare nobis uoluerit, quemadmodum Dauid Kimhi & Thalmudici opinantur, uerum etiam ut peculiari hoc nomine datũ optimũ & donum perfectum à Deo nobis cõcessum, quod Iobeleum superius appellamus, memori semper mente complectamur. De quo Porta lucis sic : זו חיא שביעית עליונה שנקראת יובל .i. hæc est hebdomada superna quæ uocatur Iobeleus. Vnde omnis remissio, propiciatio & infusio gratiæ descendit, quam satis nemo eloqui ualeat, cum nec oculus quidem uidit unquam ô Deus præter te. Est enim שבת שבתון sabbatum quietis & sabbatum sabbatorum quo animæ humanæ omnes puræ reiecta labe tandem redibunt libere ad hæreditatem patrum & mittentur in possessionem uerè nostram atq; propriam quam acquisiuimus & retinemus per animam Messihæ de tribu Iuda septimi ab Abraham patriarchæ procuratorio nomine in orizonte mundi supremi iuxta scripturã, Et suprà Iubileum mittet radices suas. Iere. 17. Quæ interpretatur Cabalista ille præstãtissimus Sopher Ama in libro חרזים id est reconditorum, Psalmi undeuigesimi superuersu dies diei. רל איש אל משפחתו ואל נחלת אבותיו ישוב בלומר שיתעלו בבחות אל מקום

: אצילותהן שׁחוא פלג אלהים מלא מים id est, Vult dicere unusquisq; ad familiam suam & ad hæreditatẽ patrum suorum reuertetur, quasi diceret, quod ascendent per angelos ad locum destinationis suæ, quod est flumen dei repletum aquis. Hæc Rabi Ama, & sunt aquæ quæ supra cœlos sunt, in mundo intelligibili שחוציא מרוח חסרוש ubi obseruantes sabbathum fruuntur, & cibantur hæreditate Iacob patris eorum, ut dixit Isaias. Sanè illud ipsum quidem est sabbathum Cabalistarum omni tempore sanctificandum, in quo nõ carnis, sed animæ sequimur uoluntatẽ & meditamur diuina, nihil contra deum intendentes, quod pro lege omnibus gentibus extat, quoniam ex ipsa natura pullulauit. Vos enim quibus lex Moysi lata non est, Iudæorum cerimonię haud astringunt ut numero seruiatis, quod & Iarchas quondam rectè Apollonio negauit. Nec à uobis numerum extorquebo, sed quietum & tranquillum animum posco, soli deo diuinisq; deditum, qui maximè in anagogica speculatione cõsistit, uti est ista inter nos disputatio à uobis tantopere desyderata. Tum Marranus, Omnino perficiendũ est, inquit, nam cœpisti Cabalam uenustè admodũ tractare qui iam nobis plusquã clarè ostenderis non tantũ posse nos hodie uerũetiam debere de altissimis rebus disserere. Id tu nõne mecũ postulas Philolaee? Ac ille, Certè quidẽ. Enimuero nunc eius disciplinæ intrauimus nauim, & mox in ipsa prora sentimus, Cabalam nihil aliud esse nisi (ut Pythagoricè loquar) symbolicã theologiam, in qua nõ modo literæ ac nomina sunt rerũ signa, uerũ res etiam rerũ. Quo animaduertimus Pythagoræ philosophiam ferè omnẽ esse à Cabalæis ortam, qui pari modo symbolicum tradendi morem ad Græcos transtulit, quin egoipse quoq; cum sodali hoc meo te uehementer oro ut dicendo ac potius docendo pergas. Tum Simon. Non mihi tantũ iactantiæ usurpauerim, ut docere uos audeam: nec bene tutum fuerit in re tam perplexa, nondum extraneis cognita, præsertim Romanè doctis, præter admodũ pauca quæ annis superioribus Ioãnes Picus Mirandulæ Comes, & Paulus Ricius quondam noster ediderunt, etiam usq; ad hodiernũ latinis nõ satis intellecta. Vereor enim si docerẽ tam peregrina dogmata, ne mihi haud secus atq; multis antè bonis contigit uiris, inuidorũ turba ignominioſe obstrepat, qui omne quod nesciunt improbant, & facilè malignandi studio uerba in alienum sensum detorquent contra loquentis uoluntatem, quos Cicero calumniatores uocat, ego si dici grammatice liceat Calumnienses appellauero, quoniã uos ipsi æque meos Theologistas Pharisęenses nominare consueuistis. Sed palàm testor utrunq; uestrũ me nihil docere uelle, dicere autẽ magis & recensere, si quid apud Cabalistas legerim quod uobis haud displicere putẽ. Exequar igitur primum, quod illi ultimũ intendunt, nam omne studium suum & uniuersam operam uni huic proposito impendere curant, ut in hac uita fœlicitatem

citatem & futuri qui pro captu quicq; suo perpetuam beatitudinẽ conse quantur. Quod maximè omnium hoc medio fieri posse confidunt. Si tandem aliquando id quod sibi sentiunt pro utriusq; mundi statu esse optimum sedulò & gnauiter apprehendant, cuius possessio adeptis iu cunda & perfecta sit quies, nimirum cùm etiam quęcq; alioquin anima lia quantũuis bruta fœlicitatẽ suam gestire tum uisa sint, cùm quę opti ma sibi existimant ijs fruantur, & ad ea pertingant quæ cupiditati suæ afferunt satietatẽ. Cernitis bouem depascere floridum aliquod & uiri- de pratum, nõ quidem totũ, sed deliberata electione nunc hanc inqui- rere herbam, nũc illam. Subitoq; aliam quidem facilè relinquere, aliam autem prorsus obmittere, donec ad consentaneum & uescum sibi ali- mentum perueniat quo consistat & requiescat. Hoc modo Cabalistæ post campos scientiarum latissimos, & prata contemplationum omni amœnitate ornata multas & uarias qualitercunq; olentes herbas de- gustant, ut demum toto gramine perlustrato illud diuinum Moly re- periant, cuius quanquam radix nigrescit, tamen flos Homeri opinio- ne albus enitet lacti similis, quo inuento cunctas repulisse miserias ui- dentur, appetitus sui finem in hoc mundo consecuti fœlicem. Virtus uerò Moly est, opera difficilia radix, flos animorum tranquillitas, hoc omne nisi præsentis seculi uera felicitas esse aliud nihil ne credi qui- dem possit. Futuri autem beatitudo est apprehensio summi boni, su- pra quod nullum bonum, & à quo est omnis bonitas, quod à nulla mera creatura cõprehenditur. Sed tum apprehendi asseritur cùm pro cuiusque captu proximè acceditur, ut si quis fimbriam uestimenti ap- prehendat, hominem indutum apprehendisse dicatur. Ad illud bonũ quòd deus nominatur non planè à nobis poterit ob nostræ conditio- nis fragilitatem, nisi gradibus atq; scalis ascendi, quæ quidem ut uos lo qui cõsueuistis instar Homericæ catenæ, ut uerò Iudæi nos secundum diuina eloquia dicimus certè ad speciem scalæ Iacob patris nostri de supercœlestibus porriguntur in terram, tanquam restis quædam aut funis aurea cœlitus ad nos directa, ueluti linea uisualis uarias penetrãs naturas. Aspicitis nanq; solem cuius radius ad uisum nostrũ proficisci- tur per orbem Veneris, per orbem Mercurij, per orbem Lunæ, per or bem ignis, per orbem aëris, & tangit corpus opacum speculi concaui, reflectitq; inde ad stupam aut lanã aridam, quam splendore suo incen- dit uehementer usq; in cineres, eiusdem uerò flammæ species ad ocu los peruenit nostros, & à sensatione interiori suscipitur, suscepta iudi- catur ab æstimatione, tandem discurritur à ratione redeundo uiã qua præsens operatio omnis est progressa, tum hæc prudẽter nobis osten dit quonam modo formæ interiores deferantur per spiritus animales ad imaginationem & æstimationis iudicium, quo etiam modo exter- næ ab intraneis recipiantur, quo item à flamma species in perspicuo

uſque ad pupillam intendant, qua uia ex incendio ſpeculi concaui orta ſit flamma, & quomodo radius incendere potuerit, quo denique modo per multa media ſibi non connaturalia continuetur ſplendor, qua rurſus ſit proportione cõparandus aer ad ignem, ignis ad ſphæram lunæ, & reliqui orbes ad reliquos. Singula hæc ratio noſtra diſputat per iter compoſitionis & reſolutionis ultrò citrò ſuſque deque gradiens, & modò hęc modò illa cogitans, neque ceſſat ratiocinari uſque dum per phantaſma effigiem, intentiones ſplendorem lumen lucem luminare ſcilicet ad ipſum de quo loquimur ſolem reuerterit. In primis imaginem lucidam agnoſcit, deinde iudicat ipſam eſſe propriam illius flãmæ ſtupeę quam pridem oculi uiderant, tum quòd intẽtio eius à re uiſa per diaphanon ad oculum foris producta etiam intra fuerit recepta, quòd item ſtupa ſit terreſtris, quòd ſplendor ſit aereus, quòd flãma ignea, quòd candor accidens diaphano inhærens, quòd tranſeat per lucidum atque perſpicuum, ſiue aer illud ſit ſeu ignis aut cœleſte aliquid, ſecundum formæ ſubſtantialis energiam & operationem peculiarẽ, deinde meditata ſua nobiliori cuique ſemper accommodans, relicta materia ſecum de forma diſputare incipit, non iam artificiali ut cuius ſcrutinium huc non attineat quæ rectius figura nominetur quàm forma, ſed naturali tantum aut ſuperiore. Pergit itaque ratio & formarum aliquas reperit eſſe particulares, nunc & hic, reliquas uerò uniuerſales ſemper & ubique, tum ex particularibus quaſdã corporibus inexiſtentes quibus dent ut ſint, alias autem formas ęoaſſiſtentes quibus præſtent ut ſic ſint, alias omnino ſeparatas à corporeis eſſentia uirtute ac operatione, quæ tamen idcirco nomen quandoque formæ amittunt, atque uel dij, uel angeli, uel intelligentiæ, uel animi beati, uel mentes, aut alio quolibet uocantur nomine. Quæcunque autem ſunt uniuerſales eæ non ultra formæ, ſed Ideæ ſiue ſpecies dicuntur à multis qui perquàm proprie loqui didicerunt. Sic ratio ſanè tantiſper aſcendet dum poterit, cum autem ita fuerit diſcurrendo extenuata ut formas quæ corporibus nèc inſunt nec adſunt, tanquam naturæ non ſubiectas comprehendere nequeat, mox ſubſidiarium accerſit intellectum qui planè ut hãc materiam abſtrahit ab hac forma ceu aſini cuiuſdã in agro ſepulti, quam natura induit graminis forma ex cadauere illo floreſcente, ita rurſus formam quoque ſimpliciter à materia conatur abſtrahere, id uero experitur arduum eſſe ac laboris plenum, facilè enim eſt abſtrahere materiam à forma, ſed formam abſtrahere à materia difficile, quapropter intellectus ille purgatiorem ſe eleuat, ut menti occaſionem in ſe influendi præbeat, cuius claritate fretus formas agnoſcit nonnullas eſſe penitus à corporeis eſſentia uirtute ac operatione abſolutas, & ob id neque loco neque tempore concluſas, quo uerè oporteat eas arbitrari ſupra cœlos eſſe, ubi ceſſat motus & tempus. Hinc uolũtatem noſtram inſtruit ut eſſe quę-

dam

dam credat extra cœlos entia optimam uitam ducentia, qua toto æuo fruantur, ibiq; illum secundum inchoare mundum, luminibus uiuis & mentibus purissimis offertissimum, quem possit intrare animus humanus fortiter contemplando, certè multò potius quàm oculus corporeus transcendere orbem solis acute uidendo. Vtq; solem non aspicimus nisi sol nos respiciat, ita mundū superiorē uidere nequimus nisi & ille nos uideat, est enim totus oculus ipse quoq; sole clarior, Solem aūt comprehendimus per lumen solare, ita diuina comprehendimus per lumen diuinum, & qui uisu corporeo possumus non solum orbem solis, uerum etiam superiores stellas & summum cœli capere, cur non posset mens nostra quæ uirtutem corpoream modo quodam infinite præcellit altius suspicere ac mundi archetypi contenta uidere, cum tanta propinquitate concauum & conuexū supremi cœli uniantur, à quo conuexo æternitatis orizon nihil distare uideatur. Intuemur itaque (mihi credite) alterius mundi diuina mutuo, & illa nos uicissim intuentur, ueluti duo directè oppositi oculi per unicam lineam uisualem recitè circumacti. Tum Philolaus, Omnia, inquit, quæ doces Simon Pythagorica sunt & Italicæ philosophiæ propria quam inter nos heri discussimus parumper ego & Marranus mecum. Ad hæc ille, Vos equidem quid appellare duxeritis Pythagoricum ignoro, at hoc scio hæc esse Cabalistica quæ hactenus propolui, à priscis Cabalæis tradita, & omnia lege diuina Hebræorum complexa. Hinc nascitur illa enumeratio quinquaginta portarum intelligentiæ, circa quas tantopere Cabalistarum studia desudant, diuinitus à Moyse Dei seruo receptarum, quarum cognitionem ipse quoque posteris nobis tradidit uniuersitatis conditionem explicantium, ובבר אמרו רבותינו חמשים שערי בינה נבראו בעולם וכלן נמסרו למשה חוץ מאחר שנא ותחסרהו מעט מאלהים: id est, iamq; dixerunt Magistri nostri quinquaginta portæ intelligentiæ productæ sunt in mundo, & omnes illæ traditę sunt Moysi præterquam una, quia dictum est, minuisti eum paulominus à dñs. Super isto Cabalistarū sermone dixit Ramban in Geneseos exordio, quòd eiuscemodi omne Moysi traditum per portas intelligentiæ, cōtentum est in lege diuina Iudęorū, uel sensu literali uel allegorico, per dictiones, uel arithmeticas supputationes, uel geometricas literarū figuras siue descriptas seu transmutatas, uel harmonię consonantias ex formis characterum, cōiunctionibus, separationibus, tortuositate, directione, defectu, superabundantia, minoritate, maioritate, coronatione, clausura, apertura & ordine resultātes. Et per illā quoq; legē à diuino spiritu adeptus est Salomō rex sapiētissimus omne quod nouerat de quo scriptū est in libro Regū q; deus ei dederit sapientiā & prudentiā multā nimis quasi arenā in litore maris & creuerat sapiētia Salomonis super sapiētiā oīm orientaliū & Ægyptiorū, & erat sapiētior cūctis hoīb, & disputauit

uit ſuper lignis à cedro quæ eſt in libano uſq; ad hyſſopum quæ egreditur de pariete,& diſſeruit de iumentis & uolucribus & reptilibus & piſcibus. Vltra hæc confirmat noſtram ſententiam Gerundenſis,& concludit ita, וכל זה ירע בתורה וחכל מצא בה בפירושיה ברקוקיה באותיותיה ובקרציה : id eſt, Omnia hæc cognouit per legem, & omnia inuenit in ea per expoſitiones ſuas, per Grammaticas ſubtilitates & per literas eius,& per calamiſtrationes illius. Contigit autem ei hoc, poſtquam ad plenum fuiſſet duodequinquaginta portarū intelligentiæ rationem conſecutus, quæ aperiunt omnium creaturarum cognitionem. Sunt enim cunctæ res uniuerſaliter in quinas conditiones diſtributæ. Nam aut elementa ſunt, aut elementata, aut animæ, aut cœleſtia corpora, aut ſupercœleſtia incorporea. Horum fortaſſe quodlibet decem recipit conſiderationes, quarum capitula ſunt quæ ſequuntur. Genera generaliſſima, genera ſpecialia, ſpecies generales, ſpecies ſpecialiſſimæ, res indiuiduę, quę ulterius conſtant materia & forma, uel quibuſdam utrique proportionalibus, contrahuntuŕq; ſingulariter differentijs, proprietatibus & accidentijs. Decem hi tam eſſentiarum quàm intelligentiarum modi per quinque multiplicati quinquaginta ianuas aperiunt, per quas intramus in creaturarum penetralia illa eminentibus notis in operibus ſex dierum deſignata, & à Cabaliſtis ſtudioſe deprehenſa receptaq;. Iam iſto artificio ęnigmaticus ſcrupus à Comite Mirandulano inter noningentas concluſiones ſuas propoſitus, facilè in eodem ſcirpum explanabitur. Aiebat enim ſic, Qui ſciuerit quid ſit denarius in Arithmetica formali, & cognouerit naturam primi numeri ſphęrici, ſciet ſecretum quinquaginta portarum intelligentię, & magni lobelei, & milleſimę generationis, & regnum omnium ſeculorum. Hęc Mirandulanus. Ducatur itaque uelim ſphęra plana ſiue circulus decem figurarum numeralium ſuper cētrum quod ſit quinque, eſt enim medium denarij & in eius circumferentia particulariter, denarię ſupputationis numeri ſinguli deſcribantur, tranſeatq; diameter à minimo ad maximum, hoc eſt ab uno ad nouem, cuius diuiſio duos ſemicirculos efficiet, à parte ſiquidem dextra ſphęrę, poſt unum & ante nouem ſuperius commemorata ponantur duo tria quatuor quinque, à parte autem ſiniſtra poſt unum & ante nouem reponantur quinque ſex ſeptem octo, & trahantur lineæ per centrum à duobus ad octo, à tribus ad ſeptem, à quatuor ad ſex, à quinque ad quinque. Tum ſi maximo cuique tantum ſubtraxeris quantum abundat ſupra quinque, quod eſt ſphęrę denarię centrum, atque idem ſuo minimo addideris qui à quinque defecit, ſemper ex utriſque oppoſitis numeris quinque & quinque adæquata ſurgent, quare comparatis inuicem linearum punctis quælibet lineæ deſcriptio Numeralis, quinque & quinque obtinet. Quinarius igitur Numerus in circulo dena-

denarię reuolutionis dicitur ſphęricus, quia, ut uidiſtis, omnes numeri ſphæræ ad quinque rediguntur, id autem fit per quinq; lineas in ſphæra ductas, quarum ſingulæ decem continent. Eo itaque ſphærico numero per decem multiplicato naſcentur quinquaginta ſiue portę intelligentiæ ſeu anni Iobelei, cuius proportio dupla quæ eſt Arithmetica formalitas, in ſe multiplicata, milleſimam generationem procreabit, quod ſi perpetuo ſic facies, apparebit infinitudo, quæ eſt regnum omnium ſeculorum à Cabaliſtis Enſoph nominatum, & eſt Deitas ipſa ſine indumento. Reliqua enim Deus produxit amictus lumine ſicut ueſtimento ut eſſet lumen de lumine, ac inde cum ueſtimenti ſui lumine creauit mundum intelligibilem ſpirituum ſeparatorum & inuiſibiliū, quod Cabaliſtæ uocant cœlum, ut ex me ſæpius accepiſtis. Ad hunc modum intelligo uerba ſapientiſſimi & maximi Rabbi Eliezer, qui cum iſtam propoſuiſſet quæſtionem, unde creatum ſit cœlum reſpondit, מאור לבושו לקח id eſt, de lumine ueſtimenti ſui ſumpſit. Recitatur hæc à Moyſe Maimoni oſtenſore Perplexorum in 26. capite libri ſecundi, & à Rabbi Ioſeph iuniore Caſtilienſi, ciue Salemitano in Horti nucis uolumine ſecundo. Vſq; huc aſcendit Moyſes Dei ſeruus, ut cognoſceret lumen ueſtimenti eius, & ſabbatum ſabbatorū, & Iobeleum ſuperius, & milleſimam generationem, quod totum nil aliud eſt quàm mundus ſuperior Idearum, angelorū, fœlicium animorum. Igitur cum indumentum Dei tranſcendere ac faciem eius uidere nequiuerit, recte dicetur ex quinquaginta portis intelligentiæ una caruiſſe, quam aliqui noſtrûm fuiſſe opinantur תחיית id eſt, uiuificationem, tamen iſs haud aſſentior, magis uerò eſſe puto Dei eſſentiam quam ſymbolum indicat Tetragrammaton, & eſt mundus incomparabilis nulla comprehenſibilis proportione. Dixit nanq; Moyſi Deus, Faciem meam uidere non poteris. Seu uerius ſic, Et facies meæ non uidebuntur, ſed uocabo nomen Tetragrammaton coram te. 33. Exodi, quod explanant Cabaliſtæ, שאקרא לפניך חשם חגרול שלא תוכל לראותו : id eſt, Vocabo coram te nomen illud magnum, quod non poteris uidere: ita enim Ramban Nehmani ſcribit. Quo planè apparet Deum iuxta ipſum eſſe ſuum Tetragrammaton, à Moyſe non fuiſſe uiſum. Hoc ſane portarum eſt omnium principium ſupra omnem creaturam ante creationis exordium, de quo legitur, Creauit Deus cœlum & terram. Et Chaldaica Onkeli translatio ſonat ita, Creauit Tetragrammatus cœlum & terram. Deus ergo Tetragrammatus creauit omnia, quem uos Tetractyn nominare audiui. Dixit autem Rabbi Eliezer ut in capitulis eius extat, עד שלא נברא העולם היה הקבה ושמו בלבד id eſt, Vſquequo non fuit creatus mundus, fuit Deus & nomen eius ſolummodo. Alij quoque Cabaliſtæ aſſerunt teſtimonio Moyſi Ægyptij, capite 29. libri ſecundi Perplexorū ſic : תחלה שלא היה שום דבר נמצא בלל אלא חשם והכמיתו i, Ab initio

cum

cum non esset ulla res, erat penitus nisi nomen Dei & sapientia eius. Ergo antequàm esset creaturarũ quicquam iuxta Cabalæ doctrinam, nihil erat nisi Deus, & nomen eius Tetragrammaton, & sapientia eius. Sola certè tria hæc, receptio nostra continet, quæ prima creationis porta magistro nostro Moysi nequaquã fuit aperta. Quare dicitur legem diuinam peruestigasse tantummodo per nouem & quadraginta portas. Iosue autem denuo una minus, scilicet per octo & quadraginta. Sic enim in libro Explanationum Alphabeti à R. Akiba recepimus, ואחר מתתו של משה נתעלם מיהושע שער אחר ונשתארו מה שערים ושלמה נתקשה על איתו שער להחזירו ולא היה יכול ׃ id est, Et post mortem Moysi abscondita fuit de Iosue porta una & relictę fuerunt quadraginta octo portæ, & Salomon laborauit super illa porta ad reducendum eam, sed non erat potens. Hoc ita receperunt Cabalistæ, quoniam de Moyse scriptum est 34. Deuteronomij. Non surrexit propheta ultra in Israel sicut Moyses. Non igitur Iosue ualuit tantum ascendere quantum Moyses ascẽderat, idcirco haud ab re affirmatur uno fuisse gradu inferior. De Salomone autem Ecclesiastis 12. legitur quòd quæsiuerit ut inueniret res beneplaciti, sed addunt Cabalistæ Deum ei pręcepisse sic. Scribas rectè uerba ueritatis, ea esse dicimus tradita & recepta per uiam Cabalæ, quatenus aliud conscribere non auderet nisi quod recepisset, idq́ fuit duobus gradibus inferius quàm Moysi receptio. Post Deum porta secũda est mundus archetypus, & dicitur, Cœlum à Deo Tetragrammato in sapientia creatum iuxta Thargum Hierosolymitanum quod loco בראשית id est, in principio posuit בחכמתא id est, in sapientia, quippe confirmans quæ diximus, quòd in sapientia creauit Deus Tetragrammatus cœlum, conclauè angelorum, de quo planè nihil à Moyse fuit expositum, ne rudi & agresti populo uel non intellecta uilescerent, uel idololatriæ præberent occasionem. At uisibilis iste mũdus terra intelligitur, quem inter portas tertiã esse affirmamus. Per inane autem symbolicè notari materiam putabimus, portam intelligentiæ quartam. Per uacuum hoc est priuationem, quintam. Est & sexta horum appetitus naturalis abyssus. Deinceps pro quibusuis sex dierum operibus reliquæ portæ sequuntur. Iam enim quatuor elementorum signacula portas quatuor indicant, purum nanque elementum ignis secundum Moysen Ægyptium libri Perplexorum secundi capite uigesimo sexto, tenebræ nuncupatur, spiritus, aer, aqua, humor elementaris, lux, forma substantialis, dies, accidentia quæ maximè nobis cõferunt ad cognoscendũ ꝙ quid est. Nox sunt proprietates occultæ, Vesper corruptionis uia, Mane generationis, Dies unus, q̃ certa ratiõe non dies primus nominat̃, sed dies unus, significat cõpositũ in lucẽ ędi tũ. Die secũdo, aquæ suprà firmamẽtũ sunt species rerũ uniuersales. Firmamentũ, orizon ęternitatis & tẽporis. Aquę sub firmamẽto influẽtię

cœlestium

cœlestium corporum naturales. Die tertio sequitur aliud cœlum uisibile ac materiale, porta scilicet undeuigesima: inde terra quã terimus, deinde maria quæ nauigamus, sic herbę, semina, ligna, fructus. Quarto autem luminaria, signa, tempora, dies, anni, splendor, sol, luna, quibus planetis cæteri communicatione caloris & frigoris, siccitatis & humoris comprehenduntur. Calet & siccat Saturnus, Mars ac Iupiter cum suo Sole: humectat & infrigidat Mercurius ac Venus cum sua Luna, etiam si septem hæ sphæræ distinguãtur specifice. Designant præterea portam reliquę stellæ nonam & trigesimam, tum die quinti prodeunt animæ uiuentes quæ est uita mortalium, & in aquis reptilia & cete & pisces, & generatim uolatilia, & particulariter aues. Sexto animal progressiuum in terra, & reptile terrestre, & iumenta, & bestiæ. Tandem porta quinquagesima quæ est homo. Hi sunt quadraginta nouẽ creaturarum cognoscendarum modi שערי בינה & suprema porta unus creator omnium à nullo homine nisi à Messiha planè cognitus, quoniã ipse est lux Dei & lux gentium, ideoq́ & cognoscit Deum & Deus cognoscit per eum. Regius enim propheta Dauid ad deum sic exclamat, Mitte lucem tuam, quod interpretatur R. Salomon Gallus המשיח שנרמה לאור שנ׳ ערבתי נר למשיחי id est, Messiham qui comparatur luci, quia scriptum est, Paraui lucernam Christo meo. Et Isaias ait, Dedi tę in fœdus populi in lucem gentium. Et rursus, Ambulabunt gentes in lumine tuo. Scripsit autem Aristoteles id quod esse uerum arbitror, uisionem fieri non posse, nisi cum lumine, ut legitur in libro de Anima, οὐχ ὁρατὸν ἄνευ φωτός. id est, nil uisibile sine luce. Quapropter ambulantibus nobis ad rerum omnium inspectionem conducit admodũ itineri adhibere lumen, ut uiã qua possimus absq́ pedum læsione proficisci matura cum prouidentia eligamus. Ad quod receperunt Cabalistæ tramites quosdam luminosos & illustria experimenta quæ nominarunt לב׳ נתיבות החכמה id est, triginta duas semitas sapientiæ, quarum meminit Abraham, in libro de Creatione, quem sic incipit, בשלשים ושתים נתיבות פלאות חכמה חסק יה יהוה צבאות שמו׃ id est, Triginta & duabus semitis mirabilibus sapientię excussit seu exculpsit Deus Tetragrammaton Zabaoth nomen suum. Super quo scripsit R. Iacob Cohen, quòd dicit mirabilibus eo significat has semitas esse arcanas reconditas & occultas, hanc suam interpretationem confirmando per Thargum. Et commentator Rab Ishac in eundem librum יצירה testatur, quòd prisci sapientes uiri cordati mites & recti per fundamenta legis in Cabala plurimum exercitati docuerunt nos, quòd maiores nostri & patres ambulauerunt per uias multas, ut tandem starent in semitis istis, quæ dicuntur admiranda sapientiæ, tradita per Zadkiel Abrahæ patri nostro in traditione fœderis. hæc ille. Recensebo itaq́ uobis auditores optimi, si modò dignũ aliquid existimatione uestra iudi-

cabitis. Et Philolaus, Perge obsecro, & Marranus immo confestim exorsa pertexe obtestor ambo inquiunt. Tum ille 32. ait semitę, à summo culmine ad ima basis tēdunt, hoc modo notandæ, quarū prima est שבל מופלא id est, Intelligentia miraculosa, sic à quibusdam dicta, sed rectius multò nominabitur, Intelligētia occulta. Nam R. Salomon Gallus in libro Deuter. cap. 30. probat hoc uerbum מופלא significare מכוסה in uersu, Quoniam mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est. ubi docet legendum esse, non occultatum à te est, idq; per Chaldaicas translationes illic citatas. Est autem lumen dans intelligere præcedētia sine principio, nominaturq; gloria prima, quoniā nulla creaturarū mera essentiæ ac ueritati eius ualet appropinquare.

Secunda שבל מקורש id est, Intelligentia sanctificans, est fundamentum sapientiæ æternę, quæ uocatur fides & nominatur parens fidei, eo quòd de eius uirtute fides infunditur.

Tertia שבל שלם id est, Intelligentia absoluta, est intentio principiorum, quæ non radicauit ad reducendum sibi aliqua in penetralia maiestatis suæ, quæ infundantur ab anteriore.

Quarta שבל טהור id est, Intelligentia munda purificat numerationes Cabalisticas & figurationem earum emendat, disponitq; terminos & extremitates suas, ut sint absq; detruncatione aut dispersione.

Quinta שבל מזהיר id est, Intelligentia fulgida, dicitur Cabalistis gloria secunda.

Sexta שבל מהנוצץ id est, Intelligentia resplendens, sedet super throno splendoris, & illustrat fulgorem luminarium, & infundit influxum suum præfecto superficierum & eminentiarum.

Septima שבל מנהיג id est, Intelligentia inductiua, est ipse thronus gloriæ, perficitq; ueritatem communicationum spiritualium.

Octaua שבל נשרש id est, Intelligentia radicata, quæ conueniens unio dicitur, & est proprium ipsius prudētiæ quæ infunditur à sapientia superiore.

Nona שבל נצחי id est, Intelligentia triumphalis uel æterna, uocatur paradisus uoluptatis paratus sanctis.

Decima שבל התרגש id est, Intelligentia dispositiua, aptat sanctis in fide apparatum ut induantur spiritu sancto, & est illud quod uocatur Thiphereth in statu supernorum.

Vndecima שבל בהיר id est, Intelligentia claritatis, est species ipsa magnificentiæ dicta, חזותית quoniam ex ea oritur uisio uatibus uisionem uidentibus.

Duodecima שבל סברא id est, Intelligentia notata, insignis raptus, à qua defluunt uirtutes spirituales instar infusionis unius ab altera secundum primi influentis energiam.

Tredecima שבל נסתר id est, Intelligentia recondita, illustrat solum

potentias talium intellectuum, qui per cogitationẽ fidei creditæ uidẽt.

Quartadecima שכל מאיר id est, Intelligentia illuminans, quæ est ipse Hasmal angelus Ezechielis, quasi species electri, institutor arcanorum, animalium sanctuarij, & intentionum eorum.

Quintadecima שכל מצוחצח id est, Intelligentia subtiliata, disponit ordinem quo conceditur accessus per gradus ascensionis.

Sextadecima שכל נאמן id est, Intelligentia fidelis, qua augentur uirtutes gratificatæ iuxta uitas eorum in quibus habitant.

Septimadecima שכל נסיון id est, Intelligentia probatoria, est tentatio & probatio antecedens, in qua consistit donum Dei benedicti erga omnes sanctos eius.

Octauadecima שכל סיום id est, Intelligentia confirmans, est uirtus restaurans in numerationibus Cabalisticis, si quid illis desit, uestiendo eas de spiritu sanctitatis suæ.

Nonadecima שכל חרצון .i. Intelligẽtia uolũtatis prouidet omnibus creatis, & per eam cognoscũt Cabalistæ ueritatem sapiẽtiæ superioris.

Vigesima שכל מעמיר id est, Intelligentia constituens, facit stare ipsam creationem in caligine munda. Et magistri Cabalę dicunt quòd sit caligo, iuxta illud caligo in circuitu eius.

Vigesimaprima שכל מחורש id est, Intelligentia innouans, per quã reparantur & innouantur omnia creata in hoc mundo.

Vigesimasecũda שכל בית חשפע .i. Intelligẽtia domus largitatis, de medio infusionis illius trahunt arcanũ & abscõditũ, quę habitãt in umbra eius & adhęrent eductionis studio atq; diligẽtię promouentis ad altæ.

Vigesimatertia שכל הפעולות .i. Intelligentia actiuitatũ, est collectio & uniuersitas operationum spiritualium, sic dicta propter influxũ qui congregatur in ea de fonte pelagi superioris & gloriæ excelsæ.

Vigesimaquarta שכל גברל id est, Intelligentia medians, qua colligitur influentia gratiarum, & ipsa infundit largitatem in omnia stagna seu piscinas benedictionum à se appropriatarum.

Vigesimaquinta שכל כללי id est, Intelligentia collectiua, qua colligunt astrologi iudicio stellarum fatales euentus, & notitiam eorum perficiunt sphæris & orbibus suis.

Vigesima sexta שכל נעבר .i. Intelligentia adminicularis, concurrit in subsidiũ ad omnes operationes planetarũ & alios influxus cœlestes.

Vigesimaseptima שכל התמידי id est, Intelligẽtia perpetua, quotidie continuatur per meatum solis & lunæ secundum conditiones eorum.

Vigesimaoctaua שכל מוגשם .i. Intelligentia corporalis, informat omne corpus quod corporat sub orbibus, itemq; magnitudinẽ illorum.

Vigesimanona שכל החפץ המתיקש id est, Intelligentia complacentię quęsiti, recipit diuinam infusionem ut participet de irrigatione eius super omnia creata.

Trigesima שכל מורגש id est, Intelligentia concitatiua sensuum,

qua fiunt entia ſub orbe ſupremo & omnia genera mixtorum.

Trigeſimaprima שבל רמיוני .i. Intelligentia imaginaria, qua uariantur & alterantur omnes figuræ ac imagines creatæ iuxta ſuperficies rerum & naturas earum.

Trigeſimaſecunda שבל מוטבע .i. Intelligentia naturalis, qua cõſummatur natura rerum materialiũ ſub ſphæra lunæ ad perfectionẽ ſuam.

Complexus ſum breui catalogo uiri externorum dogmatum cupidiſſimi, quę noſtri maiores & de quinquaginta prudentię portis, & de duabus atq; triginta itineribus ſapientiæ multis in libris difficiliore ſtudio tractant, & eſt res profecto meliore digna magiſtro ac multi ſudoris ſanè quæ maximam uim habeat ad cohortandum nos, ut fermè ſemper cum angelis uerſemur in cõtemplatione ſummarum & diuinarum rerũ, quibus ſi familiares eſſe cœperimus, nihil nobis erit aut dictu aut factu difficile. Familiaritatem eam literæ conciliant, quæ illorum munus ſunt. Eas ſi adhibuerimus decem numerationibus Cabaliſticis, ſtatim conſurgit duorum & triginta numerus. Quod ſcriptum in libro Ietzira legitur, עשר כפירות בלימה ועשרים ושתים אותיות .i. Decem numerationes Belima, & uiginti duæ literæ. Quapropter non pauci ſcriptores & decem iſtis proprietatibus ſilentio dignis, & uiginti duabus literis hanc ſemitarũ conflant ſummam pro meo quidem more in eum ordinem digeſtarum, quem tamen alij haud pariter obſeruant. At uerò illud literarum collegium, ſi quinquaginta portis diligenter applicuerimus, inde ſeptuaginta duorum angelorum felicem ſeriem comperiemus quibus Semhamaphores, id eſt nomen expoſitorium illud magnum ſummi Dei conſtare perhibetur. Nam ad quinquaginta uiginti duo addita 72. procreabunt. Hi ſunt angeli fortes uniuerſæ terræ, per quos putatur Moyſes ille miraculorum operator manu ſua mare uſq; ad ſiccum diuiſiſſe, quoniam ipſi ſunt angeli diuiſionis. Et diuiſit Deus terram iuxta numerum angelorum eius. Sic enim in libro Portarum iuſticiæ, quem R. Ioſeph Ben Carnitol, celebris in Cabala magiſter, conſcripſit, inter alia legimus, ונשארו בל אומות מסורות ביד ע שרים .i. Et relictæ ſunt omnes gentes traditæ in poteſtatem ſeptuaginta præfectorum, hoc eſt principum angelorum, quibus Racanat peritiſſimus Cabaliſta Gen. 48. ſeptuaginta palmas applicat illas circa duodecim fontes quos noſtis. Quinetiam certum eſt, duas ibidem fuiſſe columnas nubis & ignis, quibus duo præpoſiti erant angeli. Quare non inaniter exiſtimabimus in eiuſcemodi ſectione maris & liberatione filiorum Iſrael acceſſiſſe Moyſi ſeptuaginta orbis terrarum angelos & duos illos columnares in miniſterium ſalutis quæ nobis planè contingit ex nomine Tetragrammato ineffabili, per ſeptuaginta duo nomina, quæ de ſacra ſcriptura colliguntur explanato Exodi 14. à uerſu, Tollensq; ſe angelus uſq; in finẽ, ubi legitur, Diuiſaq; eſt aqua. Sunt nimirũ ea nobis ſacrata ſignacula hodierna ætate memori mente repoſita, quibus ſymbolis,

bolis angeli uocati ferunt opem hominibus, ad laudem & gloriã ineffabilis Dei, de quo scripsit R. Salomon in expositione Thalmud, testimonio Gerundensis, in Geneseos exordio. Symbolorum itaq; characteres hi sunt, quos digito uobis pingo,

והו ילי סיט עלם מחש ללה אבא בחת הזי אלד לאו ההע יזל מבה הרי חקם
לאו כלי לוו פחל נלד ייי מלה ההו נתה חאא ירת שאה ריי אום לבב ושר יהו
להח בוק מנר אני חעם רחע ייז ההה מיד וול ילה סאל ערי עשל מיה והו
רני החש עמם נגא נית מבה פוי נמם ייל הרח מצר ומב יחה ענו מחי רמב
מנק איע חבו ראה יבם היי מום : Omnia hæc nomina manant de proprietate clementiæ, ut asserunt Cabalistæ, illa uero una extat ex decem numerationibus, quarũ uobis arborem demõstrabo, si adnuerint superi & uos si me audire parati eritis. Quin paratissimi, ambo inquiunt, qui ob id tanta itinerũ pericula obiuimus, tot & tantis sumptibus erogatis. Sed perge, aiunt, ut de istis angelis aliquid discamus, quorũ nomina Marrano mihi nunquam audita fuere, credo & tibi quoque Philolao pariter. Certè, ait ille, ut ne uisi sunt unquã isti mihi angeli quidem, ita ne ipsorum cognita mihi sunt nomina, sed amabimus te uir optime, indesinenter perge. Tum Simon, Fuisse angelos, inquit, multos qui ad tantũ & tam admirandũ Moysi opus cõcurrerent, cum aquas maris ita diuideret, ut Israelitæ siccis pedibus trãsirent, id ex ipsa possumus sacra scriptura deprehẽdere, ne quis me ueteratorem putet. Verba nanq; diuina in eo loci hæc sunt, ויסע מלאר האלהים i. & migrauit angelus angelorũ. Non ut uos pronũciatis Latinè, Tollensq; se angelus domini. Non enim Adonai positum est hic quod interpretamur Dominũ. Sed Elohim quod uos pariter angeli translatũ quotidie legitis, Minuisti eum paulò minus ab angelis. &, In cõspectu angelorũ psallã tibi. At nequaq̃ etiam hic scribit̃ ut aliâs crebrò angelus Elohim. Sed memorabiliter sic angelus ha elohim, intercedente articulo demõstrante, perinde atq; dicere sacra historia uellet, Per hunc nubis angelum castra præcedentem, cognoscite hic plurimos quoq; alios adesse angelos orbis terrarum principes. Astipulat̃ nobis Thalmud in Mechilta, ubi R. Nathã à Magistro nostro Simeone Ben Iochai cognato meo, huius quæstionis petit solutionẽ. Quæso, inquit, quare ubiq; scribitur angelus Adonai? hic autem angelus ha elohim cui respondet, אין אלהים בכל מקום אלא דיין i. Non Deus in omni loco, scilicet significat̃, nisi præses siue prefectus. Igitur angelus ille simul cum septuaginta presidibus prouinciarũ intelligitur affuisse, ob idq; ita dictus Mallach ha elohim, angelus illorum præsidium seu præfectorũ, & alter item angelus ignis eorundem præsidium socius, ut iure optimo 72. numerentur, quorum signa uidistis iam pridem à me descripta, quæ si uultis, uel potius quia uultis (noui enim uos uelle) docebo quá nam uia è sacris literis educantur. Iam hos ipsos assumite treis uersus ויסע ויבא ויט ac in modũ erectę

columnę ſingulos morè Cabaliſtico à dextra ad ſiniſtram ita conſcribi te, ut uniuſcuiuſq; uerſus literæ à ſummo ad imum continuo altera ſequatur alteram, tunc primi uerſus characterẽ primum ponite qui uau nominatur. Deinde ſecũdi uerſus characterem ultimũ uſu retrogrado accipite qui eſt he, tum poſtremò recurrite ad tertij uerſus initiũ, quod rurſus inuenietis uau eſſe. Cumq; treis characteres ordine iſto coniunxeritis, naſcetur primi angeli memoriale uau, he, uau. Et ſecundi iod, lamed, iod. Et tertij ſamech, iod, teth. Sic quoq; de reliquis ſemper ternis atq; ternis, præſenti autem modo tribus columnis ritè ut fieri debet erectis, quodlibet ſignaculum Tetragrammati expoſitorium conflabitur. Eia uidete, conſiderate, contemplamini bene, num hoc ipſum ſumma lætitia eſt, omne huius ſeculi gaudium excellens, recordari ſanctos nutus Dei & diuinos uultus quos Hebræi Malachim, Græci ἀγγέλους, Latini Deos nominãt, tractare animo & manibus tam puras, tam pias, tam conſecratas res conuerſari ſtudioſè cum illis cãdidiſſimis ſpeciebus, quarum ſplendor non niſi perſpicacibus generoſarũ mentium oculis illuceſcit. Intereſſe cõuiuũs atq; colloquijs ſpirituũ beatorũ qui nos ſupra q̃ omnium mortaliũ mos eſt fraterne diligũt, nec diligũt modo ſed amant. Geſtire mihi parietes uidentur & hominibus nobis gratulari q; Dei bonitate factum ſit, ut per quædam humanæ imbecillitatis ſigilla & artificioſa charagmata in hilares cœtus admittamur angelorum, pro uirium noſtrarum capacitate, cum quibus trãquillo corde gaudeamus & lætemur, quos colamus & ueneremur, quibus honorẽ tali & tam ſublimi naturæ debitum impendamus, à quibus uiciſſim & amemur & inſtituamur & cuſtodiamur. Tum Marranus, characteres quidem uideo, inquit, ſed nominum ſonos non audio, qua igitur pronunciatione inuocentur angeli neſcio. Ad hæc Simon, ut oculis uidentur, ſic auribus audiuntur, & ut nos uident, ita uocãtes audiunt. Id quo modo fieri poſſit, duobus uerbis dicam, In ſpiritu & ueritate: ut quales habent linguas noſtræ mentes, tales habeant aures angeli. Et ſicut ſpiritus diuini linguis angelorum loquuntur, ita ſpiritus humani auribus mentium auſcultent. Non igitur ea neceſſitate ſibi nomina imponunt, quòd uelint palàm nominari & clamari, ſed ſignacula memoratiua tradunt quòd cupiant à nobis recordari, ne omnem putetis uim diuinam in uoce latere. Symbola igitur hæc frequentem angelorum memoriam poſcunt, quorum ſedula reminiſcentia nos in amorem Dei mutuò traducit, & uiciſſim amor in rememorationem. Quem enim fortiter amamus, eius frequenter meminimus, ut eſt in Prouerbio: Meminerunt omnia amantes. Idcirco nomen Tetragrammaton nobis Deus condonauit, non ut illo ſe uocemus quod eſt ineffabile, rectèq; à uobis anekphoniton appellatur, id eſt nõ uocabile. Quid enim reſpondit creator quærẽti Moyſi quod eſt nomẽ tuũ, certè hoc aiebat i, h, u, h. hoc eſt

hoc est nomen meum in æternum, & hoc memoriale meum in generatione & generationem. Est igitur Tetragrammaton, æternitati nomẽ, generationi autem memoriale tantum, quia nequit ulla uoce humana componi nomen quod diuinitatis naturã æquare possit. Ab operibus angelos cognoscimus, quare pro eisdem uirtutum operibus nomina pariter pronũciamus, ut à medicina Raphael, à uirilitate Gabriel, à stupore ac admiratione Michael, quod interpretamur Quis tã fortis, propria uerò nomina, quoniam essentiam ignoramus, nostræ mortalitatis infirmitas inuenire non ualet, nec inuenta imponere, nisi quantum nobis diuina est reuelatione concessum. Ex numeris itaq; ac figuris diuinitus traditis cõtemplantissimi quiq; secundum uoluntates angelorum nomina sibi formare instituuntur, sicut pueri ex literis uoces componere docentur, uel Hebraicis, uel Græcis, uel Romanis, uel Arabicis, uel Ægyptijs, non quòd uox enunciãda egeat literis eiuscemodi, sed propter nostræ imbecillitatis memoriam, ut sint nomina quasi notamina quæ sensus nostros incitent uel figura uel uoce, rursumq; sensus moueat phantasiam, phantasia memoriam, memoria rationem, ratio intellectum, intellectus mentem, mens angelum. Scripsit huius generis aliquid perq; eleganter ex uestris quidam insigni nomine philosophus Tyrius Maximus in libro τῶν ἐν ῥώμῃ διαλέξεων ἡ πρώτης ἀποδείξεως disputatione octaua. Vnde id uobis coniectura innotescit, satis esse, si tres uersus, per me antè resolutos in angelorum septuaginta duorum reuerentiam & uenerationem legeritis ea serie, qua spiritus sanctus dictauit, prorsusq; per eorum dilectionem in nominis Dei summi ardentissimũ amorem & extaticam adorationem incubueritis, pensiculatim cõmemorando quòd sicut ex numero Tetragrammati arithmetica proportione progredit numerus septuaginta duorũ, ita septuaginta duo angeli ex signaculo creatoris quodã effluxu diuino producunt. Cum enim quælibet litera Hebraica numerũ peculiarem designet, oriunt ex iod, he, uau, he, duo & septuaginta, hoc modo: iod notat decem, he quinq;, uau sex, he iterum quinq;. Totum hoc ex arte Arithmetica, sic colligas. Iod decem, iod he quindecim, iod he uau, unum & uiginti, iod he uau he uiginti sex. Comprehẽdite nunc singula, Decem, quindecim, uiginti unum & uiginti sex, & oriuntur septuaginta duo. Hæc reputãtes uobiscum apertè intelligetis ad inuocandos spiritus uoce spirituali opus esse, nõ autem clamore, ceu sacerdotũ Baal, quibus ab Helia propheta dicitur 3. Reg. 18. Clamate uoce maiore forsitan deus in diuersorio est, aut in itinere, aut certè dormit, ut excitetur. At si qua oratione in supplicationibus utimur, nõ ideo fit ut deum uel angelos syllabis aut dictionibus tanq; erga mortales usi commoueamus, sed ut uires nostras in ardorem illorum incitemus & fiduciã in eos quasi ancorã figamus, uelut appellendo nauim in portũ solent nautæ resti eiecta uel fune prolato

terram attrahere, quanquam immobilem, quo conatu ad terrã seipsos trahunt. Pari ratione per sensibilia nos signa quocunq; instituto compositа, uidemur inuisibilem diuinitatẽ attrahere, cum tamẽ reuera nos ipsos mobiles ad immobilem diuinitatẽ attrahamus. Hoc arcano fundamento sacramẽta uniuersa & ceremoniarum ritus perstant. Hinc signis, characteribus, & uoce utimur, hinc hymnis & canticis, hinc tympano & coro, hinc chordis, cymbalis & organo, alijsq; id genus musicis, non ut Deum quasi fœminã emolliamus, nec ut nostris blandimentis & adulationibus angeli capiantur. Sed ut Deum ac diuina exaltando, nostræ conditionis exiguitatem agnoscamus, subiectionem & obedientiã humillimè profiteamur, & omnem uoluptatem humanã in res diuinas cõferamus. Ad summũ autem, hoc pacto amorem intensum & ardentem erga diuinitatem cõcipiamus, qui unus præter cætera id efficit magis, ut omnium gratiarũ capaces simus: propterea palmas tendimus, brachia expandimus, genua flectimus, stãtes oramus, iussi quoq; uaccam triennem, capram trimã, turturem, columbã, per medium diuidimus, arietem in uepribus hærentẽ cornibus gladio occidentes, igne cremamus, Thau super postes ædium sanguine notamus, Serpentem æneum aspicimus, Cherubim & alias imagines figuramus. Verba composita loquimur atq; uouemus, Sanctuarium struimus, Põtificem tam uario & admirãdo indutum ornatu attoniti respicimus. Vniuersa hæc & similia propter nos ipsos fiunt, ut nos moueãt, nos incitẽt, nos auertant, nos conuertant, à uisibilibus scilicet ad inuisibilia, fidem augeant, spem cõfirment, & ueram inter nos charitatem Deo gratissimã diligenti anacephalæosi in diuinorũ amorem transferant. Dogmata hæc omnia Cabalistarũ sunt, qui ut liber tertius Perplexorum Moysi Ægyptij attestatur, sic dicunt שכונת המצוות תחם וברון השם תמיד ויראתו ואהבתו ושמירת המצות כולן ושיאמין בשם ית מה שהוא הברחי לכל i. q; intentio ceremoniarum eiusmodi est, memoria Dei frequens, & timor eius, & amor eius, & obseruantia mandatorum omnium, & quòd credatur in Deum altissimum, id quod necessarium est unicuiq;. Nimirum grauinos mole corporis oppressi ualde quidem egemus ad somnolenti animi excitationem commouentibus rebus, ut generosus equus itinere iam longo fatigatus cum classicum personuit, in robur erigitur, stare loco nescit, micat auribus, & elephãtus segnicie torpescens, igne ostenso resurgit in audaciam: ita rebus secularibus eneruata uirtus nostra, externis & corporalibus incitabulis siue uocũ seu figurarũ indiget, ut animi nostri uigor spirituali operi robustius instet, & cõtemplatio nostra tãto acrius in sublime ꝓuehat, q̃to magis attoniti antea obstupueri mus. In hãc utilitatẽ clemẽtes angeli sæpe figuras, characteres, formas & uoces inuenerũt, proposuerũtq; nobis mortalibus & ignotas & stupẽdas, nullius rei iuxta consuetũ linguę usum significatiuas, sed ꝓ rationis nostræ

noſtræ ſummam admirationē in aſſiduam intelligibilium perueſtigationē, deinde in illorum ipſorū ueneration em & amorē inductiuas, nō enim ſecundū inſtitutum aut placitū hominis ſignificāt, ſed ad placitū Dei. Vnde ad uos illud à nobis tranſtulit doctiſſimus ueſtra ętate atq; ſecta Mirandulanus Comes quod in nongentis cōcluſionibus ait, Nō ſignificatiuæ uoces plus poſſunt in magia cęr ſignificatiuæ, quælibet enim uox uirtutē habet in magia, in quantū Dei uoce formaī, quia illud in quo primū magicā exercet natura, uox eſt dei, hęc Picus. Tum Philolaus, Soporatos & ſtertentes, inquit, nos homines maiori mouerent excitatione huiuſcemodi nomina, ſi plures ſenſus & nō unum ſolū mouerent, ut nō modo noſtris obtutibus per figuras & characteres apparerent, uerum etiā articulata uoce aures ſimul noſtras pulſarēt. Quare plurimū opto, ſi fieri poſſit, iſta nō ſolū picta uidere, ſed dicta quoq; audire. Tum Simon, Valde ſegnes, inquit, putādi ſunt, mea ſentētia, ac ſi cū tua uenia dici liceat ualde quidē hebetes qui extraneo motu egēt, quanq; ita ſumus nati ut ſemper aliud magis aliū afficiat, & nō idē omnes pariter. Ad hęc aſſentior tibi Simon doctiſſimè uera dicēti, Marranus ait, hoc enim & noſtri affirmāt, angelos hominibus apparere aliter atq; aliter pro cōditione ac natura uidentis. De quo Chryſoſtomus ſuper Matthæū latè ut omnia tandē his uerbis de Ioſeph ſcribit, κατ' ὄναρ φαίνεται ὁ ἄγγελος. ἐπὶ μὲν γὰρ φανερᾶς ἁπλῶς πρὸς πιμέσιον τὸν Ἰωσὴφ καὶ τὴν παρθένον ἀφίκετο πρὸς δὲ τὸν ἀνδρα. καὶ ὅτε ἐβούλετο ἐν ὄψεως τάξει. .i. Per ſomniū apparet angelus & quare nō manifeſtè: quemadmodū paſtoribus & Zacharię & uirginiq; Vehemēter credulus erat ille uir, & nō egebat uiſione iſta. Cui Simon rurſus, Et id tu rectè quidē, ac haud aliter Cabaliſtæ ſentiūt dicentes, ꝙ uirtus uiſiua in Abrahā fortior erat q̄ in Lot, idcirco Abrahæ apparuerūt uiri, & Lot angeli. Sed de his alio fortè loco. Nūc quod ad noſtrā attinet cauſam, magna ut pnoſtis, eſt hominū diuerſitas. Quidā ſatis grati & ea ſorte cōtenti ſunt angelos in forma humana uidiſſe, aliį in forma ignis, aliį in forma uenti ac aeris, aliį in forma fluuiį & aquæ, aliį in forma uolucrū, aliį in forma gemmarū aut mineræ, aut precioſorū lapidum, aliį in energia prophetiæ, aliį in ſpiritu quodā habitāte intra ſe, aliį in literarū et characterū figura, aliį in ſonitu uocis, et ſic de pluribus uiſionum ſpeciebus, in ſacra ſcriptura deprehēſis: uobis autem dum hi characteres 70. nominū nequaq; ſatisfacere uidebuntur, demonſtrabo recta uia, nō tantum in characteribus cōmemoratis, uerum etiam poſt ea commemorandis, quónam modo ex effigie literarū dictio fiat quæ poſſit articulatè pronunciari. Eius artis Deum ipſum habemus autorē. Legimus nanq; in 23. Exodi, Ecce ego mitto angelum meum ante te ad cuſtodiendum te in uia, & ad ducendum te in locum quem deſtinaui. Sis cautus à cōſpectu eius, & audi uocem eius, ne exacerbaueris eum, quia non ignoſcet ſceleribus ueſtris, quoniam nomen meum eſt in illo. Per quod cognoſcimus nomen angeli optimo ritu comprehendere no-

re nomen Dei quandòcp debere. Ideocp Cabalæi cum angeli cuiuſuis nomen ſignificatiuè pronunciare nequiuerint, ſubſidio alicuius nominis Dei, quod illi adiungunt, totum ſimul proferre conſueuerũt. Sicut enim tris hos characteres, מיר aut גברי uel רפא ad ſignificandum angeli nomen impropriè uident uſurpari, niſi addatur nomen dei El, ut Michael, Gabriel, Raphael. Ita ipſi quocp in alijs angelicis nominibus ſacram ſcriptutam conantes imitari dicunt Raziel, Iophiel, Zadkiel, Peliel, Malthiel, Vriel, & ſimili more cætera. Quin uerò ut Romani Deum ſuum Capitolinum nominant Optimum Maximum, propter beneficia optimum, propter uim maximum. Ciceronis teſtimonio in oratione ad Pontifices pro domo ſua. Sic Iudæorũ natio Deum ſuum propter beneficia uocat Iah, & propter uim ac uirtutem appellat el. Ira enim Cabaliſtæ ſuper Dauid regis ſermone, cum ait, Si iniquitates obſeruaueris Iah, Domine quis ſuſtinebit? dicunt, יה שהוא עולם הרחמים ארני שהוא עולם חדין: id eſt, Iah, quod ſit ſeculum clementiæ, Adonai, quòd ſit ſeculum ſeueritatis, ut in Portæ lucis capite octauo. De El autem ita legitis Numeri decimoſexto, Fortiſſime El deus ſpirituum omnis carnis, num uno peccante contra omnes ira tua deſeuiet? Optimus igitur nobis Deus eſt, quia clementiſſimus: & maximus, quia fortiſſimus: quod duo hæc nomina diuina repræſentant Iah & El, quorum alterum, ſi quotocuicp ſeptuagintaduorum nominum coniunxeritis, nimirum inſigne uocabulum oxytonon efficietis. Hoc certè modo ſemper pronunciando, ut dictiones fiant triſſyllabicæ ac aſpirationes per ſingularem hanc notam ſcriptæ h flatu forti, tanquam duplici ſpiritu Latinæ literæ h, ex imo pectore prodeant, & ubicp Iah unicè per i conſonantem pronuncietur. Similiter & El. nam utraque harum dictio etiam in compoſitione nominum monoſyllabicè proſertur, & in eandem accentus cadit. Sunt itacp lxxij. nomina ſacra, quod unum Semhamaphores. i. ſanctiſſimi tetragrãmati nomẽ expoſitoriũ dicitur per invocationes angelorũ ab hominibus Deo deditis, deuotiscp cũ timore ac tremore ſic enuncianda: Vehuiah. Ieliel. Sitael. Elemiah. Mahaſiah. Ielahel. Achaiah. Cahethel. Haziel. Aladiah. Laúiah. Hahaiah. Iezalel. Mebahel. Hariel. Hakamiah. Loúiah. Caliel. Leuuiah. Pahaliah. Nelchael. Ieiaiel. Melahel. Haiuiah. Nithhaiah. Haaiah. Ierathel. Sæhiah. Reiaiel. Omael. Lecabel. Vaſariah. Iehuiah. Lehahiah. Chauakiah. Manadel. Aniel. Haamiah. Rehael. Ieiazel. Hahahel. Michael. Veualiah. Ielahiah. Sealiah. Ariel. Aſaliah. Mihael. Vehúel. Daniel. Hahaſiah. Imamiah. Nanael. Nithael. Mebahiah. Poiel. Nemamiah. Ieialel. Harahel. Mizrael. Vmabel. Iahhael. Anauel. Mehiel. Damabiah. Mauakel. Eiael. Habuiah. Roehel. Iabamiah. Haiaiel. Mumiah. Præſto iam ſunt ad manum uiri optimi cum quibus non modo ab imi pectoris penetralibus clãdeſtina colloquia muſſare, uerumetiã expreſſas quoque uoces miſcere, & quemlibet ſymbolico ſuo nomine inuocare

care queatis, quanquam singularum regionum præsides, tamen nihil non communicatum habentes. Tametsi enim in mundo supercœlesti habitant, at ista nihilominus inferiora curant. Si enim hoc influentijs naturalibus contingit ut in cœlis cõmorentur, & simul terrena gubernent, multo magis uirtutibus nobilioribus, tenuioribus & simpliciori bus mundi superioris, eiuscemodi magistratus pariter sunt concessi, ut penetrent nostra, & à nostris uicissim penetrentur. Ad id utar Plotini uestri assertione in libro de Intellectu & ideis & ente, qui ait, Mundus iste sensibilis uno tantũ loco determinat, mundus autem intelligibilis est ubiq. perinde ac si dicat quòd ille hunc nostrum & ambiat & ordinet & conseruet & penetret. Animaduertite autem quid admiratione dignum Cabalistarum sapientes huc afferant, inquientes ita, אין לך בל עשב ועשב מלמטה שאין לו מזל ברקיע שמכה אותו ואומר לו גדל id est, Non est tibi ulla herba aut planta inferius, cui non sit stella in firmamento quæ percutiat eam & dicat ei, Cresce. In eam inuenerunt ipsi sententiam sacris literis muniti, ut legitur in Iob cap. 38. Num nosti leges cœlorum, si posueris prefectum seu præsidem uel executorem eius in terra? Non itaq uos retrahant orbis terrarum tantæ sollicitudines ac rerum inferiorum curę, quibus supranominati angeli dispensatione creatoris sunt destinati, quominus illos etiam in nouem choros supercœlestium hierarchiarũ referatis. Cum enim angelus sit alteritas, sicut Deus identitas, prima uerò alteritas sit binarius: rectè opinabimur, quòd ex binarij multiplicatione numerus angelorum oriatur. Multiplicatio autem binarij cubica sic fit, bis bini bis, & erunt octo primus cubus, Octonos uerò quosq angelos in nouem choros si distribueritis, erunt septuaginta duo, tot enim sunt nouies octo. Redite nunc si uultis per choros ad cubum, per cubum ad Tetractyn uestram, quam nos Tetragrammaton, Romani quaternitudinem appellant, ab ea ad binarium, angelicã naturam significantem, & inde ad unitatem Deum Opt. Max. & experiemini certè si nostrum studium ad angelos applicuerimus, quòd etiam per angelos Deo iungamur Tetragrammato ineffabili iod, he, uau, he, in quo primum resplendet angelorũ istorum nobilissima natura. Nam si ex quatuor illis literis יהוה quater iod posueritis, sicq descendendo ter he, bis uau, semel he, mox uobis surget septuaginta duorum summa, expositoria nominis Dei inenarrabilis & incomprehensibilis, ad quod omnia sacra nomina referuntur, quorum ingens copia est, singula tamen appellatiua sunt, hoc solũ Dei propriũ est & appropriatũ, quare מיהוה cognominatur. Hæc autẽ septuaginta duo dicũtur unum nomen symbolicum, eo q intentio illorũ sit unum deũ Opt. Max. significare licet per multas & uarias rationes angelorũ, ut notamus principẽ per aulicos, & imperatorẽ per exercitũ. Et ea sane ueneranť atq colũt magistri Cabalę plurimũ, quibus deuoti homines

miranda

miranda operâtur & mirabiliora quàm eloqui mihi fas sit, ego tamen uirum doctissimum in hac causa testem citabo Racanat in commentarijs Exodi 14. qui hos characteres & has literas affirmat esse, אותיות פרוחות למעלה בעיסר המרכבה והם ממונים לעשות כל דבר בהם ופעולותיהם יוצאים למסובלים id est, Characteres uolantes supernè in fundamento sapientiæ spiritualis, & sunt administratorij spiritus seu præfecti ad faciendum omnem rem per eos, & operationes eorum sunt notæ Cabalistis. hucusq; R. Mnahem Racanat. Et secundum R. Akiba procedunt de throno gloriæ Dei. Sed ne quis uana superstitione ductus putet ab angelis omnia humanæ mortalitati cœlitus conferri, ac non potius per angelos ab ipsa Dei maiestate omnia fieri etiam in angelis, ut in Daniele Nabuchadnezer Chaldaicè testatur, ובמצבית עבר בחיל שמיא ודארי ארעא id est, Et secundum uoluntatem suam facit in exercitu cœli & habitatoribus terræ. Ideo receperunt Cabalæi de libro Psalmorum pias orationes ad Deum septuaginta duobus uersibus habendas, quorum unusquisq; nomen Tetragrammaton cum nomine angeli ex 72. continet, uno haud ab re excepto qui principium Geneseos indicat: eleuant autem quantum fieri potest animos suos istis uersibus ad Deum, fortiter ascendendo de angelo ad angelum. Et semper inter laudes Dei tot & tantas ab altera ad alteram in sublime tendẽdo. Ad illud eos iuuant angeli, ut relicta seculari sollicitudine pro captu suo uehantur in Deum, ceu leuissima pluma tenuissimi spiritus adiumento ad sublimia cœlestia q; sustollitur. Videte & audite orationem uersuum cum Tetragrammato & angelis, utrunq; enim uobis tam digito quàm uoce monstrabo sic,

ואתה יהיה מגן בעדי כבודי ומרים ראשי
ואתה יהוה אל תרחק איילותי לעזרתי חושה
אומר ליהוה מחסי ומצודתי אלהי אבטח בו
שובה יהוה חלצה נפשי הושיעני למען חסדך
דרשתי את יהוה ועניני מכל מגורותי הצילני
זמרו ליהוה יושב ציון הגידו בעמים עלילותיו
רחום וחנון יהוה ארך אפים ורב חסד
באי נשתחוה ונברכה נברכה לפני יהוה עושנו
זכור רחמיך יהוה וחסדיך כי מעולם המה
יהי חסדך יהוה עלינו כאשר יחלנו לך
הי יהוה צורי וירום אלהי ישעי
למה יהוה תעמוד ברחוק תעלים לעתות בצרה
הריעו ליהוה כל הארץ פצחו ורננו וזמרו
ויהי יהוה משגב לדך משגב לעתות בצרה
ויהי יהוה לי למשגב ואלהי לצור מחסי
יהוה אלהי ישועתי ביום צעקתי בלילה נגדך
יהוה אדנינו מה אדיר שמך בכל הארץ
שפטני

שפטני בצדקתך יהוה אלהי ואל ישמחו לי
קוה קויתי יהוה ויט אלי וישמע שועתי
בשם יהוה אקרא אנא יהוה מלטה נפשי
ואני עליך בטחתי יהוה אמרתי אלהי אתה
יהוה שמור יהוה צילך על יד ימינך
יהוה ישמור צאתך ובואך מעתה ועד עולם
רוצה יהוה את יראיו ואת המיחלים לחסדו
ארוה יהוה בכל לבי אספרה כל נפלאותיך
קראתי בכל לב ענני יהוה חקיך אצרה
חלצני יהוה מארם רע מאיש חמסים תנצרני
אלהים אל תרחק ממני אלהי לעזרתי חושה
חנה אלהים עזר לי יהוה בסמכי נפשי
כי אתה חסיתי יהוה ארני מבטחי מנעורי
אבא בגבורות יהוה אלהים אזכיר צדקתך לברך
כי ישר דבר יהוה וכל מעשיהו באמונה
יהוה יורע מחשבות ארם כי המה הבל
יחל ישראל אל יהוה מעתה ועד עולם
אהבתי כי ישמע יהוה את קולי תחנוני
יהוה אהבתי מעון ביתיך ומקום משכן כבודך
יהוה אלהים צבאות חשיבנו האר פניך ונושעה
כי אתה יהוה מחסי עליון שמת מעונך
שמע יהוה וחנני יהוה היה עזר לי
למה יהוה תונח נפשי תסתיר פניך ממני
יהוה הצילה נפשי משפת שקר מלשון רמיה
יהוה ישמור מכל רע וישמר את נפשך
ואני אליך יהוה שועתי ובבקר תפלתי תקדמך
נרבות פי רצה נא יהוה משפטיך למדני
אם אמרתי מטה רגלי חסדך יהוה יסעדני
טוב יהוה לכל ורחמיו על כל מעשיו
מה גדלו מעשיך יהוה מאר עמקו מחשבותיך
חוריע יהוה ישועתו לעיני הגוים גלה צדקתו
גדול יהוה ומהלל מאר ולגדלתו אין חקר
חנון ורחום יהוה ארך אפים וגדול חסר
יהי כבוד יהוה לעולם ישמח יהוה במעשיו
אודה יהוה בצדקו ואזמרה שם יהוה עליון
ידעתי יהוה כי צדק משפטיך ואמונה עניתני
יהוה בשמים הכין כסאו ומלכותו בכל משלה
ועתה יהוה לעולם תשב כסאך לדור ודור
סומך יהוה לכל הנופלים וזוקף לכל הכפופים
יראי יהוה בטחו ביהוה עזרם ומגינם הוא
ונפשי נבהלה מאר ואתה יהוה עד מתי
ממזרח שמש עד מבאו מהולל שם יהוה

צדיק יהוה בכל דרכיו וחסיד בכל מעשיו
יהי שם יהוה מבורד מעתה ועד עולם
ראה כי פקודיך אהבתי יהוה בחסדך חייני
עברו את יהוה בשמחה בואו לפניו ברננה
חנה עין יהוה אל יראיו למיחלים לחסדו
שובה יהוה עד מתי והנחם על עבדיך
אל תשובני יהוה אלהי אל תרחק ממני
והתעגג על יהוה ויתן לך משאלות לבך
חודו ליהוה כי טוב כי לעולם חסדו
יהוה מנת חלקי וכוסי אתה תומך גורלי
בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ
אודה יהוה מאד בפי ובתוך רבים אהללנו
שובי נפשי למנוחייכי כי יהוה גמל עליכי

Oſtendi iam uobis optimi uiri qualibet in linea nomen eſſe Tetragrammaton, & tris literas angeli uel recto uel tranſuerſo, ut fieri ſolet poſitas ordine de tribus uerſibus Exodi 14. ויסע ויבא ויט quos tamen Romani hactenus non ſunt interpretati. Pſalmodian autem Latini ſic legunt, ut antèforſitan uel in Capnione de Verbo Mirifico, uidere potuiſtis.

ET tu domine ſuſceptor meus es, gloria mea & exaltans caput meũ.
Et tu Domine ne elõgaueris auxilium tuum à me, ad defenſionem meam conſpice.
Dicam Domino ſuſceptor meus es tu, & refugium meum Deus meus ſperabo in eum.
Conuertere Domine & eripe animam meam, ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.
Exquiſiui Dominum & exaudiuit me, & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.
Pſallite Dño qui habitat in Sion adnunciate inter gentes ſtudia eius.
Miſerator & miſericors Dominus longanimis & multum miſericors.
Venite adoremus & procidamus & benedicamus ante dominum qui fecit nos.
Reminiſcere miſerationum tuarum Domine, & miſericordiarum tuarum quæ à ſeculo ſunt.
Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos, quemadmodum ſperauimus in te.
Viuit Dominus & benedictus Deus meus, & exaltetur Deus ſalutis meæ.
Vt quid Domine receſſiſti longe, deſpicis in opportunitatibus in tribulatione.
Iubilate Domino omnis terra, cantate & exultate & pſallite.

Et ſa-

Et factus est Dominus refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus in tribulatione.
Et factus est mihi Dominus in refugium & Deus meus in adiutorium spei meæ.
Domine Deus salutis meæ, in die clamaui & nocte coram te.
Domine Dominus noster quàm admirabile est nomen tuum in uniuersa terra.
Iudica me secundum iusticiam tuam Domine Deus meus, & non supergaudeant mihi.
Expectans expectaui Dominum & intendit mihi.
Et nomen Domini inuocabo, ô Domine libera animam meam.
Ego autem in te speraui, dixi Deus meus es tu.
Dominus custodit te, Dominus protectio tua, super manum dexteram tuam.
Dominus custodiet introitum tuum & exitum tuum ex nunc & usque in seculum.
Beneplacitum est Domino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius.
Confitebor tibi Domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua.
Clamaui in toto corde, exaudi me Dñe, iustificationes tuas requiram.
Eripe me Domine ab homine malo, à uiro iniquo eripe me.
Deus ne elongeris à me, Deus meus in auxilium meum respice.
Ecce Deus adiuuat me, & Dominus susceptor est animæ meæ.
Quoniam tu es patientia mea Domine, Domine spes mea à iuuentute mea.
Introibo in potentias Domini, Deus memorabor iustitiæ tuæ solius.
Quia rectum est uerbum Domini, & omnia opera eius in fide.
Dominus scit cogitationes hominum quoniam uanæ sunt.
Speret Israel in Domino ex hoc nunc & usq; in seculum.
Dilexi quoniam exaudiet Dominus uocem orationis meæ.
Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis tuæ.
Domine Deus uirtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam & salui erimus.
Quoniam tu es Domine spes mea, altissimũ posuisti refugium tuum.
Audiuit Dominus & misertus est mei, Dñs factus est adiutor meus.
Vt quid Domine repellis animam meam, auertis faciem tuam à me.
Domine libera animam meam à labijs iniquis & à lingua dolosa.
Dominus custodiet te ab omni malo & custodiet animam tuam.
Et ego ad te Domine clamaui & mane oratio mea præueniet te.
Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine & iudicia tua doce me.
Si dicebã motus est pes meus, misericordia tua Domine adiuuabit me.

Suauis Dominus uniuerſis & miſerationes eius ſuper omnia opera eius.

Quàm magnificata ſunt opera tua Domine, nimis profundæ ſunt cogitationes tuæ.

Notum fecit Dominus ſalutare tuum, in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam.

Magnus Dñs & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis.

Miſerator & miſericors Dominus, patiens & multum miſericors.

Sit gloria Domini in ſeculum, lætabitur Dominus in operibus ſuis.

Confitebor Domino ſecundum iuſticiam eius, & pſallam nomini Domini altiſſimi.

Cognoui Domine quia æquitas iudicia tua, & in ueritate tua humiliaſti me.

Dominus in cœlo parauit ſedem ſuam, & regnum ſuum omnibus dominabitur.

Tu autem Domine in æternum permanes, & memoriale tuum in generationem & generationem.

Alleuat Dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes eliſos.

Qui timent Dominum ſperauerunt in Domino, adiutor eorum & protector eorum eſt.

Et anima mea turbata eſt ualde, ſed tu Domine uſque quo.

Ab ortu ſolis uſq; ad occaſum, laudabile nomen Domini.

Iuſtus Dominus in omnibus uĩjs ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis.

Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc & uſq; in ſeculum.

Vide quoniam mandata tua dilexi domine, ſecundum miſericordiam tuam uiuifica me.

Seruite Domino in lætitia, introite in conſpectu eius in exultatione.

Ecce oculi Domini ſuper metuentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius.

Conuertere Domine uſq; quo, & deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos.

Ne derelinquas me Domine Deus meus, ne diſceſſeris à me.

Delectare in Domino & dabit tibi petitiones cordis tui.

Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in æternum miſericordia eius.

Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei, tu es qui reſtitues hæreditatem meam mihi.

In principio creauit Deus cœlum & terram.

Confitebor Domino nimis in ore meo, & in medio multorum laudabo eum.

Conuertere anima mea in requiem tuam, quoniam Dominus benefecit tibi.

Tum Marranus, Adeó ne (inquit) te una in re tantopere laborantem patimur expatiari, qui ad artem ipsam, si qua est Cabalę, toto desiderio properamus. Et Philolaus, Non est (arbitror) una res de qua Simon disseruit, sed terq; quaterq; plures ac multo plurimæ. Sabbatum enim sabbatorum, quod est requies æterna & finis Cabalæ: pòst autem quibus gradibus ad eam ascendamus tam portarum prudentiæ quàm sapientiæ semitarum, & de nominis Tetragrammati expositoribus angelis & Semhamaphores clara nos uoce instituit. Ad hæc Simon: Reliqua si bene recordamini, equidem nõnihil de illa digna religione decem numerationum Cabalisticarum præmisi, & fortasse promisi dictu rum me, faciamq; per catalogũ, si me attente audiatis. Tum audimus cupidè (ambo dixêre) quapropter perge incunctanter. Mox Simon ait: Decem numerationes à Cabalęis עשר ספירות appellatas multi ex nobis multifariàm tractãt, quidam in arboris modum, alij ad formam hominis, ut sæpe mentio fiat de radice, trunco, ramis & corticibus. Sæpe uero etiam de capite, humeris, cruribus, pedibus, latere dextro & sinistro. Eæ sunt decem diuina nomina quæ nos mortales de Deo concipimus, uel essentialia, uel personalia, uel notionalia, uel communia, & nominantur sic כתר id est corona, חכמה id est sapientia, בינה id est prudentia siue intelligentia, חסד id est clementia seu bonitas, גבורה id est grauitas uel seueritas, תפרת id est ornatus, נצח id est triũphus, הוד id est confessio laudis, יסוד id est fundamentum, מלכות id est regnum. Supra coronam uerò ponitur אין סוף id est infinitudo, & est abyssus. Eloquar an sileam. Res est nimirum profundæ speculationis & quoddam pelagus immensum, in quod omnis nostra contemplatio demergitur, & demersa quodã hiatu absorbetur. An non memineritis quantum nouitij iam fermè omnium nationũ theodidascali dies atq; noctes desudant: ferè solum in conceptibus attributalibus, quas eorũ alij perfectiones in diuinis nominant, alij attributa, tum negatiua, tum affirmatiua, tum absoluta, tum relatiua seu connotatiua, quæ facilè nunc (ut arbitror) de libro Cabalistico compendij Portæ lucis, quem Paulus Ricius uir egregiè doctus quondam ex nostris unus, nunc Christianus, ex Rabbi quodam Castilienſi collegit, & de Isagogis quas scripsit in Cabalam discere potestis. Ea pariter de re magnus ille Magister Cabalæ Rabbi Ioseph filius Carnitolis, librum שערי צדק id est, Portarum iusticię conscripsit, & scripsere commentatores circa arborem decem numerationum multi multa, qui causam hanc inuolutã euoluunt, & totam ferè sacram scripturam ueterem in has decem numerationes, & per eas in decem ipsa Dei nomina, & per ea in unum Tetragrammati nomen, redigunt atq; reducunt, affirmantes quòd Ensoph sit & Alpha & Ω, qui dixit, Ego primus, & ego nouissimus. Et quòd כתר id est, Corona regni omnium seculorum sit fons sine fundo & אב הרחמים

idest misericordiarum pater: cuius mysterium illud est, quòd Ehieh sigillat per Emeth, hoc est essentiam per ueritatem. Sicut nobilis ille dictator ait Eliezer Haklir, אמת חותמו id est, Emeth est sigillum eius. Probat hoc ratio arithmetica, quam imitantes, si multiplicauerimus Ehieh per Ehieh, surgẽt quadringenta quadraginta & unum, quæ simul sunt אמת hoc est, uerum, seu ueritas: sicut ארני שלום idest, Domini pax. Plura huc reducunt, ut aleph magnum, timorem Domini, lucem inaccessibilem, dies æternitatis: ut est illud, Egressus eius ab anterioribus à diebus seculi. Sic scribit insignis Cabalista Tedacus Leui in libro de decem numerationibus. Ad secundam autem numerationem, quæ est sapientia referuntur hæc, ex attributis aut proprietatibus, primogenitura. Ies, idest ens. lex primitiua. Iod litera prima tetragrammati, terra uiuentium, trigintaduæ semitæ, septuaginta legis species, bellum, iudicium, Amen, liber, sanctum, uoluntas, principium, & alia id genus. Et fortè mirum est, quòd secunda numeratio dicatur principium: legitur nanq; in Racanat excellenti Cabalę magistro circa Geneseos initiũ hoc modo ואולי תשאל שהחכמה היא ספירה השנייה למה קראת ראשית id est, Et fortè quæres, quum sapientia sit numeratio secũda, quare dicatur principium. Scriptum est enim in libro Bahir, אין ראשית אלא חכמה id est, Nihil est principium, nisi sapientia. Cui equidem rectè mihi uidear respondere, quòd infinitudo ipsa trium summarum Cabalisticæ arboris numerationum, quas uos treis in diuinis personas appellare consueuistis absolutissima essentia, quum sit in abysso tenebrarũ retracta, & immanens ociosaq́, uel (ut aiunt) ad nihil respiciens, idcirco dicitur אין id est nihil, siue non ens, ac non finis: hoc est, אין סוף quia nos tam tenui erga res diuinas, ingenij paupertate mulctati de ijs quæ non apparent haud secus atque de ijs quæ non sunt, iudicamus. At ubi se ita ostenderit, ut sit aliquid, & reuera subsistat, tum aleph tenebrosum, in aleph lucidum conuertitur: scriptũ est enim, Sicut tenebræ eius, ita & lux eius: & appellatur tunc quidem aleph magnum, quando exire cupit, & apparere omnium rerum causa per beth proximè sequentem literam: de qua sic scribit Mnahem Racanat, עלכן המצא האות הזאת פועלת הדברים כלם id est, Sic reperies literam hanc, scilicet beth, facientem res omnes: quapropter aleph eandem uti propinquissimam & fœcundiorem literam sibi recipit, nominaturq́ אב pater omnis generationis & productionis. Deinde assumptum beth, rursus ablegat in uniuersitatem entium, ex infinito בין finem suum consequi desiderans, quare finalem literam nun, coniungendo beth generat, בן id est, filium, quæ prima est productio in deitate, ac principium alteritatis, unde cognominatur ראשית id est, principium: tametsi est secunda emanatio ex infinitudine: hoc est, secunda Cabalistica numeratio, per quam omnia facta sunt. Scriptum est enim: Omnia in sapientia fecisti, hoc modo primus efflu-

effluxus sit secunda numeratio, quia terminus generationis est filius. Restat tertiò medium inter aleph & nun, quod est iod, nota sancti nominis יה Ia, cuius ambos characteres, si alternis uicibus nomini בן ben intertexueritis, erit בינה intelligentia, prudentia, seu prouidentia, scilicet emanatio in diuinis tertia, cui attribuitur Adonai, spiritus, anima, uotum, mysterium fidei, mater filiorum, rex sedens in throno miserationum, iobeleus magnus, sabbathum magnum, fundamentum spirituum, lumen mirificum, dies suprema, quinquaginta portæ, dies propitiationis, uox interior, fluuius egrediens de paradiso. Litera secunda Tetragrammati, pœnitentia, aquæ profundæ, soror mea, filia patris mei, & alia. Hucusque notauimus tres numerationes, quæ dicuntur à Cabalistis, teste Rabbi Ishac in Commentarijs libri Ietzira, ספירות העליונות בסא אחד id est, Tres numerationes summæ atque supremæ sedes una: in qua sedet Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus Deus Sabaoth. Bonitati, siue clementiæ, quæ est quarta numeratio, cum diuino nomine El, appropriantur etiam hæc gratia, misericordia, brachium dexterum, innocens, dies tertius, ignis caudidus, facies leonis, pes primus, Abraham senex. Oriens, aquæ superiores, argentum Dei. Michael, sacerdos, angelus in specie electri, Hasmal, uestes albæ, Auster, & alia. In quinta numeratione seueritatis diuinum nomen est Elohim, & applicantur ei timor, proprietas rigoris seu grauitatis, præcepta legis negatiua, brachium sinistrum, ignis egrediens ab aquis, ut in libro de Creatione. Item dies quartus, occidens, Gabriel. Ishac senex, nox, fortitudo, altare aureum, pes secundus, sanctificatio, caligo. Metatron, aquilo species fusca. Sextæ applicatur Eloha, speculatio illuminans, lignum uitæ, uoluptas, linea media, lex scripta, sacerdos magnus, ortus solis, species purpurea. Et scribit Tedacus Leui, quòd de hoc loco explanantur septuaginta nationes in terra, & sigillum eius est Emeth Adonai, & uocatur pax, & forma eius figuratur in luna, & mysterium eius est tertia litera Tetragrammati, & mysterium hoc Pater noster qui est in cœlis, homo supernus seu Adam cœlestis, iudicium, sententia. Michael. Israel senex. Deus Iacob. Ad septimam referuntur, Adonai Sabaoth, crus, pes, columna dextera, rota magna, uisio prophetiæ, Moyses, & cætera. Octauæ conueniunt Elohe Sabaoth. Mysterium columnæ ac pedis sinistri & Booz, & inde trahitur serpens antiquus, disciplina Domini, ramus, Aharon, Cherub, filij Regis, molæ molentes, & alia. Nonæ appropriatur Sadai, fundamentum mundi, Sion, fons piscinarum, iustus, Deus uiuus. Sabbatum integrum. Medium inter custodi & memento. Dies quinquagesima de Leuiathan, Aries, Ioseph iustus. Salomon, iustitia, robur, lignum scientiæ boni & mali, fœdus Domi-

ni,arcus teſtimonñ,gloria Domini,fundamentum prophetiæ Dauid, redemptio, ſeculum animarum. Reducuntur & ad decimam numerationem. Adonai,regnum,uita,cherub ſecundus. Speculatio non illuminans. Poſteriora. Finis. Eccleſia Iſraelis, Sponſa in Canticis canticorum. Regina cœli. Virgo Iſrael. Myſterium legis ab ore datæ. Aquila. Litera quarta Tetragrammati. Regnum domus Dauid. Templum regis, Dei ianua, arca fœderis,& duæ tabulæ in ea. Dominus uniuerſę terræ. Audiſtis breue rationarium decem proprietatū, ſiue notionum aut attributorum in diuinis: quæ dicuntur à Cabaliſtis בלימה quod intelligunt alij בלי id eſt, abſq; uel præter,& מה id eſt, quid: ut ſi dicere tur, Decem præter quid: ſcilicet excepta dei quidditate. Vnde interpretari ſolent Belimah hoc eſſe præter id quod eſt ineffabile, alij ab ipſo בלום פיך ולשונך מלרבר id eſt, coartãdo ſeu conſtringendo linguam tuam ne loquaris, tanquam uerba ſacra quę non ſint uulgo prodenda. Dicendum nunc eſſet de angelicis principibus & dæmoniacis præfectis quos ad latera clementiæ & ſeueritatis ponunt Cabaliſtę, rem profectò indigentem multiloquio, ſi non meridiem trãſgreſſi ueheremur in ueſperū. Quis enim paruo in tempore tam magna exponere? Quis trigintaquinq; principes puritatis, ac ſeptuaginta principes Iſmaelis in latere numerationis quartæ tam citò abſoluere? Quis item in numeratione quinta grauitatis atque timoris pariter triginta quinq; principes reatus, & ſeptuaginta principes Eſau tam obiter & tam perfunctoriè poſſet ſatis explanare? quæ propria quidem uolumina poſcūt, & certe admodū lata, quare his in preſentia intermiſſis procedamus ad artem. Beatitudo, inquam, contemplantiſſimorū hominum pro electiore modo à meditatione legis, hoc eſt uigintiquatuor librorum, quos Eſdrim Varba nominamus, diurna & nocturna pendere ſacris ex literis deprehenditur. Scriptum eſt enim, Beatus uir (inter cætera) qui in lege eius meditabitur die ac nocte: non qui legat, nõ qui ſcribat, non qui loquatur, ſed qui meditetur: ne fortè ſcriptio legis aut lectio quandoq; terminata & deſinēs, etiam beatitudinem ceſſare ac deſinere compellat. Sed is tandem qui cogitationes in corde ſuo illuc cogit, ut dimiſſis carnalibus, ſpiritualia legis meditetur, is (inquã) is beatus eſt, cum corde mundo deum uidebit. Non enim tanta erat meo arbitratu diligentia opus ad ſacræ ſcripturæ hiſtorias, quæ tam patent Hebræis, q̃ T. Liuius Latinis. Item ad mandata & præcepta quæ numerum habent, tum ad religiones & cæremonias quæ rudi ac indocto, etiam uulgo, uel ſæpe non ſine uitio ac peccato peragunt, unde non mereantur tantã beatitudinē quæ corporeis ſenſibus conſtant, ut ad illa requiratur tam aſſidua, tam cõtinua & tam diligens meditatio diei atq; nocꝭis. Sed lõge maior beatitudo in theorię gradib. ſublimiorib, inueniri poſſe demõſtrat quę ad

legis

legis Cabalisticam intelligentiam usque adeo tendat ut spiritali meditatione mentes nostras imbuat, & quasi in similitudinem sui formet. Hanc esse conijcimus legis meditationem, quæ Moysi post datam in igne legem, & fractis iam reparatisq; lapideis tabulis, tãdem ab ore dei tradita est. Primo nanq;, ut asserunt Cabalæi, Deus legem suam in globum igneum conscripsit per ignem fuscum super ignem candidum, ait enim Ramban Gerundensis שבא לנו בסבלה שחיתת בהובה באש שחורה על גבי אש לבנה : Id est, Quòd apparet nobis per Cabalam, quòd fuerit scriptura in igne fusco super dorsum ignis candidi. Vnde illud extat Deuteronomij trigesimo tertio. De dextera eius, ignea lex eis. Erantq; tum literæ (ut aiunt) confusæ ac inglomeratæ, quas studiosissimi quiq; speculatiuè intuentes ac diligenter considerantes spiritu sancto ducti facilè possent hinc & inde, susq; deq;, ultrò citrò, prorsus rursus, eligere legere, colligere, ac in uerba quælibet formare sententiam, in bonis bonam in malis malam significantia. Deo autem Moyses edoctus in ordinem cunctas redigebat populo ẽdendas, ut quæ legis essent, uniuersi scirent & obseruarent, & inde lex in libros distincta & in arcã reposita est, sicut ipse recepit à domino. Artem tamen ordinandi & uariandi literas & sacram scripturam ad mentis eleuationem dulcissime interpretandi à diuina tunc maiestate receptam, ut rem diuinissimam à rudibus imperceptibilem, uulgò nõ patefecit. Sed electis tantum Iosue & septuaginta, ore ad os tradidit, à quibus postea semper electiores quiq; receperunt, & ea receptio, ut antè audiuistis, nominata est Cabala. Nonnihil astipulantur etiam sapientissimi Christianorum doctores, quorum plurimos ego quanquam Iudæus tamen libenter in aliena castra tanquam explorator irrepens legi. De nostro enim Moyse Gregorius Nazianzenus ille Græcus, cognomento magnus, theologus, in libro de statu Episcoporum, sic ait, διέχεται νόμος, τοῖς μὲν πολλοῖς, τὸν τοῦ γράμματος. τοῖς δὲ ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς, τὸν τοῦ πνεύματος. Id est, Accipit legem, ipsis quidem multis, eam quæ est literæ, ipsis autem super multos, eam quæ est spiritus. Et in libro primo theologiæ, βέλεται ὅτω πλαξὶ στερραῖς καὶ λιθίναις ἐγγραφῆναι, καὶ πάντως ἀμφοτέρωθεν διά τι τὸ φαινόμενον τοῦ νόμου καὶ τὸ εἰρυπτόμενον. τὸ μὲν τοῖς πολλοῖς καὶ κάτω μένουσι, τὸ δὲ τοῖς ὀλίγοις καὶ ἄνω φθάνουσι. Id est, Vult ita tabulis solidis & lapideis conscribi, & ijs altrinsecus propter manifestum legis & occultum, illud quidem multis & inferius manentibus, hoc aũt paucis & sursum peruenientibus. Quibus è uerbis apparet quibusdã ualde doctis, etiam uestris hominibus, q; Moses legis textũ plebi tradiderit, at mysteria, parabolas & symbola ipsi sibi ac præstantiori bus reseruarit. Eam Cabalę artem in tris uias diuisam fuisse accepimus, Salomonis testimonio qui 22. Prouer. Certè scripsi tibi tripliciter consultò & è sententia, ut notificarem tibi rectitudinem eloquiorum ueritatis. Sic enim gens nostra loqui cõsueuit, cũ habẽda est Cabalę mẽtio,

ut ap-

logia, quam ſæpe imitatus ego, in grauibus periculis & ſummo rerum diſcrimine lingua Germanica, per epiſtolam ſcripſi quæ à Latino uiro in Thuſcia uel Ethruria cognoſci deſiderabam, & cõuerſo more ſcripſi Latine quòd Alemanum hominem Latinitatis imperitum ſcire uolui. Accipiatis hoc uelim quicquid tamẽ illud eſt grato animo & ſenſibus imis, res eſt non parua, diligenter reponatis. Vſu autem nobis ueniunt ſi ritè operemur huiuſce generis literæ quatrifariàm. Aut enim ſumuntˉ ab initio uerbi ad aliquid aliud ſignificandum, ut in exorſu Geneſeos יום הששי ויכלו השמים .i. Dies ſextus, & perfecti ſunt cœli, ecce Tetragrammaton. Aut à fine cuiuſcunq;, ut Pſal. 1. לא כן הרשעים quæ tranſpoſitę faciunt אמן .i. Amen. Hoc nanq; intelligi uoluit, Non ſic impij, quoniam non dicent Amen, idcirco in gehennam mittentur. Aut ſunt quæ ſe offerant ſingillatim quælibet per integram dictionem unà comprehenſæ, ut Pſal. 3. Multi inſurgunt aduerſum me. Qui ſunt iſti multi? Reſpõdent Cabaliſtæ רבים ſunt Romani, Babylonij, Iones, Medi. Aut poſtremum non relatiuè ad aliorum uerborum cõſtitutionem deſtinantur, ſed earum quælibet ſecundum ſuæ proprietatis ſignificationem ſumitur, ut quando duorum ſeculorum mentio fit, futurum ſeculum iod litera ſignificat, & litera he ſeculum præſens, uidelicet iſtum mundum, Gen. 2. Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ בה בראם .i. in he creauit ea. Nimirum extrema ſcilicet hęc de literis conſideratio ad ſubſtantiam characteris attinet quoad ſe, at nequaquam ad accidentalem relationem uti ſuperiores tres, quantum ad aliud. Sic enim iam hac deſtinatione ſignificant uel iuxta Grammaticam inſtitutionem res ipſas, poſitione prima oblatas, uel numeros arithmetica diſciplina ordinatos, uel nonnullas rationes uerbis magiſtrorũ noſtrorũ applicatas, uel deniq; omnem creaturã à prima cauſa profectã, & rurſus in primã cauſam reducibilẽ. De primitiua poſitione literarũ ita mõſtrant, ℵ Aleph, ſit uia ſeu inſtitutio, Vnde dicit Iob 33. Docebo. i. inſtituã te ſapiẽtiam. Beth, domus. Pſal. 25. Habitabo in domo Domini. Gimel, retributio. Pſal. 116. Quia dominus retribuit tibi. Daleth, oſtium, fores uel ianua. Gen. 19. Et propè erant ut frãgerent oſtium. He, ecce. Gen. 47. Ecce uobis ſemina. Vau, uncinus retortus. Exo. 26. Quarũ erunt capita aurea. Sdain, arma. 3. Reg. 22. Et arma lauerunt iuxta uerbum Domini. Heth, terror. Iob 7. Terrebis me per ſomnia. Teth, declinatio, per metathe-ſim thet. Prouerb. 4. Ne declines ad dexteram & ad ſiniſtram. Iod, cõfeſſio laudis. Gen. 49. Laudabunt te fratres tui. Caph, uola. Eccleſ. 4. Melius uola plena requie. Lamed, doctrina. Pſalmo 143. Doce me facere uoluntatem tuam. Mem, aquæ. Iſaiæ 55. Omnes ſitientes uenite ad aquas. Nun, filiatio. Iſaiæ 24. Filium & nepotem. Samech, appoſitio. Deuteronomij 34. cap. Quia impoſuit, hoc eſt appoſuit, Moyſes manus ſuas ſuper eum. Ain, oculus. Exodi 21. cap. Oculum pro oculo,

Pe,

Pe,os.Exo.4. Quis posuit os homini. Tzade,latera.Exo.25. Sex calami egredientẽ de lateribus eius.Kuph,reuolutio uel circuitus.Exo.34. Redeunte anni tempore.i.circuitu anni. Res,egestas.Prou.10. Pauor pauperum egestas eorum,alij tamen hæreditatem interpretantur.Sin, dens.Iob 4.Et dentes catulorum cõtriti sunt. Thau,signum.Ezech.9. Signa Thau,super frontes uirorum.Ista est literarum Grammatica expositio, quomodo solent rebus quibuslibet nomina imponere uel primitiua uel deriuata. Nihil ut arbitror ab altiore speculatione alienum si quis figuratæ locutionis studiosus extiterit. Tum Philolaus,Nos inquit oportet(ut coniicio)senes elementarios fore,quibus denuo ferula sit opus.Nam interim multo studio ad alphabetũ redacti sumus. Et Marranus,Certè repueraſcimus,hæc est Philolae palingenesia tua il la Pythagorica. Quibus Simon,Nolite,inquit,respuere,magna profectò res est & digna philosophis,si Platoni uestro creditis,minimeq; ridicula,ut in Cratylo Socrati uisum erat,cognoscere literas,non enim habemus quicquam inquit illo melius,quo de ueritate primorum nominum iudicemus, ἐπειδὴ συλλαβῆς τε καὶ γραμμασιν μιμήσεις τυγχάνει οὖσα τῆς οὐσίας, ὀρθότατόν ἐστι διελέσθαι τὰ στοιχεῖα πρῶτον,i. Quandoquidem syllabis & literis imitatio sit essentiæ,rectissimum est discernere elementa primum. Vnde puto dicta sunt elementa,quasi hylementa,hoc est materialia ex quibus minimis maxima fiunt;ut est illud Hesiodi, Si paruum paruo superaddas & simul omne componas,magnus fors tandem fiet aceruus. Prouehere Simon,Philolaus ait,omnia enim uerè dicis,nos hoc sermone cum tua uenia iocati simus. Tum ille,Ad disciplinæ arithmeticæ numeros transibo qui literis Hebraicis designantur.Nec enim est ulla in orbis terrarũ spacio alia lingua,cuius literæ quoslibet numeros tam perfectè ostendant.Conati sunt tamen nouitij Græcorum Iudæos imitari,ut & similiter alphabeto suo numeros exponerent.Sed erat necesse duas sibi figuras intercalare,tam sexti quàm nonagesimi, quæ quidem figuræ literaliter ex ordine alphabeti non sunt.Schemata enim duo hæc s.y. figmenta sunt hominũ nouorum imitandi studio ductorum,cui res testes Homericos libros citamus.Sanè Romani pau cos numeros literis explicant,de qua re Priscianum Cæsariensem legistis olim ad Symmachum de numeris,ponderibus & mensuris scribentem.Faciamus itaq; numerorum quatuor gradus,quorum primus est digitorum,secundus denariorum,tertius centenariorum,quartus millenariorum. Primus gradus alphabeti figuris notatur ab Aleph ad Teth. Suntq; signacula nouem,singillatim numeros nouem referentia,ut א ב ג ד ה ו ז ח ט id est, Vnum, duo, tria, quatuor, quinque, sex, septem, octo, nouem. Secundus denariorum ordo,nouem quoque continet Alphabeti figuras, י כ ל מ נ ס ע פ צ id est,Decem, uiginti, triginta, quadraginta, quinquaginta, sexaginta, septuaginta, octogin-

opera piaculum in ſacra committeret? Ita Saul quondam uerbi ambiguitate deceptus errauit ab oracu lo, cum promiſiſſet Deus Exodi 17. אמחה את זכר עמלק id eſt, Delebo memoriam Amalek, credens ſi mares abſtuliſſet ſatisfieri præcepto, quoniam זכר maſculum ſignificaret. Deus autem magis deleri memoriam Amalek, per hoc uocabulū זכר uoluit quod memoriam quoq; deſignat. Nondum enim erat ſcripturæ diſtinctio per puncta & accentus quæ ab annis Ezræ primum cœpit. Ergo זכר ſine punctis & memoriam & maſculum enuncians, Saul occaſionem dedit ruinæ. Ad hæc Marranus, Contigit & Italis & Græcis ſimile de uerbo φῶς quod & hominē ſignificat & lumen. Vnde quōdam ſaturnaliorum cultores amphibologia decepti, hominem aliquem quotannis Saturno immolarunt, cum æque ſacrificium illud iuxta oraculum accenſis luminibus fieri potuiſſet, ut placaretur Saturnus. Sic enim gens illa tam ſtulta poſtremum Hercule magiſtro reſipuit. Et miſerandum eſt etiam ætate noſtra quantum ſtolidi homines & ſuperbi quidam ſophiſtæ imperitia linguarum errent, quod eſſet tamen ferendum, niſi ſe non erraſſe contenderent, & mōſtrantibus uiam non etiam uſq; ad internecionem inuiderent. Sed ô noſter dux, artem Cabaliſticam cuius exordium inchoaſti proſequere plenius. Tum Simon, Artem hanc rebus conſtare tribus, inquit, peritiorum ut dixi. mus opinio eſt. Primum numerorum ſupputatione, quæ גימטריא id eſt, Geometria nominatur, quaſi terreſtrium characterum inuicem numeralis dimenſio, quæ tamen pendeat ab arithmetica illa ob abſtractam ſui ſimplicitatem nullis ſenſibus tractabili, & ideo ne nouitiorum quidem artificio rudi ſubiecta. Potius igitur nuncupata eſt prima pars Geometria, quàm arithmetica, quamuis utrunq; reuera unum & idem in hac arte ualeat. Deinde tranſmutantur quandoque ſyllabæ ut ſit & tranſmutata dictio, aut cōuertitur uerbum ſimpliciter. Secundo quòd litera ponitur pro dictione & appellatur Notariacum ab apicibus notariorum, quoniã ibi quælibet litera in culmine notatur, ut ſit alicuius integri uocabuli ſignum. Tertio conſiſtit hæc ars in literarum mutuatione, cum altera pro altera ingenioſe locatur, & appellatur commutatio, quo factum eſt ut R. Ioſeph Minor Salernitanus libros de hac arte à ſe conſcriptos Hortum nominauerit, id eſt גנת propter ternas huius dictionis literas, quarum ſingulæ ſingulas portiones artis Cabaliſticæ deſignant. Nam gimel ſignificat גימטריא Nun נוטריסון Thau תמורה Vt ſint partes totius artificij hæ גמטריא id eſt, Arithmetica נוטריסון id eſt, Notariacum quaſi notatorium, & תמורה id eſt, Commutatio elementorum. Huic titulo allegat autor uerſum Salomonis capite ſexto Canticorum, Deſcendi in hortum nucis. Pro prima itaq; parte exordiar ab eo quod eſt principium. Et ſcribitur in Zacharia quòd Dominus Tetragrammatus erit אחד id eſt unus, & nomen eius אחד id eſt, unum,

unum,fortè multo uerius Dominus Deus erit Aleph,id eſt principiũ, ut uos Græcè dicitis Alpha & O,& חד id eſt unum,ut qui ſit principium unius. Ipſe nanq; ſupra omnem unitatem & omnis unitatis ſempiterna origo eſt. Et fortè non dicitur unum,ſicut non dicitur ens,quoniam eſt ſupra omne ens à quo emanat quicquid eſt. Vnde à contemplantiſſimis nominatur אין id eſt non ens,ut legitur Exo.17. חיש יהוה בקרבנו אם אין id eſt,Num eſt ens Adonai inter nos,an non ens? Legitur autem in libro de Via fidei & expiationis,quòd ſit utrunq; חיש ואין id eſt,Ens & non ens,quoniam ea quæ ſunt,& ea quę non ſunt,ex ipſo ſunt,& poſt ipſum ſunt. Ita quoq; non unum eſt,quoniam omnis unitatis cauſa eſt,& unitas poſt ipſum eſt,& nihil eorum eſt tam quæ poſt ipſum ſunt quàm quæ non ſunt,ut in libro Speculationis Rabbi Hamai,qui poſt multa ſic ait, שבלם נאצלים מיאחדותו ויהוא אינו דומה לאחר id eſt,Quòd omnia ea deriuantur ab unitate ſua & ipſe non eſt ſimilis ipſi uni. Neq; id ſolum noſtri fatentur,uerum etiam aſſeuerant Marrane ueſtri pariter quos eſſe ſapientiſſimos probatis. Dionyſius enim Areopagita in libro de Myſtica theologia eidem ſententiæ de Deo ſubſcripſit his uerbis, ὅτι ἀριθμός ἐστιν ὅτι τάξις, ὅτι ἓν, ὅτι ἑνότης. id eſt,Deus neq; numerus eſt,neq; ordo,neq; unum,neq; unitas. Quid tãdem eſt? Reſpondit Hieroni Simonides,quanto magis cogito tanto minus intelligo. Et mihi accidit ſimile,cum exactis omnibus creatis aſcendero ſupra omne ens,non inuenio aliud quàm infinitum pelagus nihilitudinis,& fontem omnis entitatis ex abyſſo tenebrarum manantem perenniter. O altitudo. O profunditas. O noſtra infirmitas. At ſatis uideri debet, id nos de illo noſſe,quod ipſe nobis de ſe reuelauit,quia ſit principium hoc eſt Aleph,& Tetragrammaton,quod per Aleph ſignificatur,notatq; eſſentiam diuinam,nihil utiq; aliud quàm היה uidelicet,eſt,quod certè propémodum erit idem cum eſſentia יהוה Nam propter æqualem ualorem ſcriptura utrunq; coniunxit,tanquam eius qui eſt primus & ultimus,Exo.9. חנה יד יהוה תהיה id eſt, Ecce manus Tetragrammati hoiah,quaſi eſt,ſcilicet finis operum & miraculorum Dei,ut patet in decem plagis Ægypti. Nam alibi ea dictio ſic non inuenitur. Indicat autem Salomonis Trecenſis teſtimonio inſtantem eſſentiam. Quòd uerò Tetragrammaton à Iod cœpit, planè noſtri cauſa factum eſt,ut agnoſcamus ipſum eſſe punctum infinitum & omnis numeri,hoc eſt rei cuiuſcunq; complemẽtum. Iod enim decem ſignificat. Et in reſolutione nominis Tetragrammati eſt litera decima ſic, יהוה יהו יה Vbi poſt Tetragrammaton reperitur יהו quod eſt ſymbolum ipſius Ehieh, hoc eſt entis per æqualitatẽ numeri. Et nihilo quoq; minus ſignificat eſſentiam creatoris,ut Exo.3. Ehieh miſit me ad uos,non illa quę immanet,ſed quæ fluit extra. Eſt enim ſigillum dei יהו quo Ehieh ſigillauit mundum,& dicitur אמת id eſt uerum,quippe quod in ſe ip-

sum Arithmeticè multiplicando nascitur. Tum sequitur יה nomen essentiæ meriti ac retributionis: ut in Psalmis, Si iniquitates obseruaueris Iah. Tria igitur nomina essentialia in Tetragrãmaton cernitis. Ineffabile notat essentiam primam, Ehieh essentiam in rebus, & Iah essentiã in meritis: & prædicantur in eo quod quid est. Idq; appellatur מה id est quid? Nam Tetragrammaton יוד הא ואו הא per æqualitatem numeri significat מה utrunq; enim continet 45. Cumq; dixisset Moyses, Quid nomen eius, quid dicam? respondebatur ei, Ehieh. Deinde considera diligenter spiritus sancti uerba, quæ haud frustra ponuntur in eodem Exodi 3. לי מה שמו מה id est, Mihi quid nomen eius quid? Et uidete literas terminales eorum, habebitisq; quatriliterum ineffabile יהוה cuius principium est Ehieh: medium, Iah: finis, infinitudo. Partes enim eius sunt יהי יה quàs diuidemus in tria interualla. Primum est יה Secundum ויה Tertium יהי Omnia ad esse ac essentiam deseruientia. De Iah legitur Exodi 15. Fortitudo mea & laus Iah. De ויהי eodem in loco, Et factus est mihi in salutem. De יהי Geneseos primo, Fiat lux. Hæc ambo uerba nouissima plurimùm ad mundi opificium & rerum existentiam contulerunt, ut יהי אור ויהי אור Fiat lux, & facta est lux. Et erat uesper, & erat mane. Fiat firmamẽtum, & sit distinctio, & factum est ita. Congregentur aquæ, & factum est ita. Germinet terra, & factum est ita. Producat terra, & factum est ita. Fiant luminaria, & factum est ita. Semper addito eo, Et factum est uesper & factum est mane. His omnibus (ut reuera sint) deprehendimus inesse seminaliter & occultè nomen ineffabile. Solum uerò Elohim, id est Deus, in illis sex diebus expressum cernimus. Sed cum iam mundus appareret esse perfectus, postq; uaria & admiranda diuinissimarum uirtutum opera consummata, tandem pro merito triumphus esset celebrandus, & festus dies indicendus: ecce cum Elohim Tetragrammatus Rex regum & Dominus dominantium incessit, & dictum est tum primùm, Istæ sunt generationes cœli & terræ quando creatæ sunt in die quo fecit Tetragrammatus Elohim cœlum & terram. Hîc Tetragrammaton publicè auribus omnium creaturarum primò intonuit, quo intelligimus clementiam Dei cum iustitia: nam in quocunq; loco sacræ scripturæ Tetragrammaton sibi iungit Elohim, ibi proprietatem animaduertimus clementiæ simul & iusticiæ. Componitur quandoq; cum ארני ut in oratione Habakuk, Tetragrammatus Adonai fortitudo mea: & nos sic legendo, uirtutem Tetragrammati descendere intelligimus ad ipsum Adonai prolatum. Sin ordine conuerso reperitur Adonai Tetragrammatus, ut Geneseos 15. Adonai Tetragrammate quid dabis mihi? tum mente concipimus quòd numerationes, hoc est diuinæ proprietates ab inferiore ad superius ascendentes, supremam lucem apprehendant. Fit & quandoq; ut reperiatur iunctum nomen El. Psalmo 118. El tetragram-

grammatus & illuxit nobis,& significat clementiam. Haud absimiliter cum additur Elohim,& dicitur sic, El Elohim Tetragrammatus locutus est, & uocauit terram. Psalmo 50. tum denotat nomen ineffabile gratia & seueritate uestitum. Aliquando legitur,idq; tantum in Prophetis & Hagiographis, Tetragrammatus Sabaoth Psal.46. Tetragrammatus Sabaoth nobiscũ,susceptor noster Deus Iacob. Insinuatq; hoc modo proprietatem iudicij. Atq; ideo prophetæ isto more increpando ad seueritatem utuntur. De huiuscemodi explanationibus perquirere latius poteritis in libro Portæ lucis,& multo latissimè in libro Portarum iusticiæ R. Ioseph Carnitolis. Adhuc & de tredecim eiusdem Tetragrammati proprietatibus,quas legislator Moyses inuocauit Exodi 34. in hanc sententiam. Tetragrammate Domine Deus misericors & gratiose, longanimis, multæ clementiæ,& uerus,custodiens misericordiam in millia,tollens iniquitatem,pertransiens scelus, atq; peccatũ,& innocens non innocentabitur,uisitans iniquitatem patrum super filios & super filiorũ filios in tertiam & quartã progeniem. Vos hic appello,uos optimi uiri: hoc enim dicere libet certè sine falso, quoniam multis & studijs & uerbis esset opus ei,qui cuncta nominis Tetragrammati mysteria publicare uellet,cuius ne finis quidem ullus reperitur unquã,sicut nec substantiæ Dei. Obmisso itaq; nomine proprio essentię diuinę,ostendã deriuata numero pauca. Sic enim fieri cõsueuit ut pro grãmaticorũ decreto appellatiua de proprijs formemus. Sunt autem hæc אל אלהים אלוה quorũ unumquodq; originẽ suam ex ineffabili Tetragrãmato sortitũ est quod literas continet quatuor,ecce quatuor,& designat 26. ecce uiginti & sex,quæ omnia sunt unum Dei symbolũ,ecce unũ. Iunge singula,uidelicet quatuor,uiginti sex,& unũ, & fit אל cui si addideritis terminationẽ Tetragrãmati יה nascet Eloha. Nunc de Elohim sic dicitur quòd eius מ nõ est rei significatio,sed grãmatica inflexio,quod inde apparet. Nam si per affixum aut regimẽ cõsequentiæ legendũ illud fuerit,haud dubium quin מ litera carebit, ergo si principio Tetragrãmati Iah,ordine cõuerso El addideritis,mox fit Elohi,& assumendo declinationẽ grammaticã,quæ est מ in fine p. nunciabitur Elohim,quod & sæpe per literas ineffabilis scribit,& Elohim nihilominus punctatur. Est aũt in Cabala frequens ordinis cõuersi usus,& magna eius uirtus uirtutisq; laus,cum quoquo modo syllabę transponantur,q; absq; diminutione tamen eædem manent literę,licet sæpe non eædem significationes,cuius rei Abrahã in libro Ietzira meminit,cum ait, זכר ונקבה זכר באמש ונקבה באשם id est,Marem & fœminam,marem in Emes,& fœminam in Esem,ubi trãspositio literarũ, rei quoq; mutationem indicat. Verbi causa לא & אל id est Deus,& non. Quod cum aliâs frequenti sit in more,tamen hoc est uehementer admirabile in hoc nomine ineffabili,q; eius literæ quantũcunq; hac il-

lacq́ peruertãtur, semper unam & eandẽ rem significant, uidelicet esse ac essentiã Dei, qui dixit, Ego Tetragrãmatus, & nõ mutor. Quod isto uobis usu erit manifestius. Resoluatur Tetragrammaton nomen in 12. uariationes (nec enim poterimus ultrà proficisci) tunc quicquid inuentum fuerit nulli alij nisi essentiæ deseruiet, cuius symbola sunt hæc, יהוה וההי יוהה הוהי הויה ההיו והיה ויהה וההי היהו היוה ההוי; Duodecim igitur ista nomina, unum nomen apud Cabalistas censentur, tanquam unius rei significatiuum, quanquã sunt duodecim expositoria, quorũ singulis applicant de sacra scriptura unam clausulam, quæ illud apertè per notariacum referat, non expositionis, sed memoraculi tantum loco ne subeat eius obliuio, ut si dicerem, Attẽde & audi Israel hodie, quod legitur Deuter. 27. c. Hebraicè sic הסבת ושמע ישראל היום Horum quatuor uerborum capita notabitis & facient הויה quod nomen est essentiæ atq́ resolutio Tetragrammati, pariter de cæteris fiant cætera. Sed maneamus tantisper in prima Cabalæ specie, dum adhuc quædam cognitu necessaria uiderimus. Iam enim quod dixi, de secunda parte sumẽdum fuit, aggrediamur autem hanc artem si uultis membratim cæsimq́, modò ne diu in unoquoq́ immoremur ut diurna opera cum die transeat. Quin id quod prius tetigi nunc iterum breuiuscule citabo, ut firmius hæreat, quòd Deus ante creationem ineffabilis, in creatione nominatus est Elohim, & post creationem habitans in mundo tanq̃ in templo suo dicitur ארני Adonai. Vnde illud legitur Psal. 11. Tetragrãmatus in templo sancto suo, Tetragrãmatus in cœlis thronus eius, ut qui dominatur in operibus suis. Nam ipse est ut scriptura dicit Deut. 10. Dij deorum & domini dominorũ El magnus: quare templũ Cabalisticè nota est Adonai, & conuersa uice per ęqualitatẽ numeri. Perinde atq́ in Adonai ארני tanquam in suo היכל .i. templo adorandus sit ineffabilis Tetragrammatus, & Deus in deo amandus, iuxta triplicem mundum. Ieremiæ 7. Templum Domini, templum domini, templum Domini. Restat aliud nomen appellatiuum שרי id est, Sadai. Exodi 6. Ego Tetragrammatus, & apparui Abraham Ishac & Iacob per El Sadai, & nomen meum Tetragrammaton non feci sciri eis, ubi solum hoc appellatur nomẽ suum quod est ineffabile, quia hoc tantum est summo Deo propriũ, quatenus ipse est nihil eorum quæ sunt, sed supra omnia est, non habens respectum extra se. Cætera sunt etiam aliarũ proprietatũ & relationũ appellatiua, ut Sadai, quod Latini uerterunt dicentes omnipotens, sed aptius Hebraicè significatur, Sibi sufficiens, se contentus, & nullius indigens, quod Græci rectius αὐτάρκης. interpretantur. Nam ש id est quòd, & רי sufficit uel satis est, Grammaticè dicimus. Cæterũ si audieritis solitariè in sacris uocari שם .i. nomen, confestim Tetragrãmati uobis in mentẽ ueniat, quod κατ' ἐξοχὴν & hyperbolicè nomẽ dicitur super omne nomẽ, quantũuis in sermone quoti-

quotidiano rei omnis sit quæ habeat existentiã. Sadai autem quoniam non est ei opus alterius adiutorio, ideo patribus in El Sadai, hoc est in forti qui se ipso contentus sit Tetragrammatus apparuit, ut qui per se sufficiat miracula & prodigia facere, nõ autem fecit illos scire quòd nomen Tetragrammaton sit illud nomen in quo possit homo tanquam cooperator & delegatus à Deo efficere miracula, de hoc apertius in Capnione de Verbo Mirifico. Est præterea ipsius Sadai ministratorius spiritus Metattron per æqualitatẽ numeri sic nominatus, qui dux & monstrator uiarum esse perhibetur, quod postea si me commonueritis tractabimus apertius. Accedit aliud nomen Sabaoth quod Hebraicè sic legitur, צבאות & ita dicuntur exercitus, quorum primus est intelligentiarũ omnino separatarũ & angelorũ. Secundus motorũ orbium & assistẽtium uirtutum. Tertius animarũ corpora informãtium, & non inuenitur nisi post nomen Dei. Vnde tripliciter quoq; legitur Sanctus Sanctus Sanctus Tetragrãmatus Sabaoth, Isaiæ sexto ac alijs in locis similiter. Omnis igitur primæ partis Cabalæ status qua procedat institutione audiuistis. Nam cum totus in sacrorum uerborũ commutatione consistat & quælibet uerba bifariàm alterentur, necessario fatebimur ei parti duas subesse species, alteram quæ sit syllabarũ aut dictionum transpositio, alteram numerorũ æqualitas. Vt si uerbi causa legero Isaiæ 40. מי אלה ברא .i. Quis hæc creauit? & Cabalisticè transponam duo hæc, conuertamq; in אלהים tum actu redibit exordium Geneseos ברא אלהים pro מי אלה ברא ut stet sententia, quis hæc creauit? Deus creauit. Et Ezechiel sedit ad fluuium Chobar. i. ad influentiam cherub, transponatur enim כובר & fit ברוב Et Noh inuenit gratiam. Gen. 6. conuertendo enim נח fit חן Similia cuncta eueniunt per metathesim propter literarũ primariam cõfusionem, quæ in igneo globo apparuerat, ut licuerit quasi de chao literas educere, atq; eas hinc & inde legere, prorsus rursus, ita primæ partis species prima cõsummatur. Nunc ipse mecum cõstitui accessu membri alterius de parte prima nõnihil exempli gratia monstrare, ut pernoscatis rem liquidius & firmius quoque memoria teneatis. Legitur de Ishac & Rebecca 25. Geneseos, והתר רבקה אשתו .i. & cõcepit Rebecca uxor sua. Ex quo diuinare cõmodum nobis cõceditur quidnam Rebecca cõceperit? Quin certè ut uerba indicant concepit Rebecca אשתו Vos autem considerate uiri doctissimi ecquid sit אשתו In hac primę partis secũda specie per גימטריא i. numerorum cõmensurationem, reperietis iuxta æqualitatẽ numeri significare אש וקש .i. Ignem & stipulã, utrunq; enim in se continet 707. concepit ergo Rebecca ignem & stipulam, quod sacra cõprobant eloquia teste Abdia, qui ait, Et erit domus Iacob ignis, & domus Esau stipula. Similiter quando audimus legem fuisse latam in sapientia חכמות Videamus quæ sit illa sapientia quæ ad legem ferendam congruat. Et

certè sunt edicta & interdicta, iussiones & prohibitiones. Symbolum autẽ est חכמה i. Sapientia omniũ mandatorũ Dei, cum enim quatuor illius uocabuli elemẽta de proprijs scripturis pronunciaueritis, חית בת מם הי conflabitur ex eis numerus sexcentorum & tredecim mandatorum Dei, quæ doctores nostri תרי"ג appellant. Ad summum in hoc genere speculationis primo legis characteres elementa & literas in confuso fuisse repositas, & hac atq; illac legibiles, memoratu dignum erit. Secundo nullis accentibus aut punctis distinctas. Tertio singulas alphabeti literas primordiales certum significare numerum, etiam quinque terminales, quas longe post ille prudens Ezra simul cum punctis adinuenit. Nam primitiuæ sunt duę ac uiginti, quibus solis ab initio scriptura omnis depicta extitit, quas usq; ad hæc tempora Cabalistæ locant & dislocant pro cuiusuis iucundæ contemplationis amœnitate. Vltimo est nobis intentanda uniuersalis hæc meta, quòd tametsi Cabalistæ sit officium, aliud legere ac aliud intelligere, tamen inuiolabiliter istum quisq; obseruet canonẽ, in bonis bona, in malis mala, ne albo nigrum applicet aut diem nocti. Tum Marranus, Id genus artis, inquit, haud secus cogitauero quàm si quis Dorotheum aliquem appellauerit pro Theodoro, aut pro Nicodemo Demonicum, siue pro Demophilo Philodemum. Sicut Græci dicere solent, σωματόφιλον καὶ φιλοσώματον.

Ad hæc Simon ait, Certè id quod dicis nonnihil quadrat, sed exẽpla enumerando admodum breui fatigaberis propter aliarum linguarum inopiam, quæ ad Hebræã tanquam omnium linguarũ fontem cõparatæ pauperes sunt & egestatis suæ impatiẽtes, ut quæ & reliquarũ nationum ascisca nt idiomata. Nec enim plenum numerũ accipiunt, nec compositionẽ utilem admittunt. Quapropter ars ista in alterius gentis sermonẽ traduci minime potest. Quòd nisi uos pariter Hebraicè peritos nossem, frustra hęc de Cabala quantumlibet paucula uobiscũ egissem, aut iam acturus essem. Sed propere accedamus ad secundã huius institutionis partem quæ נוטריקון dicitur, id est notariacum, quod est conuentum quoddam clam receptum inter Cabalistas ut literæ singularię sine coagmentis syllabarũ certa uerba designent, quemadmodũ notarijs & actuarijs est in more, & quondã belli ducum furtiua scripta literis unicis inconditè repositis arcana mentis protulerunt. Est adeo Probi Grammatici cõmentarius, ut scribit A. Gellius, satis curiosè factus de occulta literarũ significatione, haud aliter fortè in huius artificij prosecutione fit q̃ si qui paciscantur inter se iod literam, propter indiuisibilis puncti figurã, ineffabile Tetragrãmaton quod uulgo dominũ interpretamur, notare. Sicut & illud ipsum propter tres עליונות i. summitates in decẽ numerationibus, quæ sunt una & eadem עטרה i. unũ diadema tribus punctis signare solent. Aiunt enim Cabalistæ בי לכור זה כותבין השם ג יודין בזה ר i. Quòd ad mysteriũ hoc scribunt nomen tribus iod, uti

uti hoc ה׳. Vbi unicum quatriliterū tribus unicis literis conscribitur, quod usu quotidiano approbatur. Fuit & quondam in diebus Antiochi Eupatoris Iudas Mattathiæ filius, bellator nobilis, & dux belli pro legibus, templo, ciuitate, patria & ciuibus Iudæorum acerrimus: contra quos cum iam Antiochus & illius omnis exercitus irruerent, dedit Iudas angelo monitus commilitonibus suis, ceu belli tesseram, hoc nobile signum, מ כ ב י ut se quatuor his literis fortiter in pugna exhortarentur, promittens quòd futurū esset signum uictoriæ Dei, quod Iudæorum milites animo læto in uim magnæ consolationis acceperūt, & sub eo signaculo ualide pugnantes interfecerunt in castris Antiochi uirorum quatuordecim milia & ingētem numerum elephantorū cum ijs qui superpositi fuerāt. Quo factū est ut princeps belli Iudas sic anteā dictus, deinceps ab omnibus Machabai cognominaretur, eo quòd hi quatuor characteres syllabicè ita sonarent. Cumq; tāta eius signi uirtute tot se crederent præliorum uictores fuisse, admirati sunt tribuni militum & sapientes in Israel, rogantes Iudam quónam modo tot triumphi sub hoc eis dato signo contigissent? & respōdit Iudas Machabæus in isto signo præsentiam esse Dei omnipotentis ineffabilis. Ostenditq; illa uerba Moysi Exo. 15. dicentis, מי כמוך באלים יהוה id est, Quis sicut tu in fortibus Tetragrammate? Hi nanq; quatuor characteres hæc uerba designant, tanquam eorum initia, ubi Iod significare nomen tetragrammaton planè deprehenditur, ac esse reuera מ כ ב י diuini nominis 72 literarū per æqualitatem numeri memorabile symbolum. Eo commoti qui erant de Iudæ exercitu iterum pugnantes prostrauerunt non minus 35000, ut scripta indicant, præsentia dei mirificè delectati & patria uoce omnipotentē dominū יהוה benedicentes. Hinc ergo intelligitis uerbū quoddam totum per unam posse literam significari, uel si ea demū stet singulariter, uel uerbum quodlibet aliud collectiuè perficiat: sicut tota dictio fertur integrā pariter orationem notare, ut Dan. 5 מנא הסל פרסין i. Numerauit, ponderatū est, diuisum est. quæ quidem hoc illi Nabuchadnezer repræsentarūt, Numerauit deus regnū tuum & cōsummauit illud: ponderatū est in statera, & inuentū est deficiens: diuisum est regnū tuū, & datū est Medis & Persis. Aut igit una dictio per literas dispersa plures efficit, aut multæ dictiones per certas earū literas retractæ unā colligūt, hinc ex multis unū & ex uno multa. Quod ne utiquā mirū esse ostēdit duorū monosyllaborū frequēs usus, ut aiūt Maronē scripsisse in carminib. Est & non, cuncti monosyllaba nota frequētant, ijs dēptis nihil est hominū quod sermo uolutet: ergo tota ferè omniū hominū colloquia, est & non, significāt. Quare in hac arte quis dubitabit una litera dictionē integrā, unaq; dictione orationē extensā, & uice uersa, una oratione dictionē aliquā electam intētatamq; notari posse: unde oritur occulta quædam & admirabilis epistolarū techno-

logia, quam ſæpe imitatus ego, in grauibus periculis & ſummo rerum diſcrimine lingua Germanica, per epiſtolam ſcripſi quæ à Latino uiro in Thuſcia uel Ethruria cognoſci deſiderabam, & cõuerſo more ſcripſi Latine quòd Alemanum hominem Latinitatis imperitum ſcire uolui. Accipiatis hoc uelim quicquid tamẽ illud eſt grato animo & ſenſibus imis, res eſt non parua, diligenter reponatis. Vſu autem nobis ueniunt ſi ritè operemur huiuſce generis literæ quatrifariàm. Aut enim ſumuntẽ ab initio uerbi ad aliquid aliud ſignificandum, ut in exorſu Geneſeos יום הששי ויכלו השמים .i. Dies ſextus, & perfecti ſunt cœli, ecce Tetragrammaton. Aut à fine cuiuſcunq;, ut Pſal. 1. לא כן הרשעים quæ tranſpoſitę faciunt אמן .i. Amen. Hoc nanq; intelligi uoluit, Non ſic impij, quoniam non dicent Amen, idcirco in gehennam mittentur. Aut ſunt quæ ſe offerant ſingillatim quælibet per integram dictionem unà comprehenſæ, ut Pſal. 3. Multi inſurgunt aduerſum me. Qui ſunt iſti multi? Reſpõdent Cabaliſtæ רבים ſunt Romani, Babylonij, Iones, Medi. Aut poſtremum non relatiuè ad aliorum uerborum cõſtitutionem deſtinantur, ſed earum quælibet ſecundum ſuæ proprietatis ſignificationem ſumitur, ut quando duorum ſeculorum mentio fit, futurum ſeculum iod litera ſignificat, & litera he ſeculum præſens, uidelicet iſtum mundum, Gen. 2. Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ בה בראם .i. in he creauit ea. Nimirum extrema ſcilicet hęc de literis conſideratio ad ſubſtantiam characteris attinet quoad ſe, at nequaquam ad accidentalem relationem uti ſuperiores tres, quantum ad aliud. Sic enim iam hac deſtinatione ſignificant uel iuxta Grammaticam inſtitutionem res ipſas, poſitione prima oblatas, uel numeros arithmetica diſciplina ordinatos, uel nonnullas rationes uerbis magiſtrorũ noſtrorũ applicatas, uel deniq; omnem creaturã à prima cauſa profectã, & rurſus in primã cauſam reducibilẽ. De primitiua poſitione literarũ ita mõſtrant, ℘ Aleph, ſit uia ſeu inſtitutio, Vnde dicit lob 33. Docebo. i. inſtituã te ſapiẽtiam. Beth, domus. Pſal. 23. Habitabo in domo Domini. Gimel, retributio. Pſal. 116. Quia dominus retribuit tibi. Daleth, oſtium, fores uel ianua. Gen. 19. Et propè erant ut frãgerent oſtium. He, ecce. Gen. 47. Ecce uobis ſemina. Vau, uncinus retortus. Exo. 26. Quarũ erunt capita aurea. Sdain, arma. 3. Reg. 22. Et arma lauerunt iuxta uerbum Domini. Heth, terror. Iob 7. Terrebis me per ſomnia. Teth, declinatio, per metathe-ſim thet. Prouerb. 4. Ne declines ad dexteram & ad ſiniſtram. Iod, cõfeſſio laudis. Gen. 49. Laudabunt te fratres tui. Caph, uola. Eccleſ. 4. Melius uola plena requie. Lamed, doctrina. Pſalmo 143. Doce me facere uoluntatem tuam. Mem, aquæ. Iſaiæ 55. Omnes ſitientes uenite ad aquas. Nun, filiatio. Iſaiæ 24. Filium & nepotem. Samech, appoſitio. Deuteronomij 34. cap. Quia impoſuit, hoc eſt appoſuit, Moyſes manus ſuas ſuper eum. Ain, oculus. Exodi 21. cap. Oculum pro oculo.

Pe,

Pe, os. Exo. 4. Quis posuit os homini. Tzade, latera. Exo. 25. Sex calami egredient̃ de lateribus eius. Kuph, reuolutio uel circuitus. Exo. 34. Redeunte anni tempore. i. circuitu anni. Res, egestas. Prou. 10. Pauor pauperum egestas eorum, alij tamen hæreditatem interpretantur. Sindens. Iob 4. Et dentes catulorum cõtriti sunt. Thau, signum. Ezech. 9. Signa Thau, super frontes uirorum. Ista est literarum Grammatica expositio, quomodo solent rebus quibuslibet nomina imponere uel primitiua uel deriuata. Nihil ut arbitror ab altiore speculatione alienum si quis figuratæ locutionis studiosus extiterit. Tum Philolaus, Nos inquit oportet (ut conijcio) senes elementarios fore, quibus denuo ferula sit opus. Nam interim multo studio ad alphabetũ redacti sumus. Et Marranus, Certè repuerascimus, hæc est Philolae palingenesia tua illa Pythagorica. Quibus Simon, Nolite, inquit, respuere, magna profectò res est & digna philosophis, si Platoni uestro creditis, minimeq́ ridicula, ut in Cratylo Socrati uisum erat, cognoscere literas, non enim habemus quicquam inquit illo melius, quo de ueritate primorum nominum iudicemus, ἐπείπερ συλλαβαῖς τε καὶ γράμμασιν ἡμίμησις τυγχάνει οὖσα τῆς οὐσίας, ὀρθότατόν ἐστι διελέσθαι τὰ στοιχεῖα πρῶτον. i. Quandoquidem syllabis & literis imitatio fit essentiæ, rectissimum est discernere elementa primum. Vnde puto dicta sunt elementa, quasi hylementa, hoc est materialia ex quibus minimis maxima fiunt; ut est illud Hesiodi, Si paruum paruo superaddas & simul omne componas, magnus fors tandem fiet aceruus. Prouehere Simon, Philolaus ait, omnia enim uerè dicis, nos hoc sermone cum tua uenia iocati simus. Tum ille, Ad disciplinæ arithmeticæ numeros transibo qui literis Hebraicis designantur. Nec enim est ulla in orbis terrarũ spacio alia lingua, cuius literæ quoslibet numeros tam perfectè ostendant. Conati sunt tamen nouitij Græcorum Iudæos imitari, ut & similiter alphabeto suo numeros exponerent. Sed erat necesse duas sibi figuras intercalare, tam sexti quàm nonagesimi, quæ quidem figuræ literaliter ex ordine alphabeti non sunt. Schemata enim duo hæc ς. ϙ. figmenta sunt hominũ nouorum imitandi studio ductorum, cui res testes Homericos libros citamus. Sanè Romani paucos numeros literis explicant, de qua re Priscianum Cæsariensem legistis olim ad Symmachum de numeris, ponderibus & mensuris scribentem. Faciamus itaq́ numerorum quatuor gradus, quorum primus est digitorum, secundus denariorum, tertius centenariorum, quartus millenariorum. Primus gradus alphabeti figuris notatur ab Aleph ad Teth. Suntq́ signacula nouem, singillatim numeros nouem referentia, ut אבגד הוזחט id est, Vnum, duo, tria, quatuor, quinque, sex, septem, octo, nouem. Secundus denariorum ordo, nouem quoque continet Alphabeti figuras, יכלמנסעפצ id est, Decem, uiginti, triginta, quadraginta, quinquaginta, sexaginta, septuaginta, octogin-

octoginta,nonaginta. Tertius gradus centenariorum habet similiter nouem characteres, ק ר ש ת ר ם ו ח ץ id est,Centum,ducenta,trecenta,quadringenta,quinquaginta,sexingenta,septuaginta,octingenta,noningenta. Quartus gradus est millenariorū,in quo reuertendum est ad priorum numerorū figuras,quanquam esse debent statura grandiores ita ut dicatur magnum Aleph,quasi Aleph latum,& pronuncia tur per patha secundum a Italicum. Sic beth magnum,quod duo millia significat. Inde usq; ad nouem millia,demum iod magnum decem millia,quo in ordine quidam pro statura solent figuras apicibus notare. Deinceps non figuris utuntur,sed uerbis רבו רבותים id est,mille millia,bis mille millia,& reliqua. Viam istam Alphabeti numerorū,maximopere sunt amplexi Cabalistæ,qui dicunt annorum duo millia, initium præcessisse,antequàm hic mundus fieret. Eo quòd ante ראשית id est initium scriptura ponit Beth magnum dicens, בראשית Ita sapiētes nostri exponunt eum locum Prouerb.8. Dominus possedit me initio uiarum suarum,anteq̄ quicquam faceret extunc. Quicquid uero millia transgredit,infiniti loco habetur. Nam finis numerorum in sacris millia sunt,ut cum uellet Dauid infinitatem precij ostēdere Psal.119. dixit, Bonū mihi lex oris tui super millia auri & argenti,hoc est sine numero. Tertiam nunc speciem substantiæ literarum breuissime recensеamus, quæ ad aliquas magistrorum nostrorū intentiones referūtur,ut aleph, beth,illis significat prudentiam,& gimel daleth remunerationē paupe rum,& mem.i. Meamar,uidelicet sermonē apertum & sermonē occultum,& sic de alijs,quæ paulò inferius recitabimus Thalmudicis tamen usu frequentiora. Quarta earum literarū species consistit in rebus cōditis atq; creatis omnibus,maximè quidem utilis Cabalæ studiosis,quo facilius creaturas reuocare in creatorem possint,id quippe quod illius disciplinæ maximum est & singulare studium. Literas igitur in suum quasq; ordinem locabo,ut elementa singula singulariter cognoscatis, atq; sic incipiam: Ab aleph usq; ad iod ordines siue chori angelorum significantur,quos intelligentias separatas & formas liberales incorporeas & insensibiles philosophi appellant,progressas & deriuatas à uirtute dei,qui formam non habet neq; imaginem neq; similitudinē. Dixit enim Isaiæ quadragesimo capite, Cui assimilauistis me & adæquabor? Et paulò antè, Cui ergo similem fecistis Deum? aut quam imaginem disponetis ei? Cæterum mansio ista nominatur, עולם המלאכים id est,seculum angelorum siue mundus angelicus. Deinde à litera caph ad literam zade cœlorum ordines designantur,qui Dei creatoris uirtute donati ab angelorum influxu dispensantur,& uocatur עולם הגלגלים id est,seculum orbium seu sphærarum. Porrò à zade ad thau interueniunt quatuor elementa cum suis formis, & simul omnia mixta tam uiuentia,quàm non uiuentia,quæ à Dei uirtute pendent,quibus influit

influit esse & uiuere: ut est in Isaia, Creans cœlos & extendens eos, firmans terram & quæ germinant ex ea, dans flatum populo qui est super eam, & spiritum calcantibus eam seu ambulantibus in ea. Dirigun tur autem ab influentijs angelorum & sphærarum: atq; totum id uocatur עולם היסורות id est seculum elementorum, & in eo est homo qui appellatur עולם חקטן id est seculum paruum, quod Græci dicunt μικρόκοσμος hoc est Minor mundus: seu rectius, paruus mundus. Nam in homine ipso relucent omnium creaturarum proprietates summarū & infimarum. Hæc fortè utilius memoria repetemus, si quorúm nam literæ singulæ perhibeantur esse symbola, demonstrabimus: rem sanè iucundam, & antiquissimis autoribus celebratā: ne sint futuri aliquando, qui hanc artem ut tenuem ac ieiunam cauillentur. Est igitur

א Aleph, nota summarum & altissimarum rerum, quæ primo efluxu diuinæ bonitatis subsistunt: utputa angeli, qui dicuntur חיות הקדש haioth, id est animalia sanctuarij, uel potius uitæ absque medio subter Deum. Hi angeli uirtute Dei, proximè inferiores purgant, illuminant & perficiunt, quæ cōmuni uocabulo, illorū dicitur influentia.

ב Beth, secunda litera, secundum significat ab ipso deo gradum angelorum, qui dicuntur אופנים Ophanim, id est formæ seu rotæ, ac secundo loco deriuantur à Dei uirtute per intelligētiam priorem, & ipsi à deo quoq; inferioribus influunt. Dixêre simul etiam sapientes quòd Beth sit nota sapientiæ.

ג Gimel, repræsentat ex essentijs superioribus angelos, qui dicuntur אראלים Aralim, id est angeli magni, fortes & robusti, qui descendunt ordine tertio à diuinæ maiestatis bonitate, illuminanturq; virtute Dei per intelligentiam secundā, & ipsi pariter inferioribus influunt.

ד Daleth, symbolū est emanationis quartæ apud superos, eorum qui dicuntur חשמלים Hasmallim, & in uirtute Dei per medium intelligentiæ tertiæ influuntur, & illa uirtute inferioribus influunt.

ה He, litera designat entia superiora, quintæ ab ipso Deo emanationis, quæ sunt שרפים id est Seraphim, & influuntur de uirtute dei per mediū intelligentiæ quartæ, ac eadem uirtute inferioribus influūt.

ו Vau, notat essentiam supernorum emanationis sextæ, qui dicuntur מלאכים Mallachim, id est angeli, & influunt̄ de uirtute Dei per medium intelligentiæ quintæ, ac eadem uirtute inferioribus influunt.

ז Zain, signaculū est spirituum beatorum superiorū emanationis septimæ qui nominantur אלהים Elohim, id est dij, & influuntur de dei uirtute per sexti ordinis angelos, ac eadē uirtute inferioribus influunt.

ח Heth, signum est superorum emanationis octauæ, & sunt angeli qui uocantur בני אלהים Bne Elohim, id est filij Deorum, de uirtute El, per angelos septimi ordinis infulsi, ac eadem Dei uirtute inferioribus influentes.

ט Teth

ט Teth, nota est angelorum emanationis nonæ, qui uocantur כרובים Cherubim, & influuntur de uirtute Dei per mediũ intelligentiæ octaui ordinis, & eadem uirtute inferioribus influunt.

י Iod, litera decima significat essentiam intelligentiarum emanationis decimæ, appellant autem אישים Isim nobiles & patricij, suntq; omnibus hierarchijs inferiores, & Dei uirtute illustrantur per nonum chorum, eademq; uirtute influunt filijs hominũ cognitionem & scientiam rerum mirificamq; industriã. Vnde dicuntur qui tali sunt pręditi facultate filij איש id est, homines nobilis intelligentię, de quibus Psal. 49. Quiq; terrigenę & filij hominum, quod proprie sic legitur, tam filij plebei q̃ filij patricidij, quasi dicereť, tam agrestes quàm nobiles. Eam denominationẽ ab hoc intelligentiarũ ordine sumimus nos ipsi. Est enim in nobis intellectus agens summa pars animæ quam Aristoteles נפש hoc est mentem appellat, quę nobis sola deforis aduenit. Inde procedunt uisiones, propheticę ac omnia magna & sancta, uocatur autem שכל הפועל quo finitur mundus angelicus. Sequitur

כ Caph, ea litera designat primum mobile ab ipso El Sadai, tanquam à causa prima immediatè licet per rationalis uitæ spiritum communicatiuè motum, qui est angelus Metattron, & dicitur intellectus agens mundi sensibilis per penetrationem formarum inferioribus omnibus uiam prębens, quare influit uirtute diuina in omne quod est mobile. Caph finalis significat girum stellarum fixarum, quæ sphæra octaua nominatur quãtum ad nos, sed quoad superiora est orbis secundus in duodecim zodiaci signa diuisus, quæ nos מזלות appellamus, influiturq; de uirtute Dei per medium intelligentiæ ipsius caph, similiterq; inferioribus influit.

ל Lamed, est signum primæ sphęræ planetarum, & dicuntur לבת quasi ambulones, quos Latini errones appellant, instar Grecorum qui ob id eos asserunt esse πλανήτας. Diciturq; orbis septimus Saturno attributus quem שבתאי nuncupamus, influit & influitur.

מ Mem, apertum notat sphæram Iouis qui à nobis צדק nominatur, & à uirtute Dei per medium intelligentiæ superioris influitur, eademq; uirtute inferioribus influit. Mem clausum est symbolũ sphæræ Martis, quem appellamus מאדים orbis quinti, & uirtute Dei creatoris influitur per angelum proxime superiorem, & eadem uirtute inferioribus influit.

נ Nun, significat luminare maius, quod uocatur שמש id est, Sol, & eius sphæra dicitur orbis חמה influiturq; à Deo per medium intelligentiæ sextæ, qua & influit in inferiora. Nun finale sphæram indicat Veneris, quæ à nobis uocatur נוגה Noga, & Dei uirtute constat, influitq; mediante intelligentia septima.

ס Samech, est symbolum cancellarij, qui dicitur כוכב Cochab & Latinè

Latinè Mercurius, influitur autem uirtute dei à ſuperioribus, eademq; uirtute inferioribus influit.

ע Ain, eſt nota ſphæræ Lunæ, quæ à nobis dicitur ירח Iareah, & apparet quaſi oculus ſiniſter mundi. Eſtq; inter aſtrifera ultimus orbium: & propter albedinem quandoq; nominatur לבנה Cuncta hæc facultati aſtrologicæ committimus.

פ Pe, ſignificat animam intellectualẽ, ſingularem & uniuerſalem, & dirigitur ab intelligentijs ſeparatis quibus infunditur à Deo tam in ſphæris quàm in ſtellis & in omnibus animatis ſuperioribus & inferioribus ſphærarum & elementorum. Phe finale denotat ſpiritus animales qui diriguntur ab intelligentijs ſuperioribus de uirtute atque mandato Dei.

צ Zade, ſymbolizat materiam tam cœlorum quę eſt intelligibilis, quàm elementorum quæ eſt ſenſibilis, omniumq; myſtorum. Diriguntur autem uirtute diuina per intelligentias ſeparatas, & per formas proprias. Zade finale monſtrat elementorum formas, quę ſunt ignis, aer, aqua, terra. Et reguntur diuina uirtute per angelos qui dicuntur אישים Iſſim, & uirtute cœlorum, & uirtute materiæ primæ quæ eſt fons & origo cunctorum elementorum.

ק Kuph, eſt ſymbolum inanimatorum & mineralium & eorum quæ dicuntur elementata & miſta. Diriguntur autem uirtute diuina per ſphæras cœleſtes & intelligentias ſeparatas quæ uocantur אישים iſſim. Et influunt inferioribus in regione quatuor elementorum.

ר Res, ſignificat omnia uegetantia fructus & fruges ac terræ naſcentia, influunturq; uirtute Dei à corporibus cœleſtibus & intelligentijs ſeparatis nomine אישים itemq; complexionibus elementorum.

ש Sin, deſignat omnia ſenſitiua tam reptilia terræ ac progreſſiua, quàm aquarum, piſces & aeris uolucres ſimul, & quæcunque irrationalia uitalem motum habentia, quæ uirtute Dei reguntur à corporibus cœleſtibus & intelligentijs quas uocamus אישים & complexionibus elementorum.

ת Thau, eſt ſymbolum hominis & naturę humanę quæ eſt perfectio & finis omnium creaturarum, dirigiturq; à Deo complexionibus ac qualitatibus elementorum iuxta influentias cœlorum & per officia peculiaria intelligentiarum ſeparatarum אישים Iſſim, qui ſunt angelicæ conditionis, & ſicut ſunt finis ac conſummatio in mundo angelorum, ita eſt homo finis & perfectio creaturarum in mundo elementorum, quin potius in mundo uniuerſorum, conſtitutus eſt enim ex duobus mundis, ſicut ſcriptum eſt, Formauit dominus Deus hominem de limo terræ, & ſpirauit in faciem eius ſpiraculum uitæ.

TRactantur hæc uberius à noſtris maioribus, quorum poſteris nobis clarè apparet erga ſacras literas ardentiſſimus amor, qui de omnibus etiam minutiſſimis rationem reddere ſtuduerunt. Verbi cauſa,

De Aleph ſcriptum eſt in libro הבחיר id eſt de Candore, ubi ſedit R. Amorai, & diſputauit quare Aleph ponatur in capite Alphabeti & reſpondetur, quia fuit ante omnia, quinetiam ante legem, quod de R. Rahumai, eius libri autore, commemorat Mnahem Racanat, in diſtinctione Geneſeos prima. Iterum autem quamobrem proximè ſequatur Beth, certè quia fuit legis initium. Et quare Gimel, non ſit nominatum gidel, cum in ſacris literis præponatur גדל & ſequatur גמל Gen. 21. ubi ſcribitur ויגדל תולד ויגמל Talia & his paria ſcrutari certè non ſunt dedignati ſapientes uiri. Quanquam ſunt etiam aliquo numero, qui breuitatis cauſa, reddere aliquorum rationes prætergreſſi, tantùm ſcripſere quæ ſimpliciter ad rem attinent, quoniam ſemper ad ſublimiora omni diligẽtia & ſtudio conati ſunt properare, ut R. Iacob Cohen, in libro cui titulus eſt פירוש חשם חסרוש id eſt, expoſitio nominis ſancti. Nam de Alphabeto ſtrictim ſic dicit,

Numeri.					ac ſi enumeraſſet iis uerbis,
1.	1	א Aleph	אויר	Aura,	
2.	2	ב Beth	חיים	Vita,	
3.	3	ג Gimel	שלום	Pax,	
4.	4	ד Daleth	חכמה	Sapientia,	
5.	5	ה He	ראיה	Viſus,	
6.	6	ו Vau	שמיעה	Auditus,	
7.	7	ז Zain	ריחה	Odoratus,	
8.	8	ח Heth	שיחה	Locutio,	
9.	9	ט Teth	לעיטה	Infuſio,	
10.	10	י Iod	משכב	Cubatio,	
20.	11	כ Caph	עושר	Opes,	
30.	12	ל Lamed	מלאכה	Negocium,	
40.	13	מ Mem	מים	Aquæ,	
50.	14	נ Nun	חלוד	Meatus,	
60.	15	ס Samech	רוח	Spiritus,	
70.	16	ע Ain	שחוק	Riſus,	
80.	17	פ Pe	זרע	Semen,	
90.	18	צ Zade	חרחור	Suſpicio,	
100.	19	ק Kuph	שינה	Sopor,	
200.	20	ר Res	חן	Gratia,	
300.	21	ש Sin	אש	Ignis,	
400.	22	ת Thau	ממשלה	Poteſtas.	

Hæc

HÆc & eiuſcemodi reliqua quæ audiſtis ex patrum monumentis quanto potui breuiſſime decerpſi, ut uobis uel aliquam deguſtationem literariæ profeſſionis exhiberem. Scripſit enim de iſs non negligenter, inſignis autor Rabbi Akiba, quem imitati ſunt complures ex noſtris homines literatiſſimi, quos multo dignamur honore. Dixerunt enim, quòd in expoſitione Alphabeti, latent multi ſenſus. Et Rabbi Abraham Aben Ezra, de hoc in libro, qui præſcribitur, סור תורה id eſt, de Myſterio Legis, ita inquit, והאמת בי טוב הוא למשביל שילמד מואת החכמה id eſt, Et uerum eſt, quòd bonum ſit hoc, ut intelligatur, quia diſcitur ex eis ſapientia. Non ut omni tamen uitæ noſtræ tempore, in literatoria laboremus arte (ait ipſe) ut dies ac noctes in uoluminibus Rabbi Iuda torqueamur, qui primus fertur Hebræis Grammaticus eſſe: uel in illis uiginti libris, quos de Inſtitutione literaria Marinus compoſuit: uel quos Samuel Nagid, eadem de re duos & uiginti ædidit. Hucuſque Rabbi Abraham Aben Ezra, nec fruſtra ſenſit ita homo prudentiſſimus & literarum peritiſſimus. Ad maiora enim & altiora, nati ſumus.

DIXI modò, quæ ad ſubſtantiã literæ pertinent conſiderationes quatuor. Nunc mea opinione terminandum eſt, id quod accidentali relatione literarum agere dudum cœpimus, & נוטריקון id eſt, Notariacon appellatur, qua in parte id conſideramus, quæ litera quam dictionem ſignificet. Habet autem tres quoque ſpecies. Quum enim ſignaculum aliquod ab initio dictionis accipit, & (ut fieri ſolet) apicibus in ſublimi notatur, iam ראש תתיבת id eſt, caput dictionis nominatur, atque de more ita ſcribitur רת Quando item ſumitur à termino & fine uerbi alicuius propoſiti, tunc סוף תתיבה id eſt, finis dictionis, cognominatur: quod conſueuerunt figurare, hoc modo סת Sin autem à ſingulis uerbi cuiuslibet literis notæ ſingulæ deducuntur, id tunc generali uocabulo notariacon appellamus. Ad hæc Philolaus ait, O noſter Simon quàm ſunt hęc externis hominibus arcana & recõdita. Tum ille, Multo fortè occultiora, inquit, oſtẽdam uobis in hac tertia Cabalæ parte, quæ תמורה nominatur, ubi mutua fit literæ pro litera poſitio, & totiens fit quotiens alphabeta permutantur. Permutãtur autem iuxta numerum literarum bis & uigeſies, quia uiginti duas legimus Iudæorum literas, ſemperq; binis quibusq; literis coniugatis licebit alteram ſumere pro altera, & ea combinatio dicitur צירוף ut ſi ex iſtis ſex literis Alphabeti Latini, a b c d e f continuo binas & binas coniugauero, quatenus ſub iugo primo ſint a b, ſub ſecundo c d, ſub tertio e f, uelimq; per epiſtolam, huius artis peritum aliquem hortari, ut ſupplicaturus principi, cadat ante pedes eius. Sic ſcribo, d b c f, quod ille intelliget Cade, ita & de alijs. Totum hoc opificium euenit ex Alphabeticaria reuolutione, ut ſuccedat mutuo litera

pro litera proprio sibi iugo combinata, scilicet uicissim a pro b, & b pro a, similiter c pro d, & d pro c, itemq; e pro f, & f pro e. Quod facilius in Hebraicis nullo quidem obstante procedit, quia uoces quas Latini uocales nominant non sunt in ordinem Alphabeti Iudæorum repositæ. Prisca igitur ætate motus inde pater noster Abraham dixit, ut in libri Ietzira capite 2. legitur, Aleph cum omnibus & omnia cum Aleph, haud secus atq; Beth cum omnibus & omnia cum Beth, & ita de singulis. Quare ut exemplo id fiat manifestius, uiginti duo alphabeta producam in medium, quę in eodem creationis uolumine Abraham scite admodum & utiliter ordinauit.

XXII. Alphabeta R. Abraham.

אל	בת	גש	דר	הס	וצ	זפ	חע	טס	יג	כמ
אב	גת	דש	הר	וס	זצ	חפ	טע	יס	נג	למ
אג	דת	הש	ור	זס	חצ	טפ	יע	כס	לג	במ
אד	בג	ות	וש	זר	חק	טץ	ים	בע	לס	מג
אה	בד	ות	זש	חר	טק	יץ	נם	לע	מס	גג
אי	בה	גר	זת	חש	טר	יס	בץ	לפ	מע	נס
אז	בו	גה	חת	טש	יר	כס	לץ	מפ	נע	דס
את	בז	גו	דה	טת	יש	כר	לק	מץ	נפ	כע
אט	בח	גז	דו	ית	בש	לר	מק	נץ	ספ	חע
אי	בט	גח	דז	חו	בת	לש	מר	נק	סץ	עם
אב	בי	גט	דח	חז	לת	מש	נר	סק	עץ	ום
אל	בך	גי	דט	חח	וז	מת	נש	סר	עק	פץ
אמ	בל	גב	די	חט	וח	נת	סש	ער	פק	זץ
אג	במ	גל	דב	חי	וט	זח	סת	עש	פר	צק
אס	בנ	גמ	דל	חב	וי	זט	עת	פש	צר	חק
אע	בס	גנ	דמ	הל	וב	זי	חט	פת	צש	קר
אפ	בע	גס	דנ	המ	ול	זב	חי	טת	קש	צר
אצ	בפ	גע	דס	הנ	ומ	זל	חב	טי	קת	רש
אק	בצ	גפ	דע	הס	ונ	זמ	חל	טר	רת	יש
אר	בק	גצ	דפ	הע	וס	זנ	חמ	טל	יב	שת
אש	בר	גק	דצ	הפ	וע	זס	חנ	טמ	יל	בת
את	בש	גר	דק	חצ	ופ	זע	חס	טנ	ומ	כל

Elemen-

Elementorum hæc uigintiduorum commixtio, nequaquam erit rusticè ac indoctè intelligenda: omnia enim spiritus sunt. Sic in libro Ietzira scribitur, Et sculpsit cum illo spiritu Deus uigintiduas literas, tres matres, septem duplices, & duodecim simplices: & quælibet illarum est spiritus, ad contemplandum itaque spiritualiter ingenti cum gaudio nobis tradita hæc sunt, non ad obloquendum, non ad irridendum, sed pia fide mysteria Scripturarum amplexandum. Credentes enim, literis facilius altiora speculamur, & abscondita confidimus in literis reperire posse, quasi Dei sermonem in medio caliginis, qui dixit ad Moysen: Ecce ego uenio ad te in densa nube, ut audiat populus cum loquar tecum, quin etiam בר id est, uiginti duabus, credent in perpetuum. Oportet nanque Cabalistam non aniliter, sed fortiter credere, & quæ sunt patrum mandata literis, singulari amore ac animo iucundo lætoq; recipere cum gaudio & fiducia, ut Psal. 70. Exultent, & lætentur בר id est, uiginti duabus, qui quærunt te. Nam duas & uiginti literas scitote fundamenta esse mundi & legis, ut copiose in libro tractatur Horti nucis, secundo: quem uel legistis, uel legetis. Tum Philolaus, Certe, ait, tales libros nec legi, nec uidi unquam, qui etiam non parua usque huc opera, ubi nam laterent scrutatus sum. Et Marranus, Nescio, inquit, quo pacto illiusmodi librorum tãta Iudæis parsimonia sit, ut ne amico quidem eos liberaliter edant, aut quocũq; tamen ære uendant. Tunc Simon, Statutum nobis est, inquit, arcana legis non dari peregrinis, sed ליועץ חכם id est, consiliario sapienti: non domestico etiam consiliario tantum, nec sapienti modò, sed simul consiliario sapienti, qui non sit extraneus, & non sit indoctus. Nec id ægrè feratis, uos obsecro. Sepe nanq; imminentis periculi causa in tam diuturna dispersione cõstitutis nobis conuẽtus patrum sollicitus prouide statuit, כרח שהוא ברח מימה שנפל בו באחרונה id est, Ea lege ut ipse fugeret ab eo, in quod cecidit posterius. Moyse nostro Ægyptio autore, qui causas enumerat, & recitat euenta in capite וי libri Perplexorũ. Sed spero uos hæc & alia nostræ gentis boni consulere, quare ista disputatione dimissa partem artis Cabalisticæ tertiam prosequar. Accepistis de Combinationibus literarum ducentis & quadraginta duabus permutationes coniugationum ducentas triginta unam, præter alphabetum uulgò consuetum, cuius tamen binas quasq; suo ordine literas pariter etiam connectere ad mutuas uicissitudines solent. Rem uulgò exilem, ac fortè prima specie imperitis contemptam, sed quæ tamen ueniat plurimum exaltanda hominibus. Vt legitur Psal. 12. ברם זלה לבני ארם id est, Exaltando despectiones filijs hominum. Ad quod ibi citat R. Salomon, id quod dicitur à Psalmista, lapidem quem reprobauerunt ædificantes, factus est in caput anguli. Vos equidem oro, haud negligenter considerate, quòd non frustrà scriptum est ברם nam de

גמטריא Cabaliſticè ſignificat ducẽta & quadragintaduo, tot enim ſunt cunctæ ſuperius deſcriptæ combinationes, & ex illis unam & triginta ducentasq; uariationes decenti honore ueneremini. Omnia enim ex illis oriuntur quæ ſunt & quæ dicuntur, de ijs nanq; ianuis quas appellant, pater noſter Abraham (ut eſt in libro letzira) dixit וגמיצא בל חרבור ובל חיצור יוצא מהן: id eſt, Et exiſtit omne dictum & omne creatum progrediens ex illis, quæ quidem nobis illorum adminiculo facile poſſumus in noſtram ordinare ſalutem, quoniam reducendi ſumus per omnium rerum creatarum conſiderationem in unius creatoris prohumana uirili cognitionem, quæ eſt ſalus noſtra & uita æterna, hoc fit à Deo per nomen ſuum rurſus in Deum. Ipſe eſt ipſemet nomen ſuum quatriliterum in ſecula ſeculorum ſemper benedictum, quod oſtendebat Pſaltes, cum aiebat: Et cognoſcent, quòd tu es nomen tuum Tetragrammaton, ſolum tibi ſupremum ſuper omnem terram. Idcirco ſolum hoc nomen dicitur Semhamaphores, id eſt, nomen expoſitorium eſſentiæ Dei. Cuius experimentum ſumitur de prima huius artificij parte. Aliud eſt Dei nomen in iſtius locum ſuccedens, quod duodecim literis ſcribitur, eiusq; ratio de ſecũda parte recipietur. Aliud præterea nomen eſt, quod in hac Cabalæ tertia parte commodiſſimè tractatur: nomen quadraginta duorum characterum: non quòd unius nominis una prolatio quadraginta duabus literis conſtet. Notum enim eſt apud quemlibet intelligentem (ut docet Rabi Moyſes Mahimoni) quòd unum nomen inueniri nequeat uſquam tot literis ſcriptum. Sed plura ſunt nomina inter ſe & in ſeipſa complexa, ex multis literis aggregata, quæ ducant Cabaliſtam per quaſdam rationes occultas ad ueritatem cognitionis Dei tetragrammati, iod, he, uau, he, יוד ה וו ה quod ſimiliter arithmeticè quadragintaduo ſignificat. Huiuſmodi quadragintaduo characteres, per talia nomina ſic coniuncti dicũtur unum nomen, eo quòd finaliter ſolum unam rem ſignificant, quemadmodũ econtrario alia nomina compoſita & collectiua ſæpe compluria ſunt unicè ſignificantia. Potuit igitur in præſentiarum cõtingere, quòd ratio illa qua intellectus noſter duceretur in deum, ne quiuerit niſi multis & literis & uerbis explicari. Nec id mirũ, quoniam per multos & diuerſos riuulos ſolent ingenioſi opifices ſcaturiginem inueſtigare. Ita de fontis ſui abyſſo emanare fecit deus cũctas res & ad infinitã uoraginem refluere. לחרוצא דבר במאמר ומאמר ברבר עד להעמיד בל חרברים במעין חשלחבת וחשלחבת במאמר במעין אין חקר ואין מספר לאורך חמתעלמת בתוספת חחשך חמסותרת בבלל ארבעים ושתים אותיות: Hęc ſunt uerba contemplantiſſimi doctoris Hamai, in libro חעיון id eſt, ſpeculationis, ad quæ utiliter allegat ipſe ספר מיצו חחכמת i. librum fontis ſapientię, quanquam uir tam integer teſtimonio non eguiſſet. Iam tento ſi ea Latinè interpretari ualeam, ita ſaltem ne quid ſententia detri-

menti

menti patiatur. Vt produceret (inquit) rem in uerbo & uerbum in re, quousque restitueret omnes res in fontem resplendentiæ, & resplendentiam in uerbum, tanquam fontem cuius nec terminus sit, nec numerus, ad lucem inaccessibilem augmento tenebrarum reconditam in uniuerso quadraginta duarum literarum. Hucusq; Hamai. Appellant autem hoc tam uenerandum & colendum nomen duabus & quadraginta literis designatum præstantissimi sapientum, quorum memoria in benedictione est קדוש ומקודש id est, Sanctum & sanctificatum. Ideoq; per alphabeticæ reuolutionis commixtionem rudibus & indigni occultatum, atque tantum sanctis contemplatiuam uitam agentibus, ex alphabeticaria combinatione per Ieremiam est reuelatum, qui sæpe legere solebat in libro Ietzira, ut reperitur scriptum בספר בטחון id est, in libro de spe, cuius autor est Rabi Iuda, qui composuit illum. Cumq; Ieremias librum Ietzira multum & sæpe nocturna uersaret manu atque diurna, uenisse ad eum בת קול ideſt filia uocis, dicitur, quæ iuberet illum tribus annis uolumini eidem insudare. Post itaque annorum trium finem, quando iam ei placuit characterũ coniugatio & tractatus, ut operaretur in eis, mox sibi atque sodalibus creatur homo nouus, & in ipsius fronte scriptum erat, יהוה אלהים אמת id est, Tetragrammatus Deus uerus: tum sentiens ille homo nuper creatus, scripturam in fronte, haud ultrà remoratus est, quin subitò citata manu primam dimoueret ac adimeret literam in אמת quæ est Aleph. Ita manebat reliquum his uerbis, יהוה אלהים מת id est, Tetragrammatus Deus mortuus. Ob quam rem Ieremias indignatione perculsus scidit uestimenta sua, & dixit ei, Quare tu deponis Aleph ab Emeth? Qui respondit, Quoniam defecerunt ubique à fidelitate Creatoris, qui uos creauit ad imaginem & similitudinem suam. Dixit Ieremias, Quomodo igitur apprehendamus eum? Respondit ille, כתבו תאלפאביחות למופרע באותו העפר הנזרק בבונות לבבכם: id est, Scribite alphabeta ad spacium in hunc puluerem dispersum, iuxta intelligentias cordium uestrorum. Et fecerunt ita. Et factus est ille homo in horum conspectu puluis & cinis, atque sic disparuit. Quare Ieremias se tunc ab ipso Deo uirtutes & potestates Alphabetorum & Elementariarum commutationum recepisse asserebat: nam dispositionem coniugationis de libro Creationis antè nouerat: inde ad posteros Alphabeticaria hæc Cabala, id est Receptio, transmigrauit: per quam, arcana Diuinorum maxima panduntur. Quum enim per omnes literarum combinationes nomen illud magnum (Tetragrammaton) & pro uiribus maximis extollendum, ab ultimo ad primum circumduxerimus: tum se nobis Diuina eius notitia liberaliter ostendet, ac uoluntati nostræ suas facultates offeret, clementérque subijciet, si nos inuenerit dignos, atque animi puritate, fidei synceritate, spei

firmitudine amoris ardore præditos & munitos. Noluerunt enim patres noſtri (ut Rabi Tarphon, Rabi Moyſes Ægyptius, & Rabi Hamai, cæteriq; ſcripſerunt ſecūdum præcepta Magiſtrorum noſtrorum illud nomen cuiquā mortali oſtēdere, niſi admodum digno. Sic enim dixerunt, quòd non tradatur niſi humili, & ei qui ſtat in dimidio dierum ſuorum, non iracundo, nec ebrioſo, nec prauis moribus fœdato: ſed uiro pacifico, & qui ſuauiter loquatur cum creaturis, & qui cuſtodiat illud cum mundicia, talis enim dilectus eſt ſurſum & circa nos deſideratus deorſum, & timor eius cadit ſuper creaturas. Vt uerò nomē illud uobis patefaciam, more Cabaliſtarum, primò partiar quadragintaduas literas in ſeptem uerba, deinde quodlibet uerbum in duas dictiunculas, quarum ſingulæ contineant iuxta idioma linguæ Hebraicæ ternas literas. Facta igitur multiplicatione arithmetica dicendo ſexies ſeptem, erunt quadragintaduo, ſcilicet literarum eius nominis collectio uniuerſa quam inſpectioni oculorū ueſtrorum hoc charagmate ſubijcio ſic, שגת כמא שגתחבץ מיתאצב ימיפתא צתגתפץ תגהצמא יאצפפש Equidem hoc in uerſu dum quotas quaſque literas comprehendero, confeſtim mihi altera pars dictionis unius è ſeptem quæuis diſſyllaba naſcitur. Vna enim quæq; huius tam precioſi nominis dictio ſex conſtare characteribus dignoſcitur, tamen Hebraicis tantum, non autem alterius linguæ: nam Latine pluribus erit opus, ut Sagathbama, Sagaththecaz, Miathazab, Iemibatha, Zethaghaphaz, Thegazama, Zaazpapas: quæ in antiquorum uoluminibus inueniuntur uſq; hodiernum in diem Romano ſermoni peregrina & incognita, ſed non idcirco deſpicienda, quòd dura ſunt, & barbara. Nemo enim tam lippis oculis in aſpectu ſacrorum utatur, ut recondita contemnat. Nemo auribus in audiendo diuina, tantas delicias indulgeat, ut ſolum ea uenetur, ea laudet, ea ſequatur quæ ſenſibus ſint iucunda, oculis amœna, tactu mollia, & uoculatione blanda. Sed ſpiritalia capeſſat magis quā corporalia, & conſtantia magis quàm leuia, ueraq; magis quàm fucata. Enimuero ſæpe aſpera & horrida præcedunt Dei præſentiam. Recordamini quæ contigerunt Eliæ prophetę, cum in monte dei Horeb intra cauernas & in ſpecu lateret, nonne dictum erat ei ſic, Ecce Tetragrammatus incedit & flatus grandis atq; fortis, ſubuertens montes & diſcindens ac conterens petras ante tetragrammaton, non in flatu tetragrammatus, ſed poſt flatum commotio, & non in commotione tetragrammatus, ſed poſt commotionem ignis: non in igne tetragrāmatus, ſed poſt ignē uox ſubmiſſa tenuis, & in illa uoce locuta eſt ad eum gloria tetragrammati, quæ nominatur בבור lta uos poſt deſertum, horridum & ſenticoſum, poſt montem & petras, poſt flatum & terræ motum, poſt ignem, poſt uocem in ipſo cauernarum & ſpecuum ueſtibulo dimiſſa occupationum ſecularium multitudine, audietis gloriam

Dei

Dei ad uos loquentem, Quid uobis hic? Pergite ultrà, ut extat enarratum 3. Regum 19. Igitur non hic ſtandum eſt, ſed reuertendum nobis cum Elia propheta in uiam noſtram per deſertum, hoc eſt per has hiſpidas barbaricarum connexionum reuolutiones & perplexas uepres in uiam ſacræ atque canonicæ ſcripturæ, uiam uere noſtram quæ eſt ueritas eloquiorum Dei ut ungamus regem in Syria qui ab unctione dicitur Meſſiha. Tantiſper nanque per coniugationes duorum & uiginti Alphabetorum ambulabimus, dum ad ſupremum atque primum Alphabetum uigilanti ſollicitudine ac indefeſſa diligentia uentum fuerit. Oportet enim nos artificioſè per ſingulas combinationes tam diu diſcurrere quouſque uox Dei pateat, & apertus ſe nobis offerat ſacratiſſimarum ſcripturarum textus. Illa nempe uox Dei omnibus Alphabetis à primo ad ultimum uidelicet uigeſimum ſecundum, uirtutem ſuam & ualorem largiter impluit, ut combinationes aliquanto maiorem efficaciam quæ reputantur non ſignificatiuæ quàm nomina primario ſignificatu præſtent, ueluti radius ſolis fortius quidem urit quàm ſol ipſe unde manauit. Hinc illud extat Mirandulani Comitis in Concluſionibus, ubi ſic ait, Quælibet uox uirtutem habet in Magia inquantum Dei uoce formatur. Præſentis ergo nominis quadraginta duarum literarum uirtus, operatio, uigor, efficacia, complementum & perfectio à dei uoce pendet, quam intendimus per omnes omnium Alphabetorum connexiones & retia uenari, donec ſeptem nomina quadraginta duabus literis comprehenſa, uſquam in ſcriptura ſacra comperire queamus. Verbi cauſa. Si quærantur ex primo & uigeſimo Alphabeto ſimiliter ſeptem uerba quæ poſſint uel ullius diuinæ ſcripturæ uerſus eſſe ſymbola, reponantur mihi ſalua ut ſunt memorata ſuperius. Itidem ex ipſo & uigeſimo, adhuc autem & decimo nono & eodem modo deinceps omnia percurrendo uſque ad primum quod à ſuo exordio ceu reliqua nomen accepit, ut diceretur, אלבת id eſt, Albath, cuius ex combinatione hoc mutuemur exemplum,

תרל גנב הרל לאק גבל בקג בנב צלב סלר ויצ לרו קנג קבק צצת

Quod ſimul etiam eſt nomen diuinum quadraginta duarum literarum ex primo Alphabeto libri letzira permutato, receptum. Sola nanque permutata & tranſpoſita pater noſter Abraham in eo creationis libro poſuit, cum non dubitaret alioquin uulgarij Alphabeti rectum ordinem cunctis eſſe notum. Solent autem & hunc pari modo combinare dicentes, אבגד ut Rab Hamai docuit in libro illo de Speculatione, nomenq; deſcribit quadragintaduarum literarum etiam ex eadem ſua combinatione productum ſic, אקבחטש טנבשות ונטנחבש גבספחר בקפוטש ושוהחא Quod ſimiliter, ut cætera, Deum benedictum iuxta ſuam proprietatem ſymbolicè ſignificat, Sicut enim

quatrili-

quatriliterum ineffabile notat Deum ut est super omne esse, & Ehieh repræsentat Deum ut est in omni esse, & Adonai Deum ut est omnium Dominator, & Sadai ut nullius eget: ita pari modo quadraginta duarum literarum siue recipiatur ex transpositis seu rectis combinationibus, quodlibet designat Deum, quatenus est creator cœli & terræ, uisibilium omnium & inuisibilium. Quamobrem ista uiginti tria nomina Diuina, quorum quoduis quadraginta duabus figuris pingitur, singula secundum uiginti trium Alphabetorum ordines ducuntur è duobus sacræ scripturæ primis uersibus, In principio creauit Deus cœlum & terram, terra autem erat inanis & uacua. Incipiendo à prima litera Beth, & in ultima Beth litera terminando, quæ cum sic Hebraicè leguntur ut sunt à spiritu sancto dictatæ, quadraginta duas figuras absoluunt, semper ponentibus nobis literam pro litera sub uno & eodem combinationis iugo. Inueniuntur & alij Cabalistæ sublimius speculantes, qui transcendunt creationem & creaturas, & in sola Deitatis emanatione persistunt, quam sancte per nomen sanctum 12. characterum & per nomen quadraginta duarum literarum dignissimis & Deo deuotis hominibus sub fido silentio largiuntur, receptum & scriptum בספר אגרת הסורות id est, in libro Epistolæ secretorum, ubi ad quæstionem Antonini Romani de sacrosanctis nominibus respondit Rab Hakados, quòd ex Tetragrammato fluit nomen duodecim literarum אב בן ורוח הקרש id est, pater, filius & spiritus sanctus. Ex quo deriuatur nomen quadraginta duarum literarū, quod ita pronunciatur אב אלהים בן אלהים רוח הקרש שלשה באחר אחר בשלשה ; id est, Pater Deus, filius Deus, spiritus Sanctus Deus, tres in uno & unus in tribus. O quanta est hæc altitudo, quanta profunditas, quæ sola fide apprehenditur. Tum Philolaus, Quantæ uerò Simon, inquit, tibi agendæ sunt gratiæ, qui omnia nobis tam dilucide atque clarè ostendis, si modò quicquam in hac arte clarum esse potest, ac non potius maxima pars horum inuolucris recluſa, & fugere ad salices uisa. Et Marranus, Tace obsecro Philolae, inquit, Sine hunc progredi, an non uides? uesper ingruit, & hic quasi diurnum pactus est. Porrò tu perpetuò loquere Simon, quicquid rerum erit.

Tum ille, Compleui artem totam & edocui, nisi sunt quæ particulatim restare putetis de quibusdam nominibus Dei, & angelorum & uirtutum, & consecratis sigillis, quorum ui ac potestate facturos se multi multa promiserunt, quæ uulgò admiranda uideantur. Et Marranus, Obliuio fortè te cœpit, inquit, quòd de nomine duodecim literarum quoq; dicturus eras, quamuis secundæ partis materiam esse affirmares, quæ iam præterijt. Tum Simon, Parum est quod de illo exponam, nisi quòd postquàm crebro & frequenti prauorū homi-

num

num usu passim uilescebat nomen Tetragrammaton antea cum tanta cura & sollicitudine, cum tãta reuerentia & tam prudẽti moderamine idoneis & electis tantum sacerdotibus septimo quoq; anno traditum, ut discerent per illud populo benedicere in sanctuario: tunc ad maiestatem huius nominis cõseruandam prohibitum fuit sacerdotibus eo imprecari, solisq; summis pontificibus quotannis permissa erat eius pronũciatio in diebus ieiuniorum & propiciationis. Quare illius loco cæteris substituerunt nomen duodecim literarum, quòd esset aliquanto sacratius quàm nomen Adonai, & tamen ineffabili Tetragrammaton longe minus diuinum, quo sacerdotes in benedictionibus uterentur. Consueuit autem quatuor his literis הקבה cum apicibus in capite cuiuslibet notariacè signatis conscribi, & ita pronũciari הקדוש ברוך הוא id est, Sanctus benedictus ipse. Per quod benedictionem à Deo Numeri sexto mandatam, posterius super populum pro Tetragrammaton ita proferebant: Benedicat te sanctus benedictus ipse, & custodiat te. Ostendat sanctus benedictus ipse faciem suam tibi, & misereatur tui. Leuet sanctus benedictus ipse faciem suam ad te, & ponat tibi pacem. Quo in loco Salomon Trecensis commentator sacræ scripturę ordinarius sic scribit, לבד הכהנים פורסים כפיהם לומ׳ הקבה עומד אחרינו שנ׳ הנה זה עומד אחר כתלינו משגיח מן החלונות מבין אצבעות של כהנים: id est, Itaq; sacerdotes distendunt manus suas dicendo, Sanctus benedictus ipse stat post nos, sicut scriptum est, En ipse stat post parietem nostrum, animaduertens de fenestris inter digitos sacerdotum. Sic in uetusti codicis membrana scriptum teneo, quamuis impressa quędam uolumina chartacea uerbis istis careant. Firmissime uerò credunt nostri & nullatenus dubitant hac forma expressam benedictionem tantæ prosperitatis esse causam, quantæ fuisset, si nomen Tetragrammaton quod nunc Adonai pronunciant, in istis imprecationibus permaneret. Mutatio enim hæc facta est ad honorem Tetragrammati, ne totiens iteratum, neglectui tãdem subiaceret, quod Deus Optimus Maximus omnium maximè auertat. Habetis omnem hortum Cabalisticum, id est גנת tribus areolis distinctum, quæ sunt Geometria, notariacon, thmura, & radicibus, herbis, floribus infinitis excrescẽtem cum omni ornatu suo ad unum hortulanum respicientem, qui rigat, plantat, & incrementum dat Deus Optimus Maximus incomprehensibilis, ineffabilis, innominabilis, cui est quoq; nomen incomprehensibile, ineffabile, innominabile Tetragrammaton, ex quo fluit & deriuatur omne quod est sacris sacrum. Reliqua enim, si qua inueniuntur, rerum diuinarum symbola, notæ, sacramenta, signa, profectò ex hoc ipso ducunt originem. Verbi causa ברוך significat יהוה אחד Deus unus, per primam huius artis partem גימטריא operando Arithmeticè, ut suprà explanatũ est: illud idem tamen nomen ברוך symbolicè repræsentat

ſentat integrum ipſum nomen Tetragrammaton per ſecundam Caba læ partem, ut ſcribit Ioſeph Bar Abraham ciuis prefecturæ Salemitanę in ſecundo uolumine Horti nucis, his uerbis, תמורתו ב ובן ה ו תמורתו ו ובן ו תמורתו ז id eſt, Iod commutatio eius caph, & ſic he commutatio eius uau, & ſic uau commutatio eius ſdain, quo animaduertimus Deum in eſſentia ſua unum eſſe uniſſimum, quo nihil eſt unius: quanquam multa ſecundum alias relationes dicuntur de ipſo propter quæ uocatus eſt Elohim Kadoſim, id eſt Dij ſancti. Ioſue ultimo, & Elohim Haijm, id eſt dij uiui, Deuteronomij 5. Et Malachiæ 1. de ſe ipſo loquitur ſic, ואם אדונים אני איה מוראי id eſt, Et ſi Domini ego, ubi eſt timor meus, quo in loco ſe Deus pluratiue appellat Dominos. Iuxta immanētiam ergo unus eſt, iuxta egreſſiones autem plures, qui dixit, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Non quòd linguæ ſanctæ mos fuerit, ut in ſumma conſtituti maieſtate de ſe ipſis pluratiue loquerentur, ut Rab Saadia ſcribit in libro אמונות id eſt credulitatum. Hoc enim tenue argumentum eſt, quoniam ſubitò pòſt ipſe ſingulariter loquitur ita, Faciam ei adiutorium ſimile ſibi. Hanc unitatem & hanc pluralitatem in diuinis non inuiti admittunt Cabaliſtæ diuerſis rationibus, unde aſſerunt tres primas numerationes Cabaliſticas בתר חכמה בינה unam eſſe ſummi regis coronam, ut ſcribit Rab Aſſe, in libro יחיד ſingulari unionum, ſeu collectorum. Cernitis hoc exēplo quòd omnibus Cabalæ partibus ultrò citrò promiſcue utimur, uidelicet uniuerſa literarum ſyllabarum & dictionum metatheſi, deinde numerali ſupputatione, notatione capitali, & commutatione literali cum ſingulis ſpeciebus quas priori ſermone patefeci. Sic enim tranſponimus nomen Tetragrammaton, ut ſit Va & Ia, oriaturq; היה id eſt eſſentia, quæ omnium rerum prima eſt, à qua ſunt omnia entia uera & bona. Vnde Ehieh Adonai, ſignificat Arithmeticè tantundem quod Elohim, cuius ſumma 86. Sicut & מה nota eſt ipſius Elohim, ſi ſic extendatur, מם הא hoc eſt פו id eſt 86. Et יה nomen Tetragrammaton, quia fit 26. quod ſi extendatur יוד הא facit 112. & deſignat Tetragrāmaton Elohim, hoc eſt Dominus Deus. De quo primum ſcribitur, Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ, quando creata ſunt in die quo fecit Tetragrammatus Elohim terram & cœlum. Eſt autem nominis Tetragrammati principium Iah. Et ipſius Elohim medium Iah, & finis Ehieh Iah. Quod totum eſt perfectio ipſius היה id eſt eſſentiæ, quod ſignificat הו id eſt ipſum, & יה eſſe diuinum. Vnde quotidiano tritum eſt uſu, ut ipſum eſſe dicatur aliquid diuinum neceſſarium & incorruptibile. Omne quippe quod eſt quando eſt huius gratia neceſſe eſt eſſe, nec tunc contingit non eſſe. Virtus itaq; illius eſſentiæ ducebatur in operationem per uerbum Dei qui dixit יהי id eſt ſit, quo dicto creatæ ſunt in una ſumma Ideæ uniuerſæ ac uirtutes intellectua-

tellectuales abſolutiſſimæ, per hoc quod ipſe mandauit ſic, Fiat lux, & mox facta eſt lux. Quam uniuerſitatem ſecuta eſt angelorum ad miniſteria deputatorũ natura, quando dixit ויהי בן i. & factum eſt ita, quod principem & ſacerdotẽ magnum deſignat qui nominatur Michael, lucidum argumentũ angelicę cõditionis, quod ex unitate & numero cẽtenario cõſtituitur. Vnde putant primo die ideas extra cauſam primã eſſe productas & formas abſolutiſſimas, quo ad eſſe & operari. Die aũt ſecundo hinc angelos eſſe creatos. Nõ enim in primo die aiebat ויהי בן i. factum eſt ita, ſed in die ſecundo cum firmamentũ fieret cœli, iuxta R. Eliezer de luce ueſtimenti eius creati. Decẽ enim ueſtibus indutus erat Deus quando mundũ creauit, ut dicũt Cabaliſtæ, ac de ultimi ueſtimẽti ſui luce ſumpſit & creauit cœlos, nõ quidem ſenſibiles, ſed illos inuiſibiles & intellectuales חיות רוחניות i. entitates ſpirituales, de quibus Pſaltes ait, Cœli enarrant gloriã Dei, ubi nõ ſcribitur שמים i. cœli, qui ſunt orbiculares, quod memorabiliter notauit R. Ama, in libro Reconditorũ, Pſal. 19. Sed השמים quibus addit articulus ha, ut in ſummario argumento Geneſeos legit, In principio creauit Deus Haſamaim. i. cœlos illos eximios, illos famigeratos, illos admirabiles, nunquã uiſos nec mortalibus oculis uidendos. Alij nanq; cœli qui nõ ſcribunt per ha articulũ, ſunt quidem firmamentũ, ſed tamẽ uocant nomine cœli, quare ſcriptũ eſt, Et uocauit deus firmamentũ cœlos: & dicitur ipſius cœli firmamentũ inuiſibilis, inq;, quod appellat Cœli cœlorũ: unde ſequit ita, Fiant luminaria in firmamẽto cœli. Nimirũ illa extenſio in modum pellis tanq; literis inſcripta luminaribus & ſtellis propter localem expaſſionem dicitur rakia, quod nos à firmitudine firmamentum appellamus. Nam cœlum inuiſibile non egebat luminaribus, quoniam per ſe ſpiritualiter eſt illuſtrè, ac mentaliter à prima cauſa illuminatur. Ideo nominantur intelligentiæ ſeparatæ, de quibus ait autor cauſarum, Omnis intelligentia plena eſt formis, quæ dum intelligit dicitur audire & loqui: quare Moyſes ait, Audite cœli quę loquar. Et Dauid, Cœli enarrãt gloriam Dei. Et Deus apud Oſeam, Exaudiam cœlos, & iſti exaudient terram. Vnde lumen propheticum deſcendit quod dicitur, עספקל ריא המאירה i. uiſio illuminans, quæ fuit Moyſi: nam aliorum prophetarum uiſio erat, עספקל ריא שאינה מאירה id eſt, non illuminans, & ea dicitur terra. nonnihil mentionis in primo ſermone de ijs habitum eſt. Equidem mihi rectè uideor credere ob id ſapientes noſtros dixiſſe, Aſpectus Moyſi ſicut aſpectus ſolis, & aſpectus Ioſue, ſicut aſpectus lunæ. In creatione igitur ſenſibiliũ utitur Deus hoc ſymbolo intelligibilium, ויהי בן ut deſignetur miniſterium angelorum rebus naturalibus concreatum ſub nomine cõmuni Michael, tanquàm ſpeciei angelicæ appellatiuo, quæ per eam oratiõnem, ויהי בן in ſequentibus quinq; dierum operibus recitatam iuxta primam Cabaliſticæ artis partem ęqua-

litate numeri ſymbolicè ſignificatur, per quod inſtituimur ꝙ omnes angeli ſunt eiuſdem ſpeciei, ſingula porrò corpora ſiue cœleſtia ſeu terrena proprios habent rectores uirtutum ac prefectos operationum, tam ea quæ ſunt rationalia, ut cœli, ſtellæ, homines, quàm quæ irrationalia ut beſtiæ ac elementa. Philoſophis nempe tum primum peripateticis, id probatur quod cœlum quodlibet ſphæricum præter formam ſuam eſſentialem habeat aſſiſtentem intelligentiam orbis ſui motricem, quæ uocatur angelus, eo quòd ad hoc officium miſſa, intelligens & uolens complet iuſſa creatoris, tanquam inter Deum & naturam uirtus media à qua fiunt operationes in rebus quas natura earum uel non faceret, uel non ſic faceret, quas alij prouenire dicunt à proprietate occulta & alij quia tale. Motus enim cœlorum & ſtellarum quanquam naturaliter eſt circularis, tamen ab oriente moueri ad occidentem uel econuerſo non naturæ eſt, ſed uoluntatis. At habet liberam uoluntatem angelus, natura uerò ad certum ſolummodo inſtinctum coartatur, unde ſemper agit eodem modo, Angeli autem non mouent orbes ſemper eodem modo. Quo fit ut non ſemper eodem modo fiant mutationes horum inferiorum. Maximam nanq; uim ac poteſtatem angelica exercet conditio in res corporeas, quapropter intellectus agens à quo influunt formę nominatur angelus, teſte R. Moyſe Maimoni, & appellatur, שרו של עולם id eſt, Præfectus uniuerſitati, ut dixerunt ſapientes noſtri, uocaturq; Metattron, à quo quidem gubernantur omnes uirtutes ſingulares humanę, animales & naturales, quæ pariter angeli dicuntur: eorum eſt multitudo quo ad nos infinita, ſed quo ad creatorem certa, terminata & finita. Cuius rei Breſith Raba meminit, ubi legitur quòd creator quotidie creat cœtum angelorum, quos alij uocant formas, quòd ſint ſubſtantiæ formales quibus tota ſphæra generabilium & corruptibilium abſque numero plena eſt. Haud ſecus atque ueſter quoque recepit Heſiodus, in operibus enim & diebus ſic ait, τρὶς γὰρ μύριοι εἰσὶν ἐπὶ χθονὶ πολυβοτείρῃ ἀθανάτων Ζηνὸς, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων οἵ ῥα φυλάσσουσίν τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα. ἠέρα ἑσσάμενοι πάντῃ φοιτῶντες ἐπ' αἶαν. id eſt, Ter enim decem mille ſunt ſuper terra multos paſcente immortales Iouis, cuſtodes mortalium hominum, qui utique obſeruant & iuſticias & miſeranda facta, aerem induti ubique euntes ſuper terram. Quorum inſtar in homine duas uoluntatis potentias nominant duos angelos, יצר טוב ויצר רע id eſt, autorem boni & autorem mali, ut מירש תנחומא legitur, quem citat R. Aſſe in ſua collectura. Eiuſcemodi autem Heſiodios cuſtodes corpori coaſſiſtentes Latini ſpiritus nuncupant, eorum quiſquis ſollicitudini negociorū inferiorum deſtinatus fuerit Mamona ſeu Mamon dicitur, quē Græcè dæmona ſeu dæmon uocant, non utique in malam partem. Sanè aliud

quidem

quidem est dæmon,aliud dæmonium,quod à nobis putatur diuinitatis extenuatiuum esse,quapropter diminutiuè à diuinis excluditur: quanquam planè fateor Homero & uetustissimis scriptoribus alium eius uocabuli usum fuisse,quorum multi de Socratis dæmonio laudanda & ueneranda prædicarunt,quod Apuleius de deo Socratis interpretatus est. Quod autem Latini uocarunt Spiritus instar uentorum,à nobis originem sumpsit,qui eosdem רוחות appellamus. de quibus Rabi Tedacus Leui,in libro de Decem numerationibus,post explanatos quatuor uentos,aquilonarem,meridionalem,orientalem & occidentalem:tandem sic scribit, ולאלו ארבע רוחות ברא ארבע מלאכים רממונין עליהין ביומת ובלילת : id est, Et illis quatuor uentis creauit quatuor angelos,qui præfecti sunt super eos in die & in nocte. Deinde sequitur eodem autore,quòd Michael qui est de parte clementiæ ac miserationum,constituitur Mammona,id est præfectus super uentum orientalem usque ad dimidium diei,& usque ad noctem. Regitq; uentum occidentalem Raphael,qui similiter est de parte clementiæ. Tum Gabriel in uirtute iudicij & seueritatis præfectus est cum uento boreali super dimidium noctis & duas mensuras mundi. Noriel uerò præsidet austro. Hucusque Tedacus Leui. Cæterum plures illi sub se species habent,quas liber סורות id est Arcanorũ,continet. & in Porta lucis,ita legitur בי מן תארץ ועד הרקיע אין שם מקום פנוי אלא הכל מולא המונים מהם טהורים מהם בעלי חסרורחמית ויש למטה בחמה בריאות טמאות מזיקות ומשטרגות ובלם עומדים ופורחים באויר ואין מן תארץ ועד הרקיע מקום פנוי אלא הכל המונים מהם לשלום מהם למלחמה מהם לטובה מהם לרעה מהם לחיים מהם למות:ובל זה במדור התחתון שאנו בו: id est, Quòd à terra usque ad firmamentum non ibi locus uacuus,sed omne plenum formis: ex illis puræ: ex illis capaces gratiæ ac miserationum, & sunt inferius multæ effigies fœdæ,noxiæ,tentatrices,& omnes commorantes & uolantes in aere. Et non à terra usque ad firmamentum locus uacuus,quin totum sint species,ex ijs ad pacem,ex ijs ad bellum,ex ijs ad bonum,ex ijs ad malum,ex ijs ad uitam,ex ijs ad mortem. Et omne id in habitatione inferiori, in qua nos sumus. Hæc Ioseph Castilienſis. Sed absit à sancto proposito nostro,ut multa de squalentibus & turpissimis dæmonibus illis humani generis hostibus,quæ dicuntur contrarię fortitudines,disputare pergamus: uel qui superiorem regionem peruagari putantur,ignei,uel qui propinquo nobis aere oberrant,uel qui terreni terrestria territant,uel qui lacus & fluuios habitant,ac sępe ipsum mare quatiunt,uel qui sub terra illos quãdoq; inuadunt,qui puteos effodiunt & metalla,item hiatus terræ prouocant,flammiuomos uentos agitant,& fundamenta concutiũt,extremum,qui omnia lucis ac splendoris fugiũt imperscrutabiles & penitus tenebricosi,qui non modò genus humanũ,uerum etiam bruta uexãt,sermones suos absq;

ſonitu ingerentes. Aduerſus quorum machinationes ſunt ex noſtris, qui multa ſe arbitrantur expertos, ac non dubitant & bonos ſpiritus mulcendo attrahere, & malignos oppoſitis paſſionibus propulſare, ſacris & diuinis ritè nominibus ac characteribus ſuffulti. Iubent hominem futuris periculis exponendum recipere membranã tenuiſſimam, quæ dicitur uirginea, tanquam ſyncera, munda & immaculata, ut præſagiat actoris puritatem: tum deinde hos characteras inſcribere ſic, עמרכה at extrà in hiſpidiore folij parte ſigna quoq; hæc בוווו qua ligatura firmiſſimè ſperantem in Deum uniuerſitatis creatorem, præcipiunt nullas formidare peruerſorum hominum machinationes. Id ita pandunt myſterium, ſunt enim ſymbola primorum quinq; uerſuum Geneſeos, tam capita quàm termini, iuxta ſecundam Cabaliſticæ artis partem. Scripſit quondam de Phyſicis ligaturis, Coſta Ben Luca, res non phyſicas, tamen experientia (ut opinantur) probatas, qui ait: Auricularis digitus abortiui, ſi mulieris collo ſuſpendatur, non concipiet dum collo hærebit. At nunc uerba, quibus Creator omnipotens fecit cœlum & terram alligata, num putauerit (inquiũt) aliquis nihil poſſe? Sanè multum profectò credunt meæ ſectæ homines magno magiſtro R. Aſſe, qui ſcripſit in ספר חיחיר quòd uolens petere ac impetrare optata, conuertat ſe ad clemẽtiam & miſerationes Dei, utendo ijs characteribus, אנקתם פסתם פספסים דיונסים quæ inueniunt̃ eſſe digna ſacræ ſcripturæ memoracula: cuiuſmodi habentur & alia compluria, quibus fermè omnes Cabaliſtarum libri ſunt referti. Student quoq; alij è diuinis literis ſigilla illuſtria fabricare, quæ contra hominum aduerſas ualetudines & reliquas moleſtias ualeant diuturno uſu probata: ueluti eſt illud uerbi cauſa, quòd R. Hama in lib. Speculationis, ex quatuor non magicis, ſed ſolennibus & cõmunibus ſacris nominibus compoſuit, quin potius compoſitũ à patribus recepit יהוה אדרני ייאי אהיה Eſt autem יאיי Cabaliſticè, idem quod El. Accipiunt igitur eius ſcientiæ artifices primum characterem primi nominis, & primum ſecundi, & primum tertij, & primum quarti, fitq; ſigillum primum יאיא Deinde operantur pari modo circa ſecundas quatuor nominum ſacratiſſimorum literas, & oritur הדיה Tertium ſigillum ita conficiunt, tertias quaſq; literas coniungunt, & naſcitur ואני Poſtremum eodem more copulant ultima, & exurgit quartum ſigillum, quod eſt הייה Horum quatuor ſigillorum intentio eſt, יהוה אלהינו יהוה אחד id eſt, Dominus Deus noſter, Dominus unus: & hæc (inquiunt) eſto quatuor ſimul iunctorum ſigillorum ſuperſcriptio. Demum in membranæ tergo depingunt ſic, אחד ראש אחדותו ראש ייחודו תמורתו אחד: quod interpretatur אראריתא id eſt, Vnum, Principium unitatis ſuæ, Principium ſingularitatis ſuæ, Viciſſitudo ſua, Vnum. Et intelligitur uiciſſitudo hæc literaria, ſecundum tertiam artis Cabaliſticæ partem. Stant itaque cum ſigillis

&

& inſcriptionibus coram altiſſimo mente Deo deuota,& quam libeat benedictionem de illis decemocto benedictionibus,aut in alijs iuſtis precibus contentam poſtulauerint,infallibiliter ſe impetrare ſperant, omnemq́ uel cœlitus imminentem ſæpe ſortem frangere,uel adraſtiam,id eſt diuinarum legum ineuitabilem poteſtatem orationibus ſacrorum uerborum mitigare poſſe confidunt.Nam haud modò characteribus & figuris,uerum etiam uerbis & carminibus bene initiatum Cabaliſtam putant quæuis,tum quàm ſint admiranda efficere,quod & ueſtri quidam poſſe fieri confitentur.Plotinus enim de Dubijs animæ,libri ſecundi capite trigeſimoquinto,enumerat quatuor,quibus mirabilis inſit uirtus,ſcilicet qualitates ſpecierum occultas,& figuras, & concentus,& uota.Porphyrius etiam & Iamblichus aiunt,per Deum propriè,perq́ bonos angelos aduerſus infimos ſpiritus imperium nos habere,nec inuenitur ullum in orbis terrarum ambitu genus hominum,quod in hanc ſententiam facilius eat,quàm ut fama eſt diuiniores Chriſtiani,qui nominibus & figuris dæmonia ejciunt,& manus ſupra ægros imponunt,& bene habent,& mortifera ſanant,& miracula conſimilia operantur. Sed (ut aſſerentibus illis uera loquar) omnia ea fidei potius tribuunt,quanquam & orationibus nonnullam eſſe inſitam poteſtatem opinantur.Dicunt enim,atque credunt,quòd oratio fidei ſaluabit infirmum:neq́ aliter idonei Cabaliſtæ ſentiunt, qui pariter affirmant operationes miraculoſas ex ſolo Deo,& ab hominis fide pendere.Mendaces igitur & ſtultos eſſe illos pronunciant, qui ſoli figuræ,ſoli ſcripturæ,ſolis lineamentis,ſolis uocibus aere fracto natis,tantam miraculorum uim & poteſtatem concedant,ut teſtatur Rabi Moſes Ægyptius,in libri Perplexorum primi,capite ſeptuageſimoſecundo. Ad hæc, Non ſolum(inquit Philolaus) Hebræorum Cabaliſtæ,ſed etiam Græcorum præſtantiſſimi,multum ſignaculis & ſigillis fidei tribuerunt. Antiochus enim cognomento Sother, quum eſſet in expeditione contra Galatas uiros fortes & militum innumerabili concurſu munitos,prælium difficillimum commiſſurus, quando iam ut de eo Lucianus ſcribit, πάνυ πονηρὰς ἔιχε τὰς ἐλπίδας. noctu uidit per ſomnium aſſiſtere ſibi Alexandrum,iubereq́,ut militibus ſuis ante pugnam,pro bellica teſſera ſignaculum quoddam Sanitatis ediceret,per quod ſibi contingere uictoriam pollicebatur.id erat eiuſmodi,quo in ueſtibus inſignirẽtur:ut idem Samoſatenſis de compellationis errore notauit, τριπλοῦς τρίγωνος ἐπὶ ἀλλήλῳ ὁ πεντάγραμμος, id eſt,Triplex triangulus inter ſe quinquelinearis.Antiochus autem ſigno eo leuato mirabilem aduerſum Galatas nactus eſt uictoriam. Ego ipſe profectò illud pentagoni ſymbolum ſæpe in Antiochi argentea moneta percuſſum uidi, quod reſolutum in lineas oſtendit uocabulum ΥΓΙΕΙΑ, aut(quod idem prorſus eſt) ὑγίεια, id

est hygieia, Græcis literis, Latinè interpretatur Sanitas.



Tessera Antiochi.



Tessera Constantini Magni.

An non in rem erit, Marranus inquit, id quod Magno Constantino quondam Dei signum (ut tunc appellabant Crucem) in ipsa meridiei hora coram omni exercitu supernè apparuit Latinis literis inscriptum sic, IN HOC VINCE? Et uicit quidem Constantinus eodem signaculo, atq; tunc plausu Populi, Romanorũ Imperator lectus ac salutatus, omniumq; Imperatorum Inuictissimus fuit cognominatus. Quantum igitur ualuerunt sigilla & signacula, testes erunt summi uiri: Iudæis Machabæus, Græcis Antiochus, Romanis Constantinus.

Nec te fallit, Simon, quod de Christianis paulò antè loquutus es. Nam ea gente nihil sub hoc seculo est in opificio signorum, characterum & uocum admirabilius, qui figura Crucis, & nomine IESV sistunt maria, uentos mitigant, fulmina repellunt. Est præterea charactere illo & effigie Crucis, nihil etiam fortius, & in periculis nihil magis salutiferum: quanquam non aliam (ut liberè fatear) ob rem, nisi quòd ueri Saluatoris symbolum extant, sicut uobis Dei symbolum est nomen יהוה illud TETRAGRAMMATON. Quodq; Cabalistæ possunt in nomine ineffabili, cum nuper à te monstratis sigillis & charagmatis, id multo ualidiore modo possunt fideles Christiani per nomen IESV effabile, cum proprio signaculo crucis, cum se arbitrentur nomen Tetragrammaton longè rectius pronunciare in nomine יהשוה ueri Messiæ. Ad hoc citant id quod in Midras Thillim uestri scripserunt, אמר ר׳ יהושע בן לוי בשם ר׳ פנחס בן יאיר מפני מה מהפללין ישראל בעולם הזה ואינן נענין על ידי שאינן יודעין בשם המפורש: id est, Dixit Rabi Iosue, filius Leui, allegando magistrum Pinhes filium Iair, Propter quid orant Israel in mundo isto, & non exaudiuntur? propter ea quòd non nouerunt Sem hamaphores: id est, nomen Tetragrammaton. Hæc ibi. Tum Simon, Fortasse tu. Sed quid uerbis? Certe hanc figuram crucis sapientiores Cabalistæ ad lignum ænei serpentis in deserto erectum referre uolunt, licet ualde silenter & occultè: idq; per גימטריא id est, per æqualitatem numeri. Horum nanque צלם id est, crucis, & עץ id est, ligni, characteres, utrinque centum & quinquaginta symbolissant, quare facilis de altero ad alterum sit transitus, de cruce ad lignum, & de ligno ad crucem. Sed digito compesco labellum. Temporis angustia coartat, optimi amici, ut minus quàm uolui dixerim. Et me frustror tamen ægrè meo gaudio illo excrescenti de ornamento

namento & dignitate orationis ueſtræ, cum in tam denſa nocte quando cubandum eſt, defecero. Qui non tanquam Sophiſtæ, uulgari, nugatorio & exili ſermone, neque gladiatorio certamine uerborum, aut contentione opinionum hactenus mecum diſputatis, ſed accurata & acuta dicendi ratione, ſententijs rei de qua agitur aptis & accommodatis, ut optarem maiora nobis dierum ſpacia concedi. Nemo enim de arte cabaliſtica paruo momento ſatis dicere poteſt, tantæ ſunt res, tam altæ, tam innumeræ, tam diſcriminoſæ, ut oporteat ſummis ingenij uiribus niti quemlibet eius cauſæ auidum & ſtudioſum. Et circumſpicere non modò qua induſtria ſit addiſcenda, ſed etiam quo ſit periculo moderanda & exercenda. Nam cum ea ſcientia ſit & rerum ſpiritualium & ſpiritualis, nec poſſit homo facile de ſpiritibus afferre iudiciũ, is etiam cui eſt inter angelos & dæmones iudicandi conceſſa poteſtas qualibet diſcreta penſiculatione, uel uſque ad æquatam regulam, profectò non ſine multa utique formidine, ac niſi purgatis antè moribus iſti facultati & iſti exercitio recte incumbitur, ne Balaam prophetę ſortem patiamur, ne uiuentium matrem imitemur, ne ſub figura lucis tenebras ſequamur. Metuite uobis ab iſtis fulmine deiectis ſpiritibus & ſæuiſſimis hoſtibus noſtris: atque credite mihi, ferunt inter nos mortales, ut angeli, ſic diaboli uexilla quique ſua. In exercitu Dei, quatuor anteſignani מיכאל גבריאל אוריאל רפאל id eſt, Michael, Gabriel, Vriel, Raphael. inſtar elementorum quatuor, ſecundum quatuor ſitus, aut iuxta quatuor numerationes ſpirituales, ut quondã filij Iſrael quatuor uexillis proficiſcebantur. Num. 2. ad orientem Iudas, ad meridiem Ruben, ad occidẽtem Ephraim, & Dan ad aquilonem. In exercitu pariter Satanæ latiſſima gerunt ſigniferi ultores uela, סמאל עזאל עזאל מחואל id eſt, Samael, Azazel, Azahel, Mahazael. de quibus Mnahem Racanat Leuit. 16. & in lib. 1. Pentateuchi ſermonem tractat: quo in loco & Thargum Ionathan ipſe ſuper Gen. allegat. Deinde adhuc magnæ crebreſcunt turbæ dæmoniorum & legiones, tartari profugę ac fugitiuæ omnes portionem ſuam habentes in capro emiſſario, quæ propter eorum fœditatem errorem hîc recenſere omittam, quãquam multa pars in ſacra ſcriptura cõprehenduntur. Sed cum prouerbio Cabaliſtarum dicendi finem nunc facio, המשכיל יבין id eſt, Prudens intelliget. ſi etiam hoc addidero, quòd ſicut Michael חוא הכהן הגדול id eſt, ille ſacerdos magnus, ſacrificans in mundo ſuperiori, animas hominum immaculatas Deo benedicto preſentat, immundas autem & uitijs oneratas ad diabolum mittit: ita põtifex in mundo inferiori, ut ſcriptum eſt in Leuit. iubetur animalia munda & inſontia offerre Deo, criminibus autem & noxarũ mole onerata, tradere Satanæ. quod & Cabaliſtæ ſedulò approbant, dicentes, בי כל תעניינים התחתונים הם מנגריים לעליונים ובפי העשות למטה בך נעשה לעמלה : id eſt, Quòd omnes res inferiores

ſunt

sunt repræsentatiuæ superiorum, & uti fit inferius, sic agitur superius, tendunt hæc aliquid & uirtutibus debitum & uitijs, ut cauendum cuique sit quo uiuat, & quo moriatur modo. Tota nanque Philosophia nostra hæc est, ut bene uiuendo, bene moriamur: ne fortè sua portio futuri sumus tartaro, & ultricibus furijs omni frustrata spe, atque tum eueniat malo male. Nunc quod ualde discruciat, puto, discedendum nobis esse, quando à mane ad noctem, supra quàm decuit multiloquus uobiscum fabulor. Nam ut de me humaniter coniecturam facio, ita non indignè de uobis iudico, quòd dormitum sopor abire sollicitat. Tum illi: Diuellimur adeò molestè (inquiunt) abs te, Simon, optãtes perpetuò te audire: quamobrem de multiloquio, ne uerbum quidem. At quod ita iubes, morem tibi gerimus, & abimus: redituri ad te in crastinum, nisi tibi incommodum est. Ad hæc Simon ait, Nequeo cælare amicos uos, quid mecum constituerim. Cras ad longinqua migrabo uocatus, nuptiarum causa, quoniam patruus uxorem Ratisponte duxit, quæ res bene uortat. Tum Philolaus, Vrgerem (inquit) totis uiribus, ut maneres, nisi nõ æquum esset, quin haud modò nobis (fateor) nati sumus: partem nostri, amicis suo iure locamus. Igitur gratias tibi agentes fausta precamur itineri tuo, tuisq;. Hîc Marranus, unà mœrore tactus: Vade (inquit) siniſtris auibus prosperè feliciterq;, amicissime Simon, atque uirorum optime. Interea finem nundinarum Francofordiensium expectare cogimur, ut cum mercatoribus nostratibus ab hoc emporio in patriam quisque suam tutius remeare queamus. Tum Simon, de more Gentilico inquit, Pax uobis. Ad quod ambo isti: Vale, aiunt. I decus, i nostrum.

COLLOQVII DE ARTE CABALISTICA, FINIS.

LEONI X.

CAPNIO.

HAbes sanctissime Leo decime, à Capnione humili seruo tuo, breui compendio recitatas in symbolica Pythagoræ philosophia, & Cabalæ sapientia ueterum opiniones atq; sententias, exigui licet numeri, tamen quæ studiosis multo amplius cogitandi ac inuestigandi ansam præbeant. De quibus ego mediocris ingenij & minutę prudentiæ homo nihil iudicare ausim, nec sanè iudicauero, Sed totum hunc librum tuæ subijcio autoritati, cuius in arbitrium collata est totius mundi censura, ut quæ displiceant reijcias, & tum lætabor cætera placuisse. Conatum hunc certe meum, quem & nostri & Reipublicæ causa suscepisse me potes existimare, uideri tibi non planè improbum confido: tum quòd aliena meo labore nostris pateant, tum quòd hoc semestri legendis illis id quinquenne bellum quod aduersum me hostes mei te scientę gerunt, si omnino nequibat uitari at leuare studuerim: tum denique ut & meorum esset apud te aliquid, quo sit beneuolentior memoria nostri tua, quoties paternum erga me animum tuum frangere ac auertere inimici moliuntur. Non enim intermittunt (scio) quotidie susurris attentare pias aures tuas, modò per proxenetas conductitios, modò per epistolas, ut quas ad te proximè decimoquarto calend. Octobres ex Agrippina Colonia datas nuper legi, quarum simul cum falsa delatione titulus etiam mẽtitur autorem. Non enim tam colenda Colonia, tam eius ueneranda Vniuersitas, sed particularitas, & quædam inimicorum singularia colluuio, minimaq; pars ciuitatis & ea insanior, hoc facinus fecit, ut tuæ sanctitati affirmarent, quæ uera non sunt: idq; contra Inhibitiones apostolicas, & contra mandatam Cæsaris pacem. Vides etiam quanta in eisdem literis audacia, tanquam Solonianas tibi leges præscribere, fontemq; Iuris docere præsumant, qua oporteat uia in iudicio ad nutum & uoluntatem eorum procedere, ut facilius me sordibus uincant, quasi non iam certa toti fermè orbi habeatur innocentia mea. Vnde adduci non possum, ut suspicer istis te fidem habere, qui despecta Inhibitione apostolica, & contemptis censuris tuis quàm minimè obseruato Iuris tramite libellum meum lite pendente combusserunt. Credes uerò potius grauioribus uiris Alemaniæ superioris, omni exceptione maioribus, quòd nullum scandalum posui, nullam ruinæ occasionem paraui coram ulla plebe Germanorum, qui mihi eiusdem linguæ societate iuncti sunt, in qua lingua istis Belgis ignota Consilium meum illud Camerarium cum plana eius declaratione uno contextu certè, ut decebat, ædidi: ac securè quidem credere potes, eoq; firmius, quo de mea innocentia, pietate, fide, integritatęq;

à pluribus

à pluribus illuſtriſſimis latiſſimarum terrarum noſtræ nationis regnatoribus, magiſtratibus, populisq; Germanorum, & ſanctiſſimis Dioceſium noſtrarum Epiſcopis, oppidis & ciuitatibus fermè triennio antè per literas obſignatas & fide dignas, factus es certior. Extant penes te ab inuictiſſimo Romanorum electo Imperatore Maximiliano Maximoleoni tibi, & à reuerendiſſimo Cardinali domino meo Gurcenſi, pro mea innocentia terq; quaterq; oblata teſtimonia. Dederunt & poſt Epiſcopos illuſtriſſimi prouinciarum Præſides atque Duces nobiliſſimo ſanguine prognati: Electores Imperij Friderichus Saxoniæ, & Ludouicus Bauariæ Interrex, & Dux Virtembergenſis, & Marchio Badenſis Princeps, & ſtrenuiſſimus Magiſter ordinis Teuthonicorum: & è regione horum Reuerendi, ac Deo amabiles Germaniæ pontifices Epiſcopus Vormacienſis, Epiſcopus Argentinenſis, Epiſcopus Conſtantienſis, qui me ouem ſuam paſtor agnoſcit: & Epiſcopus Spirenſis, ille à tua ſanctitate huic liti datus Iudex, qui autoritate tua functus, de conſilio peritorum pro mea & ſcriptorum meorum innocentia diffinitiuam tulit ſententiam. Cum illis dederunt pariter quinquaginta tria Sueuiæ oppida, omnes officioſiſſimi, fortiſſimi & integerrimi uiri, commendatitias epiſtolas & literas rectæ fidei probitatisq; meæ indemnitatisq; teſtes. Addunt illorum teſtificationi robur & pondus inſigni doctrina & grauitate prælati Eccleſiæ, quos reuerendiſſimis cauſæ noſtræ Iudicibus Grimano & Anconitano Cardinalibus, Orthodoxæ fidei columnis, tanquam periſtylia iunxiſti Senatorios aſſeſſores, mundi lumina: Archiepiſcopi, Epiſcopi, Ordinum generales, & eorum Procuratores, Sapientiæ Romanæ magiſtratus, Pœnitentiarij, & alij Theologiæ atque Iuris lectiſſimi Doctores, pro ſuis ſingulorum dignitatibus, in hiſtoria de temporibus meis nominandi: qui tot ſeſſionibus publicis in tuæ Maieſtatis domeſtico ſacrario, quam Capellam Pontificiam uocant, habitis. ſemper agente rem meam (ut omnia ſolet fideliter) oratore iuriſperitiſſimo Ioanne Vanderbico, tam equeſtris ordinis nobili uiro, quàm in cauſarum patrocinijs diſputatore acerrimo, & eodem Procuratore meo. tandem in ultima ſeſſione, cauſa plenè cognita, per ſententias ſcriptis æditas decreuerunt, me ab hac perſequutione iniurioſa liberandum eſſe, ac abſoluendum. Nec ulli dubium, quin diffinitiua quoque paris oraculi ſententia reuerendiſſimorum Iudicum, ut debuerat, ſequuta fuiſſet: niſi tunc mandatum de ſuperſedendo abs te, ut dicebant accuſatores, impetraſſent. Eorum omnium, quos iam citauimus, undequaque teſtimonia & uota, ſi recordaberis, & acta Iudiciorum, ſi coram te legi curabis, planè inuenies me ab omni delatorum inſimulatione prorſus alienum. Aſſilit huic meæ puritati, tota fermè urbs Romana, & cunctarum nationum omnes doctiſſimi, quorum ego decretales quotidie

die literas accipio, etiam à finibus orbis, confirmantes me nullis hominibus ſcandalo fuiſſe unquam ſcriptis meis: quin me potius ædificare in dies, plantareq; uarijs linguis Eccleſiam Spiritui ſancto, qui per diuerſitatem linguarum cunctarum, gentes in unitate fidei congregauit. Animaduertunt nimirum, quòd ego primus omnium Græca in Germaniam reduxi, & primus omnium Eccleſię uniuerſali artem & ſtudia ſermonis Hebraici condonaui, atque tradidi: quare ſpero, me non fruſtra ſperare poſteritatem Eccleſiaſticam meritis meis futuram non ingratam, teq; præſentem beatiſſime Leo Pontifex Maxime, rerum magis quàm uerborum æſtimatorem, pro tot & tam duris laboribus meis in Orthodoxam fidem beneficij loco collatis, pacem mihi & animi tranquillitatem iuſtè redditurum. Sin me uerò cupias in hac uita malorum perſecutioni perpetuò ſubiacere, uehementer gaudebo uideri dignus,

qui tantas pro CHRISTO
noſtro iniurias
patiar.

BASILEÆ, PER IOANNEM HERVAGIVM, ANNO M. D. L.



INDEX RERVM ET VERBORVM DILIGENTISSIMVS

ABatalion legisperitus 4
R. Abaya 311
R. Abba 426
Abba Saul 746
Abbaye 571
Abdemelech eunuchus 631
R. Abdimi 205
Abel ligno occisus est 740
Abenruſt uocant Auerroen 723
Abensina 723
R. Abhu 433. 468
R. Abia 420
Abidenus historicus 262
R. Abraham Pici 438
Abraham Alaphia 748
Abraham antè fidelis & iustus fuit, quàm circunciſus 689
Abram cur uocatus est Abraham 429
Abraham quo anno natus 263
Abrahã in lege ſtudere cœpit 263
Abrahæ nomen 639 libri 748 ſinus 464
Abrahæ præceptor fuit Zadkiel 741
in Abraham uirtus uiſiua fortior, quàm in Lot 841
Abtalion 746
Abubacher mathematicus 730
Abucates 723
Abumaron Ibid.
Acabia filius Mahalalleelis 746
Achaz quib. annis regnauerit 539
Achatah 842
Achias propheta 1
Actiones hominum nullæ eſſent, niſi prius in mente ducerẽtur 112
עד 685
Adam poſt eſum uetitum ultra nõgentos annos uixit 755
de Adam ſomnia Iudæorum 736
Adam erexit altare & ſacrificauit 719
Adã quare effectus est mortalis 514
Adam peccaturum Deus præſciuit 488
Adam cxxx. annis poſtquã genuit Habel, ab uxoris cognitione abſtinuit 491
Adam ſuo peccato totum humanũ genus inſecit 466
Adam & filij eius propter ipſius peccatũ, in carcerem inferni detruſi 465
Adar menſis Februarius 233
אדני unde 76
Adorationis cultus ſoli Deo exhiberi debet 460
Adora circumactus 815
Adorandi uerbum 460
Adulationis ſignum eſt oleum 819
Adulterij pœna 784
Adulterorum uia 464
אלהים 626
Ægidius Viterbienſis de literis ſanctis pulcherrima quædã ſcripſit 22
Æſculapius in uirum euaſit & fama & opibus magnum 782
Æſculapius fulmine ictus perijt. 733
Æthra, fulgor æternitatis dicitur. 803
Agla nomen Dei 95
Agnus quid denotet 697
Agni duo quotidie in templo oblati 18
R. Aha 277. 424
Aharon uirga gemmas, flores, frondes & amigdalas edidit 508
Aharon ubi diem extremũ clauſerit 295
in Aharonis uirga ſignificata est matris dei uirginitas et integritas 528
Ahiæ Silonitis libri 748
אחיה 92
Ain est oculus 864
עירח 664
R. Akilas 8
R. Akiba 8. 67. 201
אל 594
אל dictio uariè accipitur 457
אל pro את 463
Aladiah 842
Albokari liber 501
Alceſtis ab Hercule reſuſcitata. 794
Alcozer liber 729
Aleph, uiam uel inſtitutionem ſignificat 864
Alexander Magnus Iudæorum pontificem adorauit 4
R. Alexandri 261
Algazel 561
Algazel philoſophus librum de nominibus Dei inſcripſit 96
Algazel Alpharabius 723
Alimentum denotat Chœnix 819
Alma dictio 149
עלמה 530 & 531
de Alphabeti Hebraici literis 864 867
Alpharabius ſcriptor 768
Ambitionem fabri demonſtrat 819
Amicitiæ ſedes est ueritas, non adulatio 817
Amicitiæ cõciliandæ inprimis fuit Pythagoras ſtudioſiſsimus 798
Amicitiæ ueræ myſterium est panis 819
Amicitiam notat dextera 819
Amicitiam frangere inhumanũ est 817
Amicus, alter ipſe 816
Amicorum omnia communia. Ibid.
עמים pro gentibus 310
Amon annis duobus regnauit 539
R. Amorai 870
ענבים 579
Anauel 842
Andreas apoſtolus 485
Andreas apoſtolus Ægeæ proconſuli myſterium crucis expoſuit. 500
Angelus non debuit humanam naturam inſtaurare 466
Angelus bonus & malus 483
Angelus Politianus 720
Angelus ignis 837
Angeli adorare iuſſi Adam 494
Angeli diuiſionis 836
Angeli cuſtodes uentorum 883
Angelos omnes eſſe eiuſdem ſpeciei 882
de Angelis, dijs & dæmonib. quædam 811
Aniel 842
Anima Dei est uerbum ſuum 181
Anima pro corpore animato 687
Anima dicitur dæmon bonus, ſiue genius 810
Anima hominis est Dei imago 789
Animæ indumentum corpus 515
Animã comedere cũ carne qd 699
in Anima imago diuinæ trinitatis optimè relucet 67

Animæ an simul omnes sint productæ 48
Animæ electorum nõ poterant, nec debebant, nisi à Messia, Deo & homine ex inferno liberari 465
Animæ patrum omnes ter in hebdomada conueniunt 475
Animarũ iustorum apotheca 463
Animarum duo receptacula secundum priscos Hebræorum 464
Animas ad mundi finem quotidie creari 94
Ankelos 290.466 (continet 232
Annulum aureum ne gestato 816
Annus solaris dies 365 & quadrantẽ unum, ac minutas quinq; 530
אנסת
Antigonus patria Sichæus 4
Antiochi tessera 885
Antisthenis dictum de homine 806
Antoninus consul urbis Romæ 75
Antoninus Consul interrogauit Iudæũ de peccato originali 444
Antoninus Consul urbis Romæ interrogat de sacrificio post Messiæ aduentum 474
עורים pro עור 313
עור non semper æternitatem significet 314
עור dictio aliquando paruum tempus significat 313
עולם quid significet 683
ארצר 464
Apis Ægyptius artem medicinæ primus Græciæ intulit, tam insignis eo seculo tẽplarius, ut etiã mortuus in tẽplis pro deo coleretur.
Apollo Delphicus Syllæ in bello tessera (782 798
Apollinis Delphici dictũ de deo 80
Apostoli accepto spiritusancto, nunquã peccatũ mortale admiserũt 513
Apostoli ueri, piscatores & idiotæ 33 (119
עכר
Arabis colloquium cum Iudæo de Messia nato 220
R. Aramban 660
Archytas Pythagoreus Tarentinus
Arbor uitæ quid 514 (799
Arborem mitem non uiolandã nec lædendam 817
Ariel 842
Aries quid significet 697
עריצים 557
Arca 754
Arma homini sunt ornamenta 311
Aristobolus peripateticæ sectæ philosophus insignis 7
Aristoteles nihil eorũ credidit, quæ nõ uel manũ tetigit, uel oculis cernere potuit, uel apprehendere syllogismo 795
Artaxerxes Longimanus 239.240
Artaxerxes multi, reges Persarum sunt dicti 237
Artium liberalium quatuor facultates 813
Asaliah 842 (tes
אשרים 68
Asinus Balaam 508
Asse Rabbi 13
Assuerus Artaxerxes dictus et Chãbises 237
Assuerus quatuordecim annis regnauit 257
Assueri liber memorabilium 748
Astarotus hostis Capnionis 823
Astaroth deus Sidoniorum 171
Astronomia numeris, figuris, ac dimensionibus mathematicis fidem habet 733
Athanasius de Christi diuinitate et humanitate 227
Athanasii testimonium de diuinitate & humanitate Christi 137
Athenagoras philosophus Atheniensis legatus pro Christianis missus ad Cõmodum Imp. 773
Athenodorus Tharsensis philosophus 790
Athletæ caricis siccis, & molli caseo, triticoq; olim nutriebantur
Atta dictio innuit sapientiam Dei (791 24
Auaritia Iudæorũ primi tẽpli 277
Auaritiam & tenacitatem Deo attribui non posse 506
Augustinus Iustinianus Nebiensis episcopus scholia in psalterium scripsit 22
Augustini sententia de peccato originali 443
Aurora quid 548
Autores sacræ paginæ ueteris instrumenti 495
עזים 665
R. Azarbel 749
R. Azarias 61
Azariel Bar Salomo Garonensis
Azazel 887 (733
R. Azdrias 465

B

באשים 579
Baba filius Bota 203
Babylon à Babbel 741
Babylon à quo ædificata 262
Babylonicus Talmud quo tempore sit compactus & editus 38
in Babylonica captiuitate lex perijt 5 158
בחז
Babbel 769
Balthasar trib. annis regnauit 297
Baptizatæ fuerunt Sara, Rebecca, Rachel & Lia, & non circuncisæ 653
Baptisma est irreiterabile sacramentum 654
Baptisma contra omnia peccata, & præsertim contra originale peccatum instituendum erat 653
Baptismus circuncisionem euacuare debuit 653
Baptismi sacramentũ est sacramentum nouæ legis ianua 650
Baptizabantur Iudæi ut ab immundicijs spiritualibus purificarentur 19 (tur
בר 112. 123 605
Bar Niphli
Baranias Iudæus D. Hieronymi nocturnus fuit præceptor 36 2
Baruch scriba
Basilienſe concilium 785. 786 458
ברזל
Belus secundus ab Assyrijs pro deo cultus 263
Belus Agenoris frater 784
R. Ben Iuda Leui 729
Ben Cozba falsus propheta 535
Ben cozba falsus Messias à Iudæis receptus 266 439
R. Ben Sira 700
Bentamalion dæmon
Benzuma 670. 671 3. 178
R. Berachias 2
Berescith 636
בריה
בריה continet arithmeticæ ratione 612. 488 254
Berith dictio 864
Beth significat domus 530
בזילה 746
Bethus, inde Bechusai
Bibliam totam Chaldæã Ionatham non fecisse 9
Bibliæ diuisio secundũ Hebræos 2
Bibliotheca Darij in Ecbatanis precioſa 748 268
Bitter ciuitas
Bitter urbis captio, eiusdemq; falsi Messiæ mors 269 735
רבא 697
Bos quid significet

Brach-

Brachmanes Indorum 792

C

CAbala quid 826
Cabala quid sit, et quare ueteres nostri de ipsa nõ meminerint 21
de Cabala, qui ex nostris iunioribus scripserunt 22
Cabalistica ars symbolica est philosophia 722
Cabalistæ sunt uiri legem pie obseruantes, tamen contemplationi plus incumbunt 751
R. Cahana 289. 663
Cahethel 842
Caliel Ibid.
Candelæ literalis sensus cõparatur Caph, est uola 864 (20
Capnionis libri de arte Cabalistica 22
Captiuitatis nouissimæ Iudæorum quæ fuerit causa 279
in Carne Christi nulla macula inuenitur 491
Cassius templum spoliauit Hierosolymitanum 212
Ceremonialia quæ 674
cum Cete Ionæ deum locutum esse. Chaldæi qui 766 (508
Chaldaica translatio an Ionathæ sit Chambises filius Cyri 237 (117
פורה 700
Chauakiah 842
Chalcidius super Timæum Platonis scripsit 216
Chemos idolum Moab 171
R. Chia 610
Chiron centaurus 782
Chœnici ne infideas 816 & Chœnix quid Ibid.
כל dictio uariè accipitur 308. 309
ברת 556
ברה 252
Christus in forma, qua patris æqualis est, nunquam à fidelibus suis discedit 183
Christophorus Landinus 720
Christianis deus nõ aliã punitionẽ quàm paternam cõminatur 168
Christus filius in diuinis nõ est creatus, nec factus, sed a patre genitus 492
Christus palmæ assimilatur 193
Christus sub quo Herode natº 202
Christus pœnitentibus acutus erit per iustitiam, & tenet per misericordiam 567
Christi corpus glorificatum 505
Christi sanctitas comparationẽ non admittit 107
Christum damnarunt LXXI iudices 201
Christum scientiam humanã in tempore habuisse 151
Christum quatuor milibus annorũ post mundi creationem completis passum fuisse 264
de Christo multa Thalmudici scriptores paßim tradidere 3
in Christo tres esse substantias 109
Cibum in matellã ne immittas 817
Cicero sæpe dictus est Latinis Demosthenes 790
Circunciſio tempore Meßiæ spiritualiter fieri debebat 688
Circunciſio typum gessit effusionis sanguinis Christi 600
Circunciſio contra originale peccatum remedium fuit 496
Circunciſionem in signum Iudæis datam fuisse 690
Circunciſionem fuisse effusionis sanguinis Christi figuram 653
in Circunciſione duæ sedes præparatæ 665
Circunciſionũ genera quatuor 683
Clemens Romanus 312
Clementis V. Ro. pontificis constitutio de libris Talmudicis Iudæorum in latinam linguam transferendis 26
Cœlum in quinq; zonas diuiſit Thales 812
Cœli sedes Dei uocantur 543
in Cœlo an foramen quoddam sit in septentrionali parte 23
Conceptionis festum de ipsa immaculata uirgine per annos ferè mille celebratum 501
de Conceptione Virginis pulchra figura 507
Concupiſcentias esse duas 483
Cõfeßionis efficacia alter faciendæ 655
Cõstantinus Imperator se ac Romanorum imperiũ Christo subiecit
Constantini donatio uicario Christi facta (293 293
Constantini tessera 886
Cõtemplatio quæ sit beata uocanda
Cor ne edas 816 (821
Cordis cruciatũ significat esca 819
Cornu Iudaici regni 645
Cornua decem data sunt Hebræis.
Coronã ne carpseris 817 (644
Costa Ben Luca 884
Creatura nulla pura ad reparãdum genus humanum satis erat 467
in Crucis signo multa miracula edita 886
Crucis mysterium 483
R. Cumlai 678
Currus Dei 128
Curtius & Decij imprudentiæ accusantur 785
Cyrus triginta annis regnauit 236.
Cyrus, Artaxarxes dictus (257 & Darius 237
Cyri regnum & uictoria 236

D

ד 95
Daleth, ostium, fores, uel ianuam significat 864.
Damabiah 842
Damnatis uinum à mulieribus missum 595
Damascenus de Christi diuinitate & humanitate egregia loca 109
Damasceni locus de trinitate 44
Damasceni dictum de deo uno 40
Daniel 842
Danielis liber quantæ sit autoritatis 229
Danubius inter cæteros fluuios maximus 292
Darius duobus annis regnauit 257
Dauid unum de Meßiæ nominibus. 664
Dauid duos inter cæteros filios 520
Dauid processit ex Ruth Moabitide 479
R. Dauid prauitas in interpretando dicta de Meßia 227
Decem præcepta singulariter fœdus Dei 676
Decimæ secundæ 14.
Dæmonium Socratis 883
Dæmones potestatem habuerũt sanctos & iustos in inferno usq; ad Meßiæ paßionẽ detinendi 462
Dæmones in forma hircorũ apparent ijs qui credunt in eos 206
Dæmones boni sunt terrestres custodes mortalium hominum 777
Dæmonum narrationes scire 5
Demetrius Chalcondylis 720
Decius Cæsar 560
Deus ἀπὸ τοῦ δεῖν 804
Deus in personis trinus est, in essentia uerò unus 39
Deus spiritus, ac summè simplex. 43
Deus timor dictus 105

Deus cœlestiũ consilio non eget 73
Deus, ad cuius imaginem factus est homo, triplex dicitur habere uerbum 112
Deus lux dicitur per essentiam 139
Deus frater Israelis à priscis Iudæorum dictus 176
Deus ut est Israeli propinquus 180
Deus est ex substantia patris ante secula genitus, & homo est ex substantia matris in seculo natꝰ 227
de Dei nomine Tetragrammaton et Elohim cabalistæ qd sentiãt 150
Dei operatio est immortalitas 802
Dei imago in homine quid 68
Dei nomina duo et septuaginta 97 98
Dei similitudines in anima 68
Deo an cõueniat deambulare 175
Deum Alexandro auxilio fuisse 4
Deum trinum & unum esse 39
Deum pro suæ fidei assertione, mendacio nostro non indiget 23
Deum substantiæ ac naturæ simplicitate unum esse 39
Deum nõ habere nomen, cuius nos cognitionẽ habere poßimus 75
Deum ex fœmina incarnandũ fuisse, ipsumq; Meßiã uerũ deũ, uerũq; hominẽ futurũ extitisse 108
Deum omnia præuidere, antequam fiant 486
Deum et hominẽ esse oportuit eum qui humanum genus reparaturus esset 467
Deum ignem esse Chaldæi & Hebræi perhibent 802
in Deo nihil esse, quod non sit ipse deus 487
in Deuteronomion R. Mosen Ægyptum scripsisse 2.3.5.6
Dexteram ne cuiq; inieceris 816
Diaboli omnem conatum & studiũ erga homines in eo esse, ut eos decipiat ac fallat 702
Diaboli insidiæ uariæ 701
Diaboli incarnati & laruæ furiales 735
Dies tripliciter solet accipi 222
Diligere rationalis naturæ propriũ
R. Dimi 289 (115
Dionysius Græcus 312
Director nutentium liber 67
Dogmatum genus duplex apud Iudæos 1
Dolorem significat annulus strictus 819
Dominicus ordinis prædicatorum fundator & dux 500
Domus dei, sedes dei appellatur 543
Domus Iuda est ecclesia Christianorum 424
Domus secundæ gloria 212
Domus Israel et domus Dauid 172
Dormientiũ septem, miraculũ 560
Dosa filius Harchinas 746
R. Dossa 192. & 591
Druidæ 766
R. Dustai 541
Duschai filius Iannai 746

E

EBerhardus Probus Sueuorũ primus dux 721
Ebihorayra socius Mahmedi 501
Ebumuce Ibid.
Ecclesia primitiua tota in lingua græca fundata est 703
Ecclesiæ montes qui 659
Ecclesiæ Romanæ se autor submittit 461
Ecclesiæ corpus mysticum 185
Ecclesiasticus liber 7
Edom interdum uocari Romanos. 296
Eiael 842
R. Elazar 275. 538
R. Elazar filius Samua 285
Eleazar filius Duma 558
Elbad mons 474
Eleasdar filius Arach 746
Eleatica disciplina 774
Eleazar pontifex 7
Eleazar Hasma 746
Eleazar filius Azariæ Ibid.
Eleazar filius Samua Ibid.
Eleazar de Kaphar Ibid.
Eleazar filius Iacob Ibid.
Eleemosynam dare feris & uolucribus 66
Elementa unde dicta sint 865
Elemiah 842
Elena regina Iudæos afflixit 485
Eliæ discipulorum traditio 259
Eliæ oratio mirabilis 475
Eliæ colloquium cum muliere 223
Eliæ sedes uacua 665
R. Eliezer 628
Eliesder filius Hircani 746
R. Eliezer 269
Elissa filius Abuiah 746
Elysius campus 787
Elohim 70
de Elohim multa 859
R. Eniya 435
Ensoph 811
per Ephraim decẽ tribus intelliguntur 625
Eques niueos esse uirgines tam uiri quàm mulieres 164
Erasmi laus 815
Errores uulgi notat uia publica. (819
Esra an codices sacros primum punctauerit 32
Esras cum Nehumia unus computatur liber 3
Esræ tertius & quartus liber an hebraicè sint scripti 3
Estiæus historicus 262
Ethan Ezraica 729
Euangelica lex 251
de Eucharistiæ sacramento multa & uaria 658. 659
Euilmerodach annis uigintitribus regnauit 257
Euilmerodach filius Nabuch. 235
Euphorbus Troianus 791
Europa tota primum à filijs Iaphet habitata 295
Exacerbationis signũ est gladiꝰ 819
Exercitꝰ cœlorũ apud Hebræos 59
Ezra cabalam tradidit Simeoni iusto, sacerdoti magno 746
Ezras sacerdos & scriba 2

F

FAbis abstinendum 817
Faciem Dei esse Meßiam 138
Fama crebra quid 560
absq; Farina nõ sacrificandum 815
Fatum significant termini 819
Fidei parens 834
Fidei radices 441
Fide plenus homo 107
Filius dei quare dicatur tener 57
Filius in diuinis quid sit 69
Filius dei duplicem in Meßia habiturus erat naturam 56
Flamineus uir quondam trium linguarum peritißimus, cuius libri in bibliotheca Romæ adseruantur 100
Fomes peccati concupiscentia 443
Forma & materia prima idẽ apud nos, quod apud uetustißimos philosophos unum & duo 801
Fortunam notãt res decidentes 819
Fratres atrati 747
Fratres falsos notat nigra cauda. (819
Fullonum herba 137

G

GAbriel angelus à uirilitate nomen habet 839

Gad

Gad Videntis libri 748
Galatini opus in sex distinctum libros iuxta articulorũ Hogostrati distinctionem 715
Galatini oratio de dominica circuncisione coram Leone X. pontifice maximo habita 690
Gallus Apollini Phœbo qui sol nominatur, sacer est, horarum & diei lætus nuncius 735
à Gallo candido abstinere 815
Gamaliel cognomento senex 5
Gamalielis oratio pro liberandis Apostolis 5
R. Gamliel 679
Ganges Indorum rex 793
Garrulorũ, & eorum qui excedunt ingrati, symbola sunt hirundines 819
Gazith consistorium 200. 202
Gazul 137
Gehenna duplex 754
in Gehenna septem mansiones pro impijs 713
Gehenna appellatur profunda 455
Gehennæ septem esse nomina 454
גמרות 19
Genealogias per mulieres texere, scripturæ non est mos 523
Generatio hominũ qualruplex 551
Generans non potest esse absq; generato 81
Geometra proportiones ab Arithmetico mutuatur 733
Georgius Vespucius 720
Georgius Benignus de Saluiatis archiepiscopus Nazarenus librum de uexillo victoriæ Christianæ scripsit 186
Germen uocatus est Messias nõ absque ratione 144
Gherim quatuor genera 642
Gherizin mons 474
Gimel, significat retributionẽ 864
Gladium de manibus hostium arripere 26
Gladium acutum declines 815
Glebis ad faciendum ignem pro lignis utuntur in Flandria 561
Glorificata corpora quæ præcipua habeant 505
Gog nomen regis 425
Gog nomen unde deducatur 427
per Gog & Magog qui intelligantur 427
Gregorij Nazianzeni laus 773
Gregorij Nazianzeni locus 44
Gymnosophistæ qui 766

H

Haaiah 842
Haamiah Ibid.
העלמות in tribus solũmodo locis in scripturis inuenitur 531
Habel idem est quod euanuit 716
Habelis sacrificium qd significarit. 697
Habuiah 842
Hadrach locus 567
Hadrianus Cæsar decem ex Israel uiros, qui doctrina dignitate, ac genere cæteros excellebãt, captos in carcerem misit, sciscitans, ut quid iustum uendidissent 284
Hadas quid 163
Haddo Videntis libri 748
R. Haggai 622
Haggazeth quid 205
הגרים 641. 642
Hahabel Ibid.
Hahasiah Ibid.
Haiaiel Ibid.
Haiuiah Ibid.
חמש 730
R. Halaba 275
Halaphtha doctor 746
Hali 723
Halleluia significat, laudate dominum 716
המאמרות 730
המור 664
Hamos propheta 1
Hanna quomodo interpretetur 510
Hanania filius Hachinæi 746
Hanania princeps sacerdotũ 746
Hanania filius Acasiæ 746
Hanina 622. 304
Hanina filius Dusa 746
Hanina filius Thradionis Ibid.
R. Hanina filius Teradionis 285
R. Hamias 603
Harahel 842
Hariel Ibid.
Hakamiah Ibid.
Harmoniam significat Lyra 819
R. Hasda 595
Hasmal angelus Ezechielis 835
Hasmonai sunt Machabæi 172
Hasmunai 620
R. Hassaya 213
Haziel 842
He haiedia 305
He, notat ecce 864
He, esse & uiuere significat 82
de ה litera quædam obscõdita 468
ה loco ו an poni 208
Hebdomadam pro septem annorũ spacio accipi 230
Hebdomadarum termini 251
Hebdomadarum anni an sint solares uel lunares 232
Hebræi ab Heber 262
Heccados Rabbenus tempore cõsulum Romanorum fuit, & Antoninũ Cõsulem allocutus est 155
Henoch disparuit 741
Henoch libri 748
Heraclides Ponticus 794
Hercules senex homines innumerabiles singulos cathenulis aureis colla reuinctos à lingua pendentibus trahit quocunq; uult 784
Hercules incensus igni sacro perijt. Ibid.
Hercules morũ formator, & omnis ingenuæ disciplinæ in cũctis orbis terrarũ præceptor fuit Ibid.
Herculem olim omnem uirum robustum dixerunt 790
Herculem inter deos relatum, et salutatorem esse promulgatum 781
Hermes Trismegistus Ægyptiorum doctor 789
Herodes fuisse tres 202
Herodes Ascalonita Machabæos perdidit 620
Herodes Agrippa 202. 203
Herodis Ascalonitæ genus 205
Heth, est terra 864
Heua mater uiuentium interpretatur 716
Hezekias quot annis regnarit 539
Hezekiæ tẽpore sol retrocessit gradibus decem, ab eo itinere quod fecerat 508
R. Hebba 498
Hieronymus de uocabulo bar, multa scribit 123
Hieronymus in Talmudicis libris nihil legisse 36
Hieronymi locus expenditur 593
Hillel multos habuisse discipulos.
R. Hillel per centum fere annos anteceßit Christum (746 27
Hillel LXXX. habuisse discipulos excellenti ingenio & doctrina præditos 4
Hippolytus papa 805
Hircanus Machabæus 25
Hirci atq; capræ quid significarint (697
Hircorum in forma apparere dæmones 206

Hadrach, dirigere sonat 568
Hadrach locus Damasci 567
Hadriani tempore Iudæi omnes deleti 305
Hakadòs librum de secretis ædidit. 877
R. Hamai librum de Speculatione composuit Ibid.
Hanna quomodo interpretatur 510
Hassèthi uehaereb, crux uocatur. 483
He, idem est ac Ecce 864
He & Heth, quid denotant 867
He, quinta alphabeti litera 567
Hebdomadarum termini 251
Hesiodi dictum 865
Heth, octaua litera alphabeti 567
Heth, terrorem denotat 864
Heuæ maledictio, dolore parere 515
Hezekiæ tempore, sol gradibus decem retroceßit 508
Hippolytus Papa 805
R. Hiyæ autoritas 591
Hirundines cohabitantes uobiscum ne habeamus 817
Hispanus quidam noluit psalmum illum octogesimumnonũ legere. 595
חרש quid 691
Hoed significatio 697
Hogostrati obiecta cõtra Talmud. 22
Homo non poterat humanum genus reparare 466
Homo fòlium, quod in paradiso ab arbore uitæ cecidit 452
Homo ad imaginem Dei conditus. 65
Homo ex duabus rebus compositus. 726
Homo est quædam mundi huius effigies, unde microcosmus, hoc est, Paruus mundus, nuncupatur. 810
Hominem utilem arbor mitis figurat 819
in Homine relucent omnium creaturarum proprietates summarum & infimarum 867
Homines plerunque brutorum nominibus appellantur 416
Hortus nucis, titulus libri Cabalæ Iosephi 749
Hortus uoluptatis, gan eden dictus 601
Hoseas tempore Achaz regis prophetauit 607
חוא 160
Humilitatẽ symbolicè designat sedere 819
חומש 2
R. Huna 70. 275. 309
R. Hunna 299
חעח quid 547
R. Hussith 285
Hylementa quasi elementa 865
Hypostases diuinæ tres sunt, unus Deus 109
Hypsilon Pythagoræ, iuuentutis symbolum 822

I

Abamiah 842
Iacobi Cohen alphabetum 870
R. Iacob Cohen 833
Iacob patriarcha in suo testamento inter cætera futurorum arcana Meßiæ mysterium explicauit 195
Iacobus Faber Stapulensis 722
Iaddus pontifex 4
Ia, & Iah 880
Iah nomen Dei 842
Iahabel 842
Iair filius Pinhei 886
Iamblichi autoritas 885
Iamin 423
Ianai 746
R. Ibba 7
Ibbe filius Tanai 646
Ibnazatib philosophus 561. & 562
Idæa diuina 725
Idololatria 275
Idololatria quando incœperit. 263
Idolorum cultura Aquiloni cur potißimum tribuatur 24
Iehoiakim quomodo interpretetur 510
Iehoiakim & Eli uocatus est pater matris Meßiæ 521
Iehoiakim, Vriam occidit 539
R. Iehosuas 276
Iehosua quid 156
Iehosua Iehosedac Pontifex 215
Iehosua filius Perahiæ 4
Iehosuas, Iehosuæ Syrach auus. 7
Iehosua Syrach temporibus Ptolomæi Euergetis primi, floruit, teste Talmud 67
Iehosuæ tempore, sol in medio cœli per diem integrum se opposuit. 506
Iehosuam legis expositionem à Mose accepisse 2
יהוה duodecies uariatum 860
יהוה Tetragrammati resolutio. 860
יהוה 76
יהוה ipsum Deum generantem significare 82
יהוה nomen Dei illud Tetragrammaton, Deum non per effectum, sed per essentiam designat 40
Iehu filij Hannani libri 748
Iehuiah 842
Ieiaiel Ibid.
Ieialel Ibid.
Ieiazel Ibid.
Ieiunium quater in anno habitum. 15
Ielahel 842
Ielahiah Ibid.
Ieliel Ibid.
Iemibatha 876
Ierathel 842
Ieroßolymæ destructio 267
Ierusalem duplex, superna & terrestris 424
Ies, pro ens 850
R. Iessebab scala 289
ישרץ quid 437. & 499
Ignei spiritus 883
Ietzira liber mirabilis 873
Iosue quos præceptores habuerit. 4
Iesus continet CCCXVI. rationem arithmeticæ 488
Iesus Saluator, uel salus, siue saluatio interpretatur 150
Iesus quidam nugator 25
Iesus an tres fuerint ante Christum 156
Iesus, quur inter cætera nomina Meßiæ attributum 155
Iesus Nazarenus quidam Machabæorum ætate 746
Iesus & Maria 612. & quid continent arithmeticè 488
Iesu Christi laus 11
יצר חרע 443
Iezabel 842
Ignea omnia leuari 725
Ignis secundum naturæ ordinem semper urit 508
Ignis præparationis in altari domini semper ardere debebat, & ualidus erat 208

Ignem gladio ne fodito 817
Ignorantiam auferre doctrina. 784
Iiscath quid 205
Iliad propheta 425
Illustria sigilla uice amuleti 884
Imago Dei in anima ubi consistat. 69
Imago Dei, in anima hominis relucet 67
Imamiah 842
R. Immai 184
Imperij electores tempore Maximiliani 890
Inanitatis tempora 263
Incomprehensibile nomen 879
Infirmitas medicamine remouetur. 512
Indi & Aethiopes utuntur Chaldaica translatione 591
Indignum figurat matella 819
Ineffabile nomen 879
Infinitas precij, Dauidi millia sunt. 866
Infinitè potens 780
Infernus multis appellatur nominibus 453
Infernus inferior & superior. 464
Infernus spiritus Mamon 882
Inferni portæ 464
ad Infernum descendisse omnes patriarchas 458
In inferno sanctos fuisse usque ad Christi passionem 462
Inferorum duo esse habitacula. 787
Innocentem hominem figurat piscis 819
Innominabile nomen 879
Insomnia significant stragula lecti. Ibid.
Intelligentiæ alphabeti 867. 868. 869
Intercalares figuræ 865
Interrex Bauariæ Ludouicus 890
Inuerecundiam significat lotium. Ibid.
Inuictissimus dictus Constantinus Magnus 886
Ioannes Baptista à quo Herode decollatus 202
Ioannes Damascenus 44. 45. 109
Ioannes, Dei gratia interpretatur. 716
Ioannes Picus Mirandulæ Comes 720
Ioannes Picus de Cabala scripsit. 22
Ioannes Vanderbicus 890
Ioannes Zachæi filius 5
Iob liber non paruam habet autoritatem apud Hebræos, quod à Mose dicatur idem liber scriptus 473
Iob à diabolo uehementer adflictus 462
Iob liber à quo scriptus 666
Iod enumeratur pro cubatione 870
Iod tres in circulo includuntur. 82
Iod in Caph commutatum 880
Iod, essentiam notat 868. & confessionem laudis 864
Iod magnum, decem millia notat. 866
Iod staturam habet replicatam. 469
R. Iodam 7. 30
R. Iohai 662. 665
R. Iohanan 200
R. Iohanan filius Baroca Simonis pater 746
R. Iohanan filius Zaccai 209
Iohanan Sandlar 746
Ioiades pontifex 1. 5
Ionathæ Thargum 887
Ionathas Vzielis filius 5. 219. 415
Ionathas Vzielis filius totum uetus instrumentum in Chaldæam linguam uertit 8. 4
Ionathas in Machabæis libros sanctos de Spartiatis 748
Ionathas Biblia in Chaldæum uertit, quamuis non omnes eius libri nunc extent 610
Iones comprehensi in literis רבים 864
Iophiel angelus præceptor Sem. 842. & 741
R. Ioseph filius Abrahami clarissimus Cabalæ scriptor 749
R. Ioseph Minor Salernitanus. 856
Ioseph iustus 851
R. Ioseph cæcus 8. 9.
R. Ioseph filius Carnitolis 748
Ioseph filius Iohanan Hierosolymitanus 746
Iosephus cur Christo non adhæserit 12
Iosephus Matathiæ filius 10
Iosephus legatus ad Caium Caligulam Romam missus 12
Iosephus Iohezeris filius 4
Ioseph ben Gorion 236
R. Ioseph cæcus quo anno uixerit. 610
R. Ioseph Castilienses 728
Iosias quandiu regnauit 539
Isaiæ uxor 539
Isaiæ prophetæ mors 277
Israel fuit uocatus populus Dei peculiaris, ob matrem Messiæ 517
Israel senex 851
Israelis spes Messias 544
Issim, qui dicuntur symbolicè 868. & 869
Italis quid contigit de uerbo φῶς. 856
Italica philosophia, Pythagorica. 720
R. Iudas librum de Spe composuit. 875
Iudæis literæ uigintiduæ 872
Iudæus Simon 721
Iudæ domus est Christianorum ecclesia 424
Iudas, interpretatur Dei confessio. 424
Iudæi falsum Messiam Bencozban receperunt 266
Iudæ tribus, Dauid familia 519
Iudæi paupertatem & humilitatem Messiæ negant 568
Iudæi ueri, qui 424
Iudæorum obiectiones circa sabbati obseruationem 692
Iudæorum auaritia & scelera sub primo templo 277
Iudæorum idololatria 275
Iudæorum luxuria 275. 276
Iudæorum homicidia 276
Iudæi cur à Tito & Vespasiano uexati 266
Iudæi Messiam occisuri 253
Iudæorum error uarius circa Messiæ acceptionem 242
Iudæorum centena quatuor & uiginti milia ex Hispania pulsi. 724
Iudæis librorum parsimonia 873
Iudæis Machabæus fuit, ut Græcis Antiochus, Romanis Constantinus 886
Iustus ille Simeon fuit ultimus, qui populo benedixit cum nomine quatuor literarum 85

Ioseph filius Ioetzer 746
Ioseph Cohen Ibid.
Ioseph Castilienſis 883
R. Ioseph ben Caruitel 836
Iosephi libri 4
Iosephon Iosephi abbreuiator 236
R. Ioſe 202
Iosias XXXI. annis regnauit 539
Iosua filius Leui 746
Iosua filius Parahiah Ibid.
Ioſue liber Iuſtorum 748
Ioſue filius Hananiæ 746
R. Ira 658
Iræ ebullitionem ſignificat olla 819
Iracundiæ ſignum ignis Ibid.
Iſaiæ mors 277
R. Iſaac 193
Iſaac ſecundum ſpiritum conceptus & Iſmael ſecundũ carnem 430
R. Iſaac filius Abudyia 205
R. Iſaac ben Schola 62
R. Iſmael 201. 204. 289. 663
R. Iſmael filius Eliſæi 285
Iſrael quatuor nominibus appellatur 623
Iſrael quomodo interpretatur 477
Iſraelitæ qui ueri ſint 478
R. Iſſa 637
Italica philoſophia à Pythagora eius nominis parente primo, ad ſummos homines excellentib. ingenijs præditos, olim delata 720
Iuda dei cõfeßio interpretatur 424
Iuda filius Tabai 746
Iuda Nagid Ibid.
R. Iudas Hannaßi 469
Iudas filius Thema 746
R. Iudas filius Solomi 541
R. Iudas filius Hachinai 285
R. Iudas 184. 204
R. Iudas filius Baba 285
R. Iudas filius Elai 268
R. Iudas filius Dama 285
Iudas Simonis ob probitatem & doctrinam ſanctus uocatus 13
Iudæi noſtri temporis omniũ gentis ſuæ impurißima fæx 9
Iudæi proprijs ſcripturis conuincendi 37
Iudæi ex regno Neapolitano expulſi 42
Iudæi ab Hadriano obſeßi 268
Iudæi quare nõ ſtatim poſt Chriſti mortem puniti ſunt, ſed poſt annos quadraginta captiuitatis 286
Iudæi teſta figuli dicti 289
Iudæi in omnibus terris ſunt abominabiles 298
Iudæi cõparantur mulieri adulteræ 424 (534
Iudæi ueri qui
Iudæi in diuinis ſcripturis minoris ſunt intelligẽtiæ quàm aſini 622
Iudæorum triplex genus poſt paſſum Chriſtum 12
Iudæorum populus maximè ad idololatriam pronus fuit 41
Iudæorum circa Meßiæ acceptionẽ uarius error 242
Iudæorum maxima ſtrages 269
Iudæorum quatuor ſcelera 282
Iudæorum multa milia occiſa 267
Iudæorum nomen unde 627
Iudæorum reprobatio cur contritio ſit dicta 624
Iudæorũ centena quatuor & uiginti milia pulſi ex Hiſpania 724
Iudæis tria proponuntur 180
Iudæos per Romanos fuiſſe prodendos 632
Iudices per annos quadraginta ante templi deſtructionẽ, expulſi fuerunt de cõſiſtorio Gazith, & habitauerunt in Hamith 205
Iudices Iudæorũ cum aliquem mortiferent, tota die nihil comedebant 201
Iudicum tribus 201
Iudicij Iudæorum modus Ibid.
Iudicia animarum apud Iudæos nõ in omni loco iudicabantur 206
Iudicialia quæ 674
Iuſtitia an ſit ſine miſericordia 107
Iuſtitiæ ſymbolum ſtatera 819
Iuſtus mundi fundamentum 162
Iuſtorum mos 615
Iuſtorum ſeptem manſiones 713

K

Kabala dicitur, ab auditu accקרי 33 (ptio 733
Kippod angelus mortis 601
קפוד 587
Kuph ſignificet reuolutionem uel circuitum 865

L

Labium electum 708
Lamed, eſt doctrina 864
Lamentationum libri 748
Lamia Menippi Licij philoſophi. 790
de Lapide precioſo & melle ſimilia
Lar familiaris 811 (26
Lar deus Marij teſſera in bello 798
Larua 811
Lariſſæ pulchritudo 782
Laudem alienis non admittere, eſt mos peruerſus 783
Lauiah 842
Laurentius Medices Magni Coſmi propago 720
Lecabel 842
לסה quid 54.
Lehahiah 842
לחם 668
Lemures 811
Leo pontifex maximus 22
Leonis pontificis X. laus 721
Leones Danieli nihil nocumenti intulerunt 508
R. Leui 284
R. Leui taxatur ob falſam expoſitionem 248
Leunculos eſſe gentes 304
Leuuiah 842
R. Leuitam 746
Lex unde dicatur 809
Lex membrorum 443
Lex carnis Ibid.
Lex uetus quæ continebat 675
Lex non ſemper eodem ritu obligat (676
Lex naturæ 677
Lex Moſaica mutabilis erat 675
Lex Iudæorum ſæpenumero mutata 675
Lex an tradita ſit propter ſerpentis uenenũ in Adam immiſſum 677
Lepis explanatio ad geminum tenditſenſum 1
de Legis ueteris datione & ceſſatione Cabaliſticarũ ſententia 677
de Legis mutabilitate Talmudiſtarum ſententia Ibid.
Legis ueteris præcepta quot fuerint (678
Legis & regiminis ſignum eſt corona 819
Legem plerunq; ſacræ literæ pactũ uocant 254
Legem ante mundi cõditionem creatam fuiſſe, ac literis igneis nigris in dorſo igniscãdidi ſcriptã 487
Legem ueterem in eunctis cæremonialibus iam ceſſaſſe 672
Libertas Cominetus Hiſpanus quatuordecim linguarũ peritus 120
Libri multi amiſſi 748
Libri qui authentici apud Iudæos ſ
Libros multos Iudæos habuiſſe, præter legem & prophetas, ante Chriſti aduentum ſcriptos 6
Lignum crucem deſignare 10
Lignum uitæ 739
Limbus patrum 462

Limbum patrum quomodo Hebræi uocabant 464
Lingua cordis interpres 112
Lingua mala, quæ contra Deum loquitur, grauior est, quàm idololatria 576
Litanus Plauti seruus 790
Literalis et spiritalis sensus 20
Logicus de parte orationis à Grammatico recepta credit 733
Louiah 842
Lucecius 803
Lucidarius liber 748
Lucifer quare factus sit diabolus.
Lumen uespertinum semper ardebat (494 208
per Lunam Iudæi tempora computant 691
Lunaris annus ex trecentis quinquagintaquatuor constat dieb. 232
Luxuria 275
Lycon Iaseus 796
ad Lyram cantibus utendum 816

M

MAchabæi usq; ad Herodem Ascalonitam Iudæorum principatum obtinuerunt 198
Magi Persarum 791
Magistratus fabis eliguntur priscorum more 817
Magog nomen gentis 425
Mahasiah 842
Mahazael satan 887
Mahmedus ueritatis catholicæ inimicus 501
Mahmed quid de miraculis Christi senserit 560
מיכרשיח 2
Malthiel angelus 842
Malum nihil nisi uitium & dæmonium 740
Mamon 882
Manadel 842
Manasses quinquagintaquinq; annis regnauit 539
Manasses Isaiam iudicans iudicauit
Mãdragoræ natura dedit homini figuram (277 503
Manes deus 811
Manus inter pedes & caput locatæ 726
in Manuum impositione quinq; erant necessaria 204
R. Maremar 13
Margarita gemma quomodo generetur in ostrea 147
Margaritæ obscuris in ædibus latenti, assimilant Iudæi allegoricum sensum 20
Maria absq; concupiscentia & libidine genita 510
de Maria Virgine & rore simile.
Maria an sine originali peccato (147 500
Maria uirgo an fuerit sine peccato 453
Maria mater Christi quare dicatur primus homo 493
Maria quare mortua 515
Maria mater messiæ nunquam menstrua passa fuit 515
Maria haud quaquam peccati Adæ particeps 514
Maria ut mortua est, mox gloriosa resurrexit et unà cum filio in cœlum assumpta 515
Maria Virgo assimilatur saphiro. 545
ex Mariæ matris Messiæ materia, facta est uirtus, quæ in nobiliore loco & membro corporis Adæ cõseruata fuit 490
Mariam ab æterno à deo præuisam fuisse, filium ipsius dei concepturam, atq; uerum Messiam deum & hominem pariturum 486
Maria assimilatur abaco 489
מרירתי 597
Marinus grãmaticus hebræus 871
Marsilius Ficinus 720
Marsilius Græciam duxit in Latiũ
Marranus Mahometista 722 (720
מיאין quid 63
Materia alterationis mater 808
Mathathia 746
Matrix auroræ quid 543
Mauakel & mebahiah 842
Mebahel 842
Mehiel 842
Mehokekim qui 200
R. Meir 27.450.480.571.746
Mekablim 746
Melahel 842
Melchisedec erat Sem filius Noæ. 661
Meloch idolum filiorũ Ammõ 171
Mem, significat aquas 864
de Mem clausa 524
Mem duplicem habent Ebræi 256
Memoria est notitiã rei apud se habere 63
R. Men 622
R. Menahem 622
Medicina quid sit secundum Auicennam 512
Mendacium Iudæis delectabile 535
Mensa uariè accipitur in scripturâ diuina 597
Mensem lunarem conficit lunæ cursus 487
Menstruorũ causam in muliere superfluitatem esse materiæ 515
Mesech Iosephus uocat Cappadoces
Messias constituitur ex diuinitate, anima & corpore (427 109
Messias non incongruè res appellatur 147
Messias non absq; mysterio Dauid nuncupatur in sacris scripturis 168
Messias pacem inter deum & homines positurus erat 132
Messias mons, & adiutor 179
Messias secũdum quã naturã caput ecclesiæ esse debet 184
Messias quare dictus Silo 199
Messias à Iudæis interficiẽdus 253
Messias doctur tribus annis cum dimidio 254
Messias de Virgine clausa nasciturus 256
Messias uenturus Romanis dominantibus 264
Messias ad relaxandum originale peccatum, & ad inferendas animas in paradisum uenturus erit.
Messias semper fuit omniũ iustorum desiderium (251 441
Messias quã pœnitentiã in remissionem peccatorũ totius mundi acturus erat 482
Messias dicitur sanctuarium sanctuariorum 251
Messias rex componitur ex diuinitate & humanitate 524
Messias sæpe in sancta scriptura Dauid appellatus 607
Messiæ nomina 758
de Messiæ dignitate multa Iudæi scripserunt 8. & 9
Messiæ humana & diuina natura
Messiæ nomen hebraicè, (173
chaldaicè, græcè, & latinè 109
in Messiæ regis substãtia inueniuntur duæ filiationes 112
Messiæ duplex natura 126
Messiæ aduentus duplex 187
Messiæ passionis meritò omnes saluari 451
Messiæ duo egressus 227
Messiæ corpus absq; uirili semine nasciturum 288

Meßiæ tribuitur ſaluatio æterna. 437
Meßiæ falſi mors prædicta 267
Meßiæ regnum ſpiritualiter intelligendum 567
Meßiæ humanitas dicta dei ſedes. 544
Meßiæ diuinitatem Talmudiſtæ tradiderunt 24
Meßiam eſſe Dei filium 122
Meßiam ſecundum diuinitatem ſemper in deo fuiſſe, & ante mundi creationem extitiſſe 49
Meßiam deum eſſe, euidenter priſci Talmudiſtæ tradiderunt 47
Meßiam unum faciunt corpus, anima, & uerbum Dei 136
Meßiam eſſe faciem Dei 137
Meßiam eſſe lumen quæ Deus eſt. 139
Meßiam nomine Tetragrammaton uocandum fuiſſe 129
Meßiam deū & hominem eſſe 168
Meßiam ipſum eſſe dei nomen 124.
Meßiā filium Ioſeph, et Meßiā filiū Dauid eundem omnino eſſe 192
Meßiā iam ueniſſe certum eſſe 207
Meßiam eſſe uerbum Dei 436
Meßiā ad infernū deſcendiſſe 601
Meßiam eſſe faciem tuam 602
in Meßia duæ naturæ, & tres ſubſtantiæ 183
Mercurius Trimegiſtus 80
Mercurius Trimegiſtus Ægyptiorū legislator 564
Mercurius Termaximus Ægyptiorum illuſtris legislator 811
Meritum mortis Meßiæ 599
Mens ſuprema in homine 728
Mentis opificium eſt uita 802
משל 20
משיחים 630
Metattron 727
Metattron angelus Moſis 743
Mezlim liber 501
Mihael 842
Michael à ſtudio ac admiratione nomen habet 839
Michram 282
Midad propheta 425
Milcom idolum Ammonitarū 171
Miracula templi unà cum ſceptro periiſſe 208
Miracula quæ Chriſto nato acciderunt 216
Miracula Chriſti trifariā oſtendun tur 559
משיח 13
Mitti in diuinis quid ſit 50
Mizrael 842
R. Mnahem Racanati 748
Moderamen notat ſal 819
Moleſtiam onus, inſinuat 819
Moly herba 827
Monaſteria olim habitacula Chriſtianorum 10
מועלא 834
מועת 730
R. Mor 13. 571
Moralia decem ſunt præcepta, ſine quibus ſalus nequit eſſe adultis. 673
Moralia præcepta ſemper ſunt ſeruanda 683
Mores antiquati difficile deponuntur 617
Mores unde dicti Græcis 814
R. Moſes filius Maimonis 748
Moſes Ægyptius Rabbinus 1. 3. 20. 21
R. Moſes ben Maimon 266. 543
R. Moſes filius Nehmani 748
R. Moſes filius Nahman Gerundenſis 251
R. Moſes Haddarſan 222
R. Moſes Gerundenſis 741
Moſes prophetauit in uiſione lucida & clara 63
R. Moſes Ægyptius 279
Moſis libri de bellis domini 748
Moſis uirga ex qua arbore exciſa. 484
Moſis uirga ſerpens effecta 508
Moſen legem non punctaſſe 32
Mumiah 842
Mundus creatus propter Meßiam. 161
Mundi regnum tempora et pauperias minimè conueniunt 161
Mundi generaliſſimi numero ſunt tres 761
Mundi definitio ſecundum Ariſtotelem 761
Mundi duo à Cabaliſtis ſunt recepti 752
Mundum creauit Deus amore Ieſu & Mariæ 489
Muſca cœlitus exuſta 8

N

Naama terra Iudææ, quam promiſſionis appellant 660
נעדץ 594
נערה 530
Nabuchodonoſor quot annis regnauerit 239
Nabuchodonoſor annis uigintiſex regnauit 257
Naghid quid 252
R. Nahmon 456
Nanael 842
Nathan prophetæ libri 748
R. Nathan 124. 299. 642
R. Natronai 557
Natura quid 729
Natura ſacra eſt anima intellectiua 787
Naturæ duæ in Chriſto 136
Naturæ ordinem deum nolle tollere (506
Naturæ languor 443
Ne guſtes ex ijs, quib. eſt nigra cauda 816
Nebienſis præſul 9
Neceſſarium quid 562
Nehonia filius Hacana 746
R. Nehumias 655
Nehumias Heccanæ filius 8
Nelchael 842
Nemamiah ibid.
Nemroth homines ignem adorare cogebat 263
Neorai 746
Neſtorius hæreticus taxatur 136
Nezebal 732
נצח 685
Nicænæ ſynodi decreta 775
נרהם 570
נין 148
Niniue quando à Nino cōdita. 263
Niſan menſis Martius 233
Nithael 842
Nithal Arbelenſis 746
Nitæus Arbolenſis 4
Nithhaiah 842
Nomen dei 838
Nomen duodecim literarum, & nomen quadraginta duarum literarum 81
Nomen dei eſſe Meßiam 125
Nominis dei Tetragrammaton literæ quid ſignificent 135
Nominis dei interpretatio 81. 82
cum Nomine dei quatuor literarum populo benedicere 79
Nomina rebus conſona eſſe debent. 130
Nomina Dei omnia attributiua. 75
Nomina diuina tria ex literis huius nominis compoſita 83
in Nominibus ſacris mirandam latere uirtutem 93

Nun filiationem significat 864
Numenius Pythagoricus 767.790
Numerationes decē quibus homini contingit rerū apprehensio 728
Numerum esse uniuersorum principium 801
Numeroꝝ quatuor esse gradus 865

O

Octauianus post mortem Cleopatræ imperauit xliij. annis 263
Odium gratis, quo Christum Iudæi persecuti sunt 280
Ogmion Celtæ nominarunt Herculem 784
Olei fons è terra emanauit Romæ Christo nato 216
Oleo sedem ne abstergas 817
Ollæ uestigium in cinere confudito 816
Olympum prisci intelligunt quintam essentiam 776
Omael 842
Onkelos R. filius Sores Titi Imp. 8
Operū bonorum merces in hoc seculo non expectanda 441
Oriel Garonensis 749
Originale peccatum quid 443
Originale peccatum nihil aliud est, quàm ipsius originalis iustitiæ carentia 453
Originale peccatū à Messia expiatum 755
Originalis peccati magnitudo 462
in Originali peccato an Maria conceperit 489
Orpheus græcorum primus theologus 776
Orpheus uetustissimus uatum 784
de Ostrea & Maria Virgine simile 147
Othone mortuo Vespasianus in Imperatorem deligitur Rom. 267
Ouis simplicitatem atq; mansuetudinem significauit 697

P

Pædeuticus liber Pythagoræ 814
Pahaliah 842
Palma fundæ 463
Panis propositionis 666
Panis facierum 665
Panem ne frangito 817
Panem in corpus, & uinum in sanguinem eius in sacrificio uerè et realiter transsubstantianda fuisse 662
Pāther atauus Mariæ uirginis 559
Paradisus duplex 754
Paradisos duos Mahomet nobis proposuit in Alkoran 806
in Paradiso carnali copula Adā & Eua potuissent cōuenire absque peccato 511
Paruuli baptizati per baptismi sacramentum redimuntur 513
Passeris in lege significatio 697
Passionis Christi figura & umbra. 674
Patres apud Hebræos ferè semper & non matres filijs nomina imponere solebant 148
Paulus Israelita 22
Paulus ad pedes Gamalielis legem didicisse 5
Paulus à diabolo colaphis percussus 462
Pe, est os 865
Peccatoris condemnatio quæ 566
Peccatū originale quomodo ab Hebræis nuncupatur 443
Peccata Saul propter quæ occisus est 459
Peccata Iudæorum primi tēpli 275
Peliel angelus 842
Peliēl angelus Iacob erat familiaris
Pentateuchus 2 (743
Pentateuchus à quo in Chaldæam linguam traductus 8
Pericula significat acutus gladius.
Perpetuum quid 683 (819
Personarum identitas, ac diuinæ essentiæ unitas indicatur 72
Petrus apostolorum princeps 159
Petrus Niger 13
Pharisæi sunt expositores, qui de suggestu et cathedra Moysi semper instant operi, prædicant, & plebem hortantur 751
Philolaus iunior Pythagoreus 722
Philo Hebræorū disertissimus 7
Philon ex sacerdotali genere progenitus 10
Philonis liber de uiris apostolicis 10
Philonis liber Sapientia Salomonis inscribitur Ibid.
Philonis Hebræi liber an hebraicè inueniatur 3
Philonis libros Synodus Nicena recepit 11
Philonē multa scripsisse de dogmatibus Christianis Ibid.
Philosophiā moralem in tribus consistere 815
Phinees corruptum nomen 2
Phoronæus Græcis leges dedit 564
φῶς & hominē & lumen significat
Phylacteria quæ fuerint 681 (856
R. Pinhas 306
Pinhas Eleazari filius 1
Piscem nemo unquā audiuit in sacrificijs esse immolatum 797
Pisces ne gustato 817
Planetæ septem hebdomadā faciūt
Platonem nihil aliud esse, (487
quàm Moysen Attica lingua loquentem quidam dixit 790
Platinus mysteria Pythagoreorum perfectissimè sectari uisus est 804
Pœnitentiæ portæ nunquā clausæ sunt in isto mundo 656
Pœnitentiæ efficacia 566
Pœnitentiam post naufragiū secundam esse tabulam 654
Pœnitentiā Christū prædicasse 565
Poeta & orator à musico proportiones mutuatur 733
Poiel 842
Populus, in scriptura pro gentilib. accipitur 560
Porcinæ carnes tēpore Messiæ esui mundæ futuræ erant 700
Porphyrij Iudæi blasphemia cōtra Danielem 229
Portæ quinquaginta prudētiæ 836
Portenta circa Christi ortum contingentia 216
Præputiorū genus quadruplex 688
Præteritum pro futuro in scriptura quare ponatur 540
Præterito pro futuro cur prophetæ utantur 32
Principia tria esse rerum 808
Prodicius Hercules 787
Promissa quæ 674
Promissiones Dei Iudæis cum conditione factas 613
Prophetam fuisse Christum 565
Prophetæ qui 766
Prophetæ idololatrici cultus ablationem præcipuè semper & ubiq; optarunt 299
Prophetarū animæ absq; corporib. an dationi legis interfuerint 48
Prophetarū omnis lingua, de futuro tāquā de iā facto loquitur 541
Prophetas libros suos nō punctasse
Prophetas deū mittere ad an- (32
nunciandum uerbum suum 121
Prophetica lingua omnis loquitur de futuro, ac si iam factum sit 32
Propinquorū symbola sunt ungues & crines 819

Prouerbia Salomonis quomodo intelligenda 534
Prudentiã designat circũactio. 819
Psellus de diuina & humana Christi naturis, egregia scripsit 136
Ptolemæus Philadelphus 7
Ptolemæus Philometor iußit Cõmẽtaria in Mosen scribere Ibid.
Ptolemæus Euergetis primus 6
Pueri ex matrum uteris locuti sunt
Puerorum trium hymnus 3 (216
Pullus colũbæ quid significet 697
Puncta & accentus apud Hebræos quando cœperint 856
Puncta sensum scripturæ diuersum reddunt 31. & 32
Pythagoras dictator ueritatis, uelut alter Apollo nominatus 787
Pythagoras nihil prius discipulos suos docuit, quàm tacere 775
Pythagoram tres libros scripsisse
Pythagorã semper de diuinis rebus obscurè locutum (792 777
de Pythagora multi uaria mẽdacia scripserunt 788
Pythagorici ex decem uniuersa constare dicunt 799
Pythagorica symbola 798

Q

Quæ deciderunt, ne tollito 816
Quadraginta duarum literarũ nomen 88

R

Rab & Semuel collegæ 13
Rabba filius Rab Asse 204
Rabban Iohanã Ben Sdachai 746
Rabban Gamaliel 746
Raban Simeon ab Hadriano Cæsare occisus 5
Rabbenus Haccados miranda de Christo scripsit 5
R. Rahmo 622
R. Rahmon 640
R. Rahamon 206
Ramban insignis astrologus 729
Ramban insignes cõmentarij 748
Raphael à medicina nomen habet. 839
Raphael fuit præceptor Isaaci 742
Rapinam significant ungui curui. 819
Rasticellus Hercules appellatus.
Raziel angelus 842 (790
Raziel præceptor Adæ 737
Rechabitarum domus 632
Redemptionis sex modi 513
Redemptionem duplicem esse 512
Redemptor nullus nisi deus 125
Rehael 842
Reiaiel 842
Reges tres Magi 216
Reges & principes dicuntur montes 308
Reges gentium ad Meßiam adorandum uenerunt 552
Reges decem enumerãtes, qui mundum gubernarunt 291
de Regum genealogia libros Herodes exußit 203
Res cunctæ uniuersaliter in quinas conditiones distributæ 830
Res ך significat egestatem 865
Resurrexisse quosdam 794
Resurrectio Christi nostræ resurrectionis generalis futuræ exemplum 605
Resurrectio generalis mortuorum. 705
Rhetor à logico argumentationum assumit locos 733
Risui æquè atq; tristitiæ manus non dedendas 816
Roehel 842
Roma sub leone est 305
Roma noua 722
Roma, ecclesiæ caput 294
Romanorum Imperator super uniuersum orbẽ dominiũ habet 293
Ros natiuitatis quid 548
Ros designat Messiam 146
de Rore & Meßia simile 147
Rufi Romani colloquium cum Iudæo de sabbato 692

S

Sabbath liber 4
Sabbatum quid propriè 825
Sabbatum spirituale aliud non est, nisi non habere peccatum 690
Sabbatũ requies interpretatur 691
Sabbatũ sæpe Christũ soluisse. 693
Sabbatum seruare Iudæi prohibentur 268
circa Sabbati obseruationẽ, Iudæorum obiectiones 692
Sabbati cultum non esse de lege naturæ 695
de Sabbatico fluuio figmentum Iudæorum 692. 694
Sacramentalia quæ in lege 674
Sacrificium quod Israel facturus est post Meßiæ aduentum 474
Sacrificium nouũ Messias instituit. 657
Sacrificia uirtutes & bonos mores significantia 697
Sadai quid 860
Sadai nuncius 743
Sadai nomen Dei 95
Sadai nomen propriè Meßiæ competit 140
Sæehiah 842
שקל 15
שקרן 613
Sal nota modestiæ 815
Salem ne transgrediaris, prouerb. 815
Salem apponere Ibid.
Salij Martis gradiui sacerdotes 803
R. Salomon Gallus 744
Salomon nulla idola effinxit 282
R. Salomon Gallus 833
contra Salomonẽ deus satanam excitauit, ut ei non esset pax integra, qui pacis nomen solum haberet 744
Salomonis sapientia 830
Salus omnis imperfecta, quæ tempore frangitur 786
Saluare proprio solius Dei est 161
Saluari quid 785
Samgath filius Ariath 434
Samael dæmon 887
Samai, & discipuli eius 746
Samech significat oppositionẽ 864
Sammai & Hillel mouerunt schismata in Israel 202
Samamei qui 766
Sampson cur seipsũ occiderit 461
Samuel minor 746
Samuel an apparuerit Sauli 460
Samuel Nagid 871
libri Samuel uidentis 748
Sanctus nemo dicitur nisi post mortem 447
Sancti dicti sunt montes 308
Sandalphon 727
Sanguis sub uini specie occultatur. 663
Sanguis lapides magnos uoluit 269
Sanguinis effusio 276
Sanhedrim extra terram Israel constituere Iudæi nequeunt 207
Sanhedrim munus & potestas quæ 200
Sanhedrim, iudices ordinarij 17
Sanhedrim caput Iudæorum 197
Sanhedrim omnes Herodes interimi fecit 203
Saphiri materia ex terra 503
Sapere quid 756
Sapientẽ inuenire est paucorũ 732

Sara-

Saracenorum authentici libri 501
Saracenorum libri 560
Saul qualia peccata fecerit 459
Saul impiꝰ an Samuelẽ adorarit 461
Saulem quidam post mortem in loco iustorũ receptũ asserunt 461
Sceptrum quando de tribu Iuda ablatum 196
Sceptrum Iudaicæ Academiæ quando penitus defecerit 5
Scientiæ boni & mali arbor 514
Scriptores Iudæorũ authentici, qui Christi aduentũ antecesserunt 6
Scriptura sacra ænigmatibus & uarijs figuris obuoluta 37
Scripturæ cõsuetudo diuinæ multitudini quandoq; ascribere, quod uel ab uno solo factum est 596
Scripturæ populorum 560
Scripturæ sacræ usus & utilitas. 760
Scripturæ deprauandæ uarius apud Iudæos modus 28
Scripturæ corticem solummodo cõsiderant Iudæi 20
In scripturis dubia, debet semper humanitas in melius interpretari.
Sdain, notat arma 864 (460
R. Seadias 231. 676
Sealiah 842
Sealthieles duos fuisse 521
Sebaoth crucis mysterium habet. 483. 484
Sechel 727
Seculum uenturum in sacris literis tempus Meßiæ significat 670
Secula duo 430
סדרים 13
Sedechias quot annis regnauerit.
Sedisse apostolos, cum illis (238
lauaret Christus pedes 30
Sedium tria genera 543
סלה 635
Sela dictio uarijs modis accipitur.
Selomon in sacris scripturis (166
uocatur Meßias 169
Sem hammephoras nomen cur dicatur 84
R. Semaya 210
Semayas legisperitus 4
R. Semlai 70
Semeia 746
Semeiæ prophetæ libri 748
R. Semuel filius Hiya 30
R. Semuel 214
Semuel propheta & sacerdos 1
R. Semuel filius Nachamani 445
שחסים 608
שאול 453
Sephiroth 726
שפירח 611
Septentrionem siue sinistrũ antiqui allegoricè soliti sunt uocare, hominũ malitiam, dæmonumq; pra uitatem 24
Serpens æneus 485
Serpens collo inuolutus inuentus in falso prophetæ occisione 269
Septuaginta interpretes 6
Septuaginta interpretes multa trãsferre omiserunt, & multa mutauerunt 28
Siboleth tessera Iephthæ in bello.
Sibylla Erithræa de Christo (798
prophetauit & eius cruce 155
R. Sichim 205
Siclus quid sit 15
Sicli dimidium qui tenebantur soluere templo Ibid.
de Sigillo & humana forma simile.
Signum duplex prognosticum & rememoraciuum (788
530
שיל proprie filiũ significat 208
שילה 196
שילוח quid 199
Silo secundũ Syriacã translationẽ Onkeli Chaldæi significet unctũ
Silo proprium nomen est Io (743
ci propter Iordanem fluuiũ 275
de Silo Rabinorum sententia 551
R. Simai 706
Simeon filius Iohai commentaria in Mosen scripsit 7
Simeon filius Nathanael 746
Simeon iustus 208. & 209
R. Simeon filius Iohai 253
Simeon iustus Christum suscepit in ulnis 5
Simeon iustus Hillelis filius 5
Simeon filius Sota 746
Simeon pontifex, qui & Iaddus dicitur 4
Simon Iudæus 722 (Simon Satæ filius 4
Sin, dentes significat 865
Siphre liber ualde apud Iudæos authenticus 35
Sitael 842
Sol immobilis stetit 4
Sol stetit in medio cœlo per integrũ diem 508
Sol ponitur loco manifesti & aperti 819
Soles tres circa Augusti tempora sub quo Christus natus est, Romæ simul exorti, paulatim in eundem orbem coierunt 216
aduersus Solem ne meito 816
aduersus Solem ne loquaris 815
Sophistæ garruli omni cõfundunt.
Spiritualia in scriptura sacra (769
sæpe p corporalia significari 150
Spiritus apud Hebræos fœminini generis 149
Spiritus sanctus quid est 69
Spiritus sanctus quomodo ab Hebræis nuncupatur 58
Spiritus sanctus à patre & filio procedit 60
Spiritus sanctus quid sit secundum priscos Hebræos 61
Spiritum sanctum esse Deum 60
Stateram ne transilias 815
de Stella Christo nato, apparẽte 216
in Subiecto unoquoq; quatuor debent reperiri causæ 502
Suha Ægypti superioris pars 666
Superbia & inobedientia est omnium peccatorum origo 512
Susannæ, Belis & Draconis hisSusannæ historia 229 (toria 5
Syllogizandi artem theologiæ applicatam comparat D. Hieronymus plagis Ægypti 771
Syllogismo pasci, sed bosfæno 774.
Syluester pontifex maximus 293
R. Simeon filius Gamlielis 285

T T

Almudistæ ueteres legis arcana sub figuris & ænigmatibus tradiderunt 23
Talmudicus codex ex quibus autoribus congestus 12
Talmudicis scripturis Iudæi conuincuntur 2
Talmudici 751
Talmud quid sit 13
Talmud ex quib. scriptis cõgestus 2
Talmud sexta pars, ordo purificationem nominata 18
Talmud Hierosolymitanus 15
Talmud prima pars ordo seminum appellata 14.
Talmud secunda pars ordo festorũ nuncupata 15
Talmud pars tertia, ordo mulierum dicta 16. & quarta pars, damnatorum uocata Ibid.
Talmud pars quinta ordo sacrificatorum uocata 17
Talmud à Christianis an recepi debeat 22

Talmudistarum tria esse genera 38
Talmud nihil aliud esse quàm legis explanationem ad intentionẽ autoris 751
Talmud quis fuerit autor, & quo tẽpore sit cõscriptus collectusq; 751
Talmud Babylonicus Ibid. (13
Talmud diuisus in quatuor partes.
R. Tanhum 256 (Ibid.
R. Tanhuma 276. 489
Tamyra regina Scythiæ 236
Targum quid sit 8
Targũ Hierosolymitana quæ 670
R. Tarphon 746. 876
Tauri significatio 697
Tartarus ab horribili sono turtur, quasi tortor, teter, terror uocatus 787
Tartaros duos esse 754
Tedanis Leui insignis cabalista 850
תל׳ש תלים 2
Teman insula est in sinu Arabico. 666
Templum ultimũ Herodes restaurauit 212
Templũ quoties profanatum Ibid.
Tẽplũ tertiũ in cœlo ponendũ 421
Templum Hierosolymitanum tertio non ædificandum 420
Templi miracula 209
in Templo ultimo quinq; res defuerunt, quæ in primo fuerũt 243
in Templo secundo quinq; res defuerunt 214
Tempori non subijcitur deus 487
Temporũ discursus à mundi initio usq; ad Christi passionem 262
תמונה 603
Tenerum Messiam uocari 160
קורם pro טרם 222
ad Terminos ubi perueneris, ne reflectas 816
Terræmotũ maximũ tempore Herodis Ascalonitæ in Iudæa factum fuisse 216
Terrã stare duodecim colũnis 162
Teth, declinatio 864
Tetractyn esse Ideam in mente diuina 778
Tetragrammaton nomen diuinæ trinitatis mysterium distincte insi- Thanaim 746 (nuat 85
Thassiorum Deus 781
Thassiorum hodie nihil nisi nomen
Thau, est signũ 865 (extat 786
Theodas falsus propheta 5
Theognes Megarensis 814
Theologum Christianũ Hebraicas literas scire debere 717
Thiphereth 726
Thomæ locus taxatur 491
Thronus Christi sicut sol & luna. 168
Thubalcaim primus malleator et faber in cuncta opera æris & ferri 740
Tibæi filius Iudas 4
Timæus Locrensis 808
Titus Iudæis suasit, ne ruinæ ciuitatis & templi causa existerẽt, sed tantum tributum Romanæ genti redderent 248
תורח 2
Tora quem numerum faciat 678
Traditio filiorum R. Hiya 619
Traditiones patrum quales 1
Tribulationes diuisæ in tres diuisiones 543
Trinitas personarum diuinæ naturæ unitati nequaquã derogat 40
Trinitatis opera indiuisa sunt ad extra 70
Trinitatis mysterium quare nõ fuit sub ueteri lege explicitè traditũ.
Tubal uocat Iosephus Iberos uel Hispanos (41
Turtur felle caret 496
Turturis typus 697
Tzadok 746
Tzade, significat latera 865

V

Valor, eruditione insigni præditus 720
Vasariah 842
Vau, significat uncinũ retortũ 864
Vehuiah 842
Vehuel Ibid.
Venire Dei quid 174
Venus genitrix Cæsaris tessera in bello 798
Verbum dei quoties dicatur 114
Verbum dei eiusdem cum Deo esse substantiæ 116
Verbum triplex habet homo 112
Veritas pro filio dei accipitur 145
Veritatis quanta uis 12
Vespasianus & Titus quare uenerunt contra Iudæos 266
Vestibus decem fuit Deus indutus, quando mundum creauit 881
Veualiah 842
per Viam publicã ne ambules 815
in Via ne feceris ligna 817
Vineam sepire ex cadaueribus Idæorum 269
Vinum ubi præualet, nullum latet secretum 620
Vir pugnæ uocabitur Messias 162
Virga dei 484
Virtute uitia domare 784
Virtute sola contra uitia pugnatur. 756
Vita æterna à prophetis differentibus similitudinibus designatur. 442
Vitam omnia habentia suo instincta sursum tendunt 725
Vitiorum quadruplex genus 514
Vituli significatio 697
R. Vla 194. 571
Vlcus est antiquum uulnus 583
Vmabel 842
Vnguium criniumq; præsegmina nec cõmingito nec insistito 817
Vnguibusquæ uncis sunt ne nutriãs 81
Vino & pane fieri sacrificium 815
Vniuersitatis res demonstrant lignæ uuæ 819
Vocales Hebræos non habere, sed quibusdam punctis loco uocaliũ uti 31
Voluptatem significat cantus 819
Vrias sacerdos 537. 538
Vriel angelus 842
Vulgata æditio quæ 670
ad Vulpium exempla uenire 5

X

Xenophanes Parmenidis præceptor 778

Y

R. Yinnai 459

Z

Zaccaria uilla 559
Zacharias Barachiæ filius 537. & 538
Zacharias propheta 1
Zachariæ mors 177
Zadkiel angelus 741. 842
Zadok radix hæreticorum, unde Zadokai 746
Zamir uermis 507
Zamolxis Pythagoræ seruus 766
Zaratas Pythagoræ præceptor. 801
Ze, uocatur deus sanctus 590
Zeus, pro zeus 801
R. Zera 622
צרור 464
Zerubabeles duos fuisse 520

FINIS.

SCRIPTVRÆ LOCA
HOC VOLVMINE CONTENTA.

LOCA VETERIS TESTAMENTI.

Genes. 1. In principio creauit deus cœlũ & terram 751 420 70
Gen. 1. Terra autem erat inanis & uacua 59
Gen. 1. Producat terra animam uiuentium ad ſpeciem ſuam 725
Gen. 1. Sit lux, & fuit lux 573
Gen. 1. Fecit dominus duo magna luminaria 294
Gene. 1. Et uidit ipſum lumen, quòd eſſet bonum 691
Gen. 1. Replete aquas in maribus. 455
Gen. 1. Et dixit elohim, faciamus hominem ad imaginem noſtram. 66.106.492.527
Gen. 2. Et compleuit deus in die ſeptimo opus ſuum quod fecerat. 695
Geneſ. 2. Et benedixit diei ſeptimo. 692
Gen. 2. Hæ ſunt generationes cœli & terræ in creatione eorũ. 468
Gen. 2. Et germinare fecit Dominus 706
Gen. 2. Quia qua die comederis ex eo, morte morieris 514
Gen. 2. Hoc nunc os ex oſſibus meis. 735
Gen. 3. Et uidit mulier, quòd bona eſſet arbor ad ueſcendum 511
Geneſ. 3. Mulier quam dediſti mihi. 534.449
Gen. 3. Ecce Adam ſicut unus ex nobis 738
Gen. 3. In afflictione comedes. 447
Geneſ. 3. Et emiſit eum Dominus de horto uoluptatis 603.138
Geneſ. 3. Et nunc ne mittat manum ſuam, & ſumat de ligno 736
Gen. 4. Acquiſiui uirum à Domino 739
Gen. 4. Et inſurrexit Cain contra Habel fratrem ſuum 178
Gen. 4. Nunquid cuſtos fratris mei ego ſum 655
Gen. 4. Nonne ſi bene egeris, recipies 448
Gen. 4. Et ad te concupiſcentia eius 449
Gen. 4. Vagus & inquietus eris in terra 655
Gen. 4. Et cognouit adhuc Adam uxorem ſuam 550
Gen. 4. Et uocauit nomen eius Seth 491
Gen. 5. Hic liber generationis Adæ 704
Gen. 5. Factum eſt omne tempus quo uixit Adam 494
Gen. 6. Noas uir iuſtus 689
Gen. 8. Non addam ultrà maledicere terram 313
Gen. 8. Figmentum cordis hominis malum ab adoleſcentia eius. 443.445
Gen. 8. Dies & nox non quieſcent. 618
Gen. 9. Et Nohe inuenit gratiam. 861
Gen. 9. Et omne quod mouetur & uiuit, erit uobis in cibum 699
Gen. 9. Et non occidetur omnis caro ultra ab aquis diluuij 252
Gen. 9. Non erit ultrà diluuiũ 313
Gen. 9. Et uixit Noas poſt diluuium trecentis & quinquaginta annis 258
Gen. 10. Gomer & Magog 423
Gen. 12. Et animam quam fecerunt in Aram 259
Gen. 14. Leuabo manus meas ad dominum 179.307
Gen. 14. Et Melchiſedec rex Salem produxit panem & uinum. 661
Gen. 15. Ne timeas Abram 708
Gen. 15. Ego clypeus tuus & merces tua magna nimis 439
Gen. 15. Adonai tetragrãmate quid dabis mihi 858
Gen. 15. Domine deus, in quo ſciam quòd poſſidebo eam 450
Gen. 15. Tu ibis ad patres tuos in pace 456
Gen. 15. Et generatione quarta reuertetur huc 552
Geneſ. 15. Semini tuo dedi terram hanc 542
Gen. 16. Ingredere ad ancillam meam 736
Gen. 17. Ambula coram me, & eſto perfectus 165
Gen. 17. Et dabo pactum meum inter me & te 688
Gen. 17. Non uocabitur ultra nomen tuum Abram 429.639
Geneſ. 19. Et circumcidetis carnem præputij ueſtri, & erit in ſignũ Iudæis 690
Gen. 17. Et erit fœdus meum in carne ueſtra, in fœdus in æternum. 682
Gen. 17. Et præputiatus maſculus. 688
Geneſ. 17. Omnes uiros domus ſuæ. 696
Gen. 17. Et Abraham filius nonagintanouem annorum erat, quando circumcidit carnem præputij ſui 689
Gen. 18. Et apparuit ei dominus in conualle Mambre 174.610
Gen. 18. Et peccatum eorum aggrauatum eſt ualde 276
Gen. 18. Ecce, obſecro, affectaui loqui ad Dominum ego humus & cinis 32
Gen. 18. Non deſtruam propter ipſos decem 631.458
Geneſ. 19. Et dixit maior ad minorem 479
Gen. 19. Veni potemus patrem noſtrum uino 550
Gen. 22. In die tertio eleuauit Abraham oculos ſuos 604
Gen. 22. Et accepit Abraham ligna holocauſti 589.701.742
Gen. 22. Vt immolaret filium ſuum. 681
Gen. 22. Ecce aries unus retentus in denſitate per cornua ſua 644
Gen. 22. Et uocauit Abraham nomen loci illius deus uideat 132
Gen. 22. Et benedicentur in ſemine

tuo omnes gentes 430
Gen.23. Gher & habitator ego uobiscum 642
Gene.24. Et omnia bona domini in manu eius 309
Gen.24. Alma egrediens ad hauriendum 531
Gen.24. Et effudit hydriam suam. 611
Gen.24. Et induxit me in tabernaculum 601
Gene.24. Et introduxit eam Ishac in tabernaculum Sarræ matris suæ 436.586
Gen.25. Et addidit Abraham, & accepit uxorem 428
Gen.25. Et concepit Rebecca uxor sua 861
Gen.25. Et collidebant se filij in medio eius 571
Gen.25. Et emisit eos desuper Ishac filio suo, cum adhuc uiueret. 553
Gene.27. Et fuit cum senuit Ishac. 686
Gen.27. Vide odorem filij mei, sicut agri pleni 420
Gen.28. Et egressus est Iacob 179
Gen.28. Et exiuit Iacob de Bersaba 159
Gen.28. Et accepit de lapidibus loci illius 110
Gen.28. Et ecce ego ero tecum 616
Gene.28. Tibi dabo eam, & semini tuo 429
Gen.28. Quàm terribilis est locus iste 421.422
Gene.30. Et uenit Iacob de agro in uespere 304
Gene.30. In omni feruore ouinm. 219
Gen.31. Reuertere ad terram patrũ tuorum 571.615
Gene.32. Et timuit Iacob ualde, & angustia fuit ei 615.616
Gene.33. Et compulit eum, & recepit 555
Gen.35. Non uocabitur nomen tuũ ultrà Iacob 313.670
Gen.36. Et regnauit in Edom Bela filius Beor 572
Gen.37. Et oderunt eum 178
Gen.37. Et surrexerunt omnes filij eius & filiæ eius ad consolãdum eum 522
Gene.37. Fera mala comedit ipsum 457
Gen.37. Quia descendam ad filium meum lugens in infernum 457
Gen.39. Ioseph autem descenderat cum eo in Ægyptum 659
Gen.39. Et fugit extrà 578
Gen.40. In somnio meo, & ecce uitis coram me 555.606
Gen.41. Ego Pharao, & absque te non eleuabit uir manum suam. 424.476
Gen.41. Et Pharao fuit somnians. 525
Gen.41. Post finem duorum annorum, &c. Pharao somniauit. 698.699.607
Gene.41. Et omnis terra uenit in Ægyptum 309
Gen.42. Et Ioseph ipse potens factus est super terram 291.52
Gene.42. Et dixit eis Ioseph, in die tertio 605
Gen.43. Et uidit Ioseph Beniamin fratrem suum 178
Gen.44. Et accessit ad eum Iudas. 607
Gene.44. Et diximus domino meo, Est nobis pater senex, & infans senectut. 53.54
Gen.47. Ego descendam tecum in Ægyptum 602
Gene.47. A uulua ex aurora tibi ros natiuitatis tuæ 146
Gen.48. Et ego dedi tibi humerum unum 708
Gene.48. In uia Ephrata, ipsa est Bethlehem 225
Gen.49. Iuda te confitebuntur fratres tui 168.434.547.655
Genes. 49. Catulus leonis Iudas. 417
Gen.49. Non recedet sceptrum de Iuda, & legislator de medio pedum eius, donec ueniat Silo. 134.195.198.205.290.429.199.551.546.743
Gen.49. Donec ueniat Silo 710
Gene.49. Et scriba de fœmore eius 200
Gene.49. Ligans ad uitem ciuitatem suam 568.651.663
Gen.49. Lauabit in uino uestimentum suum 186.579
Gtne.49. Isachar, asinus fortis, uel osseus 190
Exo.2. Et perrexit uirgo, & uocauit matrem ipsius infantis 531
Exo.3. Et ecce rubus ardens in igne & rubus non uorabatur 528
Exo.3. Ehieh misit me ad uos 857
Exodi 3. Quoniam ego ero tecum. 615
Exo.4. Et ecce accepit Moses uxorem suam & filios suos, & equitare fecit eos super asinum. 564
Exo.4. Filius meus primogenitus Israel 168.610
Exo.6. Ego tetragrammatus & apparui Abraham 860
Exo.6. Et nomen deus non notificaui eis 135
Exo.9. Ecce manus tetragrammati hoiab 857
Exo.9. Visitans peccatum patrum super filios 680
Exo.12. Non est Berith, nisi Lex. 646.672
Exo. 12. In decimo mensis huius. 254
Exo.12. Hæc est lex paschæ 643
Exo.12. Et substantiam non confringetis in eo 663
Exodi 12. Et erit dies hæc uobis in memoriale 682
Exo.13. Sanctifica mihi omne primogenitum 124.168
Exo.14. Quid clamas ad me 177
Exo.14. Et mouit se angelus deorum, qui ibat ante castra, &c. 96.837
Exodi 14. Ecce sanguis pacti, quod scidit dominus 600
Exo,15. Fortitudo mea & laus iah. 858
Exo.15. Et per spiritum nasi tui congregatæ sint aquæ 59
Exodi 15. Deus uir pugnæ, deus nomen eius 160.482
Exodi 15. Donec transeat populus tuus deus 616
Exo.15. Sanctuarium deus aptauerunt manus tuæ 422
Exo.15. Dominus regnauit in seculum uaed 685
Exodi 15. Vniuersum languorem, quem posui in Ægypto, non ponam super te 616
Exo.15. Quia ego dominus medicus tuus 468
Exodi 15. Quis sicut tu in fortibus tetragrammate 863
Exodi 16. Sabbatizauit populus in die septimo 695
Exo.16. Ecce ego pluam uobis panem de cœlo 564 658

Exodi 17. Num est ens Adonai inter uos, an non ens? 857
Exod. 17. Delebo memoriam Amalek 856
Exod. 17. Quia manus solius domini, & bellum dei erit 543
Exod. 19. Estote parati ad tertium diem, non accedatis ad mulierem 699
Exod. 19. Et fuit in die tertio facto mane 605
Exod. 19. Iam nunc ueniam ad te in caligine nubis, ut audiat me populus loquentem ad te 612
Exod. 20. Ego dominus Deus tuus 48
Exod. 20. Quoniã ego Deus, Deus tuus, Deus zelator 52
Exod. 20. Non erit tibi Deus alienus 673. 678
Exod. 20. Memento diei sabbati, ut sanctifices ipsum 692
Exod. 20. Loquere tu nobis, & audiemus 732
Exodi 21. Et seruiet ei Leolam. 684
Exod. 22. Aduenam non obiurgabis 641
Exod. 23. Ecce ego mitto angelum meum ante te ad custodiendum te in uia 841. 854
Exod. 24. Et scripsit super tabulis uerba pacti decem 647
Exo. 25. Panis facierum coram me semper 665
Exod. 31. Inter me & filios Israel. 694
Exod. 31. Custodient filij Israel sabbatum 682
Exod. 31. Sabbata mea seruabitis, quia signum sunt inter me & inter uos 690
Exod. 32. Et uidit populus quòd tardaret Moses descendere de monte 702
Exod. 32. Et fecerunt sibi deos ex auro 656
Exo. 32. Memento Abraham, Isaac & Israel seruorum tuorum. 447
Exod. 33. Ecce est locus apud me, et stabis super petram 533
Exod. 33. Facies meæ non uidebuntur 831
Exod. 33. Ecce locus est apud me, stabis supra petram 606
Exod. 34. Quia cornu erat cutis faciei eius 644
Exod. 34. Et scripsit super tabulis uerba pacti decem 672
Exod. 34. Et quando dicturi sunt tibi, Tolle peccatum 655
Leuit. 1 Et placatus erit ei, ut parcat illi 566
Leuit. 4. Anima cum peccauerit, ipsa morietur 68
Leuit. 12. Mulier quæ susceperit semen, & pepererit masculum, & immunda erit 525
Leuit. 17. Nam sanguis ipse pro anima satisfaciet 600
Leuit. 17. Et effundet sanguinem eius, & operiet ipsum humo. 277
Leuit. 18. Quæ faciet homo, & uiuet in eis 558
Leuit. 18. Ad mulierem in pollutione menstruationis suæ ne accedas 516. 699
Leuit. 20. Vir siue mulier in quibus fuerit spiritus phitonicus. 458
Leuit. 21. Vt uel tunc humilietur cor eorum præputiatum 688
Leuit. 21. Quia sacrificium Dei, carnem Dei sui ipsi sacrificant, erunt sancti 604. 667. 668
Leuit. 23. Omne opus non facietis, lex sempiternum erit generationibus uestris 683
Leuit. 24. In die sabbati præparabuntur coram Deo iugiter à filijs Israel fœdere sempiterno. 683
Leuit. 25. Numerabitis septem hebdomadas annorum 231
Leuitici 25. Et reuertimini unusquisque ad possessionem suam. 684
Leuitici 25. Quando pauper factus fuerit frater tuus 180
Leuit. 26. Et uetus à facie noui excludetis 671
Leuit. 26. Et perdemini in Gentibus 680
Leuit. 25. Quoniam aduenæ & habitatores uos mecum 570
Leui. 24. Et numerabis tibi septem hebdomadas annorum 231
Leuit. 26. Et deambulabo in medio uestri, & ero uobis in deum. 639
Leuit. 26. Et ambulabo in medio uestri 175. 176
Num. 3. Hæ sunt generationes Aharon & Mosis 430
Nume. 3. Et alienus qui appropinquauerit, morietur 538
Num. 6. Benedicat te sanctus benedictus 879
Nuus. 8 Et à filio quinquaginta annorum cessabit quidē negocium. 684
Num. 9. Et fecerunt pascha in primo 695
Num. 10 Surge domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant odientes te 35. 577
Nume. 11. Congrega mihi septuaginta uiros de senioribus Israel. 201
Num. 11. Exalta eum in sinum tuum 179
Num. 11. Non uideam malum tuum 30. 31
Num. 12. Quod proijcitur de uulua matris suæ 36
Num. 12. Et figuram dei contemplatur 603
Num. 13. Mitte tibi uiros 696
Num. 14. Detur nobis caput, & reuertamur in Ægyptum 607
Nume. 14. Viuo ego, dicit Deus, si non ut loquuti estis in auribus meis, sic faciam uobis 576
Num. 15. Et eritis sancti 612
Num. 16. Fortissime El deus spirituum omnis carnis 842
Num. 17. Et ecce floruit uirga Aharon domui Leui 528
Num. 12. Ne timeas ipsum 615
Nume. 21. Orietur stella ex Iacob. 268
Nume. 21. Fac tibi serpentem æneum, & pone eum super lignum. 485
Prouer. 8. Deus possedit me principium uiæ suæ 486
Num. 22. Et nunc si malum est in oculis tuis, reuertar mihi 680
Nume. 23. Non ut homo Deus, ut mentiatur 614
Num. 23. Quid fecit deus, uidit oculus Balaam 181
Num. 24. Egressa est stella Iacob. 546
Num. 28. Oblationem meam panis mei ad ignes meos odoris suauitatis 661
Nume. 32. Et dimidium tribus Manasse 231

Exo.13. A diebus in dies 231
Deut.3. Mons bonus iste & Libanus 686
Deut.4. Non addetis super uerbo, quod ego præcipio uobis 28
Deut.4. Ecce docui uos cæremonias & iudicia 676
Deut.5. Obserua diem sabbati 825
Deut.5. Faciens misericordiam ad milia diligentibus eum 194
Deut.6. Audi Israel, deus, deus noster, deus unus est 39.40
Deut.6. Et ligabis ea in signum super manus tuas 681
Deutero.7. Seruabit dominus deus tuus pactum 194
Deut.7. Et serua præceptum & decreta atque iudicia 672
Deutero.7. Te elegit dominus deus tuus 518
Deut.8. Non in solo pane uiuit homo 668
Deut.9. Ego Daniel intellexi in libris numerum annorum 233 & 250
Deut.9. Neque enim propter iustitias tuas & æquitatẽ cordis tui ingredieris, ut possideas terram eorum 518
Deuter.10. Dij deorum, & domini dominorum 860
Deut.10. Et circumcidetis præputium cordis uestri 687.688
Deut.10. Deus magnus fortis & terribilis 461
Deuter.10. Et diligit Gher. 642 & 643
Dan.12. Et multi ex dormientibus in terræ puluere euigilabunt. 707
Deut.12. Immundum & mundum pariter comedentur 699
Deuter.13. Quia deerit pauper de medio terræ 311
Deute.15. Et erit tibi seruus Olam. 684
Deut.15. Percutiet te deus insania. 242
Deut.17. Et facies secundum uerbum oris, quod nunciabunt tibi de loco illo 205
Deuter.17. De medio fratrum tuorum pones super te regem 203 204
Deut.17. Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris 200
Deut.17. Et surges & ascendes ad locum 206
Deut.18. Prophetam de medio tui de fratribus tuis tanquam me sta tuet 564
Deut.23. Et non uidebit in te turpitudinem, & non recedet à te. 615
Deut.24. Et cornua rhinocerontis cornua eius 644
Deut.24. Hæc sunt uerba Habberich 647
Deut.14. Si inuentus fuerit uir, qui furatus animam ex filijs Israel. 285
Deut.25. Oculum pro oculo 674
Deut.26. Pronuncio hodie domino tuo, quod intraui in terrã quam iurauit Deus patribus uestris. 429. 639
Deut.27. Attende & audi Israel hodie 860
Deut.27. Maledictus uir, qui fecerit sculptile 474
Deut.28. In gentibus quoq; illis nõ quiesces 274
Deut.28. Et erunt uitæ tuæ suspensæ tibi coràm 589
Deut.28. Vxorem despõsabis, & uir alius constuprabit eam 33. & 34
Deut.29. Hæc sunt uerba pacti. 672
Deut.29. Absconditum deo nostro attribuitur 682
Deut.29. Ista sunt uerba Berith. 254
Deut.29. Et euellet eos dominus de super terra eorum cum furore. 426. 628
Deut.30. Et circuncidet dominus Deus tuus cor tuum 687. & 688
Deut.30. Ipse est enim uita tua, & longitudo dierum tuorum 589
Deut.30. Quoniam mandatũ hoc quod præcipio uobis hodie. 834
Deut.30. Et conuertit Dominus Deus tuus conuersionem tuam. 417
Deui.30. Et introducet te dominus Deus tuus in terram quam possederunt patres tui 625
Deut.31. Ecce tu dormies cum patribus tuis 636
Deut.31. Noui quod post mortem meam corruptione corrumpemini 305
Deut.32. Generatio praua atque peruersa nunquid Deo retribuitis hoc populo stulte 628
Deu.32. Quia leuabo ad cœlos manum meam 606
Deut.32. Nonne ipse est pater tuus, possessor tuus 179. 712
Deut.32. Memento dierum seculi, aduerte annos generationis & generationis 561
Deut.32. Ipsi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus 637
Deut.32. Dominus solus deducet eum, & non erit cum eo Deus alienus 657
Deut.32. Quia ignis succensus est in ira mea, & ardebit usq; ad infernum inferiorem 464
Deut.32. Corruat uel præcipitetur ut hymber, uel ut nimbus doctrina mea 54
Deut.32. Videte nunc, quia ego, ego ipse, & non sunt dij mecum. 44
Deut.32. Deum qui te nasci fecit, debilitabis 572
Deut.33. Memorare dies seculi. 182
Deut.33. Et habitabit Israel confidenter, solummodo oculus Iacob 680
Deut.33. Non sicut deus rectus ascensor cœli in adiutore tuo 608
Deut.33. Primogenitus bos eius, decor ei 191. 193. 194
Deut.33. Tora præcepit nobis Moses 678
Deut.33. Quis populus sanatus erit in Domino 434. 435. 436
Deut.33. Beatus tu Israel, quisut tu populus saluatus per deum 586
Deut.34. Nõ surrexit propheta ultrà in Israel sicut Moses 832
Deut.38. Et in gentibus istis non quiesces 680
Ios.2. Et abscondimini ibi tribus diebus 605
Ios.6. In die septimo 696
Ios.7. Peccauit Israel, & transgressi sunt pactum meum 596
Ios.7. Sicut turbasti nos, turbat te dominus in die isto 656
Ios.14. Adam magnus in gigantib. 454

Ies. 22. Deus, Deus, Deus, Deus, Deus, Deus, ipse scit 52
Iehos. 24. Trans flumen habitauerunt patres, patres nestri à seculo 456
Iosue ultimo. Non poteritis seruire Deo, quia dij sancti ipsi. 71
Iehos. ult. Et bestia multa 640
Iudi. 5. Et diligetis eum uelut egressum solis in uirtute sua 641
Iud. 5. Eliget deus nouitates, & tũc expugnabit portas 526
Iudic. 5. Sunt egressus solis in fortitudine sua 713
Iudic. 6. Et ædificauit ibi Gedeon altare domino 132
Iudic. 6. Si ros fuerit super uellus tantum 528
Iudic. 9. Nunquid possum deserere uinum, quod lætificat Deum & homines 662
Iudic. 18. Ipsi & filij eius fuerunt sacerdotes tribui Dan 608
Iudic. 19. Ad domum Dei uado. 463
Ruth 2. Accede huc, & comedes de pane, & tinges fructum tuum in aceto 596
Ruth ult. Hæ sunt generationes Peres 468
1. Reg. 1. Et exaltatum est cornu meum 644
1. Reg. 1. Et morabitur ibi leolam. 684
1. Reg. 1. Et uenit uir Dei ad Eli. 614
1. Reg. 2. Aggrega me ad unam sacerdotalium 643
1. Reg. 2. Et sublimabit cornu Messiæ sui 644
1. Reg. 3. Antequam cognosceret Deum 222
1. Reg. 6. Et omnia uasa quæ reddidistis ei pro delicto 214
1. Reg. 7. Et non addiderunt ultrà uenire ad terminum Israel. 314
1. Reg. 12. Et rebellauerunt Israel in domum Dauid 172
1. Reg. 15. Quæ est uox harum ouium 654
1. Reg. 16. Nunquid coram domino Messias eius 252
1. Reg. 17. Filius ipsius serui tui Issai Bethlehemitis 225
1. Reg. 25. Et erit anima domini mei ligata in ligatorio uiuentiũ. 463
1. Reg. 28. Quare terruisti me. 458
1. Reg. 28. Et inclinauit faciem suã ad terram, & adorauit 460
2. Reg. 5. Et tu eris in principem, uel coràm factus 252
2. Reg. 7. Et quis ut populus tuus, sicut Israel gens una in terra, propter quam iuerunt dij ad redimendum 71
2. Reg. 12. Non est nobis pars in Dauid, reuertere in tabernacula tua Israel 36
2. Reg. 12. Peccaui domino 655
2. Reg. 12. Etiam dominus transtulit peccatum tuum 170
2. Reg. 12. Et deuenit peregrinus in uirum diuitem 448
2. Reg. 16. Forsitan respiciet in humilitatem suam 32. 33
2. Reg. 16. Et ingressus est Absalom ad concubinas patris sui, ante oculos omnis uel totius Israel. 308
2. Reg. 17. Et ait Absalom & omnis uir Israel 308
2. Reg. 20. Non est nobis pars in Dauid 660
2. Reg. 23. Et sicut lux matutina orietur sol 304
3. Reg. 1. Nathan uenit ad faciem regis; adorauitq; regem super faciem suam in terra 461
3. Reg. 1. Ite & interrogate Baalzebub 652
3. Reg. 6. Et totam domum operuit auro, usq; ad consummationem totius domus 213
3. Reg. 9. Rex autem Selomo dilexit mulieres extraneas multas 170
3. Reg. 10. Et regina Saba audita fama Selomonis 553
3. Reg. 12. Nolite ultrà ascendere in Hierusalem 628
3. Reg. 12. Reuertere ad deos tuos Israel 36
3. Reg. 12. Non est nobis pars in Dauid, neque hæreditas in filio Issai 629
3. Reg. 18. Clamate maiore forsitan deus in diuersorio est 839
3. Reg. 18. Et factum est dum occideret Izebel prophetas Domini. 253
4. Reg. 6. Et non addiderunt ultrà turmæ Aram uenire 313
4. Reg. 8. Et omnia bona Damasci 309
4. Reg. 16. De Achaz 529
4. Reg. 17. Et contestatus est dominus in Israel 468
4. Reg. 17. Et dereliquerunt omnia præcepta domini Dei sui, &c. 628
4. Reg. 21. Et sanguinem innoxium effudit Manasses multum ualde 276
1. Paral. 1. Et familiæ scribarum sedentes Iabez 134. 205
1. Para. 2. Et familiæ scribarum sedentes Iabbez 206
1. Para. 17. Cum compleueris dies tuos, ut uadas ad patres tuos, suscitabo semen tuũ post te 172
1. Paral. 22. Ecce filius natus est tibi 170
1. Paral. 22. Et ipse erit mihi in filium, & ego illi in patrem 171
1. Paral. 25. Ad exaltandum cornu. 644
1. Para. 29. Quoniam aduenæ nos coram te 570
1. Paral. ult. Et tu eleuas te omnibus in caput 145
2. Paral. 3. Et domus magna tecta fuit ligno abiegno 213
2. Paral. 6. Non est homo, qui non peccat 453
2. Paral. 15. Dies multi etiam Israeli sine deo uero, sine sacerdote docente 626
2. Paral. 24. Et spiritus Dei induit Zachariam filium Iehoiadæ sacerdotis 276
1. Esræ 4. Expleto templi secundi opere, &c. 213
Nehem. 1. Ego dispergam uos in populum 418
Nehem. 12. Et stabunt duæ confessiones in domo domini 696
3. Esræ 3. Reuelabitur filius meus Iesus, cum ijs qui cũ eo lætabuntur 155
Iob 2. Adhuc tu retines perfectionẽ tuam 313
Iob 2. Pellem pro pelle 686
Iob 4. Nõne abscessit, funis eorum cum eis morientur, & non in cognitione 611
Iob 6. Ipsa sunt sicut dolores carnis meæ 668

Iob 6. Respicite semitas Tema, itinera Saba 553
Iob 6. Etiam super pupillum irruitis, & mercamini super proximum 549
Iob 7. Quare posuisti me obuium tibi? & ero super te ad onus. 35
Iob 7. Et ero super me onus? 30. 31
Iob 9. Vtinam esset inter nos arguto 472
Iob 10. Pelle & carne uestisti me. 663
Iob 10. Quis dabit in inferno ut occultes me 456
Iob 11. Nunquid usq; ad consummationem Saddai 479
Iob 11. Et spes eorum afflictio animæ 29
Iob 15. Qui sapientes sunt, confitebuntur 655
Iob 18. Quare reputati sumus sicut bestia 640
Iob 18. Maior uel primogenita mors 455
Iob 19. Et ex carne mea uidebo Deum 107
Iob 19. Et rursum pelle mea circundabuntur ista 174
Iob 20. Si ascenderit ad cœlos excellentia eius 450
Iob 21. Dulcia fuerunt ei prata uallis 448
Iob 24. Et traxit robustos in fortitudine 447
Iob 25. Fecit pacem in sublimibus suis 169
Iob 25. Ecce in sanctis suis non confidit 447
Iob 26. Ad quem annunciasti uerba 463
Iob 28. Et abscondita producit in lucem 531
Iob 31. Et animam dominorum eius afflixisti 29
Iob 31. Foris nō hospitabitur gher. 643
Iob 31. Et pro hordeo spinas 579
Iob 32. Et condemnabunt Deum. 30. 31
Iob 33. Spiritus Dei fecit me, & anima Sadai uiuificauit me. 140
Iob 38. Num nosti leges cœlorum. 843
Psal. 1. Beatus uir qui ambulat in le ge domini 852
Psal. 1. Non sic impij, sed tanquam gluma 635
Psal. 2. Confringes eos uirga ferrea & tanquam uas figuli proijcies eos 624. 569
Psal. 2. Narrabo præceptū, Deus dixit ad me, filius meus es tu. 118. 547. 610
Psal. 2. Consurgent Reges terræ. 193
Psal. 2. Osculamini filium, ne irascatur 122
Psal. 2. Filius meus es tu, ego hodie te genui 191. 526. 549
Psal. 3. Multi insurgunt aduersum me 864
Psal. 3. Ego accubui, & dormiam, & resurrexi 707
Psal. 4. Cum inuocauero, responde mihi 170
Psal. 4. Confortamini & roboretur cor uestrum omnes sperantes in domino 174
Psal. 5. Deus, Deus, Deus loquutus est, & uocauit terram 51
Psal. 8. Ex ore infantium & lactentium 450
Psal. 9. Confitebor Deum in toto corde meo 444
Psal. 10. Cur Deus manebis à longe 633
Isa. 11. Et habitabit lupus cum arete 415
Psal. 11. Deus iustum probat & impium 467
Psal. 11. Quoniam iustus Deus iustitias dilexit 712
Psal. 15. Thronus tuus Deus perpetuus & æternus 110
Psal. 15. Dixi Deo, domini mei es tu, bonitas mea non est super te. 446
Psal. 15. Deus quis habitabit in tabernaculo tuo 678
Psal. 15. Non derelinques animam meam ad infernum 454
Psal. 15. Ego autem in misericordia tua confisus sum 431
Psal. 16. Ego in iustitia uidebo faciem tuam 602. 603
Psal. 16. Multiplicabuntur labores eorum 447
Psal. 17. Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit gloria mea 547. 604
Psal. 17. Et dabis mihi scutum salutationem tuam 610
Psal. 17. Ego in iustitia uidebo faciem tuam 705
Psal. 18. Et dabis mihi scutum saluationem tuam 29. 31
Psal. 18. Et humilitas tua, uel mansuetudo tua confortabit me 30
Psal. 19. Cœli enarrant gloriam dei 881
Psal. 19. Mittet adiutorem tuum de sanctuario 179
Psal. 19. Exaudiat te dominus in die tribulationis 575
Psal. 20. Deus in fortitudine tua lætabitur rex 647
Psal. 21. Super cerua auroræ 604
Psal. 21. Domine in uirtute tua lætabitur rex 854
Psal. 21. Ego sum uermis, & non uir 508
Psal. 21. Quoniam pones eum benedictiones in æternum 648
Psal. 21. Vitam petijt à te 192
Psal. 21. Et prolationem labiorum eius, non prohibuisti in perpetuum 55
Psal. 22. Parabis coram me mensam 597
Psal. 22. Et à cornibus unicornium exaudisti me 644
Psal. 22. Foderunt manus meas & pedes meos 590
Psal. 23. Etiam cum ambulauero in ualle umbræ mortis 465
Psal. 23. Attollite portas principes uestras 463
Psal. 23. Dei est terra & plenitudo eius 124
Psal. 25. Bonus & rectus Deus, propter hoc docebit errantes uiam 566
Psal. 27. Si non credo uidere bonum Dei in terra uiuentium 615
Psal. 30. Quoniam momentum in ira eius 605
Psal. 31. Quàm multum bonum quod recondisti timentibus te. 706
Psal. 32. Congregatus sicut in utre aquas maris 275
Psal. 33. Verbo Dei cœli facti sunt 52
Psal. 34. Gustate & uidete, quoniam bonus est Deus 662
Psal. 34. Redemit Deus animam seruorum suorum 444
Psal. 35. Quoniam tecum est fons uitæ

uitæ,et in lumine tuo uidebimus lumen 139. 691
Psal.36. Hominem & bestiam saluabis Deus 416
Psal.36. In lumine tuo uidebimus lumen 573
Psal.38. Aduena enim ego tecum. 570
Psal.39. Dixi,custodiam uias meas à peccando in lingua mea 576
Psal.39. Quoniam gher sum ego tecum 642
Psal.39. Expectando expectationē meam 174
Psal.39. Veruntamen cum imagine deambulabit uir 68
Psal.40. Et ascendere me fecit de puteo tumultus 454
Psal.41. Beatus qui intelligit in pauperem 445
Psal.41. Omnes confractiones tuæ & fluctus tui 309
Psal.44. Triumphatori super lilijs 146. 638
Psal.44. Sedes tua Deus perpetua & æterna 544
Psal.44. Ipse cognouit abscondita cordis 531
Psal.44. Non est conuersum retro cor nostrum 456
Psal.45. Audi filia & uide 27. 169
Psal. 45. Astitit regina ad dexterā tuam in diademate 515
Psal.45. Sceptrum directionis,sceptrum regni tui 198
Psal. 45. Pro patrib.tuis nati sunt tibi filij 430
Psal.46. Deus nobis refugium & fortitudo 455
Psal. 46. Vacate & cognoscite, quia ego Deus 638. 693
Psal.47. Ibi dolor ut parturientis. 571
Psal.48. Rectificabit eam usque in seculum, sela 685
Psal.48. Etiam filij Adam,etiam filij ueri,simul diues uel pauper 454
Psal.48. Verè Deus redimet animā meam de manu inferni 452
Psal. 48. Quoniam hic est Deus Deus noster in seculum & ultrà 174
Psal. 49. Et ueniet ultrà in sempiternum, & uidebit infernum. 599
Psal. 49. Qui sacrificet confessionem 434
Psal. 50. Ecce in peccato genitus sum 448
Psal.50. Qui sacrificet laudem, honorabit me 433
Psal. 50. Et spiritu liberali confirma me 58
Psal. 50. Qui sacrificat confessionem,honorabit me 655
Psal.51. Domine labia mea aperies 696
Psal. 55. Super me Deus uota tua soluam confessiones 696
Psal. 55. Et tu deus descendere eos facies in puteum 454.
Psal.55. Mollia sunt facta uerba eius super oleum 312
Psal.55. Non exultent mihi inimici mei mendaciter 280
Psal.57. Filij hominum dentes eorum iacula & sagittæ 312
Psal.63. Quia melior est misericordia quàm uita 471
Psal.54. Exaudi deus uocem meam cum deprecor 416
Psal.65. Spesomnium finium terræ 656
Psal.65. Tibi silentium est laus deus in Syon 656
Psal.66. Ad cognoscendam in terra uiam tuam in omnibus gentibus saluationem tuam 478
Psal.67. Benedicat nos Deus,deus noster,benedicat nos deus,et metuant eum omnes fines terræ 41
Psal. 67. Confitebuntur te populi deus,confitebuntur te populi omnes,terra dedit fructum suum. 145
Psal. 67. Lætabuntur & exultabunt gentes 476
Psal.68. Odientes me gratis 281
Psal.68. Venient inclyti ex Ægypto 296
Psal.68. Ascendisti in altum, prædatus es prædam 607
Psal. 69. Et ego orationem meam ad te deus 656
Psal. 71. Ante solem filius nomen eius 225
Psal.71. Et erit placenta tritici in terra 441. 564. 661
Psal.71. Timebunt te cum sole 111
Psal.72. Ante solem genitus 707
Psal.72. Reges Tarsis, & insularum munus reddent 555
Psal.72. Miserebor super pauperē 441
Psal. 72. Deus iudicium tuum regi da 657
Psal. 72. Et dominabitur à mare usque ad mare 291. 546
Psal.72. Coram eo procident Æthiopes 290
Psal.72. Cōtremiscet ut libanus fructus eius 213
Psal.73. Domine in ciuitate imaginem ipsorum uiuificabis 68
Psal.74. Signa nostra non uidimus non est ultrà propheta 210. 557
Psal.75. Et omnia cornua impiorū abscindam 644
Ps.76. Notus in Iudæa deus 478. & 623
Psal.77. Vt cognoscat generatio ultima,filij nascentur 562
Psal.77. Tu es Deus faciens mirabile 478
Psal. 77. Et repulit tabernaculum Ioseph 205
Psal.78. Et recordatus est quia caro ipsi 445. 705
Psal.79. Et perfice quam plantauit dextera tua 607
Psal.79. Demolietur eam aper de sylua 304.
Psal. 79. Sedens super cherubim. 472
Psal. 80. Et abacum quam plantauit dextera tua 489
Psal. 80. Vitem de Ægypto transferes 555. 556
Psal.80. Deus exercituum conuerte nos,ostende faciem tuam 605
Psal. 81. Et non audiuit populus meus uocem meam 617
Psal.83. Sol & scutum est dominus Deus,gratiam & gloriam dabit 111
Psal.84. Laudabunt te,sela 685
Psal.85. Veritas de terra germinabit 661
Psal.85. Nunquid in seculum irascaris in nos 706
Psal.85. Et liberasti animam meam ex inferno inferiore 464.
Psal. 85. Custodi animam meam, quia sanctus ego sum 615
Psal. 85. Iustitia & pax osculatæ sunt 122
Psal.85. Veritas de terra germinabit 549

Psal. 85. Cõuerte nos deus salus nostra, auerte iram tuam nobiscum 482
Psal. 85. Sicut luna præparata in æternum 713
Psal. 86. Non est sicut tu, in dijs deus, neq; sicut opera tua 563
Psal. 86. Fundatio in eius montibus sanctuarij 306
Psal. 86. Veritas de terra germinabit, & iustitia de cœlo respicietur 145
Psal. 87. Deus narrabit in scriptura populorum 560
Psal. 87. Cõmemorabo Raab & Babylonem scientibus 552
Psal. 87. Diligit dominus portas Syion 205
Psal. 88. Canticum psalmi filijs Koræ uictori super languorẽ 432
Psal. 88. Nunquid narrabitur in sepulchro misericordia tua 454. & 455
Psal. 88. Et conteram à facie ipsius inimicos eius 449
Psal. 88. Quorum non memor fuit adhuc 313
Psal. 88. Et ponam in æternum semen eius 428
Psal. 88. Et thronus eius sicut sol coram me 647
Psal. 89. Misericordias Dei cantabo 471
Psal. 89. Quod exprobrauerũt inimici tui deus, quod exprobrauerunt talos Messiæ tui 578
Psal. 89. Mundus misericordia ædificabitur 471
Psa. 89. Et subire me fecit de puteo tumultus 465
Psal. 89. Lætifica nos pro diebus, quibus nos afflixisti 691
Psal. 89. Et tu repulisti & abiecisti 594
Psal. 89. Dies annorum nostrorum in eis septuaginta anni 231
Psal. 89. Quis uir uiuet, & non timebit mortem 456
Psal. 89. Percussi fœdus electo meo iuraui Dauid seruo meo, &c. 165
Psal. 90. Abscondita nostra ad lumen uultus tui 531
Psal. 90. Quoniã angelis suis mandauit de te 110
Psal. 90. Cum ipso ero ego in tribulatione 434
Psal. 91. Cum ipso sum ego in tribulatione 184. 433
Psal. 91. Inuocabit me, & exaudiã eum, cum ipso ero in tribulatione 455
Psal. 91. Habitans in uelamento altissimus, in umbra Saddai morabitur 141
Psal. 91. Exaltabo eum, quoniã cognouit nomen meum, inuocabit me, & respondebo ei 89
Psal. 92. Domui tuæ pulchritudo sanitatis Deus in longitudinẽ dierum 173
Psal. 92. Tu autem excelsus in æternum deus 193
Psal. 92. Iustus ut palma florebit. 193
Psal. 92. Parata sedes tua ex tunc à seculo tu es 142
Psal. 93. Præparatus thronus tuus ex tunc 706
Psal. 94. Quadraginta annis fastidio affectus fui in generatione illa 635. 636
Psal. 94. Hodie si uocem eius audieritis 567
Psal. 95. Oleo lætitiæ 242
Psal. 95. Quoniam ipse est deus noster, nos autem populus pascuæ eius 124
Psal. 96. Lux orta est iusto 573
Psal. 98. Sedem super cherubim, moueatur terra 472
Psal. 99. Frater non redimit 435
Psal. 101. Misericordiam & iudicium cantabo 471
Psal. 102. Scribatur hoc generationi nouissimæ 690
Psal. 102. Et tu deus in æternũ permanes 543
Psal. 103. Omnia in sapientia fecisti 115
Psal. 103. Quoniam ipse cognouit figmentum nostrum 443. 446
Psal. 103. Pones tenebras & erit nox 304
Psal. 104. Qui ponit nubem currũ suum 608
Psa. 105. Et pane cœli saturauit eos 660
Psal. 105. Et dixit ut disperderet eos nisi Moses electus eius stetisset. 615
Psal. 105. Nolite tangere Messias meos 243
Psal. 105. Sedentes in tenebris & umbra mortis 434
Psal. 106. Et mutauerunt gloriam meam 35
Psal. 107. Dicent redẽpti dei, quos redemit de manu tribulãtis 641
Psal. 108. Vt liberentur dilecti tui. 433
Psal. 110. De matrice auroræ. 146. 548. 549
Psal. 110. Dixit dominus domino meo 609. 610. 117
Psal. 110. Iurauit deus & non pœnitebit eum 661
Psal. 110. Tu es sacerdos in æternũ 249. 661
Psal. 110. Iubilate deo omnis terra. 478. 654
Psal. 111. Cornu eius exaltabitur in gloria 644
Psal. 111. Principium, sapientia, timor Dei, intellectus bonus omnibus facientibus ea 62
Psal. 113. In exitu Israel 469
Psal. 117. Media nocte surgo ad cõfitendum tibi 604
Psal. 117. Salua dexteram tuam, & exaudi me 438
Psal. 118. Deus mihi in adiutoribus meis 711
Psal. 118. Et tetragrammatus & illuxit nobis 858
Psal. 118. Lapidem reprobrauerũt ædificantes, qui factus est in caput anguli 158
Psal. 118. Omnes gentes circumdederunt me 309
Psal. 118. Deus dominus, & illuxit nobis 438
Psal. 119. Bonum mihi lex oris tui super millia auri 866
Psal. 119. In seculum nõ obliuiscar mandata tua 684
Psal. 120. Leuabo oculos meos ad mentem 179
Psal. 120. Adiutor meus à domino factore cœli & terræ 179
Psal. 120. Ecce non dormitabit 642
Psal. 122. Propter fratres meos & amicos 177. 711
Psal. 122. In domum domini ibimus 422
Psal. 126. Deus custodit gherim. 642
Psal. 126. Dum conuerteret Deus captiuitatem Sion 189
Psal. 129. Supra dorsum meum aruerunt arantes 578

Psal. 129. Supra dorsum meum aratuerunt arantes 578
Psal. 130. De profundis uocaui te Deus 465
Psal. 132. Surge deus in requiem tuã tu & arca fortitudinis tuæ 515
Psal. 132. Memento deus Dauidis, & omnis afflictionis eius 432
Psal. 132. Hæc requies mea in sempiternum 567
Psal. 132. Ibi germinare faciam cornu Dauid 644
Psal. 133. Quoniam Iacob elegit sibi dominus 615
Psal. 136. Diruite, diruite usque ad fundamentum in ea 275
Psal. 136. Qui dat panem omni carni 662
Psal. 136. Quoniam in seculum misericordia eius 471
Psal. 139. Retro & ante formasti me, & posuisti me uolam tuam. 482
Psal. 143. Spiritus tuus bonus deducet me per uiam rectam 58
Psal. 143. Et non uenias in iudiciũ cum seruo tuo 451
Psal. 145. Beatus, cuius deus Iacob in adiutorem eius 179
Psal. 145. Et exaltauit cornu populi sui 145
Psal. 145. Propinquus est deus omnibus inuocantibus eum 177
Psal. 146. Deus erit absoluens prohibita 699
Psal. 145. Exibit spiritus eius 450
Psal. 146. Deus absoluet Asurim. 607
Psal. 147. Mittet uerbum suum & sanabit eos 120
Psal. 147. Non in fortitudine equi est uoluntas eius 707
Psal. 148. Et exaltabit cornu populi sui 180
Psal. 147. Filijs Israel populo propinquo 177. 179. 711
Prouerb. 2. Occultet rectis legem. 183
Prouerb. 2. Dominus dat sapientiã 732
Prouerb. 4. Documentum bonum dedi uobis 54
Prouerb. 4. Filius sui patri meo, tener & solus 159
Prouerb. 6. Quia lucerna est mandatum, & lex lux 204
Prouerb. 8. Audite, quia principalia loquor 252
Prouerb. 8. Deus possedit me principium uiæ suæ 113. 115. 866
Prouerb. 9. In profundis inferni in uitati eius 455
Prouerb. 9. Sapientia ædificauit domum suam 115
Prouer. 10. Et expectatio iustorum gaudium 467
Prouer. 11. Quis abscondit frumentum 533
Prouerb. 13. Spes prolongata affligit cor 452
Prouerb. 13. Peccatores persequetur malum. 566
Prouer. 14. Iustitia exaltat gentem. 640
Prouerb. 15. Et uerbum in tempore suo quàm bonum est 184
Prouerb. 15. Responsatio tenera cõpescit iram 576
Prouerb. 15. Vt declinet ab inferno inferiori 464
Prouerb. 15. Cum placuerint deo uiæ uiri 444
Prouerb. 17. In omni tempore est amans amicus 177
Prou. 18. Iustus primus in lite sua, uenit amicus eius 492
Prou. 19. Venite & comedite panẽ meum, & bibite uinum 661
Prouerb. 20. Sapidissimus est homini panis mendacij 535
Prouerb. 22. Inclina aurem tuam, & audi uerba sapientum 27
Prouerb. 22. Ne repellas terminum Olam 634
Prouerb. 25. Poma aurea in cancellaturis argenteis, uerbum dictum secundum ambas facies suas 20
Prouerb. 25. Si esurierit inimicus tuus, ciba eum pane 445
Prouerb. 25. Claua & ensis atq; sagitta acuta 312
Prouerb. 25. Melius est sedere in angulo tecti 428
Prouerb. 27. Infernus & perditio non satiantur 455
Prouerb. 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur 654. 655
Prouerb. 28. Beatus homo qui semper est timoratus 615
Prouerb. 30. Sic est uia mulieris adulteræ 534
Prouerb. 30. Non addas super uerbum illius 28
Prouerb. 30. Et uia uiri in alma. 532. & 542
Prouerb. 31. Date ebriatiũ perdito, & uinum amaro animo 595
Prouerb. 31. Et laboris sui non recordabitur ultrà 315
Eccles. 1. Omnia flumina uadunt in mare 455
Eccles. 1. Non erit memoria priorũ 670
Eceles. 1. Generatio uadit, & generatio uenit 608
Eccles. 1. Quid est quod fuit? ipsum quod erit 564. 654. 658
Eccles. 1. Cunctæ res difficiles non potest uir sermone exprimere. 558
Eccles. 2. Vide queso præsto in lætitia, & uide bonum, et ecce etiã ipsum uanitas 669
Eccles. 3. Quis scit, an spiratus filiorum Adam ascẽdat sursum 463
Eccles. 4. Filum trinum non citò rumpitur 53
Eccl. 4. Melior est puer pauper & sapiens 444
Eccles. 7. Quoniam non est homo iustus in terra 453
Eccles. 7. Vide opus dei, quis enim potest aptare id quod torserit. 469
Eccles. 7. Et iustus perijt in iustitia sua 465
Eccles. 7. Alta profunditas, quis inueniet eam 732
Eccl. 8. Nõ est iustus in terra 447
Eccl. 9. Perpetrans peccatũ unum, perdit bonitatem multam 452
Eccl. 8. Ciuitas parua, & uiri in ea pauci 445
Eccles. 10. Cor stulti in sinistra illius 24
Eccles. 11. Mane semina semen tuũ. 429
Eccl. 11. Si annis multis uixerit homo, in omnibus lætetur 669
Cant. 1. Indica mihi, quam dilexit anima mea 577
Cant. 1. Exultabimus & lætabimur in te 607
Cant. 1. Osculetur me osculo oris sui 123
Cant. 1. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turres 496
Cant. 1. Botrus cypri dilectus meus mihi in uineis Engadi 439
Cant. 1. Trahe me post te 659
Can. 2. Sicut rosa inter spinas 497

Cant. 2. Vox dilecti mei 439
Cant. 2. Ecce iste uenit saliens super montes 299. 309
Cant. 2. Ego rosa terræ campestris pinguissimæ 465
Cant. 2. Respondit dilectus meus. 687
Cant. 3. Egredimini & uidete filiæ Syion regem Selomonem 169
Cant. 3. Inueni quem diligit anima mea 498
Cant. 3. Papilionem portatilem fecit sibi rex Selomo 60
Cant. 3. In corona, qua coronauit eum mater sua 648
Can. 4. Tota pulchra es amica mea 493. 516
Can. 4. Mille clypei suspensi super eum 440
Cant. 4. Munera dabis de capite Amana 552
Cant. 5. Aperi mihi soror mea. 169 184. 567. 637
Cant. 5. Palatum eius dulcedinis. 440
Cant. 6. Quæ est ista quæ apparet tanquam aurora 112
Cant. 7. Respiciens uersus Damascum 567
Cant. 7. Nasus tuus sicut turris Libani 686
Cant. 8. Quæ dabit te sicut fratrem mihi, lactentẽ ubera matris meæ 178
Cant. 8. Soror nobis parua, & ubera non sunt ei 214. 243
Eccl. 10. Si spiritus dominantis ascenderit super te 276
Eccl. 24. Ab initio & ante secula creata sunt 486
Isa. 1. Israel non cognouit 621
Isa. 1. Omne caput ad languorem. 607
Isa. 1. A planta pedis usq; ad uerticem, non est in eo sanitas 579
Isa. 1. Et derelinquentes Deum consumentur 415
Isa. 1. Et conteret scelestos & peccatores 306
Isa. 2. Paratus erit mons domus dei in capite montium 301. 306
Isa. 2. Quia de Syion exibit lex. 648
Isa. 2. Et inclinabitur sublimitas hominis 469
Isa. 2. Et exaltabitur Deus solus in die illa 468
Isa. 2. Et non leuabit gens gladium contra gentem 311
Ise. 3. Dicite iusto, quoniam bonum 467
Isa. 3. Rapina pauperis in domibus uestris 278
Isa. 3. Corruit Israel, & Iuda cecidit, quia lingua eorum, & opera eorum contra Deum 576
Isa. 3. Ecce nomen Dei uenit de longè 477
Isa. 3. Et ambulabant extento collo & annuebant oculis 276
Isa. 4. In die illa erit germen dei in decorem uel gaudium 144
Isa. 4. Quia super omni gloria protectio 547. 604
Isa. 5. Vinea fuit dilecto meo in cornu filij olei 644
Isa. 5. Abiecerunt legem Dei exercituum 278
Isa. 5. Propter hoc captiuatus est populus meus 621
Isa. 5. Væ trahentibus peccatum. 448
Isa. 5. Et speraui ut faceret uuas, & fecit spinas 579
Isa. 5. Propterea captiuatus est populus meus sine cognitione 570
Isa. 6. Sanctus, sanctus, sanctus, Tetragrammatus Sabaoth 42. 861
Isa. 6. Impingua cor populi huius. 183
Isa. 7. Pete tibi signum 525
Isa. 7. Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, & uocabit nomen eius Emmanuel 148. 149
Isa. 7. Alma concipiet 529. 542
Isa. 8. Et erit ad sanctificationem, et ad lapidem offensionis 289. & 618
Isa. 8. Et addidit Deus loqui ad me adhuc 116
Isa. 8. Deum exercituũ ipsum sanctificate 134
Isa. 8. Et contestatus sum mihi testes fideles 538
Isa. 8. Et accessi ad prophetissam, et concepit & peperit filium 536
Isa. 9. Populus qui ambulabant in tenebris, uiderũt lucem magnam 544
Isa. 9. Ad multiplicandum eius imperium 112
Isa. 9. Infans natus est nobis, filius datus est nobis, & principatus &c. 152. 523. 542
Isa. 9. Pater æternus princeps Salem 371
Isa. 9. Admirabilis, Consiliarius, Deus 256
Isa. 9. Et fuit principatus super humerum eius 477
Isa. 9. Et iudicabit in iustitia pauperes 472. 710
Isa. 10. Si enim fuerit populus tuus Israel, sicut arena maris 620
Isa. 11. Et erit in die illa radix Iessai, qui stabit in signum populorum 128
Isa. 11. Et egredietur uirga de stipite Iessai 303. 547. 657
Isa. 11. Et libanus in robusto 220
Isa. 11. Et requiescet super eum spiritus Dei 59
Isa. 11. Ad eum gentes studebunt. 647
Isa. 11. Et iudicabit in iustitia pauperes 199. 707
Isa. 11. Qui erit stans in signum populorum 647
Isa. 12. Haurietis aquas cum gaudio de fontibus salutis 442. 649
Isa. 13. Et erit Babylonia gloria regnorum 206
Isa. 14. Quomodo cecidisti lucifer de cœlo, qui manè oriebaris. 494
Is. 14. Et applicabitur hagher 642
Is. 14. Ad cœlos ascendã &c. 147
Isa. 16. Et præparabitur per misericordiam thronus 471
Isa. 18. In tempore illo deferetur munus deo exercituum 200
Isa. 20. Et fuerunt in tenebris opera eorum 304
Isa. 23. Quoniam sedentibus coram deo 182
Isa. 25. Ecce deus noster iste, sperauimus in eo 174. 175
Isa. 25. Tunc aperientur oculi cæcorum 557
Isa. 25. Glutiuit mortem in sempiternum 470
Isa. 26. Qui cum Ioth he, firmauit deus secula 469
Isa. 26. Vrbs fortitudinis nobis Iesus, ponet muros, & antemurale 292
Isa. 26. Cõculcabit eam pes pedum pauperis 569
Isa. 27. Et erit in die illa, clangetur tuba magna 680
Isa. 27. Ecce à pinguedine terræ erit:

rit conuersio, & à rore cœli desuper 150
Isa. 28. Quia in te confidit 449
Isa. 28. Percußimus fœduscum morte, &c. 271
Isa. 28. Coangustatum est stratum ab extensione 275
Isa. 28. Ecce ego fundaui in Sion lapidem probatum 158
Isa. 29. In die illa erit Deus exercituum ad diadema gaudij uel honoris 134
Isa. 29. Et mustcatores discent doctrinam 54
Isa. 30. Hæc est uia, ambulate in ea. 182
Isa. 30. Ecce nomen domini uenit de longinquo 153
Isa. 32. Beati uos seminantes super omnes aquas 190
Isa. 32. Mittentes pedem bouis & asinis 191
Isa. 32. Venerunt filij usque ad partum, & potestas non est pariendi 571
Isa. 32. Donec effundatur super nos spiritus de excelso 611
Isa. 32. Deus legumlator noster 198
Isa. 33. Qui ambulat in iustitijs, & loquitur æquitates 679
Isa. 33. Et quare moriemini domus Israel 593
Isa. 33. Deus iudex noster, deus legislator noster, deus rex noster. 576
Isa. 35. Præmium deus, ipse ueniet et saluabit uos 174
Isa. 35. Et redempti dei redibunt, & uenient in Sion 601
Isa. 35. Deus ipse ueniet, & saluabit nos 160
Isaiæ 36. Ad comedendum stercus suum, & ad bibendum urinam suam 33.34
Isaiæ 38. Vadam ad portas inferni. 464
Isaiæ 40. Ecce Dominus Deus in fortitudine ueniet, & brachium eius dominans cum eo 713
Isa. 40. Quis hæc creauit 861
Isa. 40. Et Libanus non est sufficiës ad succendendum 686
Isa. 40. Gentes quasi non essent æoram eo 690.
Isa. 40. Abscondita est uia mea à domino 450
Isa. 41. Primus ad Sion, ecce ad eos & ad Hierusalem annunciationem dabo 727
Isa. 41. Triturabis montes & conteres 308
Isa. 41. Ne timeas, qa tecũ ego 116
Isa. 42. Ecce seruus meus suscipiam eum 165.180.647
Isa. 42. Hæc uerba feci eis 556
Isa. 42. Et non ambulauerũt in uijs eius, neque audierunt legem eius 634
Isaiæ 42. Ego deus, ipse est nomen meum 160
Isa. 42. Ista uerba feci eis 32
Isa. 43. Ne memineritis priorum, et antiqua ne curetis 671
Isaiæ 43. Populus iste quem creaui mihi 480
Isa. 43. Ego deus & non absque me est saluator 431
Isa. 43. Pater tuus primus peccauit 449
Isa. 44. Dei ego sum 642
Isa. 44. Quoniam effundam aquas super sitientem 611.650
Isa. 44. Ego primus & nouißimus. 291
Isa. 44. Dicit deus rex Israel, & redemptor eius 175
Isa. 44. Sic ait redemptor tuus ex utero, ego dominus faciens omnia 117
Isa. 44. Quis ergo fuit mecum 124
Isa. 45. Israel saluatus erit in deo. 116.432.433. 436.437.586.
Isa. 45. Conuertimini ad me, & saluabimini omnes fines terræ 424 & 476
Isa. 45. Quia mihi flectetur omne genu 654
Isa. 45. Veh contradicenti fictori suo, testa de testis terræ 290
Isaiæ 45. Sic dicit deus Meßiæ suo Cyro 243
Isa. 45. Ipse ædificabit ciuitatem suam 711.179
Isa. 45. Rorate cœli desuper 147
Isaiæ 45. Manus meæ extenderunt cœlos, & omni exercitui eorum præcepi 114
Isa. 46. Ego feci, & ego leuabo, ego feram & liberabo 424
Isa. 48. Non à principio in abscondito locutus sum 48.50
Isa. 48. Priora extunc annunciaui, & de ore meo exierunt. 114
Isa. 48. Manus quoque mea fundauit terram 114
Isa. 49. Dedi te in lucẽ gentiũ 476
Isa. 50. Induam cœlos obscuritate, et saccum ponam operimentum eorum 575
Isa. 50. Dorsum meum dedi percutientibus 578
Isa. 51. Attende ad me populе meus & mater mea mihi intendite. 169.648
Isa. 51. Respicite ad petram 571
Isa. 51. Vt plantaret cœlos 420
Isa. 51. Citò clausus ad aperiẽdum, & non morietur ad corruptionem 604
Isa. 52. Ecce intelliget seruus meus. 179.307.610
Isa. 52. Dominus uoluit propter iustitiam magnificare legem. 642
Isa. 52. Quia oculo ad oculum uidebunt 138.603
Isa. 53. Et ipse plagatus est propter culpas nostras 224.
Isa. 53. Ipse uulneratus est 586.596
Isa. 53. Ecce intelliget seruus meus &c. 580.584.586.587
Isa. 53. Oblatus est, & ipse afflictus 574
Isa. 53. Et ascendet sicut uirgultum coram eo 549
Isa. 53. Et dominus obuiare fecit in eo peccatum omniũ nostrũ 599
Isa. 53. Eò quod iniquitatem non fecerit 482
Isa. 53. Percussum deum 606
Isa. 53. Et deus obuiare fecit in eo peccatum omniũ nostrorũ 663
Isa. 53. Videbit semen longæuum, et uoluntas dei in manu eius prosperabitur 428
Isa. 53. Et in uulnere eius medicatũ est nobis 436
Isa. 53. Omnes nos ut oues erraui-mus 451
Isa. 54. Et omnes filij tui erunt docti à deo 647
Isa. 54. Sicut dies Noe istud mihi. 257
Isa. 54. Disciplina pacis nostræ super eum 171
Isa. 55. Attendite ad petram unde excisi estis 497
Isa. 55. Ecce testem populis dedi eũ, ducem & præceptorem gentib. 249
Isa. 55. Eia omnes sitiẽtes uenite ad aquas 191

Isa.52. Quia oculo ad oculum uidebunt 705
Isa.56. Et filios alienorum applicatos ad Dominum 641.642
Isaiæ 56. Et non dicat filius alieni. 643
Isa.56. Holocausta eorum 642
Isa.56. Ad diligendum nomen dei, ut sint ei in seruos 641
Isa.56. Cœli sedes mihi sunt 543
Isa.56. Custodite iudicium, & facite iustitiam 251
Isa.57. Et non ad Nehab 685
Isa. 57. Creans fructum labiorum pacem 640
Isa.57. Quoniam non in sempiternum litigabo 704
Isa.57. Et uos accedite huc filij auguratricis, semen adulteræ. 534
Isa.57. Ipse iustus perijt 466
Isa.57. Sic ait excelsus, habitans in æternitate 606
Isa.57. Et animas ego feci 49
Isa. 58. Annuncia, uel coràm fac populo meo scelus eorum 252
Isa.59. Et uenit in Syion redemptor plenus 439
Isa.59. Ecce non est abbreuiata manus dei à saluando 425
Isa.60. Et populi tui omnes iusti in perpetuum hæreditabũt terram. 638
Isa.60. Multitudo camelorum operiet eo 553
Isa.60. Qui sunt isti, qui ut nubes uolant, & sicut columbæ ad fenestras suas 306
Isa.60. Ego deus in tempore suo accelerabo eam 261
Isa.60. Surge, illuminare, quia uenit lumen tuum 430.553
Isaiæ 60. Omnes de Sabba uenient, aurum & thus deferent 216
Isa.61. Gaudens gaudebo in Deo, & exultabit anima mea in Deo meo 498
Isa.61. Spiritus Domini Dei super me, quia unxit deus me 61
Isaiæ 62. Nam sicut terra producit germen suum 478
Isa.62. Et aduenæ quoq; 641
Isa.61. Et stabunt alieni & pascent oues uestras 312
Isa.61. Et uocabitur tibi nomen nouum, quod os Dei nominabit. 156
Isaiæ 62. Donec egrediatur iustus eius ut splendor 526
Isa.62. Ecce saluatus tuus ueniet. 433
Isa.63. Tu pater noster & Abraham nescivit nos 474
Isa.63. Quare rubrum est uestimentum tuum 579
Isa.64. Vtinam dirumperes cœlos & descenderes 473
Isaiæ 64. Ecce tu iratus es, & nos peccauimus in ipsis holam. 451
Isa.65. Et dimittetis nomen uestrũ ad iuramentum electis meis. 630
Isa.65. Quoniam mihi flectetur omne genu 478
Isa.65. Benedicetur in Deo, amen. 854
Isa.65. Et educam de Iacob semen. 640
Isa.65. Custodite iudicium, & facite iustitiam 679
Isa.65. Et erit antequàm inuocent, ego respondebo 177
Isa.66. Feci ut inquireret ab eis qui non interrogauerunt 633
Isa.66. Quia per ignem deus iudicatus est 465
Isa.66. Qui in igne deus iudicabitur 534
Isa.66. Et erit semen eorum ex sufficientia mensis in mẽse suo 691
Isa. 66. Antequam parturiat, pariet, antequã ueniat partus eius. 219.220
Ier.1. Ab aquilone pandetur omne malum 24
Ier. 2. Ecce ego iudicabor tecum, eò quòd dixeris, non peccaui. 534
Ier.2. Quoniam meolam confregisti iugum tuum 684
Ier. 2. Et ego plantaui te palmitem totum semen ueritatis 651
Ier. 2. Deuorauit ensis uester prophetas uestros 276
Ier.2. Et pastores culpabiles 450
Ier.2. Et populus meus mutauit gloriam suam, pro eo quod nõ proderit 30
Ier.3. Frons meretricis facta est tibi 536
Ier.3. Et assumam uos, unum de ciuitate et duos de cognatione 618
Ier.3. Non dicent ultrà, arca testamenti Dei 246
Ier.4. Vocem enim quasi parturientis audiui 571
Ier.4. Et benedicentur in eo gentes 648
Ier.4. Vidi terrã & ecce inanis & uacua erat 420
Ier. 4. Ascendit leo de cubili suo. 417
Tren. 4. Filij Syion preciosi, amicti auro 289
Ier.4. Nouate uobis nouale 687
Ier.4. Vocem tanquam parturientis audiui 219
Ier.5. Si à facie mea non formidabitis 114
Ier. 5. Veruntamen hoc ad mendacium 535
Ier. 5. Circuite uicos Hierusalem. 631
Ier.5. Negauerunt deum, & dixerunt, non est ipse 622
Ier.5. Et si uiuit deus dixerint. Veruntamen falsitatem iurabunt. 559
Ier.5. Percussit eos leo de sylua, lupus nemorum 415
Ier. 6. Et ego præputiatus labijs. 683
Ier. 6. A paruo usque ad magnum eorum, omnis thesaurizans thesaurizauit 278
Ier.7. Et proijciam uos desuper facie mea 630
Ier.7. Templum domini 860
Ier. 7. Bonas facite uias uestras. 421
Ier. 7. Et ædificauerunt aras Topheth 275
Ier.7. Expellã uos à facie mea 623
Ier.8. Nunquid cadent, & non surgent 624
Ier. 8. Quomodo dicitis, sapientes nos sumus 28
Ier.9. Et ueritatem non loquentur. 535
Ier.9. Et omnis domus Israel, præputiati sunt corde 685
Ier.9. Quia ego Deus faciens misericordiam & iudicium & iustitiam in terra 471
Ier.10. Quia bestiæ facti sunt pastores 622
Ier.11. Et Deus exercituũ, qui plantauit te, locutus est de te malum. 444
Ier.12. Sanctifica eos ad diem occisionis 619
Ier.12. Dimisi domum meam, dereliqui hæreditatem meam 578

Ier. 14. Expectatio Israelis, saluator eius in tempore tribulationis 570
Ier. 15. Si steterint Moses & Semuel in conspectu meo 459
Ier. 15. Si conuertetis cõuertam te, uel requiescere te faciam, faciei meæ adstabis 114
Ier. 16. Congregatio Israelis Deus. 651
Ier. 17. Solium gloriæ altitudinis à principio locus sanctificationis nostræ 542. 544
Ier. 17. Manipulus aquarum Israelis deus 653
Ier. 18. Nonne sicut figulus iste, potero facere uobis domus Israel. 614
Ier. 23. Ecce dies uenient, dicit deus & suscitabo Dauid germẽ, &c. 126
Ier. 23. Nunquid deus de prope ego
Ier. 23. In diebus eius saluabitur (477
bitur Israel 476
Ier. 23. Et hoc est nomen quo uocabunt eum, deus iustus noster 553
Ier. 23. In diebus eius saluabitur Iuda 424
Ier. 23. Et suscitabo Dauidi germen iustum 423
Ier. 23. Et non dicent ultrà, Viuit Deus 670. 671
Ier. 23. Et peruertistis uerba deorũ uiuentium 28
Ier. 24. Et ponam oculos meos super eos ad bonum 114
Ier. 25. Et seruiẽt omnes gentes istæ regi Babylonis 234
Ier. 26. Vir quoq; fuit prophetans in nomine domini Vrias 538
Ier. 28. Propheta qui prophetat ad pacem, cum uenit uerbum prophetæ 613
Iere. 29. Cum fuerint cõpleti in Babylonia septuaginta anni 238
Ier. 30. Et seruient domino deo suo, & Dauidi regi 664
Ie. 30. Interrogate quæso & uidete, si parturit masculus 571
Ier. 30. Vocem terroris audiuimus, fortitudinis & non pacis 572
Ier. 30. Et applicabo eum & adhærebit 648
Ier. 30. Quare uidi omnis uiri manus super lumbos suos 533
Ier. 30. Quoniam obducam cicatricem tibi 526
Ier. 30. Et seruient domino deo suo, & Dauidi regi suo quem suscitabo 164
Ier. 30. Ecce ego cõuerto conuersionem tabernaculorum Iacob 218
Ier. 31. Creauit deus nouũ super terram, mulier circũdabit uirũ 525
Ier. 31. Et scindã cum domo Israel, cum domo Iuda fœdus nouum. 254. 646. 672, 687
Ier. 31. Vadet ad requiem suam Israel 680
Ier. 31. Et seminabo domum Israel. 640
Ier. 31. Reuertere uirgo Israel 526
Ier. 33. Et statuã uerbũ bonũ, quod locutus sum &c. 127
Ier. 33. Nisi pactum meũ (esset) diẽ ac noctem, leges cœlo & terræ non posuissem 488
Ier. 33. Nõ abscindetur Dauidi uir sedens super thronum domus Israel 617
Ier. 36. Et uocauit Ieremias Baruch filium Neriæ 631
Ier. 38. Domine mi rex, malè fecerunt uiri isti 631
Ier. 39. Eruens eruam te, & in gladio non cades 632
Ier. 44. Et misi ad uos omnes seruos meos prophetas 468
Ier. 49. Perijt consiliũ à filijs, fœtida facta est sapientia eorum 622
Ier. 49. Et erit in fine dierum, reducam captiuitatem Elam 303
Ier. 49. Idcirco audite consiliũ Dei quod iniit de Edom 296
Ier. 50. Redemptor eorũ fortis 180
Ier. 50. Oues perditæ fuerunt populus meus 622
Tren. 1. Multa enim sunt suspiria mea 607
Tren. 1. Facti sunt hostes eius in capite 267
Tren. 1. Et abierunt absq; fortitudine coram persequente 438
Tren. 1. Quia elongatus est à me cõsolator, conuertens animã meã. 127. 145. 165. 199
Tren. 1. Gaude & lætare filia Edõ quæ habitas in terra Hus 294
Tren. 1. Iustus est ipse deus, quia os eius amaricaui 597
Tren. 2. Conuertit retrorsum dexteram suam 433
Tren. 2. Destruxit dominus, & nõ pepercit omnib. preciosis Iacob 276
Tren. 2. Quid contestabor tibi? 467
Tren. 2. Confregit in ira furoris omne cornu Israel 645
Tren. 3. Et tabescet super me anima mea 29
Tren. 3. Bonus est deus expectantibus eum 174
Tre. 3. Protexisti nube te, ne transeat oratio 656
Tren. 3. Sedebit solus & tacebit, quia baiulauit super se 575
Tren. 3. Ego uir uidens paupertatem, in uirga indignationis suæ me minauit 601
Tren. 4. Et magnificatum est peccatum filiæ populi mei 276
Tren. 5. Super mõtem Syion, quod desertum est, uulpes ambulauerunt in eo 538
Tren. 5. Mulieres in Syon humiliauerunt uirgines in ciuitatib. Iuda 526
Tren. 5. Quare in æternum obliuisceris nos 624
Tren. 5. Spiritus oris nostri Meßias deus captus est in retibus 573
Tren. 5. Pupilli facti sumus absque patre 549
Baruch 5. Hic est deus noster, & non æstimabitur alius in conspectu eius 176
Ezech. 1. Et super firmamentum, quod erat imminens capiti eorum 545
Ezech. 1. Et sublimitas eorum, & sublimitas eis 179
Ezech. 2. Fili Adam mitto ego te ad filios Israel ad Goim Hammordim 629
Ezech. 5. Et tu fili hominis sume tibi gladium acutum 269. & 270
Ezech. 7. Et adducam malos gentium 625
Ezech. 7. Et non miserebitur oculus meus 113
Ezech. 8. Et ipsi mittentes erunt fœtorem ad nasum suum 30. 31. 35. 597
Ezech. 8. Et castrametati sumus ibi diebus tribus 605
Ezech. 9. Peccatũ domus Israel, et Iuda magnũ nimis ualde 276
Ezech. 13. Sicut uulpes in deserto prophetæ tui Israel fuerunt 450
Exod. 13. Et uenerunt in desertum Sinai, & quieuerunt 48

Ezech.16. Et non fuiſtis ſicut meretrix 534
Ezech. 17. Tenerum carpam, & plantabo eum ego ſuper mõtem altum,& prominentem 159
Ezech. 17. Fili Adam ænigmatiza ænigma 20
Ezech. 18. Non enim uolo mortem mortui 440
Ezech. 18. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur 566. 680
Ezech. 20. Sabbata mea dedi eis. 825
Ezech. 20. Ego dedi eis præcepta non bona 685
Ezech. 21. Et occidam ex te iuſtum & impium 252
Ezech. 21. Proſtrati gladio fuerunt populus meus 280
Ezech. 22. Ecce prælati in Iſrael, quilibet ad brachium ſuum fuerunt ad te 278
Ezech. 23. Et ibi ſubacta ſunt ubera uirginum ſuarum 526
Ezech. 24. Sanguis enim eius fuit in medio eius 277
Ezech. 24. Ecce ego profanabo ſanctuarium meum 624
Ezech. 24. Fuerintq; tresuiri iſti in medio eius, Noas, Daniel & Iob 230
Ezech. 28. Ecce ſapiẽtior es tu Daniele 230
Ezech. 33. Si uolo mortem impij. 440
Ezech. 34. Et uos oues meæ, oues paſcuæ 296. 640
Ezec. 34. Et ſaluabo oues meas, & nõ erunt ultrà in prædam 166
Ezech. 36. Effundam ſuper uos aquas mundas 611
Ezech. 36. Et auferam cor lapideũ de carne ueſtra 612
Ezech. 36. Et dabo uobis cor carneum Ibid.
Ezech. 36. Et aſpergã ſuper uos aquas mundas, & mũdabimini ab omnib. immundicijs ueſtris 651
Ezech. 36. Et remoueri faciam cor lapideum de carne ueſtra 445
Ezech. 38. Fili hominis pone faciẽ tuam ad Gog terrã Magog 423
Ezech. 39. Nunc conuertam conuerſationem Iacob 418
Ezech. 44. Porta hæc clauſa erit, non aperietur 527
Ezech. ult. Circuitus decem & octo milia 426
Ezech. ult. Et nomen ciuitatis ex die, deus ibi 131
Dan. 2. Lapis, qui percuſſit ſtatuã, factus eſt mõs magnus 158.291
Dan. 2. Eius caput ex optimo cõſtabat auro, pectus & brachia 287
Dan. 2. Et lux cum eo 573
Dan. 2. Nouit quid in tenebris eſt. 708
Dan. 5. Numerauit, ponderatũ eſt, diuiſum eſt 863
Dan. 6. Deus meus miſit angelum, & clauſit os leonum 417
Dan. 7. Aſpiciebam ergo in uiſione noctis, & uidi cum nubibus cœli quaſi filium hominis uenientem 188. 648. 703. 710
Da. 7. Et cornua decẽ habebat 645
Dan. 8. Et ecce hœdus caprarũ, ueniens ab occidente, ſuper faciem totius terræ 291
Dan. 9. Et intellige uiſionem hebdomades ſeptuaginta præciſam eſſe ſuper populum tuum 228
Dan. 10. Poſt hoc ego Daniel fui lugens tribus hebdomadibus dierũ 231
Dan. 11. Adhuc tres reges ſtabunt in Perſide 237
Dan. 12. Velut ſplendor cœli 713
Dan. 12. Et intelligentes ſplendebũt 712
Dan. 12. Beatus qui expectat & pugnat ad dies mille trecentos triginta quinq; 231
Hoſ. 1. Non adijciam ultrà, ut miſerear domui Iſrael 424. 437
Hoſ. 1. Et congregabuntur filij Iuda 185
Hoſ. 1. Et reſpondebit ibi, ſicut in diebus iuuentutis 618
Hoſ. 1. Et domus Iuda miſerebor, et ſaluabo eos in domino Deo ſuo. 116
Hoſ. 2. Et ſeminabo eam mihi in terra, & miſerebor eius 185. 640
Hoſ. 3. Et quærent dominum deum ſuum, & dauid regem ſuum 164
Hoſ. 3. Quia diebus multis morabuntur filij Iſrael abſq; rege, & abſque principe 626
Hoſ. 4. Super capita montium decollabunt 299. 440
Hoſ. 4. Gloriam eorum in ignominiam commutabo 30. 31
Hoſ. 5. In deum prodigioſe egerũt. 629
Hoſ. 6. Quia miſericordiam uolui, & non ſacrificium 697
Hoſ. 6. Viuificabit nos poſt duos dies, & in die tertio ſuſcitabit, uel eriget nos, & uiuemus ante faciem eius 138.605.706
Hoſ. 6. Et ueniet ſicut imber nobis.
Hoſ. 6. Viſitabit nos poſt (146
duos dies 602
Hoſ. 7. Veh eis, quia refugerunt à me, uaſtatio eis 559.576
Hoſ. 9. Quia etiam ueh eis incarnatio mea ex eis 34
Hoſ. 9. Reprobabit eos deus meus, quia non audierunt eum 117
Hoſ. 9. Propter malitiam operum expellam eos de domo mea 623
Hoſ. 10. Vitis frondoſa Iſrael 632
Hoſ. 11. In funibus Adam trahã eos 659
Hoſ. 11. Ex Ægypto uocaui filium meum 556
Hoſ. 12. In manu prophetæ aſſimulabo 20
Hoſ. 13. De manu inferni redimam eos 452.602
Hoſ. 13. Ero quaſi ros Iſraeli 638
Hoſ. 13. Et ego dominus deus tuus ex terra Ægyptiorum 432
Hoſ. 14. Sanabo peruerſitatem eorum 480
Hoſ. 14. Conuerte Iſrael, uſq; ad dominum deum tuum 566
Hoſ. 14. Ero quaſi ros Iſraeli, & germinabit ſicut lilium 146
Ioel. 2. Sol & luna obtenebrati ſunt 304
Ioel. 2. Et aquilonem elongabo à uobis & impellam eum ad terram aridam 420.
Ioel. 3. Et effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem 612
Ioel. 3. Sol & luna obſcurati ſunt, & ſtellæ abſconderunt ſplendorem ſuum 575
Ioel. 3. Et fons de domo dei exibit. 564.654
Ioel. 3. Diem dei magnum & horribilem 703
Ioel. 3. Et erit omnis qui inuocauerit in nomine dei liberabitur. 177
Ioel. ult. Congregabo omnes gentes & ducam eas in ualle Ioſaphat. 585
Amos 2. Et uinum damnatorum bibet domus dei eorum 595

Amos 2. Super tribus sceleribus Israel, & super quatuor non conuertam eum 281. 282. 578
Amos 3. Leo rugijt quis non timebit? 417
Amos 5. Num sacrificia & oblatiõnẽ obtulistismihi in deserto 695
Amos 5. Quærite me & uiuetis. 440
Amos 5. Cecidit nec addet resurgere uirgo Israel 623
Amos 6. Detestor ego superbiam Iacob & palatia eius odi 623
Amos 6. Bibentes in phialis uinum 183
Amos 7. Domine deus propitiare queso, quis stabit & Iacob? 680
Amos 7. Quis surget Iacob 429
Amos 7. Et Israel captiuatione capriuabitur 538
Amos 8. Et ascendere faciam super omne dorsum saccum uel ciliciũ 206
Amos 8. Et occidere faciam solem in meridie & tenebrescere faciã terram in die lucis 598
Amos 9. Qui ædificat in cœlo ascensiones suas 607
Amos 9. Et oculos meos super eos ad malum 114
Amos 9. In die illa suscitabo casulã Dauid deiectam 604
Amos 9. Qui ædificat in cœlo ascensionem suam 533
Abdiæ ultimo. Et ascendent saluatores ad montem Syion 296
Abd. 1. Et non erit residuum domui Iacob 546
Ionæ 3. Fuit Ionas in uisceribus piscis tribus diebus 605
Mich. 1. Et ponent sibi caput unum 607
Mich. 1. In domo ad puluerem puluueris 32. & 33
Mich. 2. Ascendit porcellũ faciens ante eos 606. 607
Mich. 2. Et transibit rex eorum ante eos 185
Mich. 3. Propterea causa uestri Syion tanquam ager arabitur 420. & 539
Mich. 4. Et iudicabit inter populos multos 199. 647. 710
Mich. 4. Et fluent ad eum 307
Mich. 5. Et egressus eius ab æternitate, & à diebus seculi 490
Mich. 5. Et tu Bethlehem Ephratha paruula es in milib. Iuda 225. 542
Mich. 5. Propterea dabit eos usq; ad tẽpus quo parturiẽs pariet 265
Mich. 5. Et residuum fratrum eorũ reuertentur super filios Israel. 296. 297
Mich. 5. Ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel 158
Mich. 6. Audite montes disceptationem domini 308
Mich. 6. Vtiq; facere iudiciũ & diligere pietatem 679
Nahum 1. Deus in turbine, & in tempestate uia eius, & miles puluis pedum eius 575
Nah. 1. Bonus est deus ad cõfortandum 455
Nah. 1. Ecce super montes pedes annunciantis 179
Nah. 1. Montes compuncti sunt ab eo, & colles fluctuauerunt 308
Nah. 1. Et flos uel germen libani elanguit 213
Num. 1. Leuate caput totius congregationis filiorum Israel 145
Nah. 2. Vt fulgura discurrent 713
Nah. 2. Visio eorum tanquam lampadarum 713
Habac. 1. Nunquid tu, ab antiquo dominus deus meus, sanctus meus non morieris 35. 36. 577
Habac. 1. Quia opus fiet in diebus uestris, quod non credetis, cum narrabitur 104
Hagg. 2. Adhuc modicũ unum est, & ego commouebo cœlum 266
Hab. 2. Et iustus in fide sua uiuet. 680
Habac. 3. Et duo cornua de materia eius ei 644
Habac. 3. Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo 500
Habac. 3. Ego autem in deo gaudebo, exultabo in deo Iesu meo 155
Soph. 1. Etiam argentum eorum, etiam aurum eorum non ualebit liberare eos 454
Soph. 3. Expectate me, ait deus, in die resurrectionis meæ 708
Soph. 3. Ad inuocandum omnes nomen dei 299
Soph. 3. Quoniam tunc conuertam labium electum &c. 153. 477
Hag. 1. Ascendite in montẽ, & asferte lignum 243
Hag. 2. Loquere ad Zerubabel filiũ Sealthiel ducem Iuda 521
Hagg. 2. Ascendite in montem, & afferte in lignum 214
Hag. 2. Adhuc modicũ unum est, & ego commouebo cœlum 210
Zach. 1. Et ecce uir equitans super equum rufum uel sanguineũ 163
Zach. 2. Lauda et lætare filia Syion 537
Zach. 2. Qui enim tangit uos, tangit pupillam oculi sui 35
Zach. 2. Quia ecce ego uenio, & habitabo in medio tui 640
Zach. 2. Et applicabuntur gentes multæ 639
Zach. 2. Canta & lætare filia Syion 45. 47. 643
Zach. 3. Quia ecce lapis, quem dedi coram Iehosua 158
Zach. 4. Quis tu mons magne coram Zorobabel 159. 519
Zach. 4. Primaria petra 490
Zach. 4. Quis tu mons magne coram Zorobabel 179. 307
Zach. 6. Ecce uir, germen nomen eius 144. 145. 419. 549
Zach. 8. Adhuc habitabunt senes, & uetulæ in plateis Ierusalem. 539
Zach. 8. Quoniã ante dies illos merces hominis non erat 640
Zach. 9. Equitans super asinam. 564. 651
Zach. 9. Pauper & equitans super asinam 568
Zach. 9. Ecce rex tuus ueniet tibi iustus & saluator ipse, pauper sedens super asinam 169. 284. 537. 661
Zach. 9. Etiam tu per sanguinẽ pacti tui, emisi captiuos de puteo. 599
Zach. 9. Onus uerbi Dei in terra Hadrach 167. 567
Zach. 9. Et sedebit Mamzer in Azoto 629
Zach. 9. Exulta ualde filia Zyion, iubila filia Ierusalem 188
Zach. 10. Sibilabo eis, & congregabo eos 569
Zach. 11. Aperi libane portas tuas. 209
Zach. 11. Appenderunt mercedem meam triginta argenteis. 577
Zach. 12. Aspicient in me quem transfixerunt 192. 591

Zach. 12. Et effundam super domũ Dauid 612
Zach. 12. Et formans spiritum hominis in medio eius 49
Zach. 13. In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitãtibus Ierusalem, in obliuionem peccatorum 484. 651
Zach. 13 Et etiam prophetas & spiritum immunditiæ transferam de terra 699
Zach. 13. Disperdam omnia nomina idolorum de terra 299
Zach. 14. Et erit dies una, & ipsa est nota Deo 691
Zach. 14. Et cõgregabo omnes gentes in Hierusalem ad prælium. 423
Zach. 14. Et exaltabitur, & sedebit sub se 306
Malach. 1. Nõ est mihi uoluntas in uobis, ait deus exercituũ & munus non placebit de manu uestra 698
Mal. 1. Ecce qualis uilitas, & expirare fecistis me 577
Mal. 1. Afflixistis eum, ait dominus exercituum 29
Mal. 1. Et si domini ego, ubi est timor meus 880
Mal. 1. Et Esau odi 450
Malach. 1. Dilexi uos, ait dominus. 641. 659
Malach. 2. Et quid unus erat quærens semen, &c. 559
Malach. 2. Vexastis deum in uerbis uestris 576
Malach. 2. Quia labia sacerdotis seruant scientiam 26
Malach. 3 Et beatificabunt uos omnes gentes 608
Malach. 3. Ego deus non mutor 43
Malach. 3. Ecce ego mitto angelum meum, & parabit uiam faciei meæ, &c. 137. 217
Malach. ult. Ecce ego mitto uobis Eliam 191. 703
1. Mach. 8. De Romanorum & Iudæorum societate 289
2. Mach. 14. Cum iam comprehenderetur, gladio se petijt 468

LOCA NOVI TESTAMENTI.

Matth. 2. Vbi est qui natus est 555
Matth. 4. Pœnitentiam agite, appropinquat enim regnum cœlorum 674
Matth. 5. Non ueni soluere legem. 673
Matth. 10. Tradent enim uos in cõcilijs, &c. 565
Matth. 11. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista 500
Matth. 15. Cæci sunt, & duces cæcorum 622
Matth. 16. Filius hominis uenturus est in gloria 565
Matth. 19. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata 674
Matth. 19. Omnis qui reliquerit domum Ibid.
Matth. 23. Supra cathedram Mosis sederunt scribæ & pharisæi 205
Matth. 27. Principes sacerdotum illudentes cum scribis & senioribus 595
Matth. 27. Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti 593
Matth. 28. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, &c. 90. 650
Matth. 28. Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus 183
Marc. 14. Cœpit pauere & tedere 594
Luc. 1. Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco 526
Lu. 1. Aue Maria gratia plena 540
Luc. 1. Ioseph fili Dauid 522
Luc. 2. Peperit filium suum primogenitum 494
Luc. 6. Beati pauperes 674
Luc. 11. Cum fortis armatus custodit atrium suum 537
Luc. 18. Ecce ascendimus Hierosolymam 565
Luc. 19. Quia si cognouisses & tu Ibid.
Luc. 22. Simon ecce satanas expetiuit uos 574
Luc. 24. Qui fuit uir propheta potens in opere & sermone 565
Ioan. 1. Erat lux uera, quæ illuminat, &c. 554
Ioan. 1. Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi 491
Ioan. 4. Domine, ut uideo propheta es tu 565
Ioan. 5. Ego ueni in nomine patris mei, & non receepistis me 266
Ioan. 7. Et ego lux in mundum ueni 574
Ioan. 8. Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati 690
Ioan. 8. Antequam Abraham fieret ego sum 574
Ioan. 10. Ego sum ostium 708
Ioan. 19. Milites plectentes coronã de spinis, imposuerunt capiti eius 579
Rom. 3. Omnes in Adam peccauerunt, & egent gratia Dei 502. & 505
Rom. 4. Non in circuncisione, sed in præputio 689
Rom. 5. Si unius delicto multi mortui sunt 599
Rom. 11. Cæcitas ex parte contigit in Israel 270
1. Cor. 15. Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum 708
1. Cor. 13. Fidem reputatam fuisse Abrahæ in præputio 689
Gal. 1. Scientes autem quòd non iustificatur homo ex operibus legis 689
Gal. 5. In Christo Iesu neq; circuncisio aliquid ualet 689
Gal. 5 Quod si circũcidimini Christus uobis nihil proderit Ibid.
Col. 2. Expolians principatus & potestates 463
Phil. 1. Ipsum dedit caput super omnem ecclesiam 186
1. Petr. 1. Per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis 605
1. Petr. 2. Ad quem accedentes lapidem uiuum ab hominibus quidẽ reprobatum &c. 159
1. Ioan. 5. Tres sunt qui testimoniũ dant in cœlo, pater, uerbum, & spiritus sanctus 52
Apoc. 20. Et cum finiti fuerunt mille anni, soluetur satanas 428

LOCORVM SCRIpturarum diuinarum finis.

FINIS OPERIS P. GALATINI
ET CABALÆ REVCHLINI
CVM SVIS INDICIBVS.

Basileæ excudebat Ioannes Heruagius, Anno Domini 1550.

Series chartarum,

AA BB a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z
A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T
V X Y Z aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm
nn oo pp qq rr ss tt uu xx yy zz

Omnes terniones, præter yy
qui est duernio.



